BULLARII ROMANI

CONTINUATIO

SUMMORUM PONTIFICUM

CLEMENTIS XIII. CLEMENTIS XIV.

PII VI. PII VII. LEONIS XII.

ET PII VIII.

CONSTITUTIONES, LITERAS IN FORMA BREVIS
EPISTOLAS AD PRINCIPES VIROS, ET ALIOS
ATQUE ALLOQUUTIONES COMPLECTENS

QUAS COLLEGIT

ANDREAS ADVOCATUS BARBÈRI

CURIÆ CAPITOLII COLLATERALIS

ADDITIS SUMMARIIS, ADNOTATIONIBUS, INDICIBUS

OPERA, ET STUDIO

COMITIS ALEXANDRI SPETIA I. C.

TOMUS SECUNDUS

CONTINENS PONTIFICATUS

CLEMENTIS XIII.

ANNUM TERTIUM AD SEXTUM

ROMÆ

EX TYPOGRAPHIA REVERENDÆ CAMERÆ APOSTOLICÆ

1837

JACOBO BRIGNOLE

PATRITIO GENUENSI

TITULI S. JOANNIS ANTE PORTAM LATINAM

S. R. E.

PRESBYTERO CARDINALI

EDITORES

Secundum Continuationis Bullarii Romani Tomum edere cogitantes, in quo a tertio ad sextum usque annum Pontificatus Clementis XIII Constitutiones, Literaeque in forma Brevis continentur, hunc, praeclaro Nomini Tuo, PRINCEPS EMINENTISSIME, inscribendum duximus. In hoc siquidem Volumine, Sanctissimi Pontificis acta recensentur, difficilimis Ecclesiae temporibus evulgata, grassantibus in Galliis, et per Universam fere Germaniam, in Ecclesiasticarum rerum perniciem, perturbationibus: ad quas evellendas, vel saltem earum progressum intercidendum, omni studio, et sedulitate Sancta Sedes incubuit. Tu itaque, PRINCEPS EMINENTISSIME

qui tanta ferves Catholicae Religionis charitate, et Apostolicae Sedis juribus sarctis, tectisque servandis assiduam operam navas, Volumen hoc, Tuo quodam jure, Tibi vindicas. Ferventissimi etenim illius amoris, et assiduitatis, magna monumenta praebuisti ab ipsa ineunte Tua juventute, dum inter Romanos Praesules cooptabaris, maxima vero dum, et Hetrusca Legatione, et Bononiensi extraordinario Comissariatù, tubidissimis quidem temporibus, et Pontificii Ærarii Praefectura, laudabiliter, et firmissime functus fuisti. Quae quidem praeclarissima maerita, magis quam Nobilissimae Familiae Tuae splendor, in qua, pari cum majoribus Tuis praemines virtute, in causa fuere cur GREGORIUS XVI P. O. M. in ipso aetatis Tuae flore in Purpuratorum Patrum Collegio Te voluerit consociatum. Ea ipsa insignia maerita Tua, et singularis humanitas, qua universos complecteris, ac de omnibus benemereri studes, consilium, voluntatemque nostram impulerunt, ut Volumen hoc Tibi dicaremus, Tuoque insignitum Nomine praelo comitteremus. Nostrum proinde munus, CARDINALIS AMPLISSIME, qua soles benignitate excipias oramus, nosque Tibi addictos, atque devinctos, valido Tuo Patrocinio tueri pergas.

LECTORI BENEVOLO

ALEXANDER SPETIA

FELICITATEM

Vix primum Continuationis Bullarii Romani Volumen in lucem venit, illico iteratæ Nobis quærelæ delatæ fuere, quod in nostra Collectione locum dederimus Constitutionibus Apostolicis quampluribus, quæ Bullarii materiam attingere haud viderentur, quia vel temporis progressu absolutæ, haud legem nostris hisce temporibus constituere amplius valeant, vel pro peculiaribus Religiosis Ordinibus conditæ, potius ad ipsorum Ordinum Bullaria spectare, quam ad Universalis Ecclesiæ Codicem censendum sit. Nec defuerunt alii, quibus ingens nimis, et quandoque superflua appareret Apostolicarum Literarum Principibus, cæterisque Spectatissimis Viris perscriptarum insertio; tandem alii putabant nimis incongruam adjectionem Statutorum pro Universitatibus Artium Civilium conditorum, vel earum etiam Constitutionum, et Ordinationum, quæ Temporale Pontificis dominium respiciunt.

Ne nos spernere quærimonias ipsas videamur, quum in Secundo hoc Continuationis Volumine, eamdem sequuti simus methodum, quo consilio id actum a nobis sit ostendere non prætermittimus. Et a Constitutionibus exordientes, quæ vel a pristina observantia excidere, vel etiam posterioribus revocatæ fuere, scire præstat, in veteri etiam Mainardiana Collectione, eamdem fuisse methodum observatam, quum non id solumodo quod in usu hodie est locum sibi vindicet in prædecessorum Pontificum Constitutionibus referendis, sed omne id quod ab eorumdem sapientia prodiit, tamquam Ecclesiasticæ Historiæ monumentum servandum posterorum memoriæ sit.

Nec diversa ratio habenda est hodie de Constitutionibus peculiaribus, ad Regulares Ordines pertinentibus; licet etenim olim Ordines isti separatas fere omnes habuerint Collectiones Apostolicarum Literarum, quibus et instituta approbabantur, et Constitutiones regulares, illarumque Reformationes, Pontificia auctoritate validabantur, attamen ad postrema nostra tempora Collectiones illæ minime protenduntur: accedit, ex universa sequuta fere Ecclesiasticarum rerum subversione in fine decimi octavi, et in exordio nostri sæculi, deperdita, vel saltem dispersa fuisse prælaudatorum Regnlarium Ordinum Archivia, ita ut difficile plerumque sit perpauca etiam monumenta adinvenire, queis ipsorum Institutorum progressus, et Regularis disciplinæ confirmationes, vel reformationes demonstrentur, adeoque ni universali Collectioni nostræ supellectilem augerent, fieri quandoque posset, ut ab hominum memoria omnino excidant.

Quid dicam de Apostolicis Literis Principibus, nec non Archiepiscopis, et Episcopis perscriptis? Ecclesiasticæ Historiæ maximum in illis habemus fundamentum; Summi etenim Romani Pontifices, vel Principes Viros ad Religionis præcepta, et disciplinam revocabant, vel peculiarium Diœcesum Rectores commonebant, ut firmiter pro Ecclesiasticæ libertatis confirmatione decertarent, contra perniciosos novatores, publicarumque rerum subversores. Nec mirum quod in Mainardiano Bullario, Apostolicæ istæ Literæ desiderentur; aderant etenim in quovis fere Pontificatu separatæ Pontificiarum Epistolarum Collectiones, quæ prætermissæ posterioribus temporibus fuere; per utile hinc nobis visum est, una tantum in Continuatione nostra cuncta complecti, quo facilius hanc intuentes, possent, servata temporum serie, Catholicæ Religioni amicas, atque adversas vicissitudines præ oculis habere, constantemque Apostolicæ Sedis sollicitudinem, tum in tuendis dogmaticis præceptis, tum in dispensandis disciplinaribus regulis, pro temporum, atque morum varietate.

Superest, ut ad ea animadvertamus, quæ temporalis Pontificiæ potestatis exercitium spectant, vel Statuta Constitutionesque Civilium Universitatum. Hæc cuncta, in serie sibi contingente, relata habentur etiam in Mainardiana Collectione, quum Romani Pontifices semper consueverint utriusque potestatis exercitio prospicere per Constitutiones Apostolicas, sapientiæ, providentieque summa specimina exhibentes. Frateor, Universitates Artium Civilium, variata temporum conditione, postrema nostra ætate suppressas fuisse, no liberæ comercii exercitationi, vinculum conservari videretur; at Statuta et Ordinationes Universitates istas pertingentes, si sedulo matureque perpendantur, erumpet Majorum nostrorum potius imitan-

da, quam aspernenda sapientia, ad mores Civium in Religionis semita, et in præcisa ipsarum Artium exercitatione, dirigendos.

Hæc sunt, Amice Lector, quæ animum nostrum impulerunt cur in Bullarii Romani Continuatione nostra, nil prætermittendum duxerimus, quod ad Religionis, et Civilis societatis utilitatem putavimus ad posteros esse amandandum, nostrumque hoc desiderium, et studium comendatione potius dignum experamus, quam vituperatione, et quærelis. Vale

INDEX RUBRICARUM

OMNIUM CONSTITUTIONUM

QUAE

IN HOC TOMO CONTINENTUR

CLEMENTIS XIII.

ANNO III.

ANNO V.

INDEX

VOCABULORUM INITIALIUM

OMNIUM CONSTITUTIONUM

QUAE

IN HOC SECUNDO TOMO CONTINENTUR

A

B

C

D

E

F

G

H

I

L

M

N

O

P

Q

R

S

U

V

CLEMENTIS XIII

ANNO TERTIO

CLVI.

Dat. die 21 Jul. 1760 Ann. Tertio.

Confirmatio nonullorum Statutorum approbatorum ab Abbate Generali, et Diffinitorio Generali Ordinis S. Benedicti Congregationis Monachorum Vallis Umbrosæ super nova methodo studiorum in dicto Ordine.

Congregationem Monachorum Vallis Umbrosæ Ordinis S. Benedicti approbavit, et sub protectione Sedis Apostolicæ suscepit Urbanus II. Const. Anni 1090 Aprilis 6. Monasteria Monachorum Congregationis Vallis Umbrosæ sub uno Abbate Generali nuncupando Vallis Umbrosæ univit, nonnullasque Ordinationes pro regimine Monachorum dictæ Congregationis sub Regula S. Benedicti approbavit Innocent. VIII. Const. Anni 1484. Jan. 31. Generales hujus Ordinis Constitutiones approbavit Clemens XII. Cons. sua Anni 1704. Martii 15. Statutum spectans ad Visitationem Majoris Observantiæ hujus Ordinis sancivit Pontifex idem Const. Anni ejusdem Decembr. 11. Privilegia quorumdam Ordinum, et Congregationum Monachis Vallis Umbrosæ concessit, et communicavit idem Pontifex Cons. Anni 1713. Sept. 28. quæ omnes leguntur impressæ in Bullario Mainardii.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam

Exordium

§. 1. Ecclesiæ Catholicæ regimini meritis licet imparibus divina dispositione præsidentes, ea, quæ pro salubri Collegiorum, in quibus Religiosi Viri propriæ, alienæque salutis cupidi, pietatis, bonarumque literarum studiis sedulam dant operam felicique progressu pie, prudenterque constituta, atque ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque illibata persistant, Apostolici muniminis præsidio, cum id a Nobis petitur, libenter corroboramus.

Preces porrectæ pro confirmatione novorum statutorum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit Dilectus Filius Modernus Procurator Generalis Monachorum Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Vallis Umbrosæ, quod Dilectus itidem Filius Maximilianus Frescel Abbas Generalis memoratæ Congregationis in Sacra Theologia Magister considerans, quod pro majori alumnorum dictæ Congregationis in literarum studiis hujusmodi progressu consentaneum, ac opportunum, necessariumque esset, novam methodum pro studiis præsertim Ecclesiasticis in ipsa Congregatione faciendis constituere, ne alumni prædicti consuetas studiorum præfatorum auditiones, institutionesque propter frequentes tum lectorum, tum ipsorum alumnorum studiis prædictis incumbentium de una ad aliud ipsius Congregationis Monasterium immutationes interrumpere cogantur, quoddam supplementum Capiti XXXVIII. primæ partis ejusdem Congregationis Constitutionum, a Dilectis quoque Filiis Diffinitorio Generali dictæ Congregationis in illius nuper habitam dietam unanimi consensu receptum condere, ac præscribere, et debitæ executioni mandare curavit, tenoris sequentis videlicet « Noi D. Massimiliano Frescel Maestro di Sagra Teologia, ed Abate Generale, e Definitorj della Congregazione di Vallombrosa dell'Ordine di S. Benedetto. «Le premure ben grandi, e le instancabili diligenze, colle quali i Nostri Predecessori per le Doti dell'animo, e per il fervente amore alla virtù, ed alle Lettere ragguardevolissimi, ingegnati si sono di stabilire appresso di Noi lo studio delle Matte-

Sequitur tenor statutorum.

» matiche, è di risvegliare i nostri Giovani all'ecquisto delle migliori cognizioni filosofiche, ci dauno senza fallo e conoscere quanto a cuore stesse loro il far rifiorire le scienze, e l'introdurre un buon ordine, e più profittevole alle scuole di nostra Congregazione. Ma, o che la novità più piaccia, o che la meditazione delle cose naturali più alletti, il fatto si è, che essendo le Costituzioni anche le più perfette soggette all'abuso, Noi di presente deploriamo quello di una troppo appassionata sollecitudine nel reccogliere gran copia d'idee, di nozioni, di sentenze, con una poi quasi non curenze delle discipline Teologiche, che sole, propriamente parlando, contengono la vera sapienza, conforme lo definì nel Libro 14. Cap: 1. de Trin. il grande Agostino. Con che non s'intende quì già di accegionare di difetto le virtuose fatiche, e lo studio indefesso di tanti valenti uomini, de'quali direbbe Quintiliano = *Modesto*, *ac circumspecto judicio pronuntiandum est* = anzi confessiamo candidamente, che il natural diritto di umanità, e di gratitudine esige, che dalla Repubblica Letteraria si presti loro ogni onore, e venerazione. Noi dunque nulle diciemo di più, se non che un profondo Matematico, un velente Fisico giuntamente del sublime carattere di Ecclesiastico insignito, quando egli non sia egualmente, che nelle Filosofiche dottrine, versato nelle sagra Teologia, everà, non vi ha dubbio, pieno l'intelletto di utilissime cognizioni, ma insieme insieme scevro delle più necessarie, e da quelle, che al suo stato indispensabilmente appartengono.

» Un divisamento sì giusto per non accusarlo come un effetto di colpevole parzialità, o di prevenzione troppo favorevole alla sagra dottrina, basta por mente alle autorità, sulle quali fondiamo il nostro parere, che a prima giunta sembrar potrebbe incerto, e precario. Debbe, dice Clemente l'Alessandrino, riguardarsi lo studio delle scienze Filosofiche, non già come scopo primerio delle nostre mire, ma qual mezzo il più opportuno per cogliere con più di agevolezze, e gustare con più di sapore i preziosi frutti della vera Sapienza = *Philosophia ad Religiosom pietatem utilis est*, *eo quod prævia quædam eruditio sit iis*, *qui Fidei per demonstrationem fructum colligunt* = Quale avviso, se a tutti i Fedeli generalmente si porge, quanto più e Noi, che dalla minuta gente segregati, e prescelti dal Cielo ad istruire i popoli ne' sagrosanti Dogmi, e questi sostenere a fronte della pervicacia degli empj, e degli eterodossi, saremmo soldati ben vestiti, ma senz' arme, se dopo un sufficiente esame delle materie filosofiche, e quanto abbisogna per informarne i nostri animi, non ci sollevassimo alla contemplazione delle cose divine, e rivelate = *Non legitur* (così opportunamente ci risponderebbe il S. Vescovo d'Ippona) *Non legitur in Evangelio*, *Dominum dixisse*, *mitto vobis Paraclitum*, *qui vos doceat de cursu Solis et Lunæ*: *Christianos enim nos facere volebat*, *non Matematicos*; *sufficit autem ut homines in iis rebus*, *quantum in schola didicerunt*, *noverint propter humanos usus* = Ora de questo frammento degli atti di Sant' Agostino contro Felice, riceve antorità e forza l'idea, che ci siamo proposti, non già di cambiare le cose, ma di ridurle al primitivo suo stato, con arrogere nelle nostre scuole la preferenza, ed il primato alla sagra facoltà, cui como a regina (per usare la frase del Damasceno) debbono servire, e ordinarsi le altre scienze tutte = *Decet Reginam*, *Ancillarum quorumdam uti ministerio* = Laonde i degnissimi nostri predecessori, non meno, che tutti i nostri amatissimi Confratelli si potranno, come sperar ci giova, chiemar contenti, e dovranno averci grado della cura, cui ci siamo applicati di riordinare i nostri studj, e di formarne una pianta tale, che ancor Noi ell'avviso del sunnominato S. Dottore = *Accipiamus Doctrinas istas* (*idest Philosophiæ*) *tamquam veritatis famulos* = e tutto ciò, che per eventura introdotto vi si fosse di abuso = *procul amandemus* =

» Noi dunque in primo luogo decretiamo, che tutti i nostri Professi non possano ottare in avvenire a grado alcuno della Congregazione, se non avranno etteso per lo spazio almeno di anni otto compiti allo studio delle scienze maggiori nei nostri Collegii formali, che dichiariamo esser quelli di S. Michele e Passignano, di Santa Prassede di Roma, di S. Trinità di Firenze, di S. Mercuriale di Forlì, di S. Michele di Pistoja. Noi però non intendiamo, che

» questo decreto abbia forza di legge, che pe' nostri Professi attuali minori di anni venticinque, e poi per tutti quelli generalmente, che d'ora avanti verranno alla Religione di qualunque età, se pur non fossero già in sagra Teologia laureati.

» L'ottennio sudetto dovrà distribuirsi in guisa, che un biennio solo si spenda nelle Matematiche, e nella Filosofia, ed il sessennio intiero nelle discipline Teologiche; incaricando perciò i respettivi Lettori, e comandando loro in virtù di santa obbedienza precettiva, e formale di restringere il loro corso filosofico in due anni, spiegando ai loro studenti principalmente quella parte di Filosofia, che è la più propria per istradarli, ed aprir loro la mente all' intelligenza della Teologia; qual parte sicuramente è la Logica, o sia arte di pensare; e la Metafisica non solo antologica, ma ancora quella, che tratta dell'anima. Ed in appresso, rimanendo loro tempo dentro i limiti de' medesimi due anni, dovranno i medesimi Lettori spiegare i principii piu generali, e più utili della Fisica: avvertendo, che in tutto il decorso delli stessi due anni, congiuntamente alla spiegazione delle sopraccennate parti della Filosofia, dovranno i Lettori spiegare ai medesimi loro studenti gli elementi di Euclide, ed i primi erudimenti dell' Aritmetica, e dell'Algoritmo, con che si scuotono gli ingegni tardi, ed un poco ottusi, ed agli svegliati, e sublimi si apre la strada ad ulteriori progressi sì per la Filosofia, che per le Matematiche.

» Compito il biennio Filosofico, passeranno i nostri Giovani allo studio della Teologia. Ma nel timore, che ad essi ne' Capitoli, e Diete Generali, ed anche infra annum, rimossi da un Collegio all' altro, non avvenga, come spesse fiate è accaduto, di perdere inutilmente il tempo in un iterata applicazione a quelle stesse materie Teologiche, delle quali furono appieno informati altrove; Noi per evitare cotesto inconveniente, ordiniamo, che in tutti i Collegii di nostra Congregazione si leggano in un tempo gli stessi trattati, o questi non ad arbitrio de' Lettori, e loro piacimento, ma secondo l'ordine, e distribuzione, che segue:

» Nel primo anno di ogni sessennio (cui darassi principio al prossimo Maggio 1760) si spiegherà il trattato de' Luoghi Teologici, ed il trattato di Dio, e de' suoi attributi, sino a quello della scienza esclusivamente. Nel secondo anno si spiegherà il trattato della scienza, volontà, e libertà di Dio; della predestinazione, e riprovazione; ed il trattato dell'augustissimo mistero della Santissima Trinità.

» Nel terzo, e quarto, tutto ciò, che comprende il concetto di un Dio Creatore, Legislatore, e Redentore sarà la materia da discutersi nelle nostre scuole, con che per ognuno di questi due anni abbia i suoi trattati determinati: talchè nel terzo anno si tratterà ex professo della creazione delli Spiriti Angelici, dell' uomo, e di tutto il sensibile; e si darà inoltre il trattato delle Leggi. Nel quarto anno si spiegherà prima il trattato degli Atti Umani, e di poi quello ancora della Incarnazione del Verbo Divino.

» Nel quinto anno col seguente ordine vogliamo, che si spieghi il trattato della Divina Grazia compatibile col libero arbitrio dell' uomo, e si stabilisca il vero sistema della sua efficacia ab intrinseco contro i Molinisti, ed inoltre il trattato delle virtù specialmente delle Teologali, dell' opere meritorie, e de' novissimi, ed il trattato de' Sagramenti in specie, volendo, ed ordinando qui pure, che ogni Lettore tenga lo stesso ordine delle materie; cioè vogliamo che prima si spieghi il trattato del Battesimo, e poi quello della Confermazione, e in terzo luogo della Penitenza; in quarto dell'Eucaristia, in quinto dell' Ordine Sagro, in sesto del Matrimonio, e finalmente dell'Estrema Unzione. Acciocchè in cotal guisa ognuno de' nostri Giovani studenti, che per indisposizione, o per qualunque altra contingenza, sarà astretto a passare da un Monastero all'altro, e per conseguenza da una scuola all'altra, non solo in ogni anno, ma ancora in ogni mese, trovi le stesse lezioni della medesima materia, e nulla turbi il corso de' suoi studj.

» Questo corpo Teologico così nelle sue parti distribuito, vogliamo che sia Polemico non solo, ma eziandio Scolastico e Adiaforo; non già che sia nostra intenzione di aggravare le menti scrupolosamente di tutte le dispute delli Scolastici, e di tutte quelle minuzie, le quali, avvenga che

» abbiano il loro uso, non è però che » debbano essere il primario oggetto » delle nostre scuole. Quello, che vo» gliamo si è, che la Teologia s'inse» gni con metodo sillogistico, intes» sendovi le principali quistioni de' Dot» tori, le quali, al dire del Serafico » S. Bonaventura, ci somministrano » lume e lena = *Ad scripturas, ipsas vere, et sane intelligendas, et interpretandas: ad Patres securius et utilius perlegendos: ad varios errores, et haereses detegendas ec.*

» Ma qui a Noi una reflessione » ora si para dinanzi, la quale certa» mente appresso tutti aver dee il suo » peso, ed è, che per il corso Teo» logico da Noi testè ordinato, il pe» riodo de' soli sei anni non ammet» te pose inutili e superflue. Affinchè » dunque nel tempo da Noi assegna» to si conduca alla sua meta il lavo» ro secondo l'abbozzo del nostro di» segno.

» Ordiniamo a tutti i nostri Lettori » di fare indispensabilmente ogni giorno » due lezioni per lo spazio di un'ora, » e mezza per volta, eccettuati i dì fe» stivi, e quelli de' Nostri Santi Padri » Benedetto, e Gio: Gualberto; il tri» duo della Settimana Santa, e tutti i » Giovedì dell'anno; i due mesi delle » vacanze maggiori; i venti giorni im» mediatamente precedenti il tempo » della Sagratissima Quadragesima, e » i dieci quello del Santo Avvento; ogni » altra feria restando da Noi inibita, » se pure non v'intervenisse qualche » giusta e legittima causa, da ricono» scersi per tale, ed approvarsi dal Su» periore locale. Si vietano parimenti » nelle ore assegnate alle scuole gli » sperimenti tutti, anche degli atti pu» blici da farsi o nelle Visite, o nei » Capitoli, e Diete Generali, e si vuo» le, che questi si sostituiscano piut» tosto ai circoli scolastici, o voglia» mo dire dispute private, il cui eser» cizio secondo la nostra lodevole con» suetudine, si continuerà a praticare » due volte almeno per Settimana per » lo spazio di un'ora in tutti i nostri » Collegii, ove si faranno eziandio al» trettante Dissertazioni morali alla pub» lica mensa; e nel dopo pranzo di » tutti i Sabati, aboleudosi l'uso di far » vacanze, si prescrive una lezione, » ora sopra i quesiti per gli Ordinan» di, ora sopra i principj della Cano» nica, ad oggetto che i nostri Giova» ni, terminato l'ottennio sudetto, non » entrino stranieri affatto nello studio » delle materie Canoniche, quali s'in» segneranno da un nostro pubblico » Lettore (tenuto ad una lezione al » giorno almeno) nel Monastero di » S. Trinità di Firenze, e dovranno in» tervenire ad udirlo tutti i nostri Co» risti minori di anni 28, che stanzie» ranno o nel summominato Monastero, » o in quello di S. Pancrazio della me» desima Città.

» E perchè di queste ordinazioni » col progresso del tempo non se ne » rallenti l'osservanza, come avvenir » suole alla maggior parte delle leggi, » che a poco a poco vanno in dissue» tudine, vogliamo, e decretiamo, » che nel ricorso dei Capitoli, e Diete » Generali tutti i nostri Lettori siano te» nuti trasmettere al P. Abbate Gene» rale, e Deffinitorio pro tempore la » fede giurata di avere in quel biennio » adempito pienamente a quanto in » questo supplemento vien loro prescrit» to, sotto pena ai trasgressori, e a » quelli, che non produrranno la su» detta testimoniale, della privazione » del loro Uffizio, e di essere inabi» litati a gradi maggiori.

» Stimiamo per ultimo pregio dell' » opera il rammentare alla nostra stu» diosa Gioventù l'avviso dell'Apostolo » a Timoteo = *Attende tibi, et doctrinae* = Doppia attenzione necessaria per » il conseguimento della sagra Dottri» na, per cui d'avvantagio con euor » mondo, ed umili maniere sporger » conviene spesse suppliche all' Altis» simo *qui dat omnibus affluenter, et non improperat* = più Egli vogliosu » di arricchircene, che Noi di meri» tarcela; il perchè c'invita, ci stimo» la, e ci comanda ancora d'appren» derla in tutte le sue parti, e di non » omettere alcunchè per addivernirne » veri, e perfetti possessori = *Audi, Fili, et accipe consilium intellectus, ne abjicias consilium meum, injice pedem tuum in compedes illius (Sapientiae) et in torques illius collum tuum; subijce humerum tuum, et porta illam, et ne audieris vinculis ejus. In animo tuo accede ad illam, et in omni virtute tua conserva vias ejus. Investiga illam, et manifestabitur tibi, et continens factus ne derelinquas eam. Ecc. Cap. 6.*

» Ego D. Maximilianus Frescel Abbas Gen. manu propria = Ego D. Petrus Maccinni Ab. Exgen. manu propria = Ego D. Franciscus M. Romani manu propria = Ego D. Gervatius Albergauti manu propria = Ego D. Attho

» de Morbiis manu propria = Ego D. » Theuzzo Dolci manu propria = Ego » D. Paulinus Fuga manu propria = » Ego D. Petrus Franciscus Peri S.T.D. » manu propria = Ego D. Innocentius » Gavargnoli manu propria = D. An- » gelus M. Lunajans manu propria = » D. Angelus Vincentius M. Berbolazi » S.T.M. manu propria.

Supra relata Statuta, Apostolica auctoritate confirmantur, et observari mandatur.

§. 3. Ac propterea ipse Procurator Generalis, præmissa, quo firmius subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret. Nos specialem ipsi Procuratori Generali gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertum supplementum, seu additiones quoad studia ab ipso Maximiliano Abbate Generali factas, et a Diffinitorio Generali ipsius Congregationis, ut præfertur, admissas, ac omnia, et singula in illo, seu illis contenta, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, ac obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque judices Ordinarios et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, nec non dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus: privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxi Julii MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CLVII.

Electio Sacerdotis Ignatii in Patriarcham Antiochenum Græco-Melchitarum ab Antistitibus illius Nationis dissidentibus facta, cassatur, et annullatur, reservata S. Sedi Patriarchalis Ecclesiæ provisione.

Dat. die 1 Aug 1760 Ann Tertio.

De jurisdictione Patriarcatus Antiocheni Melchitarum, et Episcoporum ejusdem Nationis agit constitutio Benedicti XIV. edit. Anno 1743. Dec. 24. Pallium prædecessori Antiocheno Melchitarum Patriarchæ post funestum Græcorum Ecclesiæ Schisma, quæ per plures sæculos a Sanctæ Romanæ Sedis unione desciverat, transmisit Pontifex idem una cum Literis in forma Brevis Anni 1744. Febr. 29. ut videre est in Benedictino Bullario Tom. I. Hac ipsa de re videnda sunt acta Concistorialia diei 3. Febr. 1744. in ejusdem Bullarii Tom. I. Appendice. Electionem etiam Patriarchæ Maronitarum ab Antistitibus dissidentibus illius Nationis factam annullavit Benedictus XIV. constit edit. Anno 1743. Martii 13. relata in sæpe dicto Bullario.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram Rei Memoriam

Antiochenæ Ecclesiæ antiquitas, atque præstantia.

§. 1. Quam cara semper fuerit Antiochena Ecclesia Romanæ, S. Innocentii ad Alexandrum Antiochenum verba satis ostendunt, qui hoc uno eam dixit esse minorem, quod illa quidem Petrum Apostolorum Principem *in transitu possidere* meruerit, hæc vero *susceptum apud se, consummatumque* gavisa fuerit: porro hanc ob causam Romani Pontifices decessores Nostri maximopere gavisi sunt, ubi venerabiles illius reliquias in Græco Melchitis vere Orthodoxis, errorum, schismatisque tenebris discussis, reviviscere, ac reflorescere

conspexerint, lætati insuper, quod postmodum in Catholicæ Fidei unitate, ac veritate permanserint.

Narrat abdicationem Antiocheni Patriarchæ et subsequta arbitraria alterius Sacerdotis designatio in præcedentis Patriarchæ surrogationem.

§. 2. Quoniam vero nullum in terris gaudium est, quod amaritudine aliqua non permisceatur, hanc ipsi ægritudinem propter peccata Nostra persensimus, accepto nuncio divisionis inter Nationem istam nuperrime subortæ, occasione abdicationis Patriarchæ Cyrilli hujus nominis Tertii, consequentisque in ejus locum Sacerdotis Ignatii designationis: quod quidem negocium cum discutiendum delegaverimus nonnullis Venerabilibus Fratribus Nostris S.R.E. Cardinalibus Congregationis Fidei Propagandæ, auditis procuratoribus hinc et inde Romam missis, censuerunt, Cyrilli Patriarchæ abdicationem, nullam, atque irritam fuisse, quia factam nullo prius ab Apostolica Sede permissu obtento, cum hæc dicti Patriarchæ electionem confirmavisset, ac prævio consueto juramento, Pallii honore eumdem honestavisset: pari enim de causa non absimilem renunciationem Josephi Primi Caldeorum Patriarchæ nullam irritamque sub finem præteriti sæculi decreverunt.

Patriarchæ renunciatio absque Apostolicæ Sedis indulto nulla renunciata fuit a Sacra Congregatione de Propaganda Fide.

Enumerantur nullitates quæ inficiunt electionem novi Patriarchæ ab aliquibus Melchitis Episcopis factam.

§. 3. In hac autem eo gravius peccarunt Melchitæ Episcopi electores, cum ad electionem devenire veriti non sint, nullo habito respectu neque appellationis a quatuor Episcopis ad Apostolicam Sedem delatæ, neque ætatis annorum viginti septem, quæ sola, præter cætera, illum ab Episcopatu repellere debuisset. Interim vero, cum dictus Patriarcha Cyrillus viam universæ carnis ingressus fuerit, nova electio in ejusmodi circumstantiis ad Apostolicam Sedem devoluta est, quæ propterea secundum Sacros Canones, et antiquissimam consuetudinem, Patriarchali Ecclesiæ de persona sibi benevisa debet ex integro providere.

Vacante per obitum quavis Episcopali Ecclesia, Romanæ Sedi spectat nova illius Ecclesiæ provisio secundum Sacros Canones, et antiquissimam consuetudinem.

§. 4. Quamobrem urgente Ecclesiarum omnium sollicitudine, a Pastorum Principe Jesu Christo infirmitati Nostræ imposita, Nos, qui paterna charitate Greco-Melchitarum Nationem amantissime complectimur, inhærentes consilio memoratæ Congregationis, nec non motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione, Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine abdicationem bo: me: Patriarchæ Cyrilli nullam, et irritam declaramus, quemadmodum etiam dictum Sacerdotem Ignatium suspensum ab exercitio Ordinum, reservata Nobis facultate eumdem absolvendi, postquam is sinceræ pœnitentiæ signa ediderit, nec non illius electionem nullam pariter, irritam, inanem, ac nullius roboris, et momenti, esse, et fore declaramus, annullamus, irritamus, et cassamus, dictamque electionem perinde haberi debere in omnibus, et per omnia, ac si nunquam facta fuisset pariter decernimus, præcipimus, et declaramus, nullumque jus, et authoritatem per electionem antedictam prætenso electo acquisitum, sive acquisitam esse, et fore, ac irritum, et inanem, nulliusque roboris, ac momenti quemcumque actum per ipsum prætensum electum, sive factum, aut faciendum quemadmodum etiam eumdem in iis omnibus, et singulis ad Patriarchalem potestatem, et authoritatem spectantibus sese ingerere, et intromittere audentem, ipso facto pœnis omnibus contra non parentes mandatis Apostolicis per Sac. Canones inflictis, et indignationi Nostræ obnoxium esse, ac fore, easque incurrere, et incursum esse, motu, scientia, deliberatione, et potestatis plenitudine paribus decernimus, statuimus, et declaramus, ipsiusque Patriarchalis Ecclesiæ Antiochenæ, ita, ut præmittitur vacantis, collationem, provisionemque quomodocumque faciendam, pro hac vice, et jure devoluto, Nobis, et Apostolicæ Sedi prædictæ reservamus.

Antiocheni Patriarchæ renunciationem, et arbitrariam successoris electionem annullat, et irritat Summus Pontifex servata Apostolicæ Sedi dein Patriarchalis Ecclesiæ provisione.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes præsentes literas, et in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod quicumque in præmissis, jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causæ propter quas præsentes emanarunt sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis justa, legitima, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis ullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus aliove quolibet etiam quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogitato, et inexcogitabili individuamque expressionem requirente, defectu notari, impugnari, infringi, retractari in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quocumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine pari-

bus concesso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud, uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas præsentes literas existere, et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere ac illis ad quos spectat, et protempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari et ab eis respective inviolabiliter observari debere, sicque et non aliter in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, aliosve quoslibet, quacumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet aliter judicandi, et definiendi facultate, et authoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane quidquid secus super his a quocumque quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quesito non tollendo, ac Apostolicis, et in Universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non dictæ Patriarchalis Ecclesiæ etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 7. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam expressis, manu alicujus Notarii publici suscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. M. Majorem sub Annulo Piscatoris die 1. Augusti MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CLVIII.

Dat. die 1 Augusti 1760 Ann. tertio.

Græco-Melchitarum Patriarchalis Ecclesia Antiochena authoritate Apostolica, et jure devolutionis providetur in personam Maximi Archiepiscopi Hjerapolitani.

De irritata electione Patriarchæ Antiocheni Melchitarum facta ab Antistitibus dissidentibus illius Nationis, et de reservata S. Sedi Patriarchæ illius provisione ob devolutionem per obitum præcedentis provisi, vide Literas sub num. superiori relatas.

Venerabili Fratri Maximo Archiepiscopo Hjerapolitano Patriarchæ Antiocheno Græco-Melchitarum

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater Salutem, et Apostolicam Benedictionem

Narrat quæ arbitrarie evenerunt in electione Patriarchæ Antiocheni Melchitarum.

§. 1. Delatis ad Nos, et Apostolicam hanc Sedem dissentionibus in Græco-Melchitarum Natione proxime obortis ob renunciationem Cyrilli Tertii Patriarchæ, sequutamque Sacerdotis Ignatii electionem, magnum sane hausimus ex ista, inter Greco-Melchitas Episcopos, divisione, mœrorem, neque potuimus factum utrumque ullo pacto probare, datis in hunc finem aliis Nostris in pari forma Brevis literis tenoris sequentis. (*Literæ, de quibus facienda hic foret insertio sunt illæ, quas jam retulimus superiori numero*).

Ecclesiæ Antiochenæ Melchitarum novum Patriarcham præficit, eumdem ab Ecclesia Hierapolitana transferendo.

§. 2. Deinde animo perpendentes, quam periculosum sit Antiochenam istam Sedem tamdiu Pastore suo ac Magistro carere, ad celerem provisionem ejusdem Patriarchalis Ecclesiæ Antiochenæ, ne majoribus diuturnæ vacationis incommodis, gravioribusque dissidiis exponatur, paternis, et sollicitis studiis animum intendentes perspectamque habentes de eximiis virtutibus Fraternitatis Tuæ, in Tua ad Episcopatum Hjerapolitanum promotione plurimi habitis cognitionem, nec non quod inter antiquiores Episcopos Nationis Græco-Melchitæ censearis, et apud Nos plurimorum Fide dignorum testimonio commenderis, postquam de præficiendo eidem Patriarchali Ecclesiæ Antiochenæ prædictæ Nationis personam utilem, ac etiam fructuosam cum iisdem Cardinalibus dictæ Congregationis Particularis Fidei Propagandæ, deliberationem ha-

buimus diligentem, Te a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis si quibus quomodolibet innodatus existis, ad hoc dumtaxat, ut translatio et præfectio per Nos, ut infra facienda, nec non præsentes suum sortiantur effectum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, ac a vinculo quo dictæ Ecclesiæ Hjerapolitanæ, cui præes, teneris, de simili consilio, et Apostolicæ potestatis plenitudine absolventes, ad eamdem Ecclesiam Antiochenam Nationis præfatæ, de consilio, et potestotis plenitudine paribus, transferimus, Teque illi in Patriarcham ejusdem Nationis præficimus, et Pastorem, curam, regimen, et administrationem dictæ Ecclesiæ Antiochenæ Nationis prædictæ Tibi in spiritualibus plenarie committendo, atque etiam non solum liberam Tibi ad Patriarchalem Ecclesiam præfatam transeundi licentiam tribuimus, sed etiam in virtute sanctæ obedientiæ, et sub indignationis Nostræ, aliisque arbitrio Nostro imponendis pœnis, præcipimus et mandamus ut Patriarchalis Ecclesiæ hujusmodi possessionem, statim ac præsentes Nostræ literæ ad Te pervenerint, nulla interposita mora adeas et capias, atque omnia, et singula jura, authoritatem, potestatem, præeminentiam, prærogativas, jurisdictionem, privilegia, aliaque hujusmodi ad Patriarcham dictæ Patriarchalis Ecclesiæ protemporo existentem quomodolibet spectantia, et quibus alii Patriarchæ Ecclesiæ præfatæ Predecessores Tui de jure, usu, et consuetudine, usi, gavisi, et fruiti fuerunt, pari modo exerceas, ac iis utaris, fruaris, et gaudeas, in illo, qui dat gratias, et largitur præmia, confidentes, quod, dirigente Domino actus Tuos, prædicta Ecclesia Antiochena Nationis ejusdem sub Tuo fœlici regimine regetur utiliter, et prospere dirigetur, ac grata in eisdem in spiritualibus suscipiet incrementa.

Ut Antiochenæ Ecclesiæ fidelem sollicitam, prudentemque curam suscipiat plurimum commendat.

§. 3. Tu igitur ad camdem Patriarchalem Ecclesiam Antiochenam Nationis præfatæ cum gratia Nostræ Benedictionis accedens, curam et administrationem prædictas sic exercere studeas fideliter, sollicite, et prudenter, quod Ecclesia ipsa Antiochena dictæ Nationis, Gubernatori provido, et fructuoso administratori gaudeat se commissam, Tuque præter æternæ retributionis præmium, Nostram, et dictæ Sedis Benedictionem, ac gratiam exinde uberius consequi merearis.

Mandat Episcopis suffraganeis; Clero Regulari, et Sæculari, universoque Populo Nationis Melchitarum, ut noviter proviso Patriarchæ obedientiam, reverentiam, et auxilium præbeant.

§. 4. Quocirca eisdem Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, et Episcopis Suffraganeis, ac dilectis pariter Filiis Capitulo, et Vassallis Ecclesiæ Antiochenæ Nationis præfatæ, ac Clero Seculari et Regulari etiam Societatis Jesu, et Populo Civitatis, ac Diœcesis Antiochenæ ejusdem Nationis, per Apostolica scripta mandamus, ut Suffraganei Tibi tamquam membra capiti obsequentes, et Capitulum Tibi tamquam Patri, et Pastori animarum suarum humiliter intendentes, exhibeant Tibi obedientiam, et reverentiam debitas, et devotas, ita quod mutua inter Te, et ipsos Suffraganeos gratia, gratos sortiatur effectus, et Nos eorum devotionem possimus propterea in Domino merito commendare: ac Clerus Te pro Nostra, et ejusdem Sedis reverentia, benigne recipientes, et honorifice pertractantes Tua salutaria monita, et mandata suscipiant humiliter, et efficaciter adimplere procurent. Populus vero Te tamquam Patrem, et Pastorem animarum suarum devote suscipientes, et debita honorificentia prosequentes, Tuis monitis, et mandatis salubribus humiliter intendant; ita quod Tu in eis devotionis Filios, et ipsi in Te per consequens Patrem benevolum invenisse gaudeatis! Vassalli autem prædicti Te debito honore prosequentes, Tibi fidelitatem solitam, ac consueta servitia, et jura Tibi ab eis debita integre exhibere procurent, alioquin sententiam, sive pœnam quam rite tulcris, sive statueris in rebelles, ratam habebimus, et faciemus authore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Ut fidei Catholicæ professionem in manibus alicujus Catholici Antistitis emittat antequam concreditii Patriarchii administrationem suscipiat, injungit, una cum juramento fidelitatis.

§. 5. Volumus autem, quod Tu, antequam regimini, et administrationi dictæ Patriarchalis Ecclesiæ Antiochenæ Nationis præfatæ te in aliquo immisceas, in manibus alicuis Catholici Antistitis gratiam, et communionem Sedis Apostolicæ habentis, et in illis partibus degentis, Fidei Catholicæ professionem a Sede prædicta Orientalibus præscriptam, juxta unam expresse emittere, et Fidelitatis debitæ solitum Juramentum, juxta alteram formas præsentibus adnotatas præstare omnino tenearis, ac Professionis Fidei quam emiseris, et Juramenti hujusmodi, quod præstaveris formas, Congregationi de Propaganda Fide de verbo, ad verbum per Tuas patentes literas, Tuo sigillo munitas, per proprium Nuntium quantocitius destinare procures » Forma autem » professionis Fidei, quam emittes hæc » est » Ego Maximus electus Patriar-

Formulam emittendæ professionis fidei Universis Orientalibus An-

tistitibus praescriptam designat. » chalis Ecclesiæ Antiochenæ Nationis » Greco-Melchitarum firma Fide credo » et profiteor omnia, et singula, quæ » continentur, in symbolo Fidei, quo » S.R.E. utitur videlicet. Credo in unum » Deum Patrem Omnipotentem factorem Cœli et Terræ, visibilium omnium » et invisibilium, et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei » Unigenitum, et ex Patre natum ante » omnia sæcula, Deum de Deo, lumen » de lumine, Deum vero de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta » sunt, qui propter nos homines, et » propter nostram salutem descendit de » Cœlis, et incarnatus est de Spiritu » Sancto, ex Maria Virgine, et homo » factus est, crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato passus, et sepultus est, et resurrexit tertia die secundum Scripturas, et ascendit in » Cœlum, sedet ad dexteram Patris, » et iterum venturus est cum gloria » judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis; et in Spiritum Sanctum Dominum, et vivificantem, » qui ex Patre Filioque procedit, qui » cum Patre, et Filio, simul adoratur, » et conglorificatur qui loquutus est per » Prophetas, et unam S. Catholicam, » et Apostolicam Ecclesiam; confiteor » unum Baptisma in remissionem peccatum; et expecto resurrectionem » mortuorum; et vitam venturi sæculi. » Amen. Veneror etiam, et suscipio » Universales Synodos, prout sequitur » videlicet: Nicenam primam, et profiteor, quod in ea contra Arium damnatæ memoriæ definitum est, Dominum Jesum Christum esse Filium » Dei ex Patre natum Unigenitum, » idest ex substantia Patris natum, non » factum, consubstantialem Patri, atque impias illas voces recte in eadem » synodo damnatas esse, quod aliquando non fuerit, aut quod factus » sit ex iis, quæ non sunt, aut ex » alia substantia, vel essentia, aut » quod sit mutabilis vel convertibilis » Filius Dei; Constantinopolitanam primam, secundam in ordine, et profiteor quod in ea contra Macedonium » damnatæ memoriæ definitum est, » Spiritum Sanctum non esse Servum » sed Dominum, non creaturam, sed » Deum, ac unam habentem cum Patre, et Filio Deitatem; Ephesinam » primam, tertiam in ordine, et profiteor, quod in ea contra Nestorium » damnatæ memoriæ definitum est, Divinitatem et Humanitatem ineffabili,

» et incomprehensibili unione, in una » Persona Filii Dei, unum Nobis Jesum » Christum constituisse, eaque de causa, Beatissimam Virginem vere esse » Dei Genitricem; Calcedonensem, » quartam in ordine, et profiteor, quod » in ea contra Eutychen, et Dioscorum » ambos damnatæ memoriæ definitum » est, unum, eumdemque FiliumDei » Dominum nostrum Jesum Christum » perfectum esse in Deitate, et perfectum in humanitate, Deum verum, » et hominem verum ex anima rationali, et corpore consubstantialemPatri secundum Deitatem, eumdem » consubstantialem Nobis secundum » humanitatem, per omnia Nobis similem absque peccato, ante sæcula » quidem de Patre genitum secundum » Deitatem, in novissimis autem diebus eumdem propter Nos, et propter » nostram salutem ex Matre Virgine » DeiGenitrice secundum humanitatem, » unum eumdemque Christum Filium » Dominum Unigenitum in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indivise, inseparabiliter egnoscendum, nusquam sublata differentia naturarum propter unionem, magisque » salva proprietate utriusque naturæ, » in unam personam, atque substantiam concurrente, non in duas personas partitum, aut divisum, sed » unum, eumdemque Filium, et Unigenitum Deum, Verbum, Dominum, » Jesum Christum: item ejusdem Domini Nostri Jesu Christi Divinitatem » secundum quam consubstantialis est » Patri, et Spiritui Sancto impassibilem esse, et immortalem, eumdem » autem Crucifixum, et mortuum tantummodo secundum carnem; ut pariter definitum est in dicta Synodo, » et in Epistola S. Leonis Romani Pontificis cujus ore B. Petrum Apostolum loquutum esse Patres in eadem » Synodo acclamaverunt, per quam » definitionem damnatur impia heresis illorum, qui Trisagio ab Angelis tradito, et in præfata Calcedonensi Synodo decanteto, Sanctus Deus, » Sanctus fortis, Sanctus immortalis » miserere Nobis, addebant, qui Crucifixus es pro Nobis, atque adeo Divinam naturam trium personarum » passibilem asserebant, et mortalem; » Constantinopolitanam secundam, » quintam in ordine, in qua præfatæ » Calcedonensis Synodi definitio renovata est; Constantinopolitanam tertiam, sextam in ordine, et profiteor, quod in ea contra Mono-

„ thelitas definitum est, in uno, eo- „ demque Domino Nostro Jesu Christo „ duas esse naturales voluntates et duas „ naturales operationes indivise, in- „ convertibiliter, inseparabiliter, incon- „ fuse, et humanam ejus voluntatem „ non contrariam, sed subjectam Di- „ vinæ ejus, atque omnipotenti volun- „ tati; Nicænam secundam, septi- „ mam in ordine, et profiteor, quod „ in ea contra Iconoclastas definitum „ est, Imagines Christi, ac Deiparæ Vir- „ ginis, nec non aliorum Sanctorum „ habendes, et retinendas esse, atque „ eis debitum honorem, et venera- „ tionem impertiendam. Constantino- „ politanam quartam, octavam in or- „ dine, et profiteor in ea, Photium me- „ rito fuisse damnatum, et S. Ignatium „ Patriarcham restitutum; veneror „ etiam, et suscipio omnes alias uni- „ versales Synodos, authoritate Roma- „ ni Pontificis legitime celebratas, et „ confirmatas, et præsertim Florenti- „ nam Synodum, et profiteor, quæ „ in ea definita sunt, videlicet, quod „ Spiritus Sanctus ex Patre, et Filio „ æternaliter est, et essentiam suam, „ suumque esse subsistens habet ex Pa- „ tre simul, et Filio, et ex utroque „ æternaliter tamquam ab uno prin- „ cipio, et unica spiratione procedit; „ item dictionem illam, Filioque, veri- „ tatis declarandæ gratia, et imminen- „ te necessitate licite, ac rationabiliter „ Symbolo fuisse appositam. Item in „ azymo, sive fermentato pane triticeo „ Corpus Christi veraciter confici, Sa- „ cerdotesque in altero ipsum Domini „ Corpus conficere debere, unumquem- „ que scilicet juxta suæ Ecclesiæ, sive „ Occidentalis, sive Orientalis consue- „ tudinem. Item si vere pœnitentes in „ Dei charitate decesserint, antequam „ dignis pœnitentiæ fructibus de com- „ missis satisfecerint, et omissis, „ eorum animas pœnis Purgatorii post „ mortem purgari, et ut a pœnis hu- „ jusmodi releventur, prodesse eis Fi- „ delium vivorum suffragia, Missarum „ scilicet sacrificia, orationes et elee- „ mosynas, ac alia pietatis officia, quæ „ a Fidelibus pro aliis Fidelibus fieri „ consueverunt secundum Ecclesiæ insti- „ tutum, illorumque animas, qui post „ Baptisma susceptum, nullam omnino „ peccati maculam incurrerunt, illas „ etiam, quæ post contractam pecca- „ ti maculam, vel in suis corporibus, „ vel eisdem exutæ sunt purgatæ, in „ Cœlum mox recipi, et intueri clare „ ipsum Deum Trinum, et Unum, si- „ cuti est, pro meritorum tamen di- „ versitate alium alio perfectius; illorum „ autem animas, qui in actuali mor- „ tali peccato, vel solo originali dece- „ dunt, mox in Infernum descendere, „ pœnis tamen disperibus puniendas. „ Item S. Apostolicam Sedem, et Ro- „ manumPontificem in universum Or- „ bem tenere primatem, et ipsumPon- „ tificem Romanum Successorem esse „ B. Petri Principis Apostolorum, et „ verum Christi Vicarium, totiusque „ Ecclesiæ caput, ac omnium Chri- „ stianorum Patrem ac Doctorem exi- „ stere, et ipsi in B. Petro pascendi, „ regendi, et gubernandi universalem „ Ecclesiam a Domino Nostro Jesu „ Christo plenam potestatem traditam „ esse, quemadmodum etiam, ut ea- „ dem Florentina Synodus asserit, in „ gestis Œcumenicorum Conciliorum, „ et in Sacris Canonibus continetur. „ Item legalia Veteris Testamenti seu „ Mosaicæ legis cæremonias, sacra sa- „ crificia, et Sacramenta, Domino Je- „ su Christo adveniente cessasse et post „ promulgatum Evangelium sine pec- „ cato observari non posse; ejus- „ dem etiam legis veteris cyborum „ mundorum, et immundorum diffe- „ rentiam ad cæremonialia pertinere, „ quæ surgente Evangelio transierunt. „ Illam etiam Apostolorum prohibitio- „ nem ab immolatis simulacrorum, et „ sanguine, et suffocato, illi tempori „ congruisse, ut inter Judæos, et Gen- „ tiles dissentionis materia tolleretur, „ cujus Apostolicæ prohibitionis causa „ cessante, etiam cessavit effectus. Pa- „ riter veneror, et suscipio Tridenti- „ nam Synodum, et profiteor, quæ in „ ea definita, et declarata sunt, et præ- „ sertim offerri Deo in Missa, verum, „ proprium, et propitiatorium Sacri- „ ficium pro vivis, et defunctis, atque „ in Sanctissimo Eucharistiæ Sacramen- „ to, juxta Fidem, quæ semper in Ec- „ clesia Dei fuit, contineri vere, rea- „ liter et substantialiter Corpus, et San- „ guinem, una cum Anima, et Di- „ vinitate D. N. Jesu Christi, ac proin- „ de totum Christum, fierique conver- „ sionem totius substantiæ panis in Cor- „ pus, et totius substantiæ vini in San- „ guinem, quam conversionem Catho- „ lica Ecclesia aptissime Transubstan- „ tiationem appellat, et sub unaquaque „ specie, et singulis cujusque speciei „ partibus, separatione facta, totum „ Christum contineri. Item septem esse „ novæ legis Sacramenta a ChristoDo- „ mino nostro instituta ad salutem hu-

» mani generis, quamvis non omnia
» singulis necessaria, videlicet, Ba-
» ptismum, Confirmationem, Eucha-
» ristiam, Pœnitentiam, Extremam Un-
» ctionem, Ordinem, et Matrimonium
» illaque gratiam conferre, et ex his
» Baptismum, Confirmationem, et Or-
» dinem iterari non posse. Item Ba-
» ptismum esse necessarium, ad sa-
» lutem, ac proinde, si mortis peri-
» culum immineat, mox sine ulla di-
» latione conferendum esse, et a quo-
» cumque, et quandocumqua sub de-
» bita materia, et forma, et intentione
» collatum, esse validum. Item Sacra-
» menti Matrimonii vinculum indisso-
» lubile esse; et quamvis propter adul-
» terium., hæresim, aut alias causas
» possit inter Conjuges, Thori, et Co-
» habitationis separatio fieri, non ta-
» men illis aliud Matrimonium con-
» trahera fas esse. Item Apostolicas, et
» Ecclesiasticas traditiones suscipiendas
» esse, et venerandas. Indulgentiarum
» etiam potestatem a Christo Ecclesiæ
» fuisse relictam, illarumque usum
» Christiano Populo maxime salutarem
» esse. Pariter quæ de peccato originali,
» de justificatione, de Sacrorum Libro-
» rum; tam veteris, quam novi Te-
» stamenti indice, et interpretatione in
» præfata Tridentina Synodo delinita
» sunt suscipio, et profiteor. Cætera
» item omnia suscipio, et profiteor,
» quæ recipit, et profitetur S.R.E. si-
» mulque contraria omnia, et schis-
» mata, et Hæreses ab eadem Ecclesia
» damnatas, rejectas, et anathemati-
» zatas, ego pariter damno, rejicio,
» et anathematizo. Insuper Romano
» Pontifici B. Betri Principis Aposto-
» lorum Successori, ac Jesu Christi Vi-
» cario veram obedientiam spondeo,
» ac juro. Hanc Fidem Catholicæ Ec-
» clesiæ, extra quam nemo salvus esse
» potest, quam in præsenti sponte pro-
» fiteor, et veraciter teneo, eamdem
» integram, et inviolatam usque ad ex-
» tremum vitæ spiritum constantissime,
» Deo adjuvante, retinere, ac confite-
» ri, atque a meis subditis, vel illis
» quorum cura ad me in meo mune-
» re spectabit, teneri, doceri, et præ-
» dicari, quantum in me erit, curatu-
» rum, ego idem Maximus Electus,
» qui supra, spondeo, voveo, et juro,
» sic me Deus adjuvet, et hæc Sancta

Item formulam probet juramenti præstandi

» Dei Evangelia = Forma vero juramen-
» ti quod præstabis hæc est = Ego Ma-
» ximus Electus Patriarchalis Ecclesiæ
» Antiochenæ Nationis Greco-Melchi-
» tarum ab hac ora in antea fidelis,
» et obediens ero Beato Petro, Sanctæ-
» que Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ,
» ac D. N. Domino Clementi PP. XIII.
» suisque successoribus canonice in-
» trantibus; non ero in consilio, aut
» consensu, vel facto, ut vitam perdant,
» aut membrum, seu capiantur mala
» captione, aut in eos violenter manus
» quomodolibet ingerantur, seu injuriæ
» aliquæ inferantur quovis quæsito co-
» lore: Consilium vero, quod mihi cre-
» dituri sunt per se, aut Nuntios, seu
» literas, ad eorum damnum, me scien-
» te, nemini pandam: Papatum Ro-
» manum, et Regalia S. Petri adjutor
» eis ero ad defendendum, et retinen-
» dum contra omnem hominem; Le-
» gatum Apostolicæ Sedis in eundo,
» et redeundo honorifice tractabo, et
» in suis necessitatibus adjuvabo: jura,
» honores, et privilegia, et authorita-
» tem Romanæ Ecclesiæ D. N. Papæ
» et successorum præfatorum conser-
» vare, defendere augere, et promo-
» vere curabo; Nec ero in consilio fa-
» cto, vel tractatu in quibus contra
» ipsum Dominum Nostrum, vel eam-
» dem Romanam Ecclesiam aliqua si-
» nistra, vel præjudicialia personæ, ho-
» noris, juris, status, et potestatis eorum
» machinentur, et si talia a quibus-
» cumque procurari novero, vel tra-
» ctari, impediam hoc pro posse, et
» quantocitius potero, comode significa-
» bo eidem D.N. vel alteri, per quem
» ad ipsius notitiam poterit pervenire.
» Regulas Sanctorum Patrum, decreta,
» ordinationes, sententias, dispositio-
» nes, reservationes, provisiones, et
» mandata Apostolica, totis viribus ob-
» servabo, et faciam ab aliis observa-
» ri: Hæreticos, et Schismaticos, ac
» rebelles D.N. et Successoribus præ-
» fatis pro posse persequar, et impu-
» gnabo, vocatus ad Synodum veniam,
» nisi præpeditus fuero canonica præ-
» peditione: Apostolorum limina sin-
» gulis decenniis personaliter, ac per
» me ipsum visitabo, et Domino No-
» stro, et Successoribus præfatis ratio-
» nem reddam de toto meo Pastorali
» Officio, deque rebus omnibus ad Ec-
» clesiæ meæ statum, ad Cleri, et Po-
» puli disciplinam, animarum denique,
» quæ meæ Fidei creditæ sunt, salu-
» tem quoquomodo pertinentibus, et
» vicissim mandata Apostolica præfata
» humiliter recipiam, et quam dili-
» gentissime exequar: quod si legiti-
» mo impedimento detentus fuero, præ-
» fata omnia adimplebo per certum
» Nuntium, ad hoc speciale mandatum

» habentem de gremio Capituli mei, » aut alium in dignitate Ecclesiastica » constitutum; seu alias Personatum » habentem, aut his mihi deficienti- » bus per Diœcesanum Sacerdotem, et » Clero deficiente omnino, per aliquem » alium Præsbyterum sæcularem, vel » regularem spectatæ probitatis, et re- » ligionis de supradictis omnibus ple- » ne instructum; de hujusmodi autem » impedimento docebo per legitimas » probationes ad S. R. E. Cardinalem » proponentem in Congregatione Sacri » Concilii Tridentini per supradictum » Nuntium transmittendas. Possessiones » vero ad Mensam meam pertinentes » non vendam, neque donabo, neque » impignorabo, neque denuo infeuda- » bo, vel alio modo alienabo, etiam » cum consensu Capituli Ecclesiæ meæ, » inconsulto Romano Pontifice, etCon- » stitutionem super prohibitionem in- » vestiturarum bonorum Jurisdictiona- » lium, de Anno Domini Millesimo sex- » centesimo vigesimo quinto editam » servabo, et si ad aliquam alienatio- » nem devenero, pœnas in eadem » super hoc edita Constitutione conten- » tas, eo ipso incurrere volo: Sic me » Deus adjuvet, et hæc Sancta Dei » Evangelia.

Patriarchalis Pallii transmissionem quum postulatio facta fuerit promittit.

Cæterum Pallium, insigne videlicet plenitudinis Pontificalis Officii de corpore Beati Petri Apostoli sumptum, tunc ad Fraternitatem Tuam, cum per tuum Nuncium ea qua decet instantia postulatum fuerit, destinandum, transmittendumque mandabimus. Non obstantibus iis omnibus, quæ in præinsertis Nostris literis voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die prima Augusti MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CLIX.

Monasterium S. Mariæ de Salem Ordinis Monachorum Cisterciensium in specialem S. Sedis protectionem suscipit, et Apostolicas Literas Alexandri VII. super Monasticæ disciplinæ observantia confirmat una cum Const. Benedicti XIV. super Clausura Monasteriorum.

Dat. die 8 Aug. 1760. Anno Tertio.

Cisterciensem Ordinem Monachorum S. Benedicti reformavit Benedictus XII. Const. edit. Anno 1335. Jul. 2. Abstinentiam a carnibus non esse de substantialibus regulæ Monachorum hujus Ordinis, sancivit Alexander VI. Const. edit. Ann. 1475. Idib. Decembr. Quod Monachi, et Moniales Ordinis Cisterciensis vestibus albi tantum, et nigri coloris uti deberent sancivit Sixtus IV. Const. edit. Ann. 1475. Dec. 13. Congregationes Monachorum Cisterciensium in Provinciis Thusciæ, et Lombardiæ univit, unamque Congregationem instituit nuncupandam S. Bernardi in Italia Alexander VI. Const. Ann. 1497. Dec. 23. Cisterciensibus Reformatis Hispaniæ ut carnibus libere, et licite vesci valerent permisit Pontifex idem Const. Ann. 1498. Idib. Nov. Quod Cistercienses absque scrupulo conscientiæ possint vesci carnibus intra, et extra septa Monasterii, cum ab illis abstinentia non sit de substantiali regulæ, declaravit Alexander VII. Const. Ann. 1657. Nov. 10. Abbates Ordinis Cisterciensis utentes dispensatione Apostolica circa usum carnium privari non posse voce activa, et passiva virtute Sententiarum Visitatoris Apostolici sancivit Pontifex idem Const. Ann. 1661. Jul. 2. Contra nonullos Monachos Cistercienses in Gallia abstinentes nuncupatos, indultis a Sede Apostolica concessis obedire nolentes, adest constitut. altera ejusdem Pontificis Ann. 1662. Jun. 16 quæ omnes sunt in Bullario Mainardii, exceptis secunda, et quinta, quæ in eo prætermissæ sunt. Etiam in Bullario Benedicti XIV. desiderantur Literæ diei 15 Julii 1552 de quibus in præsentibus expressa est mentio.

Clemens PP. XIII.
Ad perpetuam Rei Memoriam.

Exordium

§. 1. Impositi Nobis cœlitus pastoralis Officii sollicitudo postulat, ut

Christifidelium, qui e mundi fluctibus ad Religiosæ vitæ portum confugerunt, paternam curam gerentes, iis, quæ ad Regularem disciplinam, æternamque eorum salutem, et totius Christiani populi edificationem, utilitatemque a Romanis Pontificibus Decessoribus Nostris provide constituta sunt, firmius constabiliendis, et ubi labefactata fuerint reparandis, ipsi quoque, adstipulante Apostolicæ authoritatis præsidio, adlaboremus.

Exponuntur sanctiones Alexandri VII ad restituendam in hoc Ordine Monasticam disciplinam.

§. 2. Nuper exposuerunt Nobis Dilecti Filii Anselmus Abbas, et Monachi insignis Monasterii S. Mariæ de Salom Apostolicæ huic Sedi immediate subjecti, quod cum Fel. Rec. Alexander VII. Decessor Noster cognovisset, celeberrimam antiquitate, ac morum sanctitate Cisterciensem Familiam, a primæva Religiosæ institutionis semita non parum deflexisse, animum induxit ad Monasticam disciplinam in ea restituendam, ejusque propterea instaurationem, atque reformationem particulari cuidam Cardinalium Congregationi demandavit, ut articulos, sive reformationis capita a tunc temporis Supremo totius Ordinis Præfecto, aliisque Monachis propositos, diligenter, accurateque perpenderet: quo facto, postquam idem Alexander articulos illos, seu capita rite prius digesta, et ad S. Benedicti regulam diligenter librata fuisse animadvertit, pro fælici totius Cisterciensis Ordinis regimine, atque incolumitate, Apostolici roboris munimine confirmavit, et ab universis Cisterciensis Familiæ Alumnis, sancte, inviolateque custodiri præcepit ut ex Apostolicis ejus literis, tenoris sequentis videlicet. » Alexander Papa VII. Ad futuram rei memoriam = In suprema Sedis Apostolicæ specula dispositione Divina constituti, Dominicum gregem cœlitus nobis comissum circumspicientes, mentis nostræ aciem convertimus in Sacrum Ordinem Cisterciensem, cujus odor sicut agri pleni suavitas, cui Dominus benedixit, totam replevit Ecclesiam, et veluti fons hortorum irriguus, cæteras irrigavit Religiones, et Ordines. Verum volventibus Annis, non sine magno animi Nostri mœrore cognovimus, Ordinem memoratum a primævæ institutionis tramite ob temporum injuriam, et calamitatem non modicum deflexisse, et plurima passum esse in spiritualibus, et temporalibus detrimenta. Quare Nos ex debito pastoralis Officii singulari zelantes affectu, ad tanti Ordinis instaurationem, ac reformationem, divino fræti auxilio, Nostræ sollicitudinis partes duximus impendendas: ut Monastica disciplina, ubi collapsa fuerit, restituatur, et constantius, ubi conservata est, perseveret, unitas servetur in Ordine, et præcisis dissentionibus, ac dissidiis, quæ in Regno Galliæ inter comunis, et strictæ observantiæ Monachos jamdudum exorta sunt, sincera pax, et mutua charitatis Officia benedicente Domino redintegrentur = Alias siquidem per nostras Literas in forma Brevis expeditas die 16. Jan. 1662. Pontificatus Nostri Anno VII., de voto particularis Congregationis a Nobis deputatæ, quæ scripturas hinc inde datas vidit, et examinavit, causam ipsius reformationis in statu, et terminis, in quibus tunc reperiebatur, a quocumque Tribunali ad Nos evocavimus, ac dilecto Filio Claudio Vaussin Abbati Cistercii, totius Ordinis Generali dedimus in mandatis, ut advocaret, seu moneret viros idoneos Ordinis sui, tam ex Gallia quam aliunde ad exibendum infra tres menses dictæ Congregationi particulari deputatæ, articulos concernentes dictam reformationem a Nobis institutam, et alias ut in memoratis Literis plenius continetur. Cumque prædictus Claudius nostris parendo mandatis, reformationis articulos ad Nos transmiserit, idemque præstiterint dilecti filii Abbates strictæ observantiæ, in Gallia multis ab hinc annis introductæ: Nos hujusmodi articulos utrimque exhibitos, Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac dilectorum Filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum a Nobis desuper institutæ, sedulo, et mature examinandos, et expendendos comisimus, quorum quidem articulorum ad generalem reformationem Ordinis Cisterciensis convenientes restrictio, ad Capita Sancti Benedicti regulæ reductio talis est videlicet = *Circa caput secundum Regulæ qualis esse debeat Abbas* = Juxta Sacri Concilii Tridentini decreta summa cura satagant dicti Ordinis Abbates, et Superiores ut a suis utriusque sexus subditis exentialia vota, quæ sunt basis, et fundamenta totius Regularis disciplinæ inviolabiliter observentur. Ipsi vero Abbates, et Superiores, forma gregis facti ex animo exemplum præbeant in

» omnibus, magistram sequentes regulam. = Habeant Abbates, et Conventus propria sigilla, et teneantur novi Abbates præstare juramentum de non alienandis, et impignorandis bonis Monasterii, ac de pecuniis, et redditibus illius inutiliter non expendendis: et omnes Officiales idem juramentum præstabunt de suis muniis fideliter exercendis, et de mutuis non contrahendis, nisi servatis Constitutionibus Apostolicis. = Cum ad Monasticam disciplinam restaurandam, et restitutam conservandam, maxime Visitatores Regulares conducant, Capitulum Generale, Abbas Cistercii Ordinis Generalis, et quatuor primi Abbates de Firmitate, de Pontigniaco, de Claravalle, et de Morimundo provideant diligenter, ut singulis annis sollicite, charitative, prudenter, et cum pietate fiant ad animarum salutem, cultum divinum, votorum exentialium observantiam, et alia quæ ad mores, correctionem, et personarum regularium edificationem, nec non administrationem, et statum temporalem pertinent. Caveant vero maxime Visitatores ab omni donorum receptione, et etiam ne nimium numeroso comitatu, aut familia, gravioribus quam expediat expensis Monasteria onerent, et manducent tempore Visitationis in refectorio cum Fratribus propter disciplinam servandam = Abbates Regulares etiam perpetui, subjaceant Visitationi, et correctioni Visitatorum etiam non Abbatum, et ab ipsis ad sufficientem numerum Monachorum debite, et religiose contriendum, ædificiorum reparationes, annuas Ordinis contributiones solvendas, communia Ordinis, et Provinciarum onera sustinenda, jurisdictionis suspensione, aliisque Ecclesiasticis pœnis, et censuris, servato juris ordine cogantur. = Ad residentiam in suis propriis Monasteriis prout de jure teneantur; nec in Castellis, nec in Grangiis, aut alibi extra septa Monasteriorum suorum commorentur; neque quarumcumque Monialium alterius Ordinis regimen, et Visitationem absque expressa Summi Pontificis licentia, sub pœna privationis vocis activæ, et passivæ ipso facto incurrenda, suscipere audeant = Inter Abbates Regulares, et Conventus, et Officiales Monasteriorum, nulla fiat partitio bonorum, fructuum, redditumm, et proventum eorum; sed communibus ipsorum usibus deputentur juxta statutum Benedicti Papæ XII. nisi pro meliori regimine, et utilitate quorumdam Monasteriorum ad impediendas dilapidationes a Capitulo Generali, vel a comitiis intermediis aliter judicaretur. = Procurent tamen Superiores, et Visitatores Ordinis, ut in Monasteriis commendatis quantum fieri poterit; pensiones Religiosorum, et famulantium in bonis stabilibus assignentur. = *Circa caput 3. de adhibendis in Consilium Fratribus* = Capitula Generalia quolibet triennio apud Cistercium celebrentur, eisque omnes Abbates, nisi legitime impediti, aut ob justas causas excusati, simul, et Abbates a Congregationibus deputati, Procuratores Generales, Visitatores, et Syndici Provinciarum, Collegiorum Provisores, seu Rectores adesse teneantur, de sibi comissis muneribus actis, et per se gestis rationem redditur, et de agendis, aut reformandis in posterum de timore Dei, juxta regularia Ordinis instituta, et Constitutiones Apostolicas tractaturi = Licet autem soli Diffinitores vocem decisivam in diffinitionibus condendis habeant, tamen omnes Abbates, et aliæ personæ idoneæ, et de Ordine benemeritæ, judicio Abbatis Generalis, et quatuor primorum Abbatum designandæ, et post electionem Diffinitorum nominandæ, vocem consultivam habebunt. = Serventur quoque Constitutiones circa numerum eorum, quos Abbates dicti Ordinis venientes ad Capitulum secum ducere olim poterant, nullusque, qui non habet jus interveniendi, vel non fuerit vocatus, absque licentia petita, et obtenta ab Abbate Generali, ad dicta Capitula accedere audeat = Et quia in dies multa emergunt negotia, quæ matura deliberatione indigent, quolibet tempore intermedio inter duo Capitula die, et loco per Abbatem Cisterciensem designandis, ipse Cisterciensis, et quatuor primi Abbates conveniant cum aliis ex Visitatoribus Provincialibus Monasteriorum utriusque Observantiæ, Præsidibus Congregationum, Procuratoribus Generalibus, et Syndicis Provinciarum, qui negocia magni momenti agenda habebant, et ut celebratio dicti Conventus sit omnibus nota, ipse Generalis Abbas eam more solito ante sex menses Præsidibus Congregationum, Visitatoribus Provinciarum,

„ Procuratoribus Generalibus, et Syndicis indicere tenebitur, ut ad dictam Congregationem accedant, vel mittant, certioresque faciant dictum Abbatem Generalem, et quatuor primos de statu Congregationum suarum: præter quem Conventum, nullus alius in toto Galliæ Regno fiat sub quocumque prætextu, nisi a Capitulo Generali fieri concedatur = Visitatores Provinciarum Monasteriorum communis observantiæ, a Capitulo Generali, aut ipso cessante, ab Abbate Cisterciensi de Consilio, et consensu quatuor Primorum Abbatum, sicut alii publici Officiales instituantur non solum ex numero Religiosorum probatorum communis observantiæ, sed etiam, si ita expediens judicaverint, ex numero Religiosorum strictæ observantiæ, seu abstinentiæ quorum consilio, et opera uti poterunt, ad præsentem reformationem instituendam = Item provisor Collegii Parisiensis, Procurator, Doctores, Regentes, et alii Officiales secundum Benedicti Papæ XII. Constitutionem, per Capitulum Generale Ordinis, aut eo cessante, sicut consuetum est, ab Abbate Cisterciensi, auctoritate Capituli Generalis fungente, instituantur, et destituantur usque ad Capitulum Generale, vel intermedium, sive sint ex communi observantia, sive ex strictiori = Similiter consultis Provinciarum Visitatoribus super merita, vel demerita Religiosorum, instituantur, et destituantur a dicto Abbate Generali, et quatuor primariis Abbatibus, et aliis filiationem habentibus respective Priores, Claustrales, et Confessores in Monasteriis Monialium ad nutum amovibiles, observato moderamine, ut in Monasteriis commendatis strictioris observantiæ virorum, ac Monialium nullum instituere possint, qui non profiteatur abstinentiam: et licet omnes Ordinis Officiales, et Monasteriorum Priores sint ad nutum amovibiles, attamen qualibet triennio suorum Officiorum, et Prioratuum voluntariam dimissionem in scriptis faciant Capitulo Generali, Abbati Cistercii, quatuor primis Abbatibus, et aliis Superioribus a quibus respective fuerint instituti, cum facultate tamen eos continuandi in Officiis, et Prioratibus, quamdiu ipsos repererint, et judicaverint idoneos = *Circa Caput 6. de taciturnitate* = Laudabilem morem servandi silentium a Completorio usque ad tempus Capituli diei sequentis in omni loco, et semper in locis Regularibus, puta in Claustro Regulari, in Ecclesia, in Dormitorio, in Refectorio, et in Calefactorio omnes teneant, cum facultate tamen petendi necessaria, submissa voce absque conscientiæ scrupulo = *Circa caput 8. usque ad 20. inclusive, de forma Divini Officii, et modo psallendi* = Forma ista exactissime observetur, et materia ab Ecclesiæ Romanæ usu ad Dei gloriam, et proximi ædificationem sumatur, prout hactenus consuevit Ecclesia Cisterciensis, cui tamquam matri, omnes aliæ Ecclesiæ dicti Ordinis ex charta charitatis, Eugenii III., et Pii V. definitionibus; et præceptis conformari tenerentur: Ut autem hæc uniformitas in Divino Officio persolvendo teneatur in omnibus Ordinis Monasteriis, iisdem ritibus, et cantu, et libris omnibus ad diurnas, et nocturnas horas, et Missas necessariis, secundam prædictam formam Cisterciensis Monasteri omnes utantur = Horis Canonicis, Officio Beatæ Virginis, et Defunctorum juxta usus, et consuetudines laudabiles hujus Ordinis in choro recitandis, et decantandis, omnes, et singuli cum cucullis intersint, et horas Canonicas cum cantu Gregoriano juxta regulas persolvant = Diebus Festivis solemnioribus surgent hora secunda post mediam noctem, aliis vero diebus temperantius, prout a Capitulo Generali determinabitur. Horis Matutinis post officium Beatæ Mariæ Virginis, et post Completorium, aut aliis horis competentibus, vacent per mediam horam qualibet vice meditationi, et per decem dies exercitiis spiritualibus semel in Anno = *Circa caput 22. quomodo dormiant Monachi* = Omnes tam Abbates quam Monachi, tam Abbatissæ quam Moniales in comuni dormitorio recumbant, illis exceptis quos, aut quas rationе officiorum suorum, aut negociorum, aut alias justas causas ab eo excusari oporteat, juxta Abbatis, aut aliorum Officialium judicium. Quamvis autem regula jubeat, et etiam Benedicti Papæ XII. constitutio præcipiat, ut omnes in uno loco dormiant, sine cellis separatis, tamen ob majorem modestiam, et vitæ honestatem, sicut longa experientia comprobatum est, et ad consulendum cujuslibet infirmitatibus, dictarum

cellarum usus venit tollerandus, dummodo juxta Clementis Papæ VIII. decreta habeat Superior clavem, ut cum sibi videbitur, cellas omnes reserare possit. Nullusque atiam noctu cellam ita claudat quin a Superiore possit aperiri. Sit etiam in foramen pendula, vel ductili tabula coopertum. Vestiti dormiant omnes cum parvo caputio albo; lectistarnia, sacundum regulam in eis disponantur, et supellex talis sit, ut statui paupertatis quam professi sunt Monachi conveniat: nihil superflui in ea sit, nihil atiam in aa necessarii desit = *Circa Caput.* 28. *Da his qui sæpius correcti non emendantur* = Observantur Sacræ Congregationis Concilii decrata de Ragularibus Apostatis, et ejectis, et juxta illa dumtaxat, incorrigibiles e Monasteriis, et Ordine ajiciantur = *Circa Caput* 31. *de Cellerario* = Administratio bonorum temporalium secundum Concilii Tridentini Decretum fiat per Officiales, prout scilicet eis injunxerit Abbas, ad nutum amovibiles, sic ut de omnibus receptis, et expensis coram Abbate, seu Superiore, et Senioribus domus fidelem teneantur reddere rationem: pecuniæ vero omnes ab uno Bursario per Abbatem, aut Superiorem de Consilio Seniorum stabiliendo serventur in arca snb tribus clavibus, quarnm una apnd Abbatem, aut Superiorem maneat, aliam custodiat Senior domus, tertiam vero Ipse Bursarius. Nullus ex Superioribus locorum administrationem bonorum, aut aliarum rerum, dispensationemque pecuniarum, et reddituum sui Conventus, etiam nomine Conventus per seipsum habere, seu exercere possit, sed universum id onus tribus Fratribus ejusdem Conventus a Generali ita demandetur, ut unus rerum, et bonorum, reddituumque colligendorum, ac exigendorum curam habeat, alter tamquam Depositarius pecunias ac cætera ab illo collecta, et exacta fideliter asservet, alias de pecuniis ac rebus a Depositario acceptis, Superiori, et Fratribus ac Conventui universo de necessariis, mandante tamen ipso Superiore, non secundum proprium affectum, sed juxta charitatis regulam, velnti bonus dispensator provideat, officiorum bujusmodi confusione penitus interdicta. = *circa Caput* 33. *Si quid debeant Monachi proprium habere* = Observetur ubiqua vita communis juxta Concil. Trid. Benedicti XII, et Clementis VIII. decreta: nec cniquam Regularium tam Virorum, quam Mulierum dicti Ordinis liceat aliqua bona tamquam propria, aut etiam nomine Conventus possidere, vel tenere, nec fas sit Superioribus alicui Regulari concedere bona stabilia, aut certi bladi, panis, vini, vel pecuniæ pansiones dare, atiam pratextu contractuum initorum, vel ineundorum Inter Monachos communis, et strictioris observantiæ, quos SSmus D. N. Alexander VII. declaravit per Suas In forma brevis Literas da die 8. Mensis Martii 1660. nullos, irritos, illicitos, et paupertati religiosæ contrarios; sed omnia omnibus sint communia, et dentur unicuique secundum cujuscumque Monasterii facultates, regionum qualitates, omnia necassaria tum ad victum, tum ad vestitum, sive sano, sive ægro sive seni, sive juveni, sine ulla personarum acceptione, et habita tantum ratione necessitatis = *Circa Caput* 39. *da Mensura ciborum* = Qui abstinentiam a carnibus amplexi sunt, aut in posterum amplectentur, illam exacte retineant, et nemini illorum licaat, ad comunem ipsius Ordinis observantiam transire, nisi petita, at obtenta facultate a Summo Pontifice pro tempore existente, aut saltem a Capitulo Generali, vel ao cessante ab Abbate Cisterciensi. Nulli etiam comunis observantiæ Professori propter pacis, et charitatis custodiam liceat ad dictam perpatuam abstinentiam transire, non petita licentia saltem a suo Patre immadiate: ad quam abstinentiam amplectendam Superioras nullum, qui nec fnerit in ea educatus possint cogere, nec ullus, licentia utendi carnibus auctoritate Apostoliaa, omnibus personis Regularibus Ordinis, etiam sanis, et bene se habentibus data, et ab aadem approbata, et denuo concessa frui possit, nisi tribus diebus tantum In hebdomada, extra tempus Adventus, Septuagesimæ, et aliud ab Ecclesia prohibitum. = *Circa Caput* 41. *quibus horis oportaat reficere Fratres*=Jejunia non solum Ecclesiastica, sed etiam a regula, et a Constitutionibus præscripta serventur, Ecclesiastica moderatione. Circa tempus refectionis, senum, juniorum, et infirmorum habeatur ratio: insuper de jejuniis regulæ aliquando possint dispensaro Superiores, pro personarum, locorum, regionum, et anni tempestatum con-

» sideratione, ut aliqui fructus, et alia id genus alimenta in collatione, seu refectiuneula concedi jejunantibus possint. = *Circa Caput* 51. *de Fratribus, qui non longe satis proficiscuntur*=Laudabilis eonsuetudo introducta servetur = *Circa caput* 53. *De hospitibus suscipiendis* =Ad hospitalitatem tantopere eomendatam sint ferventiores Monasteriorum Superiores, sed in hospitibus suscipiendis frugalitas appareat, nullusque excessus permittatur: nec Religiosis eum consanguineis, et aliis supervenientihus in dormitorio, in cameris privatis, nec extra loea a Superioribus designata manducare concedatur; sicut nee Monialibus ad crates, et in locutorio cum quibuscumque tam secularibus, quam regularibus. Circa vero lotionem pedum hospitum, standum consuetudini = *Circa Caput*. 54. *Quod non debeat Monaehus Literas accipere*=Literæ directæ non sine Superioris licentia aperiantur, nec dirigendæ mittantur, sitque unieum sigillum in Monasterio, quod penes Priorem maneat, eoque omnes literæ sigillentur = *Circa Caput* 55. *vestimentis, et calceamentis Fratrum* = Quia humilitas personas Religiosas maxime deeet, et modestia omnium virtutum splendor, et ornamentum existit, Abbates omnes et Monachi ejusdem Ordinis habitu uniformi, modesto, atque decenti utantur, qui ejusdem virtutes simul, et paupertatem redoleat. Abbates intra Claustra Monasteriorum suorum pilcos non ferant, sed Religioso more tegantur. Monasteriorum septa nunquam sine Caputiis incedant; omnes etiam tam Abbates, quam Monachi pannis nigri, et albi dumtaxat coloribus simplicibus, honestis tamen, et mundis vestiantur, sic ut nihil appareat in cis, quod novitates secularium sapiat, et quod possit offendere intuentes. Ab indusiis, et collaribus lineis abstinaant, solisque laneis tam intra, quam extra Monasterium utantur, sicut et femoralibus. Nullus Abbas, vel Monachus audeat barbam, et Capillos nutrire, vel prominentes in superiori labro pilos alere, aut aliter, quam uniformiter, et æquali pectine capillos, vel barbam circumquaqua tondere, ralicto in capita eo circulo, quem Monasticam coronam vocant, ut Religiosi Monasterii Cistercii deferre solent. = *Circa Cuput* 57 *de Artificibus Monasterii* = Procurent Superiores, ut juvanes, quos ad studia non satis proponsos esse judicabunt, honestam aliquam artem ediscant, cujus exercitio otiositatem, et solitudinis tedium evitare possint. = *Circa Coput* 58. *de Disciplina suscipiendorum Fratrum* = Cirea Novitiatus, et Professoria designanda servabitur quod statuitur in Literis SSmi Domini Nostri. Et circa reeeptionem, et educationem serventur regula, et Constitutiones Apostolicæ, maxime decreta S. M. Clementis VIII; et reeipiantur Novitii suffieientis literaturæ, hoc est grammaticalibus, et si fieri possit Philosophicis instructi, post aliqualem in habitu seculari probationem in propriis domibus faetam, cum sufficienti pensione a Visitatoribus, aut aliis Superioribus pro ratione locorum determinanda, et a Monasteriis, pro quibus suscipiuntur solvenda, vel compensanda = Recipiantur autem a Visitatori Provinciæ, at a Novitiorum Magistro, et ab ipsis examinati, et idonei inventi vastiantur, et probentur, atque in hac communi observantia ita edoceantur ut excepta sola a earnibus abstinentia, ad omnia S. Regulæ capita, prout bic sunt denotata, toto vitæ decursu teneri intelligant = Seminaria seu professoria simili ratione ad pietatis, et religionis excolendæ opus erigantur, in quibus noviter professi, cum pensione sufficienti, aut compansatione maneant, et ad perfectionem S. Regulæ, et dicti Ordinis Cisterciensia praxim acquirendam ita erudiantur, ut nullus ex illis ad studia, vel ad Ordines, vel ad gradus assumantur, qui probatæ vitæ, et sufficientiæ testimonia non dederit= Quia aliqui dicti Ordinis Monachi sub prætextu stabilitatis promissæ, dum solemnem votorum professionem emiserunt, in aliquo eerto, et determinato Monasterio prætendunt sc etiam pro majori Monasteriorum ipsorum comodo, bono, et utilitate Ordinis, aut qualibet alia justa, et legitima ratione, si ipsi renuant in alia Monasteria transferri non posse, nisi ob grave aliquod erimen, quod in eodem loco facile emendari non possit, unde experientia ita eomprobanta, multæ sæpe oriuntur dissentiones, inobedientiæ, rebelliones, lites, et incomoda innumera, Renovatur constitutio Pii II. de Anno 1461. qua facultas datur Visitatoribus, et Superioribus Ordinis pro tempore existentibus, ut si eis ita

» expediens videatur, personas ipsas ad » alia ejusdem Ordinis Monasteria transferant, et alias idoneas in earum locum usque ad sufficientem numerum » substituant in beneficium Novitiatuum, » et Seminariorum communium, et faciliorem præsentis Constitutionis, et » reformationis execuntionem, ita ut qui » in locis Novitiatuum, et Seminariorum communium, et in aliis reformandis Monasteriis noluerint in » omnibus præsenti reformationi se se » submittere, cogantur sub pœna carceris se se transferre ad alia Monasteria per Visitatorem Provincialem eis designanda, ibique commorari; quæ Monasteria tenebuntur » illos recipere, et eos tamquam filios, » et professos habere, solo excepto jure electionis Abbatum, sub pœna interdicti, aliisque censuris contra renuentes, et huic ordinationi se se » opponentes. = *Circa Caput.* 61. *de Monachis qualiter suscipiantur* = Quilibet Visitator, seu Præses Provinciarum habeat sigillum Provinciæ ejus » Visitationi comissæ, nc præter ipsum » possit quisquam dare licentiam conveniendi Superiores Majores, nec extra quatuor dietas a Monasterio proficiscendi: quæ licentia in scriptis » detur, et Provinciæ sigillo muniatur = » =*Circa Caput* 64. *De ordinando Abbate*= » Nullus in posterum in Abbatem Generalem Ordinis Cisterciensis, qui » eumdem Ordinum non sit expresse » professus eligatur; et electio aliter » facta, sit ipso jure nulla; et sic eligentes pœnam privationis vocis activæ, » et passivæ in perpetuum eo ipso, absque alia declaratione incurrant; prætcrea eligendus iis dotibus, et virtutibus sit instructus, quam S. Benedictus in hoc capite, et secundo hujus Regulæ in Abbate requirit: vitentur autem in electionibus ejusmodi » omnes inordinati ambitus, et processus, et secundum Canones fiant per » scrutinium, in quibus omnes dicti » Ordinis utriusque observantiæ Monachi voce passiva respective gaudeant, » nisi aliunde intercedat impedimentum. = *Circa Caput* 67. *De Fratribus* =*in via directis*= Meminerint Superiores, et Religiosos suos obligari ad » solitudinem, nec ex illa debere, et » posse exire, nisi propter gravem, et » necessariam causam, idque cum maximo tremore, ne conceptus devotionis fructus dissipetur. Unde Sanctus » Legislator a solitudinibus exeuntes, ad » orationem propter tantum periculum » recurrendum esse jubet: Non ergo » permittantur ire Religiosi ad oppida, » vel pagos viciniores, nisi contingeret gravis aliqua necessitas, et semper cum socio a Superiore designato = *Circa Caput* 70. *Ut non præsumat quisquam alium cedere* = Causæ mere regulares inter personas dicti Ordinis emergentes intra Ordinem » terminentur juxta antiquas illas constitutiones, ne liceat alicui extra Ordinem appellare sub pœnis in ipsis » contentis = Omnia supradicta respective ad Moniales pertinere volumus, » præcipiendo Abbati Generali, et quatuor primis, et aliis Patribus Abbatibus, ut omnes sibi subditos ad Clausuram a Bonifacio VIII. et a Concilio Tridentino ordinatam, utique reducant, et cogant. = Ut autem in posterum una regula, una charitate, » similibusque moribus ubique vivatur, » et omnes utriusque sexus Ordinis personæ sciant in quo strictior observantia excepta sola a carnibus abstinentia consistat, fiat brevis, et dilucida compilatio, et reductio omnium » Constitutionum Apostolicarum, et Statutorum, quæ aut per usum contrarium, aut per aliquam aliam rationem non sunt abrogatæ, et per selectos ab Abbate Generali, et quatuor » primis Abbatibus viros, in disciplina » regulari, juribus, et privilegiis dicti » Ordinis exercitatos distribuantur in » certa Capita a Capitulo Generali approbanda, et promulganda, et demum typis mandanda, et in vernaculam linguam pro Monialibus vertenda, atque ad calcem Regulæ Beati Benedicti apponenda, ut in Capitulis singulorum Monasteriorum per » lectionem Regulæ aliqua eorum Capita successive legantur = Cum vero » in Congregatione Cardinalium, et Prælatorum, ut supra instituta, præinserti reformationis articuli diligenter » discussi, et examinati, et qua parte opus fuit emendati, et aptati fuerint; Nos de omnibus plene instructi, et informati comperimus illos » pro felici Monachorum dicti Ordinis » statu, et salubri directione provvido » compilatos, ac perstrictos fuisse, et » cum B. Benedicti Regula, quam primi Cistercienses in primævo instituto, Charta charitatis nuncupato, a » multis Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris approbato tenendam, et intelligendam posteris reliquerunt, in omnibus esse congruentes, præterquam in aliquibus, quæ

„ vel ex rationabili inveterata consue-
„ tudine abrogata, vel ex legitima Se-
„ dis Apostolicæ dispensatione, pro tem-
„ porum varietate lenita, ac tempera-
„ ta fuere. Quocirca Motu-Proprio, et
„ ex certa scientia, ac matura delibe-
„ ratione, Nostris, deque Apostolicæ po-
„ testatis plenitudine, tenore præsen-
„ tium, eosdem suprascriptos articulos
„ reformationis in omnibus, et per
„ omnia approbamus, ac confirmamus,
„ illisque perpetuæ, et inviolabilis fir-
„ mitatis robur adjicimus, atque in Uni-
„ verso Ordine Cisterciensi, tam in Re-
„ gno Galliæ, quam in aliis Regnis, et
„ Provinciis ab omnibus tam communis,
„ quam strictæ observantiæ Religiosis
„ firmiter, et inviolate servari præci-
„ pimus, et mandamus, sub pœnis in
„ Regula contentis = Cupientes autem
„ ut nostra hæc reformatio non sit ver-
„ botenus, sed divino auxilio realis,
„ et cum effectu, eidem Claudio di-
„ striete injungimus, ut primo quoque
„ tempore convocet Generale Capitulum
„ apud Monasterium Cistercii, celebran-
„ dum in Mense Majo sequentis anni
„ 1667, ad quod vocantur, et conve-
„ nire teneantur omnes, et singuli Ab-
„ bates, et Priores Conventuales Mona-
„ steriorum totius Ordinis præpeditio-
„ nem Canonicam non habentes, et in
„ eo Abbas Cistercii, et quatuor prima-
„ rli Abbates, item Diffinitores decem
„ ex communi, et totidem ex stricta ob-
„ servantia; in Capitulo autem seu Diffi-
„ nitorio, ut præmittitur congregato,
„ diligens habeatur tractatus de refor-
„ matione Ordinis, et observantia re-
„ gulari, deque aptiori modo exequen-
„ di, et ad praxim deducendi præin-
„ sertos Reformationis articulos, et quod
„ deliberatum, ac statutum fuerit, in-
„ violate observetur = Ordinentur etiam
„ in eodem Capitulo, seu Diffinitorio
„ Religiosæ, et circumspectæ personæ,
„ quæ singula Monasteria cujusque Pro-
„ vinciæ, secundum formum eis præ-
„ fixam visitare studeant, corrigentes,
„ et reformantes, quæ correctionis, et
„ reformationis officio viderint indige-
„ re. = Præterea fiat divisio seu parti-
„ tio Monasteriorum strictæ observan-
„ tiæ in Regno Galliæ existentium, in
„ duas saltem Provincias, et ab ipso
„ Abbato Cistercii, et quatuor prima-
„ riis Abbatibus, et decem Diffinitori-
„ bus ejusdem strictæ obserrantiæ, per
„ secreta Schedularum suffragia eligan-
„ tur ex eadem observantia duo Provin-
„ ciales Visitatores nuncupandi, usque
„ ad sequens Generale Capitulum du-
„ raturi, quorum quilibet jurisdictio-
„ nem ordinariam habeat in Monaste-
„ riis Provinciæ suæ. = Item in singu-
„ lis Provinciis Universi Ordinis etiam
„ extra Galliam designentur duo Mo-
„ nasteria Monachorum communis ob-
„ servantiæ, unum scilicet pro Novitia-
„ tu, una cum Magistris pro educan-
„ dis noviter Professis, et cum fami-
„ lia selecta, quæ quidem designatio-
„ nes una cum actis Capituli in scri-
„ pturam redactæ, atque ab eodem Ab-
„ bate subscriptæ, et consueto sigillo
„ obsignatæ transmittantur ad Procura-
„ torem Ordinis in Urbe Nostra axisten-
„ tem, qui statim illas Nobis exhibeat,
„ ut recognoscantur, et approbentur =
„ Interea vero motu, scientia, et po-
„ testate similibus prohibemus, et in-
„ terdicimus tam prædicto Abbati Ci-
„ stercii, et quatuor primariis Abbati-
„ bus, quam cæteris Abbatibus, et Su-
„ perioribus Monasteriorum comunis ob-
„ servantiæ, sive in Gallia, sive in aliis
„ Regnis, et Provinciis existentium, ne
„ quemquam ad habitum suæ Religio-
„ nis recipiant, aut in posterum con-
„ tra hujusmodi prohibitionem forsan
„ recipiendos ad professionem admit-
„ tant, donec antedictæ designationes
„ pro Novitiatibus, et Professoriis ut su-
„ pra factæ, et ad Procuratorem Ordi-
„ nis transmissæ nobis realiter, et cum
„ effectu exhibitæ fuerint, atque ut præ-
„ fertur approbatæ; alioquin sic reci-
„ pientes, vel admittentes, sententiam
„ excomunicationis incurrant, a qua non
„ per alium quam per Nos, et Roma-
„ num Pontificem pro tempore existen-
„ tem, nisi in mortis articulo consti-
„ tuti absolvi possint = Ad hæc de vo-
„ to ejusdem Congregationis Cardina-
„ lium, et Prælatorum, qui jussu no-
„ stro rationes, et motiva, voce, scri-
„ ptoque proposita tam a Procuratore
„ Ordinis quam a duobus Abbatibus
„ strictæ observantiæ pro reformationis
„ negotio ex Gallia ad Urbem ablega-
„ tis, iterum ac tertio, accurate, ma-
„ tureque considerarunt, et discusse-
„ runt, Nobisque plenam de omnibus
„ relationem fecerunt, auctoritate Apo-
„ stolica, præsentium tenore declara-
„ mus, Literas in forma Brevis datas
„ diabus 10. Novemb. 1657, et 8. Mar-
„ tii 1660 nec non 2. Julii 1661, res-
„ pective, nullo obreptionis, subreptio-
„ nis, intentionis Nostræ defectu, vel
„ alio nullitatis vitio laborasse, nec labo-
„ rare, ac proindo omnino esse servan-
„ das, et exequtioni mandandas, prout
„ servari, et exequutioni mandari ju-

bemus, perpetuum desuper silentium imponentes sub pœnis contentis in primodictis nostris literis editis die 16 Januarii 1662 = Cæterum ex hac Nostra declaratione, quoad ea quæ memoratis Literis Nostris, et his præsentibus non adversantur, Monasteriis Monachorum Reformatorum in Regno Galliæ, eorumque strictæ observantiæ, aliquod præjudicium generare non intendimus, sed illam in sua firmitate ac robore volumus permanere perinde ac si eædem literæ non emanassent. Quin imo Nostræ intentionis est, eamdem strictam observantiam in sua laudabili vivendi ratione confovere, et pro illius conservatione, et incremento pastoralis Nostri officii partes gratiose, et favorabiliter impendere, unde Abbatem Cistercii, et primarios quatuor Abbates serio in Domino monemus, atque adhortamur, eisque in virtute S. Obedientiæ districte præcimus, et mandamus, ut ipsam strictam observantiam non modo protegere, ac zelo charitatis complecti, verum etiam diffundere, et propagare pro viribus studeant, ut in dies, benedicente Domino, in Ecclesia Militante fructus ferat uberiores = Similiter declaramus validas fuisse, et esse Professiones a Monachis strictæ observantiæ in hanc usque diem emissas, nec non absolutionem cum actis huc usque gestis, quæ suum plenarium sortitæ sunt effectum, ita ut prædictarum, ac præsentium nostrarum Literarum vigore nullitatis vitio minime subjacere censeantur, nec propterea a quoquam impugnari, infringi, aut in controversiam adduci ullatenus possint; sicque per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, et S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, et Apostolicæ Sedis Nuncios, et alios quoslibet, quacumcumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, ac definiri debere, ac irritum, et inane si quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus: non obstantibus præmissis etc. Quibus omnibus, et singulis etc. Volumus autem etc. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIV. Apr. MDCLXVI Pontificatus Nostri Anno XII.

Reformationes ab Alxandro VII approbatæ Generalia Ordinis comitia reverenter receperunt.

§. 3. Sane hujusmodi Reformationis præscripta, quemadmodum Apostolicæ eæ literæ præcipiebant, in coactis paulo post totius Ordinis Generalibus Comitiis, anni videlicet 1667 debita cum reverentia, et obsequio recepta sunt, et in aliis, quæ subinde celebrata fuerunt, pro basi, et fundamento Monastici illius ædificii sunt habita: inter alia vero dicti Ordinis Monasteria, quæ Alexandri VII. Reformationem libenter amplexa fuere, unum præcipue fuit Salemitanum: cujus tamen Cœnobitæ cum ob humanæ indolis infirmitatem nonnullis ab hinc annis a rigidiori hac norma paulisper declinarent, Apostolica Sa. Me. Benedicti XIV. ultimi Decessoris Nostri sollicitudine, et Generalis quoque Abbatis suffragio, Alexandrinæ Constitutionis observantia in d. Monasterium fuit rursum invecta: etenim petente Anselmo Abbate, et Cœnobium Salemitanum, et reliqua eidem adnexa sub Apostolicæ Sedis patrocinio iterum susciperentur, per literas in forma Brevis sub die 15 Julii anno 1752 incipien: *Persuasum Tibi etc.* eidem Pontifex Max. rescripsit, se neutiquam ambigere Monasterium istud noviter in Clientelam suam recipere, ea tamen conditione, ut Cœnobitica disciplina a Religiosis omnibus adamussim custodiretur secundum Ordinis Statuta, et Apostolicas Constitutiones, præsertim Alexandrinam, demum vero ipsius Benedicti de Clausura Monasteriorum die 3 Januarii anni 1742.

Laxata disciplina in Monasterio Salemitano Alexandrinæ Constitutionis observantiam iussit Benedictus XIV.

Ex quo factum fuit ut ad antiquam observantiam Monachi Salemitani tandem fuerint revocati.

§. 4. Quamobrem idem Dilectus Filius Anselmus Abbas, qui eo videtur impensius Ordinem suum diligere, quo magis ardet cupiditate Monasticæ disciplinæ ad Tridentini Concilii normam Sess. 25 Cap. 1 componendæ, ut specialem hanc Apostolicæ Sedis gratiam, atque benevolentiam sibi, suoque Religioso cætui mereretur, suffultus ex una Benedicti XIV. suasionibus, atque hortamentis, ex altera vero efficacissimis literis, ac monitis Venerabilis Fratris Octavii Archiepiscopi Chalcedonensis, tunc apud Helvetios Sedis Apostolicæ Nuntii, modo autem Palatii Nostri Præfecti omni studio, atque conatu veteri disciplinæ redintegrandæ naviter incubuit, et bonorum omnium largitore Deo, hisce irrigationibus incrementum dante fœliciter assequutus est, ut Alexandrina Constitutio ibidem in præsens vigeat, communis vita, quæ Monasticæ disciplinæ fundamentum est, pulchrius efflorescat, non ter amplius, sed quater in hebdomada abstineatur

ab esu carnium; ad Nocturnas Vigilias in Solemnibus diebus secunda post mediam noctem hora, reliquis diebus tertio surgatur, abjectis lineis, laneæ deferantur Iterulæ, et Clausuræ lex sanctissime custodiatur, quæ omnia pariter ut a Supremo totius Cisterciensis Ordinis Antistite in ultima Salemitani Cœnobii Visitatione per Ablegatum suum confirmarentur, effecit.

Ut vero in hac Religiosa observantia Monasterium persisteret, Apostolicæ Sedis auctoritas imploratur pro nova Alexandrinæ Constitutionis confirmatione.

§. 5. Quamobrem restituta in hunc modum rigidiori observantia, idem Anselmus, una cum reliquis Cœnobitis, admissas Nobis obtulit preces, quasi jure postulant, ut post impletam hanc a Prædecessore Nostro conditionem sibi præscriptam conceptis verbis, Monasterium suum in specialem tutelam, gratiamque Sedis Apostolicæ modo suscepto obnunciaremus; timensque ne futuris temporibus, vel propter rerum humanarum vicissitudinem, vel propter dissonantiam quamdam cum nonnullis Cisterciensibus Cœnobiis, in quibus Alexandrina reformatio variis de causis perfecte non observatur, detrimentum aliquod patiatur, inducta suum in Cœnobium rigidior Disciplina, sive ex aliqua dispensatione, et indulgentia Visitatorum, qui ex iis Monasteriis interdum assumuntur, sive alia quacumque de causa refrigescat, atque labefactetur, a Nobis identidem postulavit ut præfatis literis Apostolicis Alexandri VII. quo firmiores adhuc radices agerent, et in omnibus atque ab omnibus in suo Monasterio accuratissime servarentur, Apostolicæ Nostræ confirmationis calculum adjungeremus.

Confirmatur Constitutio Alexandri VII., itemque altera Benedicti XIV. super clausura Monasteriorum.

§. 6. Nos igitur pietatem, religiosamque curam dicti Anselmi Abbatis merito commendantes, atque futurum in Domino sperantes, ut Salemitani Monasterii Alumni in ea vocatione, in qua vocati sunt, fideliter perseverent, suique Ordinis Regulam, et Apostolicas sanctiones, tamquam viam per quam ad Christianæ perfectionis apicem progredi elegerunt, alacrius insistant de virtute in virtutem in dies proficientes, ut sint et invicem, et aliis Ordinis ejusdem Cœnobitis sicut odor agri pleni in conspectu Domini, dictum Anselmum, ac reliquos Cœnobitas amplioribus gratiis, prosequi cupientes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eorumdem inclinati, primum quidem laudatum Monasterium S. Mariæ de Salem in specialem Nostram, et Apostolicæ Sedis gratiam, et protectionem perlubenter accipimus, atque admittimus, deinde sæpedictas literas Alexandri VII. Decessoris Nostri, et quæcumque in eis continentur, quemadmodum etiam constitutionem Benedicti XIV. super Clausura Monasteriorum quorumcumque superius memoratam, Apostolica authoritate tenore præsentium approbamus, et confirmamus, eisdem inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, atque ab omnibus, et singulis dicti Monasterii Salemitani Cœnobitis inviolate, sancteque, sub pœnis in regula expressis, observari præcipimus.

Præsentium Literarum præcise demandatur observantia.

§. 7. Inhibentes præterea, et in virtute S. Obedientiæ districte mandantes tam modernis, et pro tempore futuris ejusdem Monastorii Abbatibus, et Monachis, etiam ex eo, quod forsitan ante professionem suam nominatim de ipsis literis sibi non constare, aut non constitisse prætenderent, quam cæteris d. Ordinis Abbatibus, laudatum Monasterium de more visitantibus, quamvis etiam ipse accederet totius Ordinis Generalis Abbas, nec non Capitulo Generali seu Nationali, quinimo Nostris quoque, et Apostolicæ Sedis Nunciis, seu Cardinalibus de latere Legatis, ne audeant ullo pacto, et titulo dictarum literarum, et reformationis exequutionem, sive in toto, sive in parte in Monasterio prædicto impedire, relaxare, imminuere, vel aliud quidpiam, inconsulta Sede Apostolica, immutare, et quidquid contra præmissa a quovis attentari, aut prætendi contigerit irritum et inane, nullinsque roboris, ac momenti esse, ac fore declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Decernentes præsentes literas perpetuo, ac futuris temporibus semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suumque plenarium, et integrum effectum sortiri, et obtinere, atque ab illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari debere sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, Apostolicos Nuncios, et S.R.E. Cardinales, et eorumdem Cardinalium Congregationes, et quosvis alios quacumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros judicari, et defi-

niri debere, ac irritum, et inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, dictique Monasterii, et Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quæmodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die viii. Augusti MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Dat. die 13. Augusti 1760. Ann. tertio.

CLX.

Pontificum Romanorum præcipuam fuisse curam, ut Ecclesiastica immunitas, et Episcoporum jura sarcta, tecta serventur, Clerique disciplina ad Sacrorum Canonum præscriptum revocetur, significat Gnesnensi, Archiepiscopo, cunctisque in Polonia Antistibus.

Constit. Benedicti XIV. tertio Kal. Aprilis 1742. circa appellationes, et inhibitiones concedendas vel denegandas in Causis Ecclesiasticis, de qua in præsentibus Literis sermo est, adest impressa in prælaudati Pontificis Bullario sub Num. 48, ubi referuntur præcedentium Pontificum Constitutiones, Conciliorum resolutiones, et Sacrarum Congregationum decreta, eamdem rem respicientia.

Venerabili Fratri Vladislao Archiepiscopo Gnesnensi.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

§. 1. Veluti persuasum Nobis est, Dilectum Filium Stefaninium, qui Apostolici Nuncii Venerabilis Fratris Archiepiscopi Mitilenensis antea fuit Auditor, commendationes Vestras nunquam exquisivisse, ut eo in officio etiam præsens detineretur; ita Vobis pariter persuasum esse cupimus officia Vestra neutiquam illi nocumento futura, quin potius velle Nos opportunitatem dari, qua intelligere possit, quod Vestram iniisse gratiam Nobis quidem gratum accidit, sibi vero utile aliquando futurum.

§. 2. In reliquis autem nihil magis cordi habemus, quam ut Ecclesiæ Immunitas, et Episcoporum jura sarta, ac tecta serventur et si quæ vitia, pravique mores in Cleri Disciplinam irrepserunt od sacrorum Canonum præscriptum rite corrigantur, ac sedulo emendentur; quocirca de appellationibus, quas facile nimium recipi, admittique doletis in iis, quæ pertinent ad morum correctionem, nihil alind rescribere possumus, nisi, rem hanc omnem accuratissime discussam, definitamque fuisse a Romanis Pontificibus Decessoribus Nostris, potissimum vero a Fel. Rec. ultimo Benedicto XIV. qui capita omnia provocationum, atque appellationum ab Episcoporum judicio admittandarum, sive recipiendarum sapientissime collegit in Constitutione quæ incipit *ad Militantis Ecclesiæ* data 3 Kal. Aprilis 1742 quæ si religiose custodiatur, atque servetur, ut ipsi quoque enixe optamus, ac volumus, nulla erit in posterum conquerendi occasio, naque Judices, quicumque ii fuerint ad quos provocatur, præstitutos sibi terminos sive in re, sive in modo transgredientur.

§. 3. In hunc igitur sensum, ut Fr. Tuæ aliorumque Episcoporum votis annueremus, Apostolico Nuncio literas dari mandavimus, quibus nihil Nos expetere magis perspiciatis, quam sacrorum Canonum, et Apostolicarum sanctionum implementum, unde, et Episcopalis Ordinis dignitas, et Ecclesiasticæ disciplinæ redintegratio maxime pendent. Interea vero Tibi Ven. Frater, aliisque Poloniæ Coepiscopis, quos peramanter complectimur omnes, Apostolicam Benedictionem toto corde largimur. Datum Romæ apud S. M. Majorem sub Annulo Piscatoris die xiii. Augusti MDCCLX. Pontificatus Nostri anno Tertio.

Dat. die 18 Aug 1760 Ann. Tertio.

CLXI.

Approbatio, et confirmatio sanctionum quarumdam pro studiis Linguarum Orientalium Cappuccinorum Conventus S. Honorati Parisiorum.

Magistros Linguarum Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, et Arabicæ in Studiis Generalibus haberi jussit Clemens V. ut est in Clementin. 1. de Magistr. Earumdem Linguarum Magistros habendos esse a Regularibus in suis Studiis jussit Paulus V. Constit. edit. Ann. 1610. Jul. 31 quæ est in Bullario Mainardi.

Clemens PP. XIII.

Ad perpetuam rei Memoriam

Quæ ad proficiendum in Sacris Scripturis valde conferant.

§. 1. Cum Scriptura omnis divinitus inspirata, teste Apostolo = (1) utilis sit ad docendum, ad arguendum, » ad corripiendum, ad erudiendum in » justitia, ut perfectus sit homo Dei, » et ad omne opus bonum instructus = duo in primis necessaria sunt, Divini luminis illustratio, quæ Fidelium mentibus in Ecclesia Dei sensum veritatis aperiat, deinde assidua cura, ac diligentia in sacris paginis evolvendis, perscrutandisque, ut quemadmodum scribit D. Gregorius Magnus Prædecessor Noster (2) = discamus cor Dei in verbis » Dei, et ad cælestia gaudia ardentius » suspiremus = Cum autem pleraque ardua sint, ac intellectu difficilia in iisdem explicandis, interpretandisque, plurimum conducere indubium est trium præsertim linguarum peritiam Hæbraicæ, nempe, Græcæ, et Latinæ, unde inquit S. Augustinus (3) = Magnum re» medium est linguarum cognitio: La» tinæ quidem linguæ homines quos in» struendos suscipimus, duabus aliis ad » Scripturarum Divinarum cognitionem » opus habent, Hæbrea scilicet, et Græ» ca, ut ad exemplaria præcedentia re» curratur. =

Romanorum Pontificum sollicitudo ut linguæ Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, ut Arabicæ excolerentur, quæ ad Sacrarum Scripturarum intelligentiam conferunt.

§. 2. Hanc ob causam Romani Pontifices Prædecessores Nostri, firmissimum Catholicæ veritatis præsidium in sacrorum librorum usu, unde incorrupta fidei, morumque doctrina dimanat, Divinitus positum recensentes, eo præcipuam suam curam, et providentiam contulerunt, ut linguarum ejusmodi Studium excoleretur: e quibus Clemens V. in Viennensi Concilio sapientissime constituit, ut non solum apud Romanam Sedem, sed et in insignoribus tunc temporis Accademiis, scholæ erigerentur ad ejusmodi idiomatum notitiam adipiscendam: itidem Sacrosanta Tridentina Synodus (1) = ne Cælestis iste Sacrorum librorum thesaurus, quem Spiritus Sanctus summa liberalitate hominibus tradidit per incuriam Sæcularis, et Regularis Cleri neglectus jaceret, ad veteris, ac novi Testamenti expositionem potissimum, præbendam Theologicam in Cathedralibus, aliisque insignoribus Collegiatis institui mandavit, in Cœnobiis vero Sacræ Scripturæ lectiones haberi præcepit. Ad hæc Summus Pontifex Paulus V. pariter Decessor Noster in sua Constitutione, quæ incipit Apostolicæ Servitutis die 31 Julii 1610. strictius quoque Prælatis Regularium tam mendicantium, quam non mendicantium indixit, ut iis in Cœnobiis, ubi studia vigent, Magistri, atque Doctores ejusmodi linguarum honeste, sustentarentur.

Constantis hujus studii Romanorum Pontificum observantiam demandarunt S. Congregationis de Propaganda decreta.

§. 3. Extat etiam Congregationis Cardinalium Fidei Propagandæ præpositorum decretum diei XI. Aprilis Anno MDCXXV. evulgatum, quo exequntin Bullæ Pauli V. demandatur, ut apud religiosos præsertim viros Sanctissimæ Religionis Nostræ propagatores, Hæbraicæ, Græcæ, ac Latinæ linguæ cultus promoveatur: neque desunt exempla Illustrium Episcoporum, qui suis in Seminariis, Clericos hac Orientalium linguarum disciplina instruendos enixe curarunt, e quibus illud commemorare lubet clarissimi in Patavina Sede Antecessoris Nostri Venerabilis Gregorii Barbadici, quem semper uti Antesignanum, Magistrum, Ducemque Nostrum in ea regenda suspeximus, cujus nominis inter Cælites referendi causa modo fæliciter agitur: Is enim Apostolicarum ejusmodi Sanctionum egregie conscius, et pietatis, et Doctrinæ amplificandæ cupidissimus non tam Scholam aperuit ad Hæbraici, Græcique idiomatis eruditionem in Patavino Seminario comparandam, verum etiam utriusque linguæ formas in Typographiam invexit, ut firmiores studia hæc inibi radices agerent, indeque in alias quoque Christiani Orbis plagas diffunderentur.

Itemque plures illustres Episcopi Orientalium linguarum disciplinas in Seminariis instituentes.

(1) 2 ad Timoth. Cap 3 vers. 16

(2) Lib. 5 Epist. indict. Epist. 50.

(3) De Doctrina Christiana

(1) Sess. 5 Cap 1 de Ref.

Apostolicam gratiam pro horum studiorum cultu Pontifex exprimit.

§. 4. Quibus ex causis cum Summorum Pontificium Decessorum Nostrorum in Romana Cathedra, tum vero etiam illius Ven. Aotistitis in Patavina, vestigiis inherentes, ipsi quoque muneris Nostri esse intelligimus, Pontificiam omnem authoritatem, ac gratiam Nostram iis conferre, qui in sanctionum ejusmodi implementum ad Divini Nominis gloriam, et Catholicæ fidei, atque pietatis incrementum, in Sacris eloquiis ad verum, germanumque Ecclesiæ sensum explanandis, interpretandisque naviter, ac laboriose desudant.

In Parisiensi Cappuccinorum Conventu S. Honorati Societas Religiosorum aderat Orientalium Scientiarum Studio dicata, qui leges condiderat pro felici ipsius Societatis progressu.

§. 5. Sane expositum Nobis fuit a nonnullis Dilectis Filiis Cappuccinis Conventus Parisiensis S. Honorati, Linguarum hujusmodi Orientalium studio sese dicavisse, tantumque, benedicente Domino progressum fecisse, ut permagnos jam eorum laboris, atque industriæ fructus ex pluribus voluminibus in lucem editis appareat, quod quidem eo magis commendari meretur, propterea quod, nemo ignorat austerissimum vitæ genus, quod ejus Institutionis alumni profitentur. Cum autem valde periculosum sit, pulcberrimum istam studiosorum hominum sociatatem, ut humana sunt omnia, dissolvi, nisi quibusdam legibus, quasi vinculis ejus compages contineatur, hinc pro parte eorumdem Dilectorum Filiorum Cappuccinorum, qui dictam Societatem constituunt nobis humillime supplicatum fuit, ut Apostolica authoritate approbaremus leges quasdam ad ejus Societatis regimen, atque stabilitatem fulciendam maxime opportunas, atque una simul facultates aliquas inibi expressas, de Apostolicæ indulgentiæ benignitate iisdem impertiremur. Leges autem sunt quæ sequuntur.

Tenor legum conditarum pro felici progressu Societatis studiorum Orientalium.

» I. Numerus Religiosorum, qui linguarum Orientalium studio, destinabuntur, major, quam sex, aut minor quam quatuor esse non poterit.

» II. Candidati in hac schola admittendi ab his, qui actu sacris literis incumbent, Superioribus in Deffinitione Provinciali congregatis proponentur, ut ab iisdem in Societatem cooptentur, vel ab ea repellantur, nec ad illud opus, invita Societate poterunt applicari.

» III. Ad illud opus destinatos et semel a Diffinitione admissos non poterunt Superiores ad nutum suum, et sine graviori causa, reluctante Societate, submovero, sed casus si inciderit, ut Superiores in Deffinitione congregati aliquem Societatis expelli voluerit, et Societas contra expulsionem Socii sui reluctetur, tunc ad Diffinitorium Generale fiet recursus, totumque ejus judicio erit remittendum. Nullum pariter cum hocce studio insociabile munus Guardianatum *verbi gratia*, aut Lecturam Candidatis potuerunt imperiiri, et si, invita Societate, aliquod hujus generis officium acceperit Candidatus, e numero Studentium delebitur.

» IV. Si Societas e sinu suo Candidatum gravioribus de causis expellere desideraverit tunc (fraternis antea præmissis admonitionibus) Provinciali, et Diffinitoribus collegialiter unitis quærelas proferet, expulsionisque petitæ causas, et rationes aperiet: quod si major pars Diffinitorii Procincialis non consentit cum Societate, omnes ad Supremum Religionis Tribunal, scilicet ad Difinitorium Generale recurrant, et interim Socius usque ad Senteutiam definitivam ejusdem Tribunalis, inter Accademicos reputabitur.

» V. Graves autem causæ sunt præsertim, ignavia crassa, pravi mores, et alius quilibet principalis cordis, et animi defectus, qui paci, concordiæ simul, et Societatis laboribus nocere possit.

» VI. In Regularitatibus, et in omnibus aliis Religiosi illi, sicut et cæteri, Superioribus omnino subjecti erunt.

» VII. Cum sumptus necessarii sint, ut opera typis mandentur, unus e Sociis ab ipsis eligetur, qui sub licentia Sanctitatis Suæ negociis illis temporalibus vacet, libros emat per Syndicum, qui pecunias recipere, apud se depositas servare, et æs alienum Societatis curet solvere. Cæterum Societas habebit communitatem vitæ et victus; ast cum dignus sit operarius mercede sua, et multa assidue laborantibus necessaria sint, saltem de necessitate convenientiæ, quæ a Conventu suppeditari non solent, Socius pro negotiis temporalibus gerendis electus, ea sibi, Sociisque cum licentia Superioris localis, aut Patris Provincialis ex proventu editionis librorum (si quis sit) procurare poterit, et si post necessaria Societati suppeditata, et omnes impensas editionis solutas, forte remauserit aliquod residuum, illud ad nutum Societatis, hoc, vel illud indicantis, sub licentia Sanctitatis Suæ, vel ad Sacristiam, vel ad Bibliothecam, vel ad Conventum applicabitur.

» VIII. Socio, hoc officium peragenti, non licitum erit se librorum » extraneorum commercio immiscere, » sed de solis Societatis libris, et de » permutationibus ex ipsa provenienti» bus tantummodo pertractare poterit.

» IX. Socius ille rationes singu» lis duobus annis Societati congrega» tæ reddere tenebitur, et si contra » ipsius administrationem Societas una» nimiter reclamaverit, alius e Sociis » eligetur, qui huic officio incumbat: » Societas vero, eamdem ipsam admi» nistrationis rationem Provinciali red» dere teneatur.

» X. Societati licitum erit unam » Bibliothecæ communis clavem penes » se habere, ut ex ipsa libros operi» bus suis necessarios extrahere, et in » ipsa post usum reponere possit, quæ » quidem clavis in manibus Decani » Societatis servabitur; sed nec ipsi, » nec ulli de Sociis ejusdem Bibliothe» cæ curæ se imminiscere, et de li» bris ad ipsam pertinentibus ullo mo» do disponere, vel pertractare fas erit; » quilibet autem Socius, quoties a Biblio» theca libros extrahat, toties et nomen » suum, et nomen librorum ex ipsa ex» tractorum (ut mos est) in scriptis dabit.

Leges supra relatas, audito suffragio Procuratoris Generalis Ordinis, Pontificia auctoritate confirmat, et approbat.

§. 6. Nos igitur postquam easdem mature perpendimus, et studiosæ ejusmodi Societatis incolumitati, firmitatique consentaneas esse censuimus, audito insuper suffragio dicti Filii Amati Lambalensis Procuratoris Generalis Ordinis Cappuccinorum, qui leges præfatas pariter ad trutinam expendit, atque approbavit, ut antedictæ Societatis Cappuccinorum in Conventu Parisiensi Sancti Honorati studio linguarum Orientalium deditorum dissolutioni cuilibet, confusioni, ac perturbationi opportuna ratione occurramus, et eosdem dilectos Filios Cappuccinos dicti Conventus specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, dictorum Cappuccinorum supplicationibus inclinati, leges præfatas, et in eis contenta, quæcumque Apostolica authoritate, tenore præsentium perpetuo approbamus, et confirmamus, et inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur vim, et efficaciam adjicimus, nec non statuimus atque mandamus, ut in eodem Conventu Divi Honorati omnino consequentibus temporibus observentur.

Clausulæ sublata, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes præsentas literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suum plenarium, et integrum effectum sortiri, et obtinere, atque ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit inviolabiliter observari debere, sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, Apostolicos Nuncios, et S. R. E. Cardinales, et eorumdem Cardinalium Congregationes, et quosvis alios, quacumque præeminentia et potestate fungentes, et functuros judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane quidquid secus super his a quoquam, quavis authoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogat contrariis.

§. 8. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, et Ordinis Cappuccinorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, et Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XVIII. Augusti MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Dat. die 18 Aug. 1760 Ann. Tertio.

CLXII.

Indulgentiæ pro Fidelibus visitantibus Ecclesias Fratrum Ordinis Prædicatorum aliqua ex septem feriis sextis præcedentibus Festum S. Vincentii Ferrerii.

Terdecim sextis feriis a S. Francisco de Paula, institutis, Pia exercitia ab eodem S. Francisco proposita facientibus, indulgentiam plenariam concessit Clemens XII. Const. Ann. 1738 Sept. 24 quæ adest in Bullario Mainardi.

Clemens PP. XIII.

Universis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Cum, sicut accepimus, in Ecclesiis Fratrum Ordinis Prædicatorum, pia erga Sanctum Vincentium Ferrerium, præsertim in septem feriis sextis, ejusdem Sancti Festum immediate præcedentibus, derotio introducta fuerit, prout de præsenti etiam viget: Nos ad eam confovendam, et ad augendam Fidelium Religionem, et animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis dicti Ordinis in una ex prædictis feriis sextis, per eos ad sui libitum eligenda, devote visitaverint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. In reliquis vero feriis sextis hujusmodi, eisdem Christifidelibus etiam vere pœnitentibus et confessis, ac Sacra Communione refectis, aliquam ex prædictis Ecclesiis, ut supra, visitantibus, et ibidem orantibus, qua feria prædictarum id egerint, septem annos, et totidem Quadragenas de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Præsentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint; utque præsentium earumdem litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die decima octava Augusti MDCCLX. Pontificatus nostri Anno Tertio.

CLXIII.

Dat. die 20 Aug. 1760 Ann. Tertio.

Paraensem Episcopum summopere commendat pro eximio charitatis studio quo flagrat, et arduis periculis queis occurrit, ut animas ad Christi ovile reducat.

Venerabili Fratri Joanni Episcopo Paraensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Qui apud Barbaras Gentes designantur Episcopi, ii quidem Apostolorum et Discipulorum Christi Domini, quos tamquam Oves misit in medio Luporum proprius repræsentant imaginem. In hanc igitur sortem (uti per eas literas, quas Nobis reddidit Dilectus Filius Joannes Gabrinius perscribis) vocatus nihil rectius agere potuisti, quam ardentissimas fundere preces, ut qui fuit oneris author, idem quoque bonorum operum, sanctæque villicationis largitor existeret; cujus quidem optimæ spei non leve argumentum est, eximiæ charitatis studium, quo flagras, et ardua pericula obeundi ad animas Christo lucrifaciendas, et sanguinem, si opus fuerit, pro Christi Fide fundendi: erat hæc antiquitus provisio, ac præparatio animi ad Episcopale ministerium implendum, unde quod sit alicubi Nostris etiam temporibus, et plurimas Deo gratias agimus, et maximopere lætamur, atque idcirco Deum Opt. Max., quemadmodum Nos rogas, exorare non omittemus, ut benedicat laboribus, atque prædicationibus Tuis, iisdemque cæleste illud tribuat incrementum, sine quo neque qui plantat, neque qui rigat est aliquid, ut repositam iis, qui in agro Domini exco-

lendo naviter desudant, mercedem, atque coronam accipias, cujus auspicii pignus sit Apostolica Benedictio, quam Tibi Ven. Frater peramanter largimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die xx. Augusti MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Dat. die 8 Sept. 1760 Ann. tertio.

CLXIV.

Approbatio, et confirmatio legum servandarum a Piis Virginibus, quas vocant *Magistræ Piæ*, quæ regimini subsunt Piorum Operariorum.

Clemens PP. XIII.

Ad perpetuam rei Memoriam

Quam sit utilitas profecta ex Piarum Magistrarum instituto plurimum commendat.

§. 1. Experientia rerum omnium Magistra satis docuit, quantum Puellarum educationi perutilis hactenus fuerit piarum quarumdam Virginum Conventus *piæ Magistræ* nuncupatus, quas Episcopi sub eorum regimine insimul habitare permiserunt, quamvis neque Claustrorum, neque Religiosæ professionis legibus obstrictas, ut Deo unico vacarent, et sinceræ pietatis documenta, et manuum opificia Puellis humilioribus præsertim, vel apud eas degentibus, vel ad earum Scholas convenientibus diligenter accurateque traderent, quæ adulta postmodum ætate, si ad Cœlestis Agni nuptias vocentur, in Christianæ perfectionis stadio facilius progrediantur, sin vero terreno jungantur connubio, didicerint jam quod decet mulieres, promittentes, ut inquit Apostolus, pietatem per bona opera, diligere scilicet viros suos, regere familiam, gubernare domum, et se ipsas irreprehænsibiles exibere.

Exordium, et progressus hujusce Pii instituti enunciantur.

§. 2. Piam hanc Societatem, ut accepimus, primus in suam Diœcesim invexit Cl. Me. Cardinalis Marcus Barbadicus civis Noster, dum Montis Falisci Episcopum ageret, ex qua in alias subinde viciniores diffundi cæpit, usquedum Sa. Me. Clemens XI. Decessor Noster vigilantissimus, ne utilitate illa, ac bono, quod a sensatis mulieribus proficiscitur Urbs Roma careret, in hanc communem omnium patriam illas evocavit, ut Adolescentulas studiose, ac liberaliter docerent timere Deum, et operari consilio manuum suarum.: quamobrem certam iisdem constituit stipem a Pontificio Eleemosynario quotannis solvendam, quod reliqui deinde Summi Pontifices, Nosque ipsi præstari jussimus. Almæ Urbis Nostræ exemplum, in qua octo jam Scholæ in præsens per diversas Urbis Regiones fundatæ sunt, alii quoque sequuti fuere: non tam enim plures Episcopi, quam Toparchæ suis in Diœcesibus, et in Oppidis eas locandas, stabiliendasque, certo pariter eisdem constituto censu, duxerunt.

Ut Pium hocce institutum magis in suo proficeret proposito, leges nonnullæ conditæ quo in officio, et obedientia Magistræ continerentur facibus.

§. 3. Sicuti autem nullum edificium sine compage, ac fundamento consistere nequit, atque idem est de Societatibus, humanisque consortiis, ita laudatus Cardinalis Barbadicus ope Clericorum Congregationis Piorum Operariorum, quibus in sua vinea excolenda adjutoribus utebatur, quasdam eisdem præstituit leges, primum Typis Montis Falisci, deinde etiam Romæ Anno 1717 cura, et sollicitudine Nicolai Albini tunc Athenarum Archiepiscopi, et Eleemosynarii Pontificii in lucem editas; ut in officio, et in obedientia continerentur.

Quæ sane regulæ quum fuerint tractu temporis corruptæ, novis superadditis, iterum plubici juris sunt recentissime factæ, quarum hic Pontificis approbatio postulatur.

§. 4. Nuperrimæ autem eædem Dilectæ Filiæ Magistræ Piæ, quæ curæ ac regimini subsunt prædictæ Congregationis Clericorum Piorum Operariorum Nobis exposuerunt, nonnullas labente tempore irreprisse corruptelas, quod nempe si aliqua ex præfatis Magistris, justis de causis Superiorum jussu, ab ea domo, ubi insimul degunt, fuerit expulsa, vel etiam sponte abierit, nihilominus piæ Magistræ Schema neutiquam dimittat, quod sane non modo gravi Pii Operis detrimento, verum etiam populo offensioni esse dignoscitur: quamobrem eædem Dilectæ Filiæ, legibus iis iterum in compendium redactis, nonnullas alias de novo addendas censuerunt, quibus ejusmodi corruptelæ provide occurreretur, Nobisque insimul humiliter supplicarunt, ut præfatas leges quo firmius consistant, et debitæ executioni mandentur, Apostolica authoritate Nostra approbaremus, atque confirmaremus. Tenor autem prædictarum legum, est qui sequitur.

REGOLE

PER LE MAESTRE PIE

INTRODUZIONE

Recensentur in unum collectæ tum veteres, tum novæ regulæ.

La buona educazione de' Fanciulli è di tanta necessità, che da essa ordinariamente dipende non solo il lor proprio vantaggio, ma altresì quello delle famiglie, e de' popoli stessi. I Giovanetti, dice lo Spirito Santo, quando giungono all' età adulta, ritengono quelle medesime qualità di cui si sono imbevuti nella loro puerizia. Le leggi, e gli ammaestramenti istituiti per tenerli lontani dalle occasioni tanto pericolose del secolo, non servono ad altro, che a renderli maggiormente colpevoli, ove manchi ad essi loro per parte dei Paranti la dovuta educazione. Ma se questa in tutti i Fanciulli è necessaria, necessarissima, deve riconoscersi nelle Giovinette, sì perchè per la laro educaziona possono pregiudicare assai più, ed a se, ed agli altri, sì ancora perchè quanto abbondano di buoni Direttori i Maschi, altrettanto penuriano di buone Direttrici le Femine. Per questo fine prima in Montefiascone, e poi in Rama si sono introdotte le Scuole delle Maestre pie, acciocchè le Fanciulle siano con questo mezzo ammaestrate, non solo ne' lavori manuali, e nell' esercizio di leggere, e scrivere, ma ciò che principalmente importa, ne' Misteri della nostra Santa Fede, nal modo di frequentare con frutto i Santissimi Sagramenti dalla Penitenza, e dell'Eucaristia, nell'obbedienza, e rispetto verso i maggiori, nella purità, e modestia tanto propria del loro sesso, ed in tutte quelle altre virtù finalmente, che devono essere la vera norma del vivere Cristiano. Pertanto sì per istabilimento maggiore dell' opera, e si ancora per secondare le sante intenzioni, e la somma vigilanza di Monsig. Nicolò Saverio Albini Arcivescovo di Atene Elemosiniere della Santità di Nostro Signore Clemente XII. da cui l' opera in Roma riconosce buona parte del suo accrescimento, oltre le instituzioni stampate in Montefiascone nell' anno 1717 si è pensato di farne il presente compendio, in cui riducendosi in breve quanto nelle sopradette instituzioni diffusamente è prescritto, con esso si facilita alle Maestre l' adempimento degli oblighi del loro Istituto. Il Signore dunque si degni concorrere colla sua grazia, e benedizione allo stabilimento di un sì pio Istituto, acciocchè da esso risulti quel bene, che si è avuto in mira in promoverlo.

§. I.

Di quelle che devono elegersi per Maestre

I. Nell' eleggere le Zitelle (mentre non è mai stato solito di ammettersi le Vedove) al ministero di Maestre, non si abbia riguardo a provedere il soggetto, ma a provadere le Scuole. Si dovranno per tanto eleggere quelle che saranno di ottimi costumi, di buona indole, sane di corpo, di un età propria, e conveniente, e di tutte quelle altre virtuose qualità che si richiedono di una buona, e pia Maestra. Non saranno però vestite da Maestre, se prima almeno per mesi sei non avranno convivuto con le Maestre medesime, nel qual tempo esse sperimenteranno l' Istitnto, e saranno insieme sperimentate. Pagheranno in detto tempo gli alimenti alla ragione di scudi tre il mese, e ciò s' intende per Roma.

Quomodo Magistræ eligendæ sint, et quo tempore ad habitus assumptionem admittantur.

II. Nel tempo che esse viveranno nella Scuola vestite ancora da Scolare, procurino di vestire modestamente, ed attendano con tutto l' impegno all' acquisto d'ogni virtù, acciochè senza discapito proprio, e con profitto altrui possano esercitarsi in ogni grande opera. Attenderanno altresì ad abilitarsi nei lavori manuali, e nel modo di far la Scuola con profitto della Fanciulle.

Quid a noviter electis faciendum sit ab earum electione ad habitus assumptionem.

III. Benchè per essere ammesse nel numero delle Maestre non sia necessario portar la Dote, tuttavia non si vieta portarla; la qual somma di Dote si dovrà impiegare in qualche capitale fruttifero, e sicuro, acciocchè possa restituirsi in caso che la Maestra o partisse da se, o fosse mandata via, ma mentre vive tra le Maestre, e morendo nella Scuola, tanto il capitale, quanto i frutti siano della Communità, dal la quale sono le Maestre mantenute di tutto ciò che si appartiene al vitto, e vestito; dovrà nondimeno ogn' una portar seco un'aceoncio conveniente di biancaria, ed altre cose bisognevoli per suo uso, secondo il costume introdotto, e sarà in libertà di farne il suo Inventario.

Quid conferre debeant Magistræ in Communitate, et ratio habenda de dote, ejusque fructibus, quoties ab noviter electis conferatur.

§. II.

Del convivere, e vestire delle Maestre.

Magistrarum praefinitur numerus, et convictus inter eas ratio habetur.

IV. In ogni Scuola saranno almeno due Maestre, e viveranno insieme unite col vincolo di una perfetta carità; a quella che sara loro assegnata per Superiora dovranno stare saggette tutte le altre, ubbidendola si in quello che concerne il buon regolamento della scuola, come ancora in ogni altra cosa, che riguarda il bene dell' opera. Dovrà però la Superiora guardarsi da parole aspre, ed imperiose nel commandare, ed esiggere l' ubbidienza da quelle, che gli sono subordinate con fortezza insieme, e soavità.

De habitu ab Magistris in Communitate gerendo, et modo servando quoties aliquas ex ipsis discedere e Communitate contigerit.

V. L' abito dovrà essere in tutto uniforme, e sarà di Saja semplice, di color nero, e senza ornamento alcuno cioè di Saja di Gubbio l' Inverno, e di Scotto l' estate, o altra Saja inferiore. Tanto il Velo della testa, che il collare sieno di semplice Taffettà nero, senza vanità, e senz' altro Fazzoletto di colore; sotto vi sia solamente il Fazzoletto bianco, che copra il Collo, ma che l' estremità non esca fuori del Collare: porteranno le scarpe non troppo alte, e senza punta. Che se qualche Maestra, o si partisse volontariamente dalle Scuole, o per le sue mancanze fosse mandata via da Superiori, che le governano, debba subito deporre l' abito di Maestra, ed in caso che ripugnasse di farlo, sara pensiero del Signor Cardinal Vicario, o di Monsignor Vicegerente, che ciò sia eseguito, per le Maestre di Roma, e per quelle dell' altre Diocesi, sarà cura de' Vescovi, e de' loro Vicari generali di far subito levar l' abito di Maestra a quella, che parte da se, o è mandata via dalle scuole.

De victu a Magistris in Communitate obtinendo.

VI. Il vitto dovrà essere eguale per tutte, e benchè non ammetta lautezza, dovrà nondimeno esser tanto, che basti al necessario sostentamento: a pranzo oltre la minestra, e la porzione, o di ova, o di pesce, o di carni a ragione di quattr' once a testa, si darà qualche frutto, ed un poco di formaggio, e nelli giorni di vigilia in vece del formaggio si darà qualche altra porzione, e così regolarmente la sera a cena, nella quale non si darà minestra, e pietanza, ma o l' una, o l' altra senza pregiudizio dell' insalata, e frutto, o formaggio. Nelle Domeniche, ed altre Feste si darà a pranzo una cosa di più.

Peculiare tempus operibus, et quieti assignatur.

VII. Acciocchè il corpo non resti oppresso delle fatiche, procurino di dargli un conveniente riposo, e però dal primo di Ottobre fino all' ultimo giorno di Marzo riposeranno ott' ore la notte, e dal primo di Aprile fino all' ultimo di Settembre ne riposeranno sette la notte, ed una dopo pranzo, finita la ricreazione. Vi sarà perciò affissa la tabella delle ore.

Itemque tempus pro spiritus recreatione.

VIII. Ogni giorno tanto la mattina, quanto la serà avranno tutte insieme la solita ricreazione, la quale nei sei mesi dell' estate, durerà per un'ora la mattina, e la sera, nei mesi dell' Inverno durerà solamente per mezz' ora la mattina, e per un' ora la sera, toltine i giorni festivi, e di vacanza, nè quali serà un' ora intera tanto la sera, che la mattina. In questo tempo poi attenderanno a sollevarsi nel Signore con parlare di cose utili, e profittevoli, guardandosi specialmente dall'introdurre discorsi che possano offendere la carità del prossimo.

Designantur dies, quibus permittitur egressus e communi domo.

IX. Nelle Feste, e nei giorni di vacanza si permette loro l' uscire; dovranno però sempre andare a luoghi di devozione, e dove non sia gran concorso di gente, procurando insieme per quanto è loro possibile, di ritirarsi in casa prima del finire del giorno.

§. III.

Di ciò che devono fare le Maestre per il loro profitto spirituale.

Interest quammaxime, Magistras spiritualibus exercitiis in virtute proficere.

X. Le Maestre le quali non hanno lo spirito di Dio, servono piuttosto a distruggere le Scuole, che a edificarle; imperocchè non solo non potranno communicare alle Fanciulle quello spirito, che esse non hanno, ma saranno di grave impedimento al proprio ed all' altrui profitto. Attenderanno dunque con fervore a pratticare tutte quelle virtù, che rendono un anima cara a Dio, e degna di essere da lui eletta per istromento della sua gloria.

De peculiari virtute cui mense quovis incumbere debent.

XI. Ogni primo giorno del mese la Superiora rinnoverà la virtù da pratticarsi in quel mese da tutte le Maestre, con l' intendimento del Direttore, e faranno a gara nel pratticarla con il maggior fervore, e perfezione possibile.

Semel in mense peculiariter Orationi incumbant, et octendio quolibet anno, Spiritualibus exer-

XII. Sarà pensiere della Superiora maggiore col consiglio del P. Direttore lo scegliere un giorno del mese, che non sia occupato dall'esercizio della scuola, nel quale tutte le Maestre

citationibus intendant.

dovranno darsi specialmente all' Orazione per rinnovarsi nello spirito, e nella carità, e per acquistar nuova lena nel servizio di Dio. In detto giorno si tralasci ogni lavoro manuale commune, e possino soltanto lavorare qualche ora per i loro particolari bisogni. Staranno inoltre ritirate nelle loro stanze, nè usciranno da esse, fuorchè per gli esercizj communi, e per andare in Chiesa: Per il medesimo fine ogn' anno per lo spazio di otto giorni dovranno ritirarsi a fare gli esercizj spirituali.

De Oratione communiter quotidie exercenda.

XIII. Ogni mattina dopo la mezz' ora assegnata loro per vestirsi, converranno tutte insieme nell'Oratorio, o in altro luogo deputato, e faranno un'ora di orazione mentale: similmente la sera ne faranno mezz' altra ora, l' Inverno dopo, l'Estate prima della scuola, trattenendosi nella lezzione spirituale, e qualche Orazione vocale, ed acciocchè l' Orazione non sia per loro una vana occupazione di spirito, avvertano di andar sempre apparecchiate a questo Santo Esercizio.

In proprii muneris exercitio, animum ad Deum convertere debent.

XIV. Perchè l' uffizio d' istruir le Fanciulle è per se stesso assai distrattivo, massime quando non si faccia con un vero spirito, ed amore verso Iddio ed il prossimo, dovranno le Maestre, per non dissiparsi, nel principio di ogni azione non solo indrizzarla a Dio, ma procureranno altresì di tenere lo spirito sempre raccolto, inalzandolo di quando in quando al Signore, o con affettuose giaculatorie, oppure con altri atti, che suggerirà a ciascheduno la propria divozione.

Singulis Dominicis diebus, festisque de precepto, et Solemnioribus praesertim, ad SSmam Eucharistiam suscipiendam disponantur, id permittente Spirituale Directore.

XV. Benchè le Maestre debbano essere sempre apparecchiate per fare la Santa Communione, lo siano però specialmente in tutte le Domeniche, e Feste di precetto, e più particolarmente nelle Feste principali dell' anno: tuttavia però non la faranno senza licenza espressa del Confessore: per questo fine ciascheduna avrà il Direttore, al quale darà esatto conto di sua coscienza, e devono procurare, che il Direttore non solamente sia Uomo di spirito, di prudenza, e di dottrina, ma altresì che sia un solo, il quale regoli tutta la Scuola.

Conscientiae examen habeant quotidie ante somnum.

XVI. Ogni sera prima di andare a letto faranno l'esame della Coscienza, e procurino di ben conoscere i loro difetti, e di emendarsene.

Quotidie in spiritualium librorum lectura per aliquod temporis vacent.

XVII. Ogni giorno impiegaranno qualche poco di tempo nella lettura de' libri spirituali, e procureranno di ben ponderare quanto leggono per cavarne profitto: non potranno però leggere altri libri, che quelli che saranno loro permessi dal Direttore, e quando la lezione non si farà nella scuola, la faranno da per se stesse, o la mattina, o la sera.

Regulae habendae circa silentium.

XVIII. Il silenzio tanto raccomandato da maestri di spirito dovrà rigorosamente osservarsi. Le Maestre pertanto non parleranno dalle ventiquattr' ore sino all' ora della cena, l' Inverno, e dopo la ricreazione della sera fino che sarà terminata l' Orazione della Mattina; e così ne mesi di State, ne' quali fra giorno si riposa, si asterranno dal parlare dopo la ricreazione del pranzo fino al cominciar della scuola, ed occorrendo di dire qualche cosa, lo facciano con brevi parole, con voce bassa, e con espressa licenza della Superiora.

Tempore mensae lectioni spirituali incumbant in domibus ubi tres saltem commorantur.

XIX. La mensa dovrà esser sempre condita colla lezione di qualche libro spirituale in quelle scuole, ove siano più di trè frà Maestre, ed educande; potrà però la Superiora dispensare dal silenzio, e dalla lettura ne' giorni di Domenica, eccettuatone il tempo della Quaresima.

Quotidie B. V. Rosarium recitare teneantur una cum puellis adiscentibus.

XX. Per divozione della B. V. ogni giorno reciteranno insieme con le scolare la terza parte del Santo Rosario, e quando non si sarà recitata colle Fanciulle, la dovranno recitare in commune fra loro, finito l'esame.

De pietatis exercendis qualibet feria sexta, et in vigiliis festivitatum B. V.

XXI. In tutti i Venerdì in memoria della Passione del Nostro Signor Gesù Christo, e dei dolori della sua SSma Madre, faranno la Disciplina, la quale non dovrà durare più d'un mezzo quarto d' ora, e permettendolo le forze, nelle vigilie della B. V. potranno fare il digiuno con una vivanda sola.

De abstinentia a carnibus qualibet die Mercurii, et ab Ovis diebus Sabathi.

XXII. Nei giorni di Mercordì si asteranno dalla carne, e di Sabato anche dalle ova, seppure il Direttore, o la Superiora maggiore, o locale non giudicasse altrimenti.

Missam singulis diebus, quamvis ferialibus, audire teneantur

XXIII. Ogni mattina quantunque sia giorno di lavoro dovranno sentire la Santa Messa, nè dovranno esentarsi da questa piissima prattica, se non per precisa necessità, come in occasione di qualche malattia, indisposizione, o di viaggio.

§. IV.

Dell'esempio che devono dare le Maestre

Egredientes e domo, plausibili comitatu,

XXIV. Non anderanno mai fuori di casa senza una buona compagnia,

et modestia incedant.

quantunque vadano in Chiesa, ed occorrendo loro di trattare con persone secolari, non diano in atti di troppa famigliarità, e confidenza, ma stiano cogl' occhi bassi, e ben composte, acciocchè ogn'uno resti edificato dal loro procedere.

Quomodo se genere debeant in scholarum exercitio.

XXV. Nella scuola stiano sempre decentemente vestite, e non discorrino di cose del Secolo; ma sempre di Dio, e di cose appartenenti alla scuola.

Ne admittantur Viri in earum domibus, et quid si necessitate ad id compellantur.

XXVI. Non ammettano nomini in casa, ed occorrendo loro di trattare con essi, non vi restino mai sole, e procurino, che per le 24. ore siano licenziati, proibendosi espressamente l'ammettere uomini dopo l'Ave Maria.

De methodo habenda cum Confessario, quoties, necessitate surdente ad Domum earum accedere contingat.

XXVII. Il Confessore non si chiami nè alla casa, nè alla scuola, se non per cagione d'infermità, ed occorrendo che egli debba udire la confessione di qualche Maestra inferma, la porta stia sempre aperta, di modo che possa essere osservata. Parimente il Medico non si lascierà mai solo coll'inferma, ma vi starà sempre un'altra Compagna.

In idem Argumentum.

XXVIII. Se qualche Confessore, od oltro Ecclesiastico venisse non chiamato, e senza occasione d'infermità alla scuola, gli si faccia civilmente intendere, che ciò non conviene, ed ove ciò non basti, se ne avvisino i Superiori.

Quomodo se gerere debeant, quoties discipulas in earum domibus ab illis visitari contigerit.

XXIX. Dovendo le Maestre visitare qualche scolara, lo facciano in modo, che restino edificati tutti quelli che vi si troveranno presenti, ed essendo invitate a bere, o a mangiare, lo ricusino modestamente. Occorrendo poi d'avere a mangiare, o bere fuor di tavola non lo facciano senza espressa licenza della Superiora, quando non vi fosse un urgente bisogno.

In omnibus operibus, modestiae praecipue consulant.

XXX. Non solo nella scuola, e fuori di casa devono le Maestre per esempio dell'oltre andare coperte, e star composte e modeste, ma altresì useranno questa modestia sì nello spogliarsi, che nel vestirsi, come anche nel trattare insieme fra di loro. A tale effetto eviteranno il dormire nel medesimo letto.

Semper idem ordo in singulis Scholis servetur.

XXXI. In tutte le scuole si osservi lo stesso ordine sì negli esercizi, che appartengono alle Scolare, come in quelli, che appartengono alle Maestre, e senza grave occasione non si mutino le ore per essi assegnate.

§. V.

Della carità, ubbidienza, e distacco, che devono pratticare le Maestre.

Magistrae mutua invicem unione, et charitate vivant.

XXXII. Fin a tanto che frà le Maestre vi sarà unione, e carità, dureranno, e fioriranno le scuole, ma se mai per insidie del Demonio, entrassero frà di loro de dispareri, e delle dissensioni, credano pure che sono vicine ol loro esterminio; perciò regni fra di loro una perfetta carità, sovvenendosi scambievolmente tanto in tempo d'infermità, che di sanità, procurando le Maestre d'una scuola di soccorrere a quelle dell'altre, se così esigge il bisogno.

Superiorissa cunctis prospiciat Magistrarum indigentiis.

XXXIII. Sarà uffizio della Superiora di provedero ol bisogno di ogni Maestra, procurando di vestirla a suo tempo, di provederla di biancario, ed ogn'altra cosa; così riguardo al vestire, come al vitto: e se qualchedulla di esse si troverà inferma, sarà cura della medesima il far sì, che sia assistita, chiamandole il Medico, e procurandole tutti quei medicamenti, che saranno giudicati opportuni.

De methodo habenda quoties Magistrae ab una ad aliam scholam accedant, legitima approbatione intercedente.

XXXIV. Benchè le Maestre d'una scuola non possano andare nelle altre scuole senza licenza di chi ha la sopraintendenza generale di tutte le scuole, tuttavia quando ciò avvenisse, le ricevano con segni di vera carità, trattandole come vere loro sorelle, senza dare alcun segno di dispiacere.

Superiorissae, et Directori in omnibus operibus obedientes se praebeant.

XXXV. Ubbidiranno prontamente non solo alla superiora di ogni scuola, ed al Direttore in tutte le cose, che appartengono al loro profitto, e principalmente a quelli, che hanno la superiorità di tutte le scuole.

A quacumque mundana affectione proprium animum avertant.

XXXVI. Quelle anime, che per se, e per gli altri cercano Iddio, devono tenere il cuore distaccato da tutte le creature, e perciò si proibisce sotto pena di rigorose penitenze non solamente qualunque attacco particolare, e familiarità pregindizievole fra di esse loro, ma altresì colle scolare, e per tal cagione si ameranno tutte egualmente in Dio, e per amor di Dio.

Quomodo se gerere debeant quoties ab una, ad aliam Scholam mittuntur.

XXXVII. Non si affezionino a qualche scuola in particolare, nè al comodo di essa, ma devono sempre esser pronte di ondare in qualunque luogo l'ubbidienza gli assegni, e non potranno portar seco altro che le vesti, e quella biancaria, cha sarà necessaria, seppure ol Direttore, ed alla Superiora non paresse diversamente.

A Strenis accipiendis sese abstineant, acceptas vero Superiorissae tradant pro illius arbitrio erogandas.

XXXVIII. Si mostrino affatto disinteressate, e perciò non dimandino mai cosa alcuna alle scolare: se poi con tutto ciò sarà loro fatta spontaneamente e da quella, o da altre qualche regaluccio nel Natale, e Ferragosto, potrà applicarsi dalla Superiora maggiore a

quella scuola, che le parerà più proprio, col consenso del Direttore.

Sanctiones poenales contra inobservantes hasce regulas.

XXXIX. L'osservanza di queste regole è tanto necessaria, che se esse mancheranno di osservarle, mancherà loro tuttociò che è necessario per essere buone Maestre. Pertanto ogni inosservanza di esse dovrà con giusta proporzione esser punita, e quando dopo molte ammonizioni non si veda l'emenda, dovrà l'inosservante essere espulsa senza riguardo.

Quid agendum erga Magistras, quas e propriis Domibus eas egredi contigerit.

XL. Siccome tutta quelle Maestre che si saranno segnalate nell'osservanza di queste regole, non potranno in niun conto esser mandate via, nè per infermità, nè per vecchiaja, nè per altra cagione, così occorrendo, che qualche Maestra si partisse, o per propria volontà, o pure mandata via da Superiori, non potrà pretendere cosa alcuna per il servizio prestato alla Scuola: e solamente porterà con se ciò che ha portato dalla propria casa, come si ritrova in essere, e non altrimenti, e la dote se l'avesse portata, come si è detto nel §. III. Sia però pensiero de' Vescovi, o Padroni dei luoghi, che siano consegnate a proprii Parenti tanto quelle Maestre che vanno via da se, quanto l'espulse, e se i loro Parenti abitassero fuori delle loro giurisdizioni, averanno la carità di mandarle accompagnate con qualche buona donna, acciochè non vadano vagabonde.

De Suffragiis praebendis Magistris post earum obitum.

XLI. Quando passerà da questa all'altra vita qualcuna delle Maestre, sia cura della Superiora, e di chi sopraintende a tutte le altre scuole di notificare alle Maestre sì di Roma, come di Montefiascone, e di altri luoghi il passaggio della defonta; acciochè ogni scuola secondo la possibilità o le faccia celebrare delle Messe, o suffragarla in altra guisa per mezzo di Sante Communioni da farsi sì dalle Maestre, che dalle Scolare, o di altri mezzi, applicando le Sante Indulgenze in suffragio di quell' anima.

§. VI.

Di quello che le Maestre devono insegnare nella Scuola

Recensentur capita quibus singulas discipulas edocere tenentur.

XLII. Tutto l' impegno delle Maestre nella scuola sarà insegnare alle Fanciulle l' amare, e servire Gesù Cristo, ed ogni sorta di lavoro manuale convenevole allo donne, e però insegneranno loro le cose seguenti.

1. L'orare vocalmente, e mentalmente con frutto, ed offerire al Signore Iddio per i meriti di Gesù Cristo Salvator Nostro tutte le nostre operazioni.

2. Quanto si contiene nella Dottrina Cristiana.

3. Il confessarsi, e communicarsi colle dovute disposizioni.

4. Concepire odio al peccato mortale, e veniale.

5. Il vero amore delle virtù Cristiane, insegnando loro il modo di pratticarle, e facendo loro imparare a mente diversi atti delle medesime virtù.

6. La divozione di Maria Vergine, facendo loro concepire un grand' amore di sì gran Madre, e fiducia nel suo patrocinio, che non si può meglio acquistare che coll' amare, e servire il suo Divin Figliuolo Gesù Cristo Signor Nostro.

7. L' ossequio quotidiano al Santo Angelo Custode, al Santo del proprio nome, ed altri santi Avvocati.

8. La modestia, e compostezza esteriore in Chiesa, in casa, per le strade, e da per tutto.

9. Il tratto civile, il parlar modesto, le buone creanze, il rispetto al Padre, e alla Madre, ed alli Superiori sì spirituali, che temporali.

10. Il leggere a tutte, e lo scrivere solamente a quelle che devono farsi Religiose, o Maestre.

11. Il cucire, il far le calzette, il far merletti, il ricamare, e lavori simili.

Praefinitur tempus quotidianae instructionis in Scholis.

XLIII. La scuola ne' sei Mesi d' inverno durerà sei ore, e la state sette in circa, fra mattina, e giorno; sempre però dovrà esser terminata la mattina un' ora prima del mezzo giorno, e la sera ad ore ventitre.

De pravis discipulis ejiciendis.

XLIV. Quelle Fanciulle, che non hanno buon nome, e che fanno all' amore, che non ubbidiscono, o disturbano la scuola, debbono essere licenziate, se non promettono, o dian a divedere segni di una vera emendazione.

De discipulorum correctione.

XLV. Le fanciulle trascurate, o che mancano, si corregeranno dalle Maestre con tutta la carità, e meritandole medesime d' esser castigate, si dia loro qualche penitenza, o pochi colpi di disciplina, non mai però le Maestre potranno batterle, o con collera, o con dar loro delli schiaffi.

Qualibet die Sabathi harum Regularum reiteretur lectura

XLVI. Ogni Sabato si leggeranno alla mensa tutte queste regole, sebbene ogni Maestra dovrà tenerle appresso di se, e rendersele familiari con leggerle spesso, per osservarle con più esattezza.

Magistrae praesentibus Regulis inobedientes ejiciantur e Domibus.

XLVII. Le Maestre, che osserveranno attentamente queste Regole siano sicure che piaceranno principalmente al Signore, il quale benedirà i loro travagli, acciocchè facciano gran profitto nelle anime delle scolare. Ma chi non l'osserverà oltre il dispiacere che darà al Signore, sarà dal canto suo una distruggitrice delle scuole, e però dovrà esser prima corretta, e gravemente mortificata, e se non si emenderà, dovrà essere discacciata, acciocchè col suo cattivo esempio non guasti le altre.

REGOLAMENTO

DELLE SCUOLE DI ROMA

CHE STANNO SOTTO LA DIREZIONE

DE' PP. PIJ OPERARJ

Peculiares recensetur Regulae observandae pro Scholis in Alma Urbe institutis, et primo de Superiorissa Generali in illis habenda.

Avranno le Maestre una Superiora generale, alla quale dovranno esser soggette, ed ubbidirla in tutto quello, che concerne il buon governo delle scuole, ed il loro profitto spirituale.

Generalis Superiorissa quolibet triennio eligenda est.

La Superiora generale si eleggerà ogni tre anni (seppure alle Maestre non paresse bene di confermarla per un altro triennio) alla presenza del Direttore di tutte le scuole de'Pii Operarj, il quale anche darà il voto, e di tutte quelle Maestre, che per lo spazio di tre anni avranno esercitato l'uffizio di Maestra, le quali dovranno dare il loro voto segreto a chi più parerà ad esse loro idonea innanzi a Dio per un tale impiego.

Eandem sunt Superiorissae tres Magistrae Consultrices.

Nel tempo istesso, che si eleggerà la Superiora generale, si eleggeranno parimente per via di voti tre altre Maestre per sue Consultrici, col parere delle quali la Superiora dovrà regolarsi nel governo delle scuole.

Quomodo se gerere debeat Superiorissa Generalis in admittendis Magistris, et educandis.

La Superiora generale non potrà accettare Zitelle per educande, o per Maestre, senza prima aver inteso il parere delle sue Consultrici, ed averne altresì avuto il consenso del Direttore.

Quolibet Mense habendus congressus Superiorissae Generalis cum Consultricibus et Directore.

Almeno una volta il mese la Superiora convocherà le Consultrici, per discorrere con esse del modo di promovere sì nello spirituale, che nel temperale l'opera delle scuole, o di riparare a quei disordini, che mai potessero occorrere, e di quanto si determinerà nel loro congresso, se ne darà parte al Direttore senza il di cui consenso non si eseguirà cosa alcuna.

Superiorissa bis in mense unam, vel alteram Scholam visitare tenetur.

La Superiora maggiore ogni quindici giorni dovrà visitare una scuola, per osservare se cammini a dovere, e se vi si fosse introdotto qualche disordine, di tutto ne darà parte al Direttore per applicarvi l'opportuno rimedio.

De libro introitus, et exitus a Superiorissa retinendo pro singulis Scholis.

Terrà la Superiora maggiore un libro, dove noterà l'introito, e l'esito mese per mese così della scuola da lei immediatamente governata come di tutte le altre scuole, alle quali ella soprintende. E perciò ciascuna Superiora delle scuole particolari porterà ogni mese ad essa Superiora maggiore il suo conto, affinchè sia posto nel mentovato libro, da vedersi parimente ogni mese dalla medesima Superiora maggiore colle sue Consultrici, e susseguentemente ogni Mese altresì deve essere informato dello stato economico delle scuole il Direttore delle medesime, nè si passino mai i conti senza la sottoscrizione di esso Direttore.

De muneribus favore pecularium Scholarum, et Scholae generalis factis erogandis.

I regali, le lascite, le limosine fatte alle scuole particolari, restano in beneficio delle medesime, ma quando qualche regalo, limosina, o lascita venisse fatta senza nessuna speciale limitazione, e passasse la somma di scudi dieci, spetterà all'arbitrio del Direttore il disporne, in vantaggio però sempre dell'opera. Al giudizio del Direttore altresì spetterà il far somministrare dalle scuole più facoltose qualche somma alle più povere.

De erogatione operum a singulis Magistris confectarum.

I lavori delle Maestre devono applicarsi alle scuole ove dimorano, nè possano esse Maestre lavorare per se medesime senza licenza del commun Direttore.

Die Sabathi Magistrae ad nullum perficiendum opus compellantur.

Ne' Sabati destinati ad un poco di sollievo dalle fatiche delle scuole, non devono le Maestre obbligarsi a lavoro alcuno, e si deve lasciare alla libertà di ciascheduna in detti giorni, sì la quantità, che la qualità del lavoro.

Singulae Magistrae qualibet vacationis die ad scholam majorem convenire tenentur.

Tutte le Maestre ne' giorni di vacanza siano tenute di convenire nella Scuola maggiore, dal qual debito non potranno esimersi se non che per malattia, indisposizione, cattivo tempo, o altro impedimento, a giudizio del Direttore. Devono parimente tutte le scuole contribuire qualche somma alla detta scuola maggiore ogni Mese, ed una tal somma non sarà sempre la medesima, ma dovrà ripartitamente stabilirsi nella consulta, che si terrà per il rendimento de conti Mese per Mese.

Quid de Magistris, quae

Le Maestre che s' infermano nel-

in majori Schola ægrotantur. la scuola maggiore in essa siano tenute, ed assistite di tutto il bisognevole, e nella consulta si determini, se debba, e quanto debba contribuire la scuola della Maestra quivi ritenuta.

De pietatis officiis in communi habendis qualibet die festo, vel vacationis in Majori Schola. Ne' giorni di Festa, e di vacanza ne' quali le Maestre si uniscono insieme tutte nella Scuola maggiore, oltre alle prattiche divote della mattina si farà mezz' ora di lezzione spirituale, e mezz' ora di orazione mentale in commune, l' inverno la sera, l' estate il giorno dopo il pranzo.

De peculiaribus Confessariis, et Directoribus singulis Magistris a Scholarum Directore indulgendis. Se qualche Maestra volesse un Confessore diverso dal Direttore delle Scuole, questi, regolarmente parlando, debba essere de' PP. de' Pii Operarj, e col beneplacito di esso Direttor Generale, il quale non si debba mostrar difficile a dar loro questa spirituale consolazione, siccome anco di potersi confessare in qualche Chiesa vicina, e più commoda alle respettive scuole, quantunque non sia de' Pii Operarj.

Supra relatas regulas, Pontifex Suprema auctoritate confirmat, et approbat. §. 5. Nos igitur qui laudabilis ejusmodi Puellarum institutionis incremento, atque tranquillitati prospicere quam maxime cupimus, audito prius suffragio dilecti Filii Nostri Tituli S. Marcelli Presbyteri Cardinalis Erba Odescalchii Nostri in alma Urbe Generalis Vicarii, qui prædictas leges mature perpendit, atque probavit, easdemque dilectas Filias specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus illarum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, leges prædictas, et omnia in eis contenta approbamus, et confirmamus illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 6. Decernentes illas, nec non præsentes Nostras Literas, semper, et perpetuo validas, et firmas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, atque ab omnibus, et singulis ad quos spectat, et in futurum quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari debere, sicque per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, et S. R. E. Cardinales, et eorumdem Cardinalium Congregationes, et quosvis alios quacumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane quidquid secus super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, quibuscumque in contrarium non obstantibus. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 6. Septembris 1760. Pontificatus Nostri anno Tertio.

CLXX.

Dat. die 10. Sept. 1760 Ann. tertio.

Jacobo III. Magnæ Brittanniæ Regi jura nominationis ad Episcopales Sedes Catholicas præservat.

Easdem prærogativas reservaverat Pontifex hic, favore Regis Brittanniæ, occasione provisionis Ecclesiæ Limericensis, ut videre est in hujus continuationis Tom. I. Epist. CIII. pag. 269.

Carissimo in Christo Filio Nostro Jacobo Magnæ Brittaniæ Regi Illustri.

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo Fili Noster salutem, et Apostolicam Benedictionem. Cum Nos hodie per alias Nostras in simili forma brevis expeditas literas, quarum tenorem pro plano, et sufficienter expresso, ac præsentibus inserto haberi volumus, Ecclesiis Dunen., et Conerten. invicem perpetuo canonice unitis in Regno Tuo Hiberniæ vacantibus, Dilectum Filium Theophilum Macartan, cui apud Nos de iis, quæ ad tantum onus substinendum necessariæ sunt qualitatibus, fide digna testimonia perhibita fuerunt, quemque Nobis Majestas Tua per suas literas ad id nominavit, in Episcopum præfecerimus, et Pastorem, curam, regimen, et administrationem ipsarum Ecclesiarum Dunen., et Conerten. ei in spiritualibus, et temporalibus committendo; Verum in literis hujusmodi nullam nominationis a Te factæ, et ad Te pertinentis mentionem fieri censuerimus, iis ita suadentibus rationibus, quas pro spectata prudentia Tua Te facile assequuturum esse non ambigimus, idque Tibi nullo modo officere summopere cupiamus: Idcirco per præsentes ex-

presse declaramus, mentem Nostram fuisse, et esse ut ex tali ommissione quam præsentis temporis conditio postulabat, nullum Tibi, Tuisque juribus nominandi detrimentum illatum fuerit, vel sit, sed ea omnia ita salva, illesa, ac præservata intelligantur, perinde ac si in eisdem literis expressa Tuæ Nominationis hujusmodi mentio facta fuisset: Quod dum eo animo Tibi significamus, ut novum in hoc occipias argumentum illius intimæ, ac prorsus Paternæ, qua Te in Domino complectimur, et semper complexi fuimus charitatis, Apostolicam Benedictionem Majestati Tuæ amantissime impertimur. Datum ec. die 10. Septembris 1760. Pontificatus Nostri Anno III.

Dat. die 25 Sep. 1760 Ann. tertio.

CLXVI.

Omnibus Tertii Ordinis S. Francisci Regularis Observantiæ Professoribus interdicitur ambitus ad officia, et munera dicti Ordinis.

Decreta pro reformatione Regularium tam Monachorum, quam Mendicantium cujuscumque ordinis, et instituti edidit Clemens VIII. Const. Anni 1590. Junii 25. Eadem Decreta, et ordinationes, alias pro Regularium reformatione confirmavit Urbanus VIII. Const. Anni 1603. Martii 19., quæ videndæ sunt in Bullario Mainardi.

Clemens Episcopus
Servus Servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium

§. 1. Regularium Ordinum Professores in sortem Domini vocatos, qui post contemptas omnes mundi illecebras, humili vitæ institutione sibi proposita, suave regularis observantiæ jugum, et onus amplexi sunt, quosvis honoris et præeminentiæ gradus, inani ambitu conquirere, summopere dedecet; idcirco, inter alias Apostolici Nostri Officii curas, prætermittendum minime ducimus, opportunas quasdam edere sanctiones, ut iidem in suscepto Evangelicæ perfectionis itinere alacrius progredi possint.

Preces porrectae pro peculiari sanctione contra ambitum ad Officia Professorum hujus Ordinis.

§. 2. Quamvis etenim aliqui Romani Pontifices Prædecessores Nostri, præter generalia Decreta super Regularium reformatione, a felicis recordationis Urbano Papa VIII. etiam Prædecessore Nostro, de Anno Domini MDCXXIIII. approbata, in quibus ambitus ad Officia quorumcumque Ordinum Regularium vetitus fuit, varias ediderint Apostolicas literas, ut, sub gravibus pœnis, etiam subornationes Electorum in Capitulis variorum Ordinum, ac Secularium Personarum preces ad Officia Regularia procuranda interdicerent, quia vero, præter ea generalia Decreta, nulla specialis Apostolica Constitutio, quæ circa omnia præmissa Tertium Ordinem Sancti Francisci Regularis Observantiæ, illiusque Professores comprehendat, hactenus emanarit; ideo pro parte, Dilecti Filii moderni ejusdem Tertii Ordinis Generalis Procuratoris, Nostram, et Apostolicæ Sedis authoritatem implorando, quam demisse Nobis fuit supplicatum, ut unica, opportunaque sanctione, ab eodem Tertio Ordine, singulisque illius Professoribus omnem assequendi Officia ambitum, aut subornationes Superiorum, et Electorum, seu preces aliorum prorsus repellere, et longe propulsare non dedignemur.

Ambitus ad Officia et munia Religionis, Professoribus hujus Ordinis interdicitur sub nonnullis peculiaribus pœnis.

§. 3. Nos itaque, animo perpendentes, Regulari Observantiæ, et felici dicti Tertii Ordinis gubernio valde profuturum, si illius Professores nullum honoris, seu præeminentiæ gradum ultro appetant, seu quibusvis artibus assequi studuerint, sed propria abnegata voluntate, ea munera tantummodo implere curent, quæ ipsis ad Regularis Disciplinæ utilitatem, ab iis ad quos pertinet, recta æquitatis norma fuerint collata: hujusmodi propterea supplicationibus quam libenter inclinati, ac etiam motu proprio, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, nonnullorum Romanorum Pontificum, et præcipue Pii V. Gregorii XIII. et dicti Urbani Prædecessorum Nostrorum vestigiis inhærentes: nec non memorata ejusdem Urbani Prædecessoris Decreta, in ea præcipue parte, qua omnis ad Officia Regularia ambitus inhibetur; harum serie confirmantes, et innovantes, hac Nostra perpetuo valitura Constitutione, omnibus et singulis ejusdem Tertii Ordinis Professoribus, nunc et pro tempore existentibus, expresse interdicimus et prohibemus, ne directe, vel indirecte, publice, vel occulte, aut quovis prætextu, neque voce, neque scripto, aut nutu, vel signo, tam per se ipsos, quam per alios, tum in Capitulis, sive Generalibus, sive Provincialibus, et Congregationibus intermediis, ac quibusvis Electionibus etiam Conventualibus, vel ante, et extra illa, voces

seu suffragia, vel favorem aliquem ad Officia, et munera in eodem Tertio Ordine impetranda, et obtinenda, procurent. Qui vero prohibitione, et interdicto hujusmodi posthabito, aliquid pro Officiis, et muneribus præfatis assequendis, contra præmissa quoquomodo gerere ausi fuerint, etiamsi effectus eorum ambitus minime sortitus esset, in pœnam privationis Officiorum, aut munerum, antea, et contra præmissa obtentorum, eo ipso incidant, et ad futura quæcumque Officia et munera, inhabiles, et ineligibiles esse censeantur; super quo cum eis a nemine, nisi a Nobis, vel Successoribus Nostris, dispensatio, et rehabilitatio concedi possit: supradictas quoque pœnas ad reatus hujusmodi complices, ac simpliciter scientes, ac illos Superioribus, ad quos culpæ cognitio spectat, non revelantes, ipsarum tenore præsentium, extendimus.

Interdicitur singulis Religiosis ne Officia, et preces interponant etiam pro aliis ad munia, et Officia Ordinis.

§. 4. Præterea, si forte aliquis in iisdem Capitulis, seu Congregationibus, aut electionibus, vel extra illas, quandocumque, sive muneribus, vel pecunia, sive authoritate, vel potentia, sive minis, vel promissionibus, aut importunis precibus, vel alias quoquomodo, pro se ipso, vel pro altero, quempiam ex vocalibus, seu electoribus, aut superioribus pro impetrandis Officiis, vel muneribus, aut gradibus etiam literariis subornaverit, excommunicationis sententiam ipso facto incurrat, a qua tantum a Romano Pontifice pro tempore existente, vel a tunc etiam existente Ministro Generali, quatenus tamen idem Minister Generalis in subornatione hujusmodi, nullam habuerit partem, nec ipse subornatus, aut minime in illius favorem subornatio facta fuerit, præterquam in mortis articulo, absolvi possit, voce quoque activa, et passiva perpetuo careat: ac electio quæcumque, per subornationem facta, absque ulla declaratione, irrita, ac nulla sit eo ipso, et censeri debeat.

Itemque ne Secularium personarum, vel aliorum quorumcumque Officium procurent ad prædicta munia, et gradus obtinendos.

§. 5. Insuper, ut ejusdem Tertii Ordinis Fratres ad secularium personarum, vel aliorum quorumcumque, extra eorum Ordinem, favorem seu authoritatem minime recurrere audeant, ac favores hujusmodi etiam sponte oblatos, ac ab ipsis minime captatos non recipiant; motu et potestatis plenitudine paribus, etiam decernimus et statuimus, quod nullus ipsius Tertii Ordinis Professor quicumque sit, per conquisitos favores et suffragia, officia, munera, et gradus hujusmodi in dicto Ordine sibi procurare audeat: illisque expresse interdicimus, ut non solum in præmissis, favores hujusmodi minime procurare, sed nec etiam sponte oblatos, aut ab eis minime procuratos, recipere præsumant: ac propterea quilibet ejusdem Tertii Ordinis Professor, pro quo sæcularis vel alia, extra eumdem Tertium Ordinem, cujuscumque gradus, præeminentiæ, aut conditionis fuerit persona, preces obtulerit, sive id verbo, literisve, aut nuntiis, seu alias quomodocumque per se, vel alios peregerit, ut aliquod illi officium vel munus, aut gradus etiam literarius in dicto Tertio Ordine detur, vel conferatur, absque excusatione aliqua; activa, passivaque voce perpetuo privatus sit, et ad omnia, et singula ejusdem Ordinis officia, et munera prædicta ac gradus hujusmodi, etiam perpetuo inhabilis habeatur; nisi legitime constiterit, aliquem ex malitia, et absque scientia illorum, pro quibus rogatum fuit, imo ut illis præjudicium inferatur, fautores ad preces hujusmodi porrigendas induxisse: idque adeo exacte servari volumus, quod si forte hactenus aliquis ex ipsius Ordinis Professoribus, suos fautores extra ipsum Ordinem sollicitaverit, ad aliquod in Ordine ipso sibi officium, vel munus, aut gradum hujusmodi comparandum, nedum de cætero ab hisce abstineat, sed illos hortari ac rogare debeat, ne ullum pro eo officium, vel munus, aut gradum hujusmodi, etiam ultro, petant vel impetrare satagant.

Superioribus etiam, et Vocalibus Ordinis, sub excommunicationis pœna prohibetur, ne ad alicujus instantiam, et preces Officia, et honores conferant.

§. 6. E converso vero, Dilectis Filiis modernis et pro tempore existentibus ejusdem Tertii Ordinis Ministro Generali et Provincialibus ac Superioribus et Electoribus seu Vocalibus quibuscumque, etiam pro tempore existentibus, in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub excommunicationis pœna, ipso facto, absque alia declaratione, incurrenda præcipimus, et mandamus, ne ad instantiam et requisitionem, aut preces quarumcumque Personarum tam Laicarum, quam Ecclesiasticarum extra dictum Ordinem, etiam Cardinalatus honore, et quacumque seculari Dignitate et excellentia, etiam Ducali, Regali, et Imperiali fulgentium, cuivis dicti Tertii Ordinis Professori ullam gratiam concedere, vel pœnas aliquas remittere, sive gradus etiam literarios, dignitates, officia, munera, administrationes et honores quoscumque, ejusdem Ordinis concedere audeant.

§. 7. Cæterum, ad hoc ut præmis- Mandatur ut singulis Annis

parlegatur in Capitulis, et Congregationibus Ordinis harum Literarum tenor.

sa omnia cunctis ejusdem Tertii Ordinis Professoribus, nunc et pro tempore existentibus, plenissime innotescant, et illorum integra observantia absque exceptione aliqua exigi possit, nec unquam futuris temporibus in oblivionem abeant, neque ulla per quempiam excusatio allegari valeat, etiam decernimus et statuimus, omnia et singula præmissa, ipsasque præsentes Literas inter cæteras dicti Tertii Ordinis Constitutiones, etiam fundamentales, annumerari, illisque addi debere, ac in virtute quoque sanctæ obedientiæ etiam præcipimus, et mandamus, ut omnes, et singuli ejusdem Tertii Ordinis Superiores, etiam locales, cujusvis Conventus, ac Domus Regularis, sub pœna privationis officii, vocisque activæ, et passivæ ipso facto incurrendæ curare et efficere teneantur, quod præsentium literarum tenor, de verbo ad verbum, perpetuis futuris temporibus, annis singulis, intelligibili voce, in publica mensa, ac etiam ante singulos Electionum actus, in Capitulis et Congregationibus tunc congregatis perlegatur.

Hujus Constitutionis perpetua, et rigida observantia præscribitur.

§. 8. Præsentes vero literas, omniaque, et singula in eis contenta, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, vel habere prætendentes ad hoc vocati et auditi, ac causæ, propter quas eædem præsentes emanarint, adductæ, verificatæ, seu justificatæ non fuerint; ullo unquam tempore, de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel alio quovis, etiam quantumvis substantiali defectu, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, aut aliud quodcumque, juris, facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari nullatenus posse, neque sub quibusvis similibus, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, pro tempore quomodolibet faciendis, comprehendi, sed semper ab illis exceptas, semperque validas, firmas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere debere, ac ab omnibus et singulis, ad quos spectat et pro tempore spectabit, inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 9. Sicque per quoscumque Judices Ordinarios et delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, dictæque Sedis Nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari et definiri debere: et si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Tertii Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus etiam immemorabilibus: privilegiis quoque indultis et Literis Apostolicis, in favorem dicti Tertii Ordinis, illiusque Superiorum et Personarum, etiam per Prædecessores Nostros Romanos Pontifices, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, et decretis, in genere, vel in specie, aut alias quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis; quibus omnibus et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, et singulorum tenores, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris; hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, contrariis quibuscumque: seu si quibusvis communiter, aut divisim a præfata sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas, non facientes plenam et expressam, ac de verbo od verbum de Indulto hujusmodi mentionem.

Transumptorum fides.

§. 11. Volumus autem, ut eædem præsentes Literæ amplius innotescant, quod earum Transumptis etiam impressis, manu Ministri, seu Procuratoris Generalis dicti Tertii Ordinis, et Sigillo alterutrius eorum munitis, eadem prorsus ubique fides in judicio et extra illud adhibeatur, quæ iisdem præsentibus originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctiones pœnales.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ confirmationis, innovationis, prohibitionis, extensionis, statuti, præcepti, mandati, decreti, vel voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Pe-

tri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Septingentesimo Sexagesimo, Septimo Kalendas Octobris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CLXVII.

Dat. die 8 Nov. 1760 Ann. tertio.

Confirmatur electio Magnæ Dei Genitricis sub Immaculatæ suæ Conceptionis Mysterio in principalem, Universalem Patronam Ditionum omnium tum Hispaniarum, tum Indiarum subjectarum Serenissimo Regi Catholico: idemque proinde Mysterium in Ditionibus ipsis ab utroque Clero universo in die Festo, ac per octavam, et infra annum, cum prærogativis omnibus, quæ Patronis hujusmodi per Ecclesiæ leges competunt colendum præcipitur; plenaria quoque indulgentia in eodem Die festo concessa.

Ne in publicis prædicationibus de Conceptione B. M. Virginis disputetur vetavit Pius V. Const. Anni 1570. Nov. 30. Constitutiones a Sixto IV. et Pio V. editas de Conceptione B.M. Virginis confirmavit Paulus V. constit. altera Anni 1616. Julii 6. Quominus in actibus publicis, Beatissimam Virginem in peccato Originali fuisse conceptam asseratur, prohibuit Pontifex idem Decreto Anni 1617. Augusti 31. Prohibitionem asserendi B. Mariam Virginem conceptam fuisse in peccato Originali ampliavit, et declaravit Gregorius XIV. Decreto Anni 1622. Maii 24. Immaculatam Dei Genitricem tamquam Patronam Regni Siciliæ ultra Pharum approbatam fuisse a Clemente XII. habemus ex hujus const. Anni 1739. Martii 18. quæ omnes sunt in Bullario Mainardii.

Clemens Episcopus
Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Ornamentum, et præsidium accedit Regnis ex Beatæ Virginis veneratione, et patrocinio.

§. 1. Quantum ornamenti ac præsidii semper Regnis accesserit ex insigni pietate erga Deum, ac Beatissimæ Virginis Mariæ veneratione, ex quibus Cœlestes omnes benedictiones promanant, optime intelligentes, ideoque præcipuo Officii Nostri muneri satisfacturi quo Christiani Orbis spirituali, ac temporali bono prospicere debemus, Gentibus illis paterna charitate obsecundare non renuimus, quæ inclytæ Cœlorum Reginæ, auxilium, opemque implorant cujus cultus, ut in dies magis, magisque augeatur, par æquumque est, Apostolica auctoritate providere. Proinde libentissime pia complenda censemus vota Populorum, qui eamdem B. Virginem sub speciali titulo in Hispaniarum Regnis venerari exoptant, idque potissimum expetente pio, religioso, ac de Romana Ecclesia optime merito Rege Catholico, qui amplissimas suas Ditiones, tum florentissimas undequaque reddere, tum maximo, supremo, ac Cœlesti patrocinio roborare quotidie summo studio contendit.

Preces porrectæ a Catholico Hispaniarum Rege ut Beata Virgo sub Imaculatæ Conceptionis Mysterio Patrona assignetur Hispaniæ Regnis.

§. 2. Nuper siquidem Nobis, Regio nomine charissimi in Christo Filii Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, dilectus filius Emanuel de Roda dicti Caroli Regis Consiliarius, et modo apud Nos Negociorum ejusdem Catholici Regis Minister, supplicem porrexit libellum, tenoris sequentis, videlicet = Beatissime Pater = Universi Hispaniarum » Regnorum Delegati, totam Hispanam » Ditionem repræhesentantas, inComitiis » habitis 16. Kal, Augusti hujus Anni, » Serenissimo Regi Catholico retulerunt » de perpetua, atque insita omnibus » qui Hispano nomine censentur, pletate, ac religione, erga SS. Dei Genitricem Angelorum Reginam, Virginem Mariam, præsertim in ejus » immaculatæ Conceptionis Mysterio, » illudque sanctissime servari in quovis » sive Militari Ordine, sive studiorum » Universitate, seu Civitatum Senatu, » Collegio, Sodalitio, aut quocumque » alio legittimo corpore (vix autem est » quisquam ex Regi Catholico subjectis » qui in aliquem hujusmodi cætum non » sit adscriptus) ut quisquis, in cætum, aut Ordinem hujusmodi cooptatus, primum se sacramento, ex » formula correpto, obstringere debent » de tenendo, ac studiose, et pro viribus defendendo Immaculatæ Conceptionis Mysterio, cui Sacramento » se Rex ipse Catholicus ac Universi » Hispaniarum Regnorum Delegati similiter obstrinxerunt in Conventu habito anno 1621. Festumque cum octava, juxta Ecclesiæ Romanæ ritum, impensa publica, quotannis celebrandum » perpetuo decreverunt; quod ad hanc

» usque diem religiosissime observatur, » ita ut effuso huic Hispanorum cultui » erga Deiparam Virginem , ejusque » Purissimam, et Immaculatam Conce» ptionem, merito tribuantur , et fe» licitas publica , qua Hispaniarum Re» gna fruuntur , et Fidei , atque Reli» gionis puritas , quæ in iisdem viget » quamplurima denique beneficia , qui» bus a Divina Providentia donantur in » dies . Quoniam autem mirum est Re» gnorum consensus eum ipso Rege » Catholico , emulante illustrium Præ» decessorum exempla in hoc pio stu» dio colendi Immaculatæ Conceptionis » Mysterium , propterea ab eadem sa» cra Majestate Catholica supplices pe» tierunt , ut in specialem Regnorum » omnium , ac ditionum Hispaniæ , et » Indiarum Patronam , et Advocatam » excelsam , hanc Cœli , Terræque Do» minam , in Sacro ejus Immaculatæ » Conceptionis Mysterio assumere , at» que admitti velit , eum eo cultu , et » precum recitatione , quæ Sanctorum » Patronatui conveniunt , juxta Ecclesiæ » Romanæ ritum , sine tamen præju» dicio , aut detrimento cultus S. Ja» cobo Apostolo , primævo Hispaniarum » Patrono , præstandi , cum ei nolint , » nec valeat honoris quidquam detrahi, » aut imminui ob novum hoc obsequium » Apostolorum , Angelorum , totiusque » aulæ Cœlestis Reginæ deferendum. » Cum autem Rex Catholicus libentis» simo animo enixas Delegatorum, adeo» que totius Hispaniæ Regnorum pre» ces exceperit ; Emanuel de Roda , » nunc penes S. V. ejusdem Regis Ca» tholici Minister , ejusque Regio no» mine , ac Mandato S. V. orat , ut » ratum sanctumque habeat , atque » auctoritate Apostolica approbare , et » confirmare dignetur ejusdem Patro» natum SS. Virginis Mariæ in ejus » Sacro Immaculatæ Conceptionis Mys» sterio . cum precum recitatione , et » cultu congruentibus. Atque ut probe » intelligatur , quæ in hanc rem , ut » præfertur gesta sunt , authenticas at» testationes actorum in dictis gene» ralibus. Comitiis , qua decet obsequio » exhibet.

Votum totius Hispaniæ Nationis de re.

§. 3. Cumque simul nobis obtulerit ipsius Regis Epistolam , datam Sancti „ Hidelphonsi die 28 Augusti proxime elapsi , Nobisque directam , qua gesta hac de re in præhabitis Comitiis Nobis repræsentans , ut ejus votis annueremus humiliter supplicat.

Apostolica auctoritate confirmatur B. V.

§. 4. Nos eximiam , et undique perspectam dicti Caroli Regis religionem , summopere commendantes , ac subjectorum ipsi populorum pietatem , et devotionem hujusmodi , Prædecessorum Nostrorum exemplo , tueri volentes , illius voluntati eo impensius obsecundare studemus , quo auctoritas Nostra spirituali , et temporali dictorum Regnorum, et Dominiorum utilitati noscitur profutura : firmamque spem , et fiduciam habentes , eamdem Beatissimam Virginem Dei Genitricem Mariam gratum habituram in Cœlis quod Unigeniti ejus Filii Domini Nostri auctoritate , Nobis licet immerito tradita , gerimus in Terris, ipsam in prædicto Mysterio colendam , uti præcipuam, universalem Patronam dictorum Regnorum , et Dominiorum , juxta preces in præinserto supplici libello expositas , decernimus , et electionem ut præfertur factam , Apostolica auctoritate , harum serie confirmamus , et approbamus.

sub Immaculatæ Conceptionis Mysterio tamquam Hispaniarum Patronæ.

Festum Immaculatæ Conceptionis sub ritu duplici primæ Classis assignatur pro universis Hispaniis Regnis.

5. Ejusdem propterea Mysterii Festum in dictis Regnis , et Dominiis per universum Clerum tam Secularem , quam Regularem , et quomodolibet exemptum, sub ritu duplici primæ Classis cum octava celebrari , cum prerogativis omnibus hujusmodi Patronorum Festis competentibus , et a Sede Apostolica approbatis , juxta tamen rubricas Breviarii , et Missalis Romani , et sine imminutione aliqua cultus in dictis Regnis ac Dominiis S. Jacobo Apostolo , etiam illorum Patrono , præstari soliti , et salva in omnibus observantia Constitutionum Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum, præsertim fel. rec. Pauli V. ann. 1617. Gregorii XV. ann. 1622. , et Alexandri VII. Ann. 1651. super ejusdem Mysterii veneratione editarum , quarum tenorem per præsentes innovare intendimus , dicta Apostolica auctoritate servari , et exhiberi concedimus , et respective præcipimus , et decernimus.

Peculiares indulgentiæ conceduntur pro Christifidelibus utriusque sexus in die festo Immaculatæ Conceptionis.

§. 6. Præsentes omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus , et confessis , ac Sacra Communione refectis , qui die , quo dicti Mysterii celebritas per Catholicam Ecclesiam recolitur , a primis Vesperis , usque ad occasum solis diei hujusmodi , quamlibet Ecclesiam in Regnis , et Dominiis præfatis Omnipotenti Deo in honorem ejusdem B. M. V. dicatam , et quoad Regulares qui propriam Ecclesiam quotannis devote visitaverint , et ibi pro Christianorum Principum concordia , hæresum extirpatione , et S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint , plenariam

omnium peccatorum suorum Indulgentiam, et remissionem, misericorditer in Domino perpetuis futuris temporibus concedimus. Non ostantibus etc. Volumus autem etc. Nulli ergo omnino liceat etc. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1760. sexto Id. Novemb. Pontificatus Nostri Anno III.

Dat. die 15 Nov. 1760 Ann. tertio.

CLXVIII.

Nachadiorum Principem laudat de ejus humanitate erga Christifideles suis in Ditionibus degentes, et ut in proposito persistat hortatur, nec non eumdem Principem certiorem facit de iis quæ pro Græco-Melchitis a Sancta Sede gesta sunt, et de ejusdem S. Sedis voluntate ad removenda dissidia inter Maronitas Monticulos, et Hyerapolitanos.

Quoad controversias respicientes Græco-Melchitas vide Pontificis hujus Epistolam Antiocheno Patriarchæ directam, et hoc II. Tom. relatam sub Num. CLVII., nec non Apostolicas Literas, easdem controversias respicientes sub seq. Num. CLVIII. De dissidiis obortis inter Monachos Maronitas Congregationis Monti Libani adsunt Literæ Apostolicæ ab hoc pariter Pontifice directæ Patriarchæ Antiocheno, et relatæ Tom. I. sub numer: LI.

Illustri ac Potentissimo Chamaad Magno Nachadiorum Principi.

Clemens PP. XIII.

Illustris, ac Potentissime Princeps salutem, et lumen Divinæ Gratiæ.

Principis humanitatem erga Christifideles comendat, hortaturque, ut in hac perseveret voluntate, et Apostolica Decreta exequutioni comitti curet.

§. 4. Laudamus magnopere humanitatem Celsitudinis Tuæ, quam lætantes aspeximus iis in literis, quas nuperrime ad Nos dedisti, et quoniam fides nostra docet, Christianos omnes ubicumque terrarum sitos, esse unius in Christo quasi corporis membra, magnas Tibi gratias agimus, quod eos benevole excipias, ac tuearis, ac nihilominores, quam si eadem ista humanitatis, ac benignitatis officia, quæ in Christianos Filios Nostros confers, in Nos ipsos, qui ejusdem Christi misericordia ipsius vices in terra gerimus, conferres, rogamusque, ut in ista voluntate perseveres, atque etiam aliquid addas Nostra causa: nam si voluntati Nostræ excelsum præsidium Tuum accesserit, et decreta, quæ dedimus fideliter exequutioni mandentur, brevi omnibus incommoditalibus, quæ recens natæ sunt, Deo miserante, prospectum iri confidimus: nihil enim magis cordi habemus, quam ut in omni Ecclesia pax atque concordia servetur, et si unquam perturbari contingat, quam cito restituatur.

Nachadiorum Principem certiorem facit de reddita pace Græco-Melchitis per Nationis hujusce Patriarchæ electionem, et Apostolici Commissarii deputationem, quem Principis protectioni comendat.

2. §. Ut igitur, quæ in hunc finem consilia cæpimus, Nobilitas Tua cognoscat, statim ac Romam pervenerunt Nationis Greco-Melchitæ Ablegati, quamvis tum gravissimis curis detineremur, illico tamen adjecimus animum ad expendendam, juxta Sacrorum Canonum normam, Monachi Ignatii electionem ad eum Patriarchatum, eamque cum invenerimus pluribus vitiis laborare, irritam, ac nullam declaravimus, cogitavimusque subinde novum Patriarcham Græco-Melchitis præficere, qui tam illustrem Cathedram merito occuparet, ne si ulterius distraheretur alectio, nova, ac deteriora scandala nascerentur, atque omnia rite perficerentur Dilectum Filium Dominicum a Lanceis Ordinis Prædicatorum Virum Nobis multa virtutum laude probatum istuc ablegandum esse censuimus, opportunis eum diplomatibus, mandatisque munientes, quem propterea regali Patrocinio tuo enixe commendamus, rogamusque, ut eamdem illi ac Nobis fidem adhibeas.

Pontificium exprimit desiderium pro conciliandis dissidiis exortis inter Monticulas, et Hyerapolitanos, quæ in re Nachadiorum Principis implorat auxilium.

§. 3. Hæc de Græco-Melchitis; ad Monachos Maronitas quod attinet, nihil pariter æque cupimus, quam ut extinguatur aliquando ea divisio, animorumque dissentio, quæ Cænobiticum illum Ordinem ad interitum vergere facit, et Monticolæ cum Hyerapolitanis in concordiam redeant, atque uni eidemque Præfecto obtemperent; non patitur enim neque Monastica Disciplina, neque recta regiminis ratio, ut unum, idemque corpus duo habeat Capita; Monticolas hac de re sæpius audierunt Venerabiles Fratres Nostri Congregationis Fidei Propagandæ agnoveruntque, illos supremum sibi Præsulam constituisse, contra id, quod eædem ipsæ regulæ, quas professi sunt statuebant: quamobrem perdurantibus iis in sua contumacia, juvari ac fovêri nondum potuerunt, ne inde moliendorum Schismatum sumerent alii periculosum exemplum; prudentiæ enim

Tuæ ignotum esse non potest, quam necesse sit subditos in debito obedientiæ officio continere: quamobrem Patriarcha Tobias mandatorum, quæ hinc acceperat, fines, non creditur excessisse: nihilo secius tamen ut semper magis intelligas quanti apud Nos valuerit commendatio Tua, Monticolas rursum audiri mandavimus, quod quidem anno præterito fieri nequivit, quoniam Monachus ille, qui Romam venerat, nullum protulit legitimæ Procurationis Mandatum: quod si Apostolicæ Sedis benevolentiam promerere cupiunt, pareant quam primum oportet, quousque enim restiterint ipsi, sibimet ipsis impedimento erunt, ne Paternæ charitatis Nostræ benignitatem experiantur. Facit autem comitas, atque justitia Tua ut speremus, in hoc ipsum operam Tuam libenter daturum, quod et tranquillitati, et bono ipsorum Cænobitarum plurimum conferet. Nos vicissim si quapiam in re gratificari Tibi unquam poterimus lubentissime præstituros esse recipimus, ut quanti eximias animi Tui dotes faciamus pro Tuis in Christifideles meritis, ubicumque fas erit, declaremus, atque Deum Opt: Max: incessanter orabimus, ut diuturnam incolumitatem, veræ fælicitatis agnitionem, adeptionemque Celsitudini Tuæ largiatur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xv. Novemb. MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Literas quibus Dominicus a Lanceis Ordinis Prædicatorum pro componendis dissidiis, inter Maronitas Monticolos, et Hyerapolitanos subortis ablegatur, et quæ in præsentibus enunciantur, invenire in Vaticanis Archivis, et in Secreteria Brevium datum minime fuit, adeoque si illas reperiri postmodum contigerit, eas, in Appendice ad finem hujus Pontificatus, collocabimus.

CLXIX.

Dat die 24 Nov 1760 Ann. tertio.

Jacobo III. Magnæ Brittanniæ Regi significat provisionem Ecclesiæ Alladen factam favore nominati a Majestate Sua, rationesque exprimit cur de nominatione ipsa mentio minime occurrat in Literis expeditis favore provisi.

Vide etiam Epistolam CLXV. in hoc II. Tom. quoad Regiam Jacobii III. nominationis prærogativam ad Catholicas Sedes in Regno Hiberniæ.

Carissimo in Christo Filio Nostro
Jacobo Magnæ Brittaniæ
Regi Illustri.

Clemens PP. XIII.
Carissime in Christo Fili Noster salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Cum Nos hodie per alias Nostras in simili forma Brevis expeditas litteres, quarum tenorem pro plene, et sufficienter expresso, ac præsentibus inserto haberi volumus, Ecclesiæ Alladen in Regno Tuo Hiberniæ vacenti, dilectum Filium Philippum Philips, cui apud Nos de iis, quæ ad tantum onus sustinendum necessariæ sunt, qualitatibus, fide digna testimonia perhibita fuerunt, quemque Nobis Majestas Tua per suas literas ad id nominavit, in Episcopum præfecerimus, et Pastorem, curam, regimen, et administrationem ipsius Ecclesiæ Alladen, ei in spiritualibus, et temporalibus committendo; verum in literis hujusmodi nullam nominationis a Te factæ, et ad Te pertinentis, mentionem fieri censuerimus, iis ita suadentibus rationibus, quas pro spectata prudentia tua Te facile essequuturum esse non ambigimus, idque Tibi nullo modo officere summopere cupiamus; idcirco per præsentes expresse declaramus, mentem Nostram fuisse, et esse, ut ex hac præteritione, quam præsentis temporis conditio postulabat, nullum Tibi, Tuisque juribus nominandi detrimentum illatum fuerit, vel sit, sed ea omnia ita salva illæsa, ac præservata intelligantur, perinde ac si in eisdem literis, expressa Tuæ nominationis hujusmodi mentio facta fuisset. Quod dum eo animo Tibi significamus, ut novum in hoc accipias argumentum illius intimæ, ac prorsus paternæ, qua Te in Domino complectimur, et semper complexi fuimus, charitatis, Apostolicam Benedi-

ctionem Majestati Tuæ amantissime impertimur: Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxiv. Novembris MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Dat. die 26. Nov 1760 Pont. Ann. III.

CLXX.

Prævia derogatione dispositioni Testamentariæ Canonici Caroli Bellincini, medietatem redituum illius hæreditatis applicat piæ Domui pauperum mendicantium in Civitate Regii, loco novi hospitii pro ipsis pauperibus erigendi.

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

Exponitur pia Bellincinii dispositio super erectione hospitii pro pauperibus Mendicantibus in Civitate Regii a Fratribus Capuccinis regendi.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Exequutores Testamentarii hereditatis Bellincini istius Civitatis Regiensis, quod alias tunc in humanis agens Comes Carolus Bellincini Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Regiensis in suo, sub quo Anno MDCCLV. ab humanis decessit, condito testamento, mandavit exponentibus prædictis, ut postquam ex fructibus, et reddibus bonorum hæreditariorum æs alienum, quo bona prædicta gravata existebant, dissolutum fuerat, domum in dicta Civitate acquirerent, ibique unum hospitium, sub nomine domus Jesus Christi, erigerent, gubernandum sub spirituali directione dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum, quibus mandavit, a dictis exponentibus præstari debere recognitionem suorum laborum, et juxta Constitutiones Domus Parisiensis, ac in eo hospitari voluit Pauperes mendicantes dictæ Civitatis, in quorum persona hæredem scripsit Jesum Christum, et alias prout in dicti Caroli Testamento uberius dicitur contineri.

Preces porrectæ pro commutanda Testatoris dispositione, et causæ hujus imploratæ commutationis.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes, qui ut asserunt, post biennium ab obitu dicti Caroli Testatoris accidit inopinato eventu, quod dilecti, etiam filii Præsides piæ domus Mendicantium ejusdem Civitatis ex plurium Benefactorum eleemosynis reparari cœperunt, et ampliare ædificia antiquitus erecta pro pueris, puellisque recipiendis eo successu, ut sub auspiciis dilecti filii Nobilis Viri Francisci Mutinæ, et Regii Ducis novis in dies superventis auxiliis, subsidiisque, adeo magnum ædificium constitutum fuit, ut pro aliquibus pauperum centenis habitatio ibidem absoluta reperiatur, una cum Præsidibus Piæ Domus Mendicantium ejusdem Civitatis, pro commutatione voluntatis dicti Caroli Testatoris, nempe, ut loco erigendi novum hospitium, erogentur fructus dimidiæ hæreditatis a memorato Carolo relictæ in alendis pauperibus in dicta pia Domo Mendicantium pro tempore recipiendis, et existentibus, reservata altera fructuum medietate pro dimittendo, dissolvendoque ære alieno dicti Caroli ascendente ad libras centum mille circiter monetæ Mutinensis, utque loco dictorum Fratrum Cappuccinorum subrogentur Presbyteri Sæculares, pro spirituali eorumdem Pauperum directione, qui non Regulas Parisiensis, sed Regulas illas ejusdem Piæ Domus Mendicantium servare teneantur, opportune a Nobis sibi in præmissis providere summopere desiderent.

Episcopus Regiensis eo fuit in sensu, ut imploratæ commutationi indulgeri possit, quod itidem visum pariter S. Congregationi concilii Tridentini.

§. 3. Nos supplicem libellum Nobis porrectum infrascriptæ Cardinalium Congregationi remisimus; Tu, datis Tibi Literis, prænarrata comprobans arbitraris, quod satisfacto prius pio Benefactori, qui gratuito hæreditatis prædictæ quamdam pecuniæ summam mutuam dedit, concedi possit Exequutoribus Testamentariis Ballincini facultas erogandi dimidium reddituum in introducendis, seu alendis in hospitio dictæ piæ Domus mendicantium pauperibus mendicantibus, qui polleant qualitatibus a dicto Carolo Testatore volitis, præscriptisque, et per eosdem exequutores, Episcopo pro tempore Regiensi existente approbante, eligantur, quo vero ad subrogationem Presbyterorum Sæcularium, loco Fratrum Cappuccinorum, et Regulam Piæ Domus Mendicantium, loco Regularum Parisiensium, quæ adhuc obtineri non potuerunt, annuendum pariter censes instantiæ, qui cum reliqui pauperes in majori numero, a Presbyteris probatæ vitæ, et doctrinæ, Religionis sub Regulis propriis dicti Hospitii regantur, satis congruum est, quod eodem modo etiam pauperes inintroducendi cum redditibus hæreditatis dicti Caroli gubernentur, in reliquis autem autumas servandas esse dispositiones dicti Caroli Testatoris.

Pontifex imploratam commutationem approbat, et super illius exequutione Regiensem Epi-

§. 4. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis cen-

scopum deputat.

suris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, qui relationem Tuam ad eosdem Cardinales transmissam attenderunt, consilio, Fraternitati Tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, exponentium prædictorum precibus, auctoritate Nostra Apostolica, pro Tuo arbitrio, et conscientia gratis indulgeas, juxta superius enarratum Tuum votum, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium, non obstante supradicti Caroli Testatoris etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, et expresso commutamus, ac Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVI. Novemb. MDCCLX. Pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 29 Nov. 1760 Ann. III.

CLXXI.

Ne quæstio jurisdictionalis extorta inter Parochum Kerpensem, et Archiepiscopum Coloniensem, jam a Sanctitate Sua composita, resurgat, Imperatrici Mariæ Theresiæ summopere commendat, atque adjutricem requirit operam.

Carissimæ in Christo Filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ Reginæ Apostolicæ, nec non Bohemiæ Reginæ Illustri, in Romanorum Imperatricem Electæ.

Clemens PP. XIII.
Carissima in Christo Filia Nostra salutem, et Apostolicam Benedictionem

Narrat subortæ querimoniæ causas, et scandala inde obventa.

§. 1. Inter cæteras ægritudines, quibus afficiebamur vix ad summum Pontificatum evecti, non minoris certe momenti ea fuit, quæ Kerpenam, Dominationi Majestatis Tuæ subjectam respiciebat: suborta enim jam pridem controversia inter Parochum, atque Indigenam Coloniensem, utroque contendente Magistratu Ecclesiastico nempe, ac Seculari, apud quem dijudicanda foret, res eo processerat, ut Parochus, Coloniensem Curiam adire impeditus, ab Episcopo suo electore, nempe Coloniensi, sacris jamdiu interdictus esset, abruptaque cum eo foret Kerpensis Cleri, totiusque Populi communicatio, nataque inde plurima scandala, atque peccata in Ecclesiasticæ Disciplinæ gravissimum detrimentum, neque concordiæ ulla spes effulgebat ob alias majores contentiones, quæ ex illa priori tanquam ex semine pulluraverant, longioremque propterea requirebant indaginem.

Quæ gesserit Summus Pontifex ad controversias conciliandas, quidque feliciter obtinuerit exponit.

§. 2. Etsi autem Nostrum non erat, de omnibus iis discordiarum causis decernere, non poterat tamen non esse Nostrum, Parochum illum cum suo Pastore conciliare, et schisma plurimorum annorum e medio tollere, ut salutis pabulum, et Ecclesiæ Sacramenta Kerpensi populo legitime dispensarentur. Quamobrem sepositis quæstionibus iis, quæ et locorum consuetudinem, et Feudi naturam respiciebant, necessarium fore censuimus, ut Parochus a vinculis, quibus jamdiu irretitus erat ab eodem Antistite prius absolveretur, sicque ab omni noxa expiatus, ad Ovile suum rediret, quemadmodum post plurimas hortationes, atque officia, tandem aliquando, Deo miserante, evenerat, paucis diebus antequam Parochus e vita decederet: miræ enim bonitati, atque Misericordiæ Domini tribuendum est, quod ab Ecclesiasticis censuris solutus, ac liber, æterno se stiterit Judici.

Majestatis Suæ invocat auxilium, ut quæ feliciter composita fuere, consistant in posterum.

§. 3. Ut autem bonum hoc, quod assequuti eramus, firmas radices agere possit, neque pateat imposterum camdem ob causam nova offensionum, discordiarumque occasio, videt Majestas Tua pro sua eximia, ac singulari prudentia, quantum necesse sit pietatis ac charitatis suæ erga Populum illum, Nos implorare præsidium, ut omne dissentionis fermentum inter utrumque forum auferatur, Episcopi jurisdictio in Kerpensem Clerum, sicut antea fuit exercita, exerceatur etiam imposterum, et si quæ perpendenda, vel discutienda sunt, Majestate Tua præcipiente, ex æquo componantur: qua in re, si quidpiam possumus, omnem sollicitudinem, operam, authoritatemque Nostram pollicemur, nihil enim magis cupimus, quam ut æqua pax, atque concordia Sacerdotium inter, et Imperium sancte custodiatur, et Ven. Fr. Archiepiscopus Coloniensis, qui hortationibus Nostris docilem se præbuit, benevolentiam Tuam experiatur, quemadmodum ipse

flagranter cupit, Nos vero quantum possumus enixe commendamus, et Majestati Tuæ a Deo felicia, ac prospera ardentistime apprecamur, tamquam optimæ, et carissimæ Filiæ, cui pignus paternæ charitatis Nostræ, Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXIX. Novembris MDCCLX. Pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 22 Dec. 1760. Ann. Tertio.

CLXXII.

Hispariarum Regi Catholico per has Literas significat, ejusdem, subditorumque votis annuisse, Deiparam Virginem sub Immaculatæ Conceptionis Mysterio tamquam totius Hispaniæ, et Indiarum præcipuam Patronam elargiendo.

Literæ Apostolicæ per quas principale Deiparæ Virginis Patrocinium Hispanicis ultra, et citra marinis Regnis indultum fuit, relatæ superius sunt hoc II. Tom. Num. CLXVII.

Clemens PP. XIII.
Carissime in Christo Filii Noster salutem, et Apostolicam Benedictionem

De elargito Deiparæ Virginis patrocinio pro Hispanicis Regnis certiorem facit Catholicum Regem.

§. 1. Qui Majestatis Tuæ negocia apud hanc Sanctam Sedem diligenter curat, ac fideliter gerit, Dilectus Filius Emanuel Roda, obtulit Nobis literas Tuas, supplicemque libellum, quo continebantur preces Regnorum Hispaniæ nomine, tum Majestati Tuæ porrectæ, quum fidelitatis, et obedientiæ juramentum exciperes. Animadvertimus in iis laudavimusque simul Tuam, subditorumque Tuorum studiosam pietatem in Patrocinium Beatissimæ Virginis cujus Conceptio dignissima, summum Universo terrarum Orbi intulit gaudium: quamobrem cogitare statim cœpimus quomodo votis Tuis gratificari possemus quemadmodum fecisse Nos, ex eo, quod mittimus, Diplomate, manifesto comperies; illud enim Tibi persuasum valde cupimus, in gravissimo hoc, quod sustinemus Apostolatus Officio anxietatum, ac laborum plenissimo, nihil Nobis optatius contingere posse, quam ubi de Filio, qualis ipse es, revera carissimo, datur benemerendi facultas, quod quidem tum ex his, tum ex aliis, quæ proxime evenerunt, modo exploratum fore minime dubitamus, si quidem ita comparati sumus, ut quæcumque a Nobis proficisci possunt, merito deberi existimemus spectatissimæ Religioni Tuæ, perpetuæque in hanc Petri Apostolorum Principis Cathedram observantiæ, ex qua vicissim quidquid ad illius decus, ac dignitatem sive augendam, sive defendendam pertinet, ipsi quoque Nobis omnino pollicemur.

Preces Deiparæ Virgini porrecturum pro Hispaniarum felicitate, atque Regiæ Familiæ promittit.

§. 2. Rogabimus interea Deiparam Virginem, qua nulla purior, nulla sanctior, nulla plenior gratia fuit, ut Tibi, et lectissimæ Regiæ Soboli ostendat se Matrem pulchræ dilectionis, et timoris, et agnitionis, et sanctæ spei, quæque inter omnes Mulieres benedicta cunctas exornat Ecclesias, a benedicto Ventris sui fructu, uti præpotens Advocata, et singularis Patrona Iberiam omnem, et amplissima Regna Imperio Tuo subjecta, non terrenis modo, sed Cœlestibus divinæ gratiæ muneribus cumulari perpetuo faciat, Nostrique auspicij certissimam vadem constituimus, Apostolicam Benedictionem, quam Tibi, carissime in Christo Fili Noster, amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXII. Decembris MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Dat. die 24 Dec. 1760 Ann. tertio.

CLXXIII.

Illustrem Poloniæ Regem certiorem facit, se illius votis obsecundasse, et adiutorem Cracoviensi Ecclesiæ dedisse, novi Episcopi Auditoris institutione a quo Lublinensis, et Sandomiriensis Clerus regeretur.

Literas, quibus novus Episconus Auditor constituitur, prout in præsentibus enunciatur, minime invenire datum fuit in Archiviis Vaticanis, et in Secreteria Brevium, quas si deinceps reperiri datum erit, eas inseremus in Appendice ad finem hujus Pontificatus.

Carissimo in Christo Filio Nostro Augusto Poloniæ Regi Illustri.

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo Fili Noster salutem, et Apostolicam Benedictionem.

1 Nisi Divinæ bonitatis miseratio in hoc gravissimo, quod Nobis impo-

suit, onere, Nos sustentaret, inter plurimes anxietates, quibus undique premitur, non posset infirmitas Nostra consistere: Illud tamen solatio est, ubi de optimis, atque carissimis Filiis, qualem pro sua constenti in hanc S. Sedem observantia, ac fide, Majestatem Tuam reputavimus semper, benemereri fas est, ut nuperrime contigit de ea petitione, quam literis Tuis ad manus Nostras redditis per Ven. Fratrem Nostrum Joannem Franciscum Albani Cardinelem Episcopum Sabinensem effecisti, idemque officiis suis mire comprobevit: hac enim in Consistorieli conventu, mature disgesta, compertaque ingenti, et locorum, et Cleri, et Lublinensis, et Sandomirensis Seminarij distantia, certaque dote novo Episcopo Auditori constituenda rem illico expediri mandavimus ee lege, quæ, et Crecoviensi Ecclesiæ utilior, et ipsi Episcopo erit gloriosior, quemadmodum fusius ab eodem Cardinali Albano Majestas Tua accipiet, qui plura etiam referet de Nostra singulari, ac vere paterna in Majestatem Tuam benevolentia, cujus jucundissimum Nobis eccidit, novum, certissimumque dare pignus in Apostolica Benedictione, quam Tibi, Carissime in Christo Fili Noster, amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXIV. Dec. MDCCLX. Pontificatus Nostri anno Tertio.

CLXXIV.

Dat. die 30. Dec. 1760 Ann. Tertio.

Viennensem Archiepiscopum summopere comendat, pro denegato assensu arbitrariæ ebolitioni Canonicorum Regularium S. Ruffi, et translationi eorumdem bonorum omnium ad manus Militum S. Lezari, utque in proposito persistat conservandæ Ecclesiasticæ, et Regularis disciplinæ, hortatur.

Venerabili Fratri Willelmo Archiepiscopo Viennensi

Clemens PP. XIII.
Venerabilis Fr. salutem, et Apostolicam Benedictionem

Quod summopere exoptamus, ut certiores efficiemur, quid in quaque Diœcesi sit, in quo possimus diligentiam eam, quam debemus Deo, ac Domino nostro Jesu Christo, præstare, hoc Nos essequutos esse; ex literis Fr. Tuæ lætamur, quibus renunciavisti pactum quoddam initum inter Canonicos Regulares S. Ruffi, et Equites S. Lazari de Religiose illorum Familia abolenda, transferendisque bonis omnibus ad eorum Militum manus. Condoluimus equidem ad hunc nuncium, rationum earum momenta considerantes, quas vivis coloribus exprexisti, neque possumus, quin commendemus egregium studium, quo incenderis Ecclesiasticæ, ac Regularis Disciplinæ conservandæ, tuendorumque Religiosorum Ordinum, si Divinæ gloriæ, et animarum saluti utilem exhibeant operam. Ad Nos quod attinet, illud pro certo te habere volumus, nihil hac de re Nobis hactenus fuisse propositum, neque ex una, neque ex eltera parte; quod si proponi contigerit, nullam certe deliberationem capiemus, sine Consilio VV. FF. Nostrorum S.R.E. Cardinalium Congregationis Concistorialis, apud quos, more Majorum, perpendi, ac librari accuratissime solent ejusmodi postulata, ii vero nihil umquam decernere consueverunt, nisi prius rem omnem undequaque cognoverint, exploraverintque sententiam eorum Antistitum in quorum Diœcesibus unienda, vel extinguenda sunt Monasteria: *accingere igitur Venerabilis* Freter *lorica justitiæ*, ut si quendo opus fuerit, *educas in veritate judicium tuum*: illud enim Divina misericordia freti pollicemur, nihil admissuros Nos esse, quod Divino cultui promovendo, et Ecclesiæ utilitati non sit consentaneum: hujus enim bonæ voluntetis, cujus largitor est Deus, constituimus vadem, Apostolicam Benedictionem, quam Tibi Ven. Fr. peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctem Mariem Majorem, sub Annulo Piscatoris die XXX. Decembris MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Dat. die 30. Dec. 1760 Ann. III.

CLXXV.

In idem Argumentum Episcopo Valentino perscribit, ejusque studium, sollicitudinemque laudibus prosequitur, quibus obstiterat arbitrariæ abolitioni, et bonorum translationi.

Venerabili Fratri Alexandro Episcopo Valentino.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Fr. salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Nihil est, quod tam conveniat Nostro, et Episcoporum omnium officio, ac muneri, quam assidua cogitatione versari, quanam potissimum ratione possimus impendentibus malis occurrere, animarum saluti consulere, Christi gloriæ omnibus in rebus servire: Hanc ob causam lubenter accepimus literas, quas nuper dedisti, ut pari, cum Tuo Metropolitano, animi consensione significares, Canonicos Regulares Sancti Ruffi quoddam injussu fœdus Cætus sui abolendi, applicandique bona Militari Ordini Sancti Lazari; qua de re nihil adhuc, ut id quod est fateamur, ad aures Nostras pervenerat. Placuit vero studium, atque sollicitudo Tua ejus Regularis Familiæ retinendæ, exercendæque in Divinis concentibus, et Dominici Agri cultura, cui plurimum detrimenti unionem istam allaturam esse conquæreris: qui autem, ut innuimus, de hoc nihil adhuc audieramus; nihil Nos in hac re deliberaturos, si petitio hæc instruatur, nisi de Consilio V.V. Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium Congregationis Consistorialis, qui priusquam decreverint quidpiam, et postulata hæc adamussim expendere, et Episcoporum, quorum interest, judicium, et assensum exquirere diligenter solent. Restat igitur, ut si casus evenerit, eadem ipsa, quæ modo scripsisti, tum rogatus, prolixius adhuc, si velis, exponas, siquidem nihil aliud, Deo miserante, optamus, quam Ecclesiæ utilem navare operam, neque Apostolica authoritate quidpiam præstare, quod ejus utilitati, et animarum saluti non sit profuturum. Hæc sunt vota, quæ jugibus Sacrificiis nuncupamus: hæc ut Tuis quoque precibus adjuves flagranter petimus, damusque Tibi Ven. Fr. Paternæ charitatis pignus, Apostolicam Benedictionem. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxx. Decembris MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Dat. die 2 Jan. 1761 Ann. III.

CLXXVI.

Significat, satis non esse ut quis ad Episcopalem dignitatem evehatur, qui Regularem vitam est amplexus, quod vir probus, ac doctus sit, sed requiri vel Ecclesiæ necessitatem, vel magnam hujus utilitatem.

Dilecto Filio Nobili Viro Principi Montis Maurentiaei

Clemens PP. XIII.
Dilecte Fili Nobilis Vir salutem, et Apostolicam Benedictionem.

§. 1. Acceptis secundis literis Tuis, quibus iterum postulasti, ut dilectus Filius Chrysostomus Ordinis Carmelitici excalceatorum Episcopatus honore donaretur, dolnimus iterum, quod, obsistentibus Canonicis Sanctionibus, votis Tuis obsecundare non liceat: non enim sat est ut quis ad talem, tantumque gradum evehatur, quia vir probus, et doctus sit, et Ecclesiastico præstimonio facile dotandus, nisi id ipsum vel Ecclesiæ necessitas postulet, vel magna utilitas suadeat, quemadmodum prioribus in literis Nostris latius perscripsimus: quamobrem cum ille, perfectissimum vitæ genus amplexus fuerit, sacrisque prædicationibus diligenter incumbat, Tu vero eum singulari studio prosequaris, curandum est, ut in ea, in qua vocatus est, vocatione, sancte, lubenterque permaneat: atque interea Tibi Dilecte Fili Nobilis Vir, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die II. Januarii MDCCLX. Pontificatus Nostri anno tertio.

Dat die to. Jan. 1761. Ann. III.

CLXXVII.

Locum in Sacræ Romanæ Rotæ Auditorio, quod Sixtus V. Reipublicæ Venetæ concesserat, pro uno ex Venetis Juris utriusque Doctoribus, a Republica præsentandis, et a Romano Pontifice seligendo, confirmat, et indulget, ut futuris vacationibus, unum tantum Nobilem, vel honestum Venetum Civem, utraque Laurea donatum, præsentare debeat Respublica ipsa.

Constitutio Sixti V. qua Veneto Auditori in Sacra Rota aditus patuit, et de qua in præsentibus Literis est mentio, non reperitur impressa in Bullario Mainardii.

Dilectis Filiis Nobilibus Viris Duci, et Reipublicæ Venetiarum

Clemens PP. XIII.
Dilecti Filii Nobiles Viri salutem, et Apostolicam Benedictionem

Venetam Rempublicam laudibus commendat, eique suum amorem exprimit Pontifex.

§. 1. In hoc gravissimo, quod sustinemus Apostolicæ servitutis officio, molestiarum undique pleno, nihil dulcius est, quam de Vestro Amplissimo Ordine, Nostraque carissima Patria, avitæ Religionis retinentissima, posse aliquando benemereri: huic enim, et plurimum debere Nos profitemur, et a prima die, qua fuit humilitas Nostra ad summum Pontificatum evecta, semper cogitavimus ultro gratificari. Hunc paternæ, et singularis charitatis Nostræ sensum Nobilitatibus Vestris alias significavimus, tum vero præcipue cum literas dedimus die x. Maii Anni nuper elapsi per dilectum Filium Equitem Aloysium Mocenigum S. Marci Procuratorem, ad Regem utriusque Siciliæ Reipublicæ Vestræ Oratorem isthac pertranseuntem, atque hoc ipsum, uti receperamus, eidem confirmavimus redeunti, et Vestra ex voluntate, Nostraque, ob veterem amicitiam, cum jucunditate ad aliquod temporis spatium hic commoranti:

Reipublicæ indultum de eligendo Auditore in S. Romana Rota commemorat, et locum in ea a Sanctitate Sua obtentum lætanter recordatur.

§. 2. Quamobrem reputantibus Nobis qua ratione contestatam jamdiu benevolentiam, re ipsa comprobaremus, ea subiit cogitatio, quod vacuo Romanæ Rotæ Auditorij loco, propter illustre Regnum, quod a Catholica Fide defecerat, fælicis recordationis Sixtus V. Pontifex Max. Prædecessor Noster, Vobis indulxit, ut quatuor Juris utriusque Doctores, Vestra ex Ditione proponeretis, e quibus Romanus Pontifex, sibi magis benevisum, deligeret, quemadmodum hactenus in more positum fuit, Nosque ipsi sic a Vobis propositi, per fælicis recordationis Benedictum XIII. fuimus ad ejusmodi munus adlecti.

Easdem Reipublicæ Venetæ facultates in eligendo Romanæ Rotæ Auditore tribuit, quibus pollent Summi Reges, Romanorum scilicet, Francorum, et Hispanorum.

§. 3. Pergratum igitur fore Vobis arbitrati sumus, Vestræ Reipublicæ gloriosum, Nostræque accepti beneficij memoriæ valde consentaneum, si eamdem ipsam facultatem Vobis impertiremur in Romanæ Rotæ Veneti Auditoris nuncupatione, qua summi Reges, Romanorum nempe in Germania, Francorum in Galliis, Hispaniarum in suis aliquibus Regnis, ex Apostolicæ benignitatis indulgentia fruuntur. Nos itaque, præclarissimum Ordinem Vestrum, pari, ac illos, in honore hac in re habere cupientes, et carissimæ Patriæ singulare aliquod amoris Nostri testimonium largiri; Vosque ipsos specialibus gratiis prosequi, motu proprio, non ad Vestram, seu alterius pro Vobis, super hoc oblatæ petitionis Instantiam, sed ex certa scientia, et matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, volumus, statuimus, ac declaramus, ut deinceps perpetuis futuris temporibus, et quotiescumque vacaverit Romanæ Rotæ Veneti Auditoris subsellium, quod occupatur modo per dilectum Filium Magistrum Joannem Cornelium, non amplius quatuor Juris utriusque Doctores, ut antea proponere debeatis, sed unum dumtaxat ex Nobilibus Civibus, vel ex honestis Familiis Vestræ Dominationis, Juris utriusque laurea pariter donatum eligatis, ac nominetis, qui Cappellani Nostri, et causarum Palatii Apostolici Auditoris munere fungatur, cujus quidem electionis, seu nominationis, Nobis, et Romanis Pontificibus successoribus Nostris, a Vobis per literas Vestras faciendæ, eamdem volumus haberi rationem, quæ hactenus ab Apostolica Sede de aliis electionibus, seu nominationibus, quæ fiunt ad ejusmodi Romanæ Rotæ Auditorii subsellia respective vacantia, a Summis Regibus superius memoratis, semper haberi consuevit.

Clausulæ apponuntur pro efficacia hujus concessionis, cum derogatione contrariorum.

§. 4. Decernentes, præsentes Nostras literas semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere debere, Vobisque in omnibus et per omnia plenissime suffragari. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Benedictus Deus totius consolationis, et pacis repleat Vos

omni gaudio; omnique Rempublicam Vestram prosperitate cumulet, sitque hujus auspicii, et amantissimæ voluntatis Nostræ certissimum pignus Apostolica Benedictio, quam Vobis Dilecti Filii Nobiles Viri, toto corde largimur: Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die x. Januarii MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Dat. die 12. Sept. 1760 Ann. tertio.

CLXXVIII.

Episcopo Clusino facultates tribuuntur pro unienda quadam Cappellania Curæ Ecclesiæ Cathedralis ejusdem Civitatis cum onere constituendi Cappellanum Curatum, pro Spirituali Parrochianorum bono.

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Exponitur infelix conditio Parochianorum, et tenues Rectoris Curati Clusini redditus, spiritualibus illorum comodis prospicere ideo impediti.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus Aggravi Presbyter, ac Rector Curatus in ista Cathedrali Ecclesia Clusina, quod cum intra limites suæ Parochialis Ecclesiæ magna Incolarum multitudo usque ad mille, et quingentorum numerum ascendentium reperiatur, quorum major pars in quadam aperta planitie per plurium milliariorum spatium in insalubri Coelo dispersa remaneat, ut Incolæ prædicti a Civitate magis dissiti, hyberno præsertim tempore pluries commodo recipiendi Ecclesiastica Sacramenta, et Christianæ fidei rudimenta edocendi privati existunt; redditus vero suæ Parochialis Ecclesiæ prædictæ, demptis dumtaxat oneribus realibus, summam octuaginta scutorum monetæ minime excedant; et sicuti in districtu suæ Parochialis Ecclesiæ quædam Ruralis Ecclesia una cum domo, aliisque annexis, vulgo nuncupata « la Madonna della Quercia Alpino » existit, in qua Sacrosanctum Missæ Sacrificium singulis festivis diebus celebrari solet quidam Cappellanus ad Tui, et pro tempore existentis Episcopi Clusini ad nutum amovibilis, prævia assignatione aliquot paucorum bonorum, quæ summam duodecim scutorum annuis redditibus vix attingunt, seu non excedunt.

Clusinus Episcopus eo est in sensu ut Parrochialibus necessitatibus per cujusdam

§. 2. Insuper Tu, ut non solum spiritualibus necessitatibus Incolarum prædictorum consulere, verum etiam, ut jurgia, quæ inter Cappellanum prædictum, et ipsum Franciscum in dies oriri possunt ratione sacrarum functionum, et jurium Parochialium; evitare valeas, in eo es sensu, uniendi dictam Ecclesiam, illiusque Cappellaniam ad nutum amovibilem, ut præfertur, una cum aliis bonis annexis, et connexis, ac domo prædicta, parvisque annuis redditibus supradictæ Parochiali Ecclesiæ, hoc tamen adjecto onere Rectori pro tempore existenti Curato Cathedralis Ecclesiæ prædictæ, retinendi in Rurali Ecclesia hujusmodi probum, ac idoneum Presbyterum, ab Episcopo pro tempore existente Clusino approbandum in Cappellanum Curatum, qui non solum in omnibus festivis anni diebus Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrare, ac Ecclesiæ Sacramenta administrare, doctrinamque Christianam, aliaque Catholicæ fidei rudimenta docere, nec non cæteras Parochiales functiones exercere debeat, exceptis tamen tempore Paschali, aliisque solemnioribus anni festis diebus, quoad facultatem peragendi Parochiales functiones, quibus necesse esse videtur, ut habitatores ad propriam Parochialem Ecclesiam accedant, illamque pro Matrice habeant, et recognoscant; ac propterea dictus Franciscus considerans quod totum id in spirituale commodum, utilitatemque suorum Parochianorum, si fiat, cederet, facultatem uniendi dictam ruralem Ecclesiam eidem Cathedrali per Nos tibi concedi plurimum desiderat, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut Tibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Cappellaniæ unionem Clusinæ Parreciæ succurri posse.

Proponuntur officia explenda a Cappellano Curato in sequelam propositæ unionis.

§. 3. Nos igitur ipsum Franciscum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, et sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus, inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, qui relationem Tuam super præmissis ad eosdem Cardinales transmissam attenderunt, consilio, Fraternitati Tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, ad unionem supradictæ Cappellaniæ favore Curæ enunciatæ Cathedralis, cum conditionibus superius expressis, auctoritate Nostra Apostolica, pro Tuo arbitrio, et conscientia procedere, et devenire possis, et valeas; salva tamen semper in

præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, ac Ecclesiarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis, superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis qubuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decima secunda Januarii millesimo septingentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 12. Jan. 1761 Ann. tertio.

CLXXIX.

Committitur Archiepiscopis, Episcopis, aliisque locorum Ordinariis in Sardiniæ Regno observantia peculiarium Instructionum super Ecclesiastica disciplina, Ecclesiastici Fori privilegio, et Clericorum, aliorumque Ecclesiæ servitio addictorum exemptione personali.

De criminibus, et locis qui Ecclesiastici asyli beneficio juvari minime poterant in Sardiniæ Regno, habemus hujus Pontificis Constit. edit. Ann. 1759. Martii 21. a nobis relatam Tom. I. Num. XLVI. Peculiares instructiones quoad Clericos, eorumque privilegia, et immunitates pro Regione Pedemontana, dederat S. M. Benedict. XIV. Ann. 1742., quæ tamen in Benedictino Bullario non inveniuntur insertæ.

Clemens Papa XIII.

Venerabiles Fratres salutem, et Apostolicam benedictionem.

Exordium

§. 1 Paternæ, ac præcipuæ charitatis effectus, quo Gregem Dominicum curæ Nostræ Divinitus commissum prosequimur, jugiter Nos impellit, ut communi ipsius Gregis saluti, quantum Nobis ex alto conceditur, Pastorali sollicitudine advigilemus.

§. 2. Cum sicut nuper non sine animi Nostri molestia accepimus, plures, nonnullo ab hinc tempore, in isto Regno Sardiniæ suborti sint, ac vigeant abusus, tum quoad Scholares, qui Clericali Militiæ adscribi desiderant, tum quoad Clericos Conjugatos, tum etiam quoad Laicos, seu Sæculares personas ob exemptionem Fori ratione servitii, quod præstant Curiæ Ecclesiæ, aliisque Locis Piis, quibus sunt addicti. Hinc est, quod Nos omnes abusus, inordinationesque hujusmodi, quantum cum Domino possumus, corrigere, reformare, et e medio tollere, ac piis charissimi in Christo filii Nostri Caroli Emmanuelis Sardiniæ Regis Illustris votis benigne obsecundare volentes, quamdam Instructionem Vobis tradendam, ad dictos abusus in Regno prædicto penitus evellendos accomodatam, quam certi sumus ipsi Carolo Emmanueli Regi, gratam, acceptamque fore, concedere curavimus tenoris sequentis videlicet.

Enumerantur abusus in Sardiniæ Regno introducti, quoad Ecclesiasticas exemptiones, et immunitates.

Instante Illustri Sardiniæ Rege, nonnullas Instructiones concinnavit Pontifex ab Ordinariis illius Regni servandas.

ISTRUZIONE

SOPRA DIVERSI PROVVEDIMENTI

PER GOVERNO

DELLE CURIE ECCLESIASTICHE

NEL REGNO DI SARDEGNA.

» Dopo aver Noi secondate le rettissime intenzioni di S. M. il Rè di » Sardegna, provedendo mediante un » nuovo special Breve in data dei 21. » Marzo 1759. ai gravissimi disordini, » che succedevano in quel Regno, con » pregiudizio della giustizia, e della » pubblica tranquillità, per il troppo » facile, e commodo confugio dei rei » all' asilo delle Chiese, ed altri Luo» ghi immuni, eccitati nuovamente » dall' instancabile zelo della M. S., » non meno per la conservazione della » disciplina della Chiesa ne' suoi Do» minj, che per il bene de' suoi Sud» diti, abbiamo creduto di dover dare » anche nuovi provedimenti per rappor» to all' Immunità personale, ed al mi-

Referuntur præcedentes Ordinationes datæ pro Sardiniæ Regno quoad Ecclesiasticum asylum.

» glior sistema della Gerarchia Ecclesiastica in quel Regno. =

Commemorantur instructiones, quas S. M. Benedictus XIV. dederat pro Pedemontanis Regionibus.

» Informati pertanto degli abusi introdotti in quegli Ecclesiastici, e passati anche nei Laici, a titolo di varj Impieghi, e Uffizj in servizio delle Curie Ecclesiastiche, e Luoghi Pii, con disdoro degli uni, e con molto danno dell' universale degli altri, dopo sentito il parere di alcuni Cardinali, e Prelati sperimentati, e pratici di questa materia, abbiamo stabilito coll'intelligenza della M. S. la presente Istruzione, sulle traccie di quella, che dalla Santa Memoria di Benedetto XIV. fù nel 1742. fissata per il Piemonte, sicuro, che come intesa anche col Regio Ministro Plenipotenziario in Roma incontrerà il pieno gradimento di S. M., e che dando perciò Ella gli ordini necessarj ai suoi Regj Ministri di uniformarsi alla medesima, ne sarà col concorso di ambedue le Podestà più costante, ed esatto l' adempimento, e si renderà sempre più inalterabile in quel Regno la perfetta pace, ed armonia frà il Sacerdozio, e l' Impero.

Ordo praesentium Instructionum describitur.

» E per procedere nella presente Istruzione colla dovuta chiarezza, si tratterà in primo luogo dei veri Chierici, e Chierici Conjugati, e della loro Riforma, e successivamente della qualità, e numero de' Laici, che essendo addetti al servizio della Chiesa, e della Curia Ecclesiastica debbano, o non debbano godere dei Privilegi del Foro, e dell' Immunità personale, in conformità di quanto si dispone negli Articoli seguenti.

Nemo ad primam Tonsuram admittendus, qui vel de Ecclesiastico Beneficio, vel de Patrimonio Sacro non sit provisus.

I. Che niuno possa essere ammesso alla Prima Tonsura se non che a titolo di Benefizio, Cappellania perpetua, o Pensione Ecclesiastica, che nell' annuo reddito eccedano almeno la metà della tassa stabilita per il Patrimonio Sagro; o in difetto, se non sia provisto dell' intiero Patrimonio Sagro, il quale non potrà essere costituito, se non che sopra beni stabili, e sopra annue rendite fisse, e dovrà essere regolato a tenore della tassa Sinodale di ciascheduna Diocesi.

Ad primam Tonsuram non admittantur decennio minores, nisi per triennium vel Ecclesiastico in convictu immorati, vel saltem in Clericali habitu incedentes, Ecclesiae per triennium haud inservierint.

II. Che non possa conferirsi la prima Tonsura, se non a chi dopo aver terminati i dieci anni di sua età, sia andato a dimorare almeno per un tiennio in qualche Seminario, o Convitto Ecclesiastico, ed ove ciò non possa farsi, non abbia almeno portato per tre anni l' abito Clericale con licenza del proprio Ordinario, ed in tutto il triennio, o per la maggior parte delle Feste di precetto di ciascuno dei trè anni, non abbia servito a qualche Chiesa nella maniera, che gli sarà dal proprio Vescovo prescritta, computando questo servizio colla dimora, che avrebbe dovuta fare in qualche Seminario, o Convitto Ecclesiastico.

Studia in aliqua Universitate, loco triennalis habitationis in convictu Ecclesiastico, de Ordinarii tamen licentia, et sub nonullis praescriptionibus admittuntur.

III. Che volendo qualche Giovane condursi in una pubblica Università, o in altro luogo, ad effetto di applicarsi ivi alle Scuole, ed agli Studj, possa farlo, ed il tempo, che ivi dimorerà, possa servirgli di requisito, affine di prendere la Prima Tonsura, come se stasse in un Convitto Ecclesiastico, purchè però lo faccia colla permissione del proprio Vescovo, e colle Lettere commendatizie del medesimo, si presenti al Vescovo del luogo, e colla direzione di questo si faccia assegnare al servizio di qualcha Chiesa, portando l' abito Chiericale e prestando ivi per un triennio, o almeno per la maggior parte di ciascuno de trè Anni, come sopra, il medesimo servizio alla Chiesa assegnatagli, che presterebbe dimorando nella propria Diocesi; con espressa condizione, che volendo essere iniziato alla Prima Tonsura, debba ottenere le Lettere Testimoniali del Vescovo, dove ha dimorato, *de vita*, *et moribus*, a d'aver esattamente adempito a quanto gli è stato prescritto, ed in vista di questi attestati possa esser promosso.

Excluduntur a superioribus sanctionibus tonsurandi pollentes passivo Patronatu ad aliquod Ecclesiasticum Beneficium.

IV. Dal quale obbligo e regole sopra enunciate si dovranno eccettuare gli *Artati*, cioè quelli, che in virtù della fondazione sono chiamati a qualche Benefizio, o Cappellania Ecclesiastica vacante, i quali potranno quindi esser promossi alla Prima Tonsura, ancorchè non abbiano i requisiti di sopra espressi; e non solamente nel caso, in cui si tratti di Benefizio o Cappellania veramente Ecclesiastica, cioè fondata coll' autorità della Santa Sede, o dell' Ordinario prima del Sagro Concilio di Trento, mà nel caso ancora di simili Benefizj, o Cappellanie fondate dopo il medesimo Concilio, ed eziandio nel caso di Cappellanie meramente Laicali, purchè siano perpetue.

Itemque qui ad Beneficia perpetua a Patronis nominantur.

V. Quelli poi, che non avendo alcun diritto passivo, verranno presentati da qualche Patrono ad un Benefizio, o Cappellania vacante, dovranno altresì eccettuarsi dalle anzidette regole; ma solamente ove si tratti di vero Benefizio, o Cappellania perpetua, fondata con autorità Ecclesiastica, della

quale debba investirsi il presentato per via d' Istituzione Ecclesiastica, e nel caso, che il Patrono non possa differire, oltre al tempo stabilito dai Sagri canoni, la nomina, e la presentazione al medesimo Benefizio.

Vel qui a Dataria Apostolica, vel ab Ordinariis de Pensione, vel Beneficio providentur sub spe, et conditione Clericatus.

VI. Finalmente dovranno esentersi dalle regole prescritte, ancora quelli, che riporteranno o dalla Dataria Apostolica, o dagli Ordinarj, *sub spe, et conditione Clericatus*, qualche Pensione Ecclesiastica, oppure qualche Benefizio, o Cappellania vacante, che debbano provedersi *titulo collativo*, e non altrimenti: Avvertendo in fine, che niuno di questi, come ancora niuno dei sopra espressi Artati s' intenderà eccettuato dalle regole generalmente prescritte per i promovendi alla Tonsura, sempre che le rendite delle Pensioni, o pure Benefizj, e Cappellanie, alle quali o avranno diritto passivo, o saranno presentati, o respettivamente verranno lor conferite, non costituiranno (detratti i pesi) la metà almeno di quello, che importa la Tassa del Patrimonio Sagro stabilita nella Diocesi del promovendo.

Quoties plures ad unum Beneficium concurrunt, satis sunt Ordinarii Testimoniales ad primam Tonsuram consequendam post ipsius Beneficii collationem.

VII. E come talvolta accade, che essendo molti i chiamati all' istesso Benefizio, o Cappellania Ecclesiastica, sono gli Ordinarj costretti a conferire a tutti la Prima Tonsura, affine di renderli capaci del Benefizio, o Cappellania, d' onde ne siegue l' inutile moltiplicazione de Chierici, per non potersi conferire che ad un solo il Benefizio, o Cappellania; Perciò d' ora innanzi in simili casi basti, che presentandosi nel tempo congruo coloro, i quali pretendono aver diritto al controverso Benefizio, o Cappellania, e ritrovandosi, che siano idonei, così *quoad scientiam*, che *quoad bonos mores*, e che non abbiano impedimento Canonico per esser promossi alla prima Tonsura, l' Ordinario spedisca loro le Lettere Testimoniali sopra la detta idoneità, e di non avere impedimento veruno, in virtù delle quali possano essi istituire la loro pretenzione, e proseguire la causa avanti il Giudice Ecclesiastico, anche in concorso dei Chierici pretendenti, appunto come se avessero già avuta la prima Tonsura, la quale possa di poi conferirsi a colui, che terminata la Causa avesse ottenuto il Benefizio, o Cappellania, riputandolo a tale effetto *Artato*, e facendogli godere quei Privilegj, che ai medesimi di sopra sono stati conceduti.

In prima Tonsura Ordinati

VIII. Che dopo di essere stati così ordinati alla Prima Tonsura, debbano tutti i Chierici, compresi anche gli Artati, seriamente applicarsi così allo studio, come alle opere di Pietà, per rendersi degni di ascendere nell' età legittima ai Sagri Ordini: al quale effetto debbano continuare a dimorare in qualche Seminario, o Convitto Ecclesiastico, e non potendo ciò fare, debbano almeno prestare per ogni anno, o per la maggior parte di esso, come sopra, nella Chiesa assegnata loro dall' Ordinario, quel servizio, che dal medesimo verrà loro prescritto, o pure dimorando in qualche Università, o altro luogo per proseguire le Scuole, e gli Studj, debbano adempiere le medesime cose di sopra ordinate per coloro, che debbono essere iniziati alla Prima Tonsura.

Ecclesiasticum convictum, vel saltem Ecclesiae servitium prosequantur, ut possint ad alios Sacros Ordines ascendere.

IX. Che tutti i Chierici, così di prima Tonsura, che di Ordini Minori, debbano far costare nel principio di ogni anno avanti gli Ordinarj de luoghi, nei quali hanno il domicilio, di avere osservati i requisiti del Sacro Concilio di Trento intorno all' abito, e Tonsura Chiericale, ed intorno a tutte le altre cose stabilite di sopra, e così mediante l' attestazione del proprio Rettore, e Superiore del Seminario, o Convitto Ecclesiastico per quelli, che vi hanno dimorato, e per gli altri mediante l'attestazione dei Parrochi, e Rettori delle Chiese, alle quali sono ascritti, intorno alla delazione dell' abito, e Tonsura Chiericale, frequenza de Sagramenti, e servizio della Chiesa, o colle attestazioni de' Maestri, e Lettori intorno alla continuazione delle Scuole, e de' Studj: Quali attestazioni debbano farsi *gratis* da tutti i sopranominati.

Omnes in minoribus Ordinibus constituti, teneantur quotannis proprio Ordinario testimoniales exhibere de impletis Trydentini Concilii praescriptis, quoad habitum, tonsuram, mores, et studia.

X. Che gli stessi Ordinarj debbano tenere pubblicamente appesa nella Sagrestia della loro Cattedrale una tabella, in cui dopo avere riconosciuta la sussistenza delle dette attestazioni, le quali debbano rimanere nella loro Cancellaria, facciano scancellare dalla medesima ogni anno i nomi di coloro, che non avranno esattamente osservati i requisiti predetti, ed all' incontro facciano registrare i nomi solamente di quelli, che li avranno osservati, ai quali consegneranno ogni anno *gratis* una Declaratoria in iscritto, acciocchè possa dai medesimi senza alcun contrasto godersi di tutti i Privilegj Chiericali, de quali Privilegj all' incontro non goderanno quei Chierici di Prima Tonsura, o di Ordini Minori, che per non avere osservati i suddetti requisiti sa-

Locorum Ordinarii in Ecclesiae Cathedralis Sacrario curent, ut quotannis affigatur Syllabus Clericorum, qui praescriptas in superiori articulo Testimoniales exhibuere, ut ii tantummodo Clericorum privilegiis perfrui valeant.

ranno stati scancellati dalla sudetta tabella, da tenersi publicamente nella Sagrestia, e non avranno la menzionata declaratoria dell' Ordinario.

Nequeant Vicarii Capitulares, absque Capituli voto Dimissoriales Literas tradere pro ordinandis Laicis ad Beneficia praesentatis; quoad alios vero Ordinandus, absque Licentia Sacrae Congreg. Concilii.

XI. Che i Vicarj Capitolari non possano d' ora innanzi, senza il voto del pieno Capitolo da darsi nel luogo solito Capitolare, per maggioranza di voti segreti, da calcolarsi secondo il costume di ciascun Capitolo, e da registrarsi negli atti Capitolari, concedere le Lettere Dimissoriali ai Laici, benchè siano Artati da Benefizio, o da Cappellania, nel modo spiegato di sopra, o pure a coloro, che avendo già la Prima Tonsura, sono presentati a qualche Benefizio, o Cappellania, che *actu requirat certum ordinem*; e coll'espressa condizione che sì nell'uno, che nell'altro caso, colui, che chiede di esser promosso, non sia stato altre volte rigettato dal Vescovo antecessore *quod mores*. Ma ove si tratti di Persone, che non sono Artate, nel modo sopra accennato, non possano concedere Lettere Dimissoriali neppure *post annum Luctus Ecclesiae*, senza un' espressa licenza della Sagra Congregazione del Concilio.

Suspensio indicitur contra quoscumque Ordinatos, non servatis regulis supra relatis.

XII. Incaricandone pertanto Noi strettamente la coscienza de' Vescovi, e di tutti gli altri Ordinarj inferiori di non ordinare, o di non concedere respettivamente le Dimissorie a veruno, contro la forma di quanto vien prescritto nel presente regolamento, ed Istruzione; E ciò nonostante chiunque fosse promosso alla prima Tonsura, agli Ordini Minori, o agli Ordini Sagri contro le presenti disposizioni, resterà perpetuamente sospeso dall' esercizio dell' Ordine illegittimamente conferitogli.

Clericis Conjugatis indulgetur privilegium Fori in Causis criminalibus criminaliter tractatis, in civilibus vero ad solum effectum personalis exequutionis, requirendus Ecclesiastici Judicis assensus.

XIII. I Chierici Conjugati dovranno godere il Privilegio del Foro in tutte le Cause, che sono puramente criminali, e che vengono criminalmente trattate; Ma non dovranno godere rispetto alle Cause criminali, che riguardano l' interesse delle parti, e si trattano in forma di Giudizio civile; tanto che, non meno per queste, che per tutte le Cause civili, dovranno esser soggetti alla cognizione, e determinazione de' Giudici Laici, dai quali si potrà procedere contro i medesimi all' esecuzione reale *super Bonis*, e se per mancanza di Beni fosse necessaria *l' Esecuzione personale*, allora dai Tribunali, e Giudici Laici, se ne dovrà domandare prima la licenza al Giudice Ecclesiastico, dal quale non dovrà esser negata.

Fori privilegio ii tantum Clerici conjugati

XIV. Del sopra espresso Privilegio del Foro godranno però quei Chierici Conjugati, che osserveranno i requisiti prescritti dal Sagro Concilio di Trento *Cap. 6 Sess. 23 de Reformatione* intorno al servizio della Chiesa, alla publica, e continua delazione dell' abito, e Tonsura, e che non eserciteranno arti indecenti allo stato Chiericale, o negoziazioni, o traffichi illeciti, contro la forma de' Sagri Canoni. E affinchè i medesimi Chierici Conjugati godano senza alcun contrasto delle Curie Laicali de' Privilegj sudetti, dovrà tenersi appesa una tabella anche dei loro nomi nella Sagrestia delle respettive Cattedrali, nella maniera che si è detto nell' Articolo X. parlandosi dei Chierici celibi, dalla quale dovranno poi cancellarsi di tempo in tempo quelli, che non avranno giustificato ogni anno avanti l' Ordinario del luogo, in cui hanno il domicilio, di aver pienamente osservati gli accennati requisiti, e riportarne dallo stesso Ordinario una declaratoria in iscritto, da concedersi *gratis*.

juvari poterunt qui paruerint praescriptionibus Trydentini Concilii, ad quem effectum peculiares traduntur normae.

Universi in Sardiniae Regno Ordinariis, mandatum publicare jubentur super incessu, et qualitate habitus Clericalis, ad cujus Mandati renovationem singuli successores teneantur

XV. E perchè questo regolamento abbia il dovuto effetto, s' incaricano gli Arcivescovi, o Vescovi di publicare nelle loro rispettive Diocesi un Editto, ossia Mandamento uniforme, con cui venga prescritta la forma specifica dell' abito, che dovranno portare nella guisa, che altre volte è stato fatto su questo proposito, e specialmente nel Mille settecento ventisette, in coerenza di una Lettera Circolare della Sagrà Congregazione dell' Immunità Ecclesiastica del 1671, ed in esecuzione dell' Ordine della Santa Memoria di Benedetto XIII. partecipata con Lettera di Segretaria di Stato nel 1725, nel qual Editto sia ai detti Chierici Conjugati intimata la precisa osservanza di questo regolamento, colla comminazione di dichiararli decaduti da qualunque Privilegio nel caso d' inadempimento a qualsivoglia de requisiti sudetti: E dello stesso Editto, ossia Mandamento dovrà rinnovarsi la publicazione da ogni Successore *pro tempore* ne Vescovadi di quel Regno.

Nullo Fori privilegio juvari possunt uxores ex familia Clerici conjugati, illorumque inservientes.

XVI. Non dovranno però in alcuna maniera godere de' riferiti Privilegj del Foro, e di qualunque esenzione le mogli, e figli de' medesimi Chierici Conjugati, *nec durante*, *nec soluto Matrimonio*, e molto meno la loro Famiglia, o Servi di qualunque specie, a neppure i Servi, o Lavoratori, nominati *Mossi d' Accordio* dei veri Ecclesiastici, i quali sono meri salariati, e mercenarj, a riserva però della

Famiglia dei Vescovi, della quale si parlerà nell' Articolo XXI.

Præfinitur Apparitorum numerus, in quacumque Ordinarii residentia ad effectum personalis immunitatis.

XVII. Ed' essendo passati al punto dell' Immunità personale, ad effetto di riparare al disordine della moltiplicità delle Patenti, colle quali i meri Laici presumono o di sottrarsi, o di eludere la giurisdizione del Principe, e per provedere all' incontro, che non manchino alle Curie Ecclesiastiche quei Ministri, che sono precisamente necessarj alla buona amministrazione della Giustizia, potranno, a misura della maggiore, o minore vastità delle Loro Diocesi, i Vescovi, o altri Ordinarj, che hanno giurisdizione quasi Vescovile, ritenere nelle Città, e Luoghi, dove risiedono le loro Curie, dieci Cursori denominati *Varj*, gli Areivescovi otto, e otto i Vescovi e altri Coadjuvarj, e uno, o due in quei Luoghi delle Diocesi unite, dove risiedono, e dove pensassero di stabitire i Vicarj Generali.

Ordinariorum Apparitoribus facultas tribuitur, pro gestandis armis, peculiaresque in id regulæ traduntur.

XVIII. Ai mentovati Cursori, o Vari, sarà lecito per il tempo, che realmente esercitano il loro impiego in servizio del Foro Ecclesiastico, di portare armi, che non siano proibite dalle Regie Prammatiche: E per evitare ogni contrasto coi Tribunali Laici, dovranno, dopo essere stati destinati all' impiego, esibire in Cagliari al Reggente della Real Cancellaria, in Sassari all' Assessore Civile della Real Governazione, e negli altri Luoghi delle Diocesi respettivamente, ai Vegheri, o altro Giudice Regio, l' autentico documento di non trovarsi inquisiti, e dare inoltre ai medesimi la notizia della Patente di Cursore ottenuta dal Vescovo, o da altro inferiore Ordinario, alle di cui Curie dovranno servire.

Fori exemptio qua donantur dicti Apparitores, respicit tantummodo caussas civiles, vel criminales minores.

XIX. Questi Cursori, ossiano Vari, così destinati godranno, durante l'esercizio del loro impiego, l'esenzione dal Foro Laico restrittivamente alla loro sola Persona, per le Cause civili, miste, e criminali, a riserva però che in quelle, nelle quali entri la pena della morte, o anche la pena della Galera rispetto agli Omicidj, Abigesti, Furti qualificati, attesa la frequenza di queste tre specie di delitti; nelle quali cause, e delitti respettivamente i Giudici, e Ministri Regj potranno procedere contro di essi, come più piacerà a S. M.: Mà non così le Corti Baronali, alle quali sarà solamente permesso di arrestarli per i sudetti delitti, e causa, all' effetto di darne parte al Giudice, e Ministro Regio, che dovrà procedere.

Ordinarii in respectivarum

XX. Rispetto agli Assessori, Avvocati Fiscali, Segretarj, altri Uffiziali, ed altre persone destinate per Amministratori, e Procuratori delle Chiese, e Cause Pie, e simili Patentati, dovranno i Vescovi servirsi in avvenire per tali impieghi, ed Uffici, di Persone Ecclesiastiche; e quando volessero servirsi di Persone Laiche, niuno degl' Impiegati, o Patentati sudetti dovrà godere di alcuna prerogativa, o Privilegio del Foro Ecclesiastico, eccettuato però il Cancelliere, ossia Mestro d' atti delle loro Curie, il quale solamente dovrà godere dei Privilegj, che ha goduto sin' ora rispetto alla sua Persona solamente.

Curiarum Officiales, Ecclesiasticas seligant personas, alias nullo fori privilegio polleant Laica talia obtinentes, excepto Cancellario, cui personale tantummodo privilegium conservatur.

Recensentur speciales personæ queis privilegium fori indulgetur, cæteris omnino exclusis.

XXI. In somma, che a riserva de' soli veri Chierici, i quali hanno i requisiti prescritti dai Sagri Canoni, e delle Persone Religiose dell' uno, e dell' altro sesso, che vestendo l' abito Religioso, vivono collegialmente sotto la disciplina, ed ubbidienza di legittimi Superiori; o pure che da medesimi si trovano destinati agl' impieghi necessarj fuori de Monasterj; e delle Terziarie, che professano questo stato, colla Licenza dell' Ordinario, in conformità della Bolla della Santa Memoria di Leone X., quali tutti dovranno godere il privilegio del Foro; ed altresì a riserva de' Chierici Conjugati, che osserveranno i requisiti come sopra, del Cancelliere, ossia Mastro d' atti addetto al servizio delle Curie Ecclesiastiche, e de' Cursori, ossiano Vari; ed anche della Famiglia dei Vescovi, cioè di quelli, che presso ai medesimi prestano l' attuale, e continuo loro servizio, ai quali tutti si farà godere il Privilegio del Foro, nella maniera respettivamente spiegata di sopra; niun altra Persona Laica sotto qualsivoglia titolo, e specie d' ufficio, e d' impiego de Luoghi, e Cause Pie, ed in qualsivoglia altro modo patentata dai Vescovi, e dalle Curie Ecclesiastiche, potrà godere di detto Privilegio; come pure i Romiti, e i Terziarj chiamati *Donodi*, Sagrestani Minori, volgarmente detti *Monasigli*, o altre simili Persone, non godranno, ne potranno godere d' alcun Privilegio del Foro, o di verun' altra esenzione.

Peculiares regulæ traduntur pro perquisitionibus in Ecclesiasticis locis peragendis, excepto Monialium Monasteriis, cæterisque Mulierum Conservatoriis.

XXII. Dovendo, per quanto si è detto, le Persone Ecclesiastiche godere una piena esenzione dal Foro Laico, non potranno in conseguenza essere arrestate, o carcerate dalla Podestà Secolare, neppure nel caso, che commettessero qualche contrabando, o frande in pregiudizio del Regio Fisco: Mà

effinchè non siario defraudati i diritti del Principe, ed abbia il dovuto suo corso la Giustizia, si dichiara, che quando dovrà farsi qualche perquisizione, o in Chiesa, o in altro luogo Immune, di cosa rubata, o di contrabando, o di scrittura, o di denaro, o robe oceultate dai contumaci, o che in qualche altra maniera possono appartenere al Fisco, dovranno i Ministri de' Tribunali Laici (senza però essere tenuti a manifostara il luogo preciso, e l'individuo) chiederne la licenza ai Superiori Ecclesiastici, la quale dovrà accordarsi in Città dal Vescovo, e negli altri luoghi della Dioccsi dai Vicarj Foranei, ed in loro mancanza dalla persona più degna, che fa figura di Superiore Ecclesiastico, eccettuati però i Monasteri di Monache, e Conservatorj di Donne: ottenuta la licenza, si farà la perquisizione coll' intervento di persona Ecelesiastica, e ritrovandosi contrabando, roba rubata, o qualunque altra roba, o cosa delle sopradette, premessa dalla medesima persona Ecclesiastica la protesta da farsi a tenore del *Cap. Prælatis de Homicidiis in 6.*, si estrarrà, e si consegnerà alla Curia Laicale. Anzichè chiedandosi dalla medesima la licenza sudetta ai Superiori Ecclesiastici, quando le fosse negata, potrà in tal caso da se stessa pro- » cedere alla detta perquisizione, ed » estrazione, senza timore d' incorre- » re nelle Censure; a riserva però sem- » pre de' Monasterj di Monache, e Con- » servatorj di Donne, i quali dovran- » no, come sopra, essere onninamen- » mente eccettuati.

Universis in Sardinia Ordinariis præsentium Literarum et instructionum copia transmittitur, et earumdem demandatur observantia.

» XXIII. In ultimo trasmettiamo » ai Vescovi, ed Ordinarj de Luoghi » un' esemplare del Breve colla presen- » te Istruzione, affinchè sia Loro di » legge, e di regola, inculcandone » ai medesimi l' esatta osservanza, per » la quale restiamo assicurati, che an- » che S. M. il Rè di Sardagna, in se- » guito alle sudette intelligenze, im- » piegherà la Regia sua autorità, e » darà le provvidenze le più effica- » ci ai suoi Magistrati, Ministri, ed » Ufficiali, e ad' ogni altro, cui spet- » tar debba di eseguire, osservare, e » fare osservare la medesima Istruzio- » ne nelle parti, che li risguardano, » come legge del Regno, non ostanti » gli usi, stili, decreti, e ordini, che » vi fossero, o che allegar si potesse- » ro in contrario.

Injungitur cunctis Ordinariis, quod hæ Literas diligenter servent ut pro earum observantia perlegi ab omnibus possint.

§. 3. Ut autem præinserta Nostra Istructio suum sortiatur effectum, ac debitæ execuutioni demandetur, Fraternitatibus Vestris, Fratres Archiepiscopi et Episcopi, ac discretionibus Vestris aliorum Locorum nullius Diœcesis, si forsan existant, et jurisdictionem quasi Episcopalem in Territorio separato exerceant, Ordinariis in dicto Regno existentibus, per præsentes injungimus, præcipimus, et mandamus, ut unusquisque Vestrum, in Vestris respective Civitatibus, ac quibusvis Terris, Locis, et Castris Diœcesum, et respective jurisdictionis Territorii Seperati, præinsertam Nostram Instructionem observet, ac in suis respective Cancellariis, ut ab omnibus legi semper, et quandocumque possit, reponi, custodiri, et observari debere mandet, et faciat.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes, easdem præsentes Literas semper firmas, validas, et afficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque quavis auctotate scientar, vel ignoranter contingerit attentari.

Contrariorum derogatio.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac quarumcumque respective Ecclesiarum in dicto Regno existentium etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis, Superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam darogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis Decretis in' genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores, præsentibus, pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 6. Volumus autem, ut præsentium Literarum transumptis, vel exemplis, etiam Impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo, Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ, munitis, ubique locorum, et gen-

tium eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decima quarta Januarii Millesimo Septingentesimo Sexagesimo primo, Pontificatus Nostri anno Tertio.

Dat. die 17. Jan. 1761 Ann. Tertio.

CLXXX.

Officium proprium, et Missa diei festi, et Octavæ Immaculatæ Conceptionis magnæ Matris Virginis extenduntur ad universas ditiones tum Hispanienses, tum Indicas, Catholicæ Monarchiæ subjectas.

Electionem B. M. Virginis sub Immaculatæ suæ Conceptionis Mysterio in principalem, et universalem Patronam Ditionum omnium, tum Hispaniarum, tum Indiarum, subjectarum Serenissimo Regi Catholico, confirmavit Pontifex hic Const. sua Anni 1760 Sext. Idus. Novemb. relata hoc II. Tomo. sub Num. CLXVII.

Clemens Episcopus

Servus Servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam

Suam devotionem erga Deiparam Virginem, illiusque amplificandi cultus desiderium Pontifex exprimit.

§. 1. Cum primum Divina disponente voluntate, factum est, ut humilitas Nostra, turbulentis præsertim Christianæ Reipublicæ temporibus, ad universalis Ecclesiæ regimen extolleretur; jam inde ea excogitari, et agere assidue non destitimus, quæ ad promovendum, et propagandum inclytæ, et gloriosæ semper Virginis Mariæ cultum, inter fideles populos maxime conducerent; ideo potissimum ut Nobis, et universæ Catholicæ Ecclesiæ, speciali pietate, Christi Filii sui Supremi Ecclesiæ capitis favorem, et gratiam conciliaret. Minora tamen quam Nostrum desiderium explere possint, semper erunt reverentiæ, et venerationis signa, quæ in terris præbentur ad cumulandam, et adaugendam gloriam hujus præ cæteris electæ Creaturæ, quæ quidem ex ore Altissimi prodiit, et in omni gente primatum tenuit. Proinde obortas libenti animo amplectimur occasiones, quibus nova Ipsi honoris obsequia tribuantur; ac maxime lætamur, potentissimum Regem, qui in hac re, non ita pridem aperuit animum suum, tam mirifice cum Nostro consentientem, rursus in præsens amplificationem aliam talis cultus, pro suis vastissimis Regnis, et Ditionibus exposcere.

Preces porrectæ pro concessione Officii, et Missæ propriæ diei Festo Immaculatæ Virginis Conceptionis pro Universis Hispaniæ Regnis.

§. 2. Nobis siquidem Regio nomine charissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, dilectus Filius Emanuel de Roda, dicti Caroli Regis Consiliarius, et modo apud Nos negociorum ejusdem Caroli Regis Minister, supplicem porrexit libellum, cujus tenor est = Beatissime » Pater. Cum S. V. enixis Catholici Re» gis votis benigne annuens, Beatissi» mam Virginem Deiparam, in Sa» crosanto ejusdem Immaculatæ Con» ceptionis Mysterio, Hispaniarum, In» diarumque Ditionum a Comitiis to» tius Nationis Hispanæ, in ipsius au» spicatissimo Regni exordio habitis, » Patronam, et Advocatam specialem, » comuni consensione nuncupatam, et » delectam VI. Idus Novembris an» ni 1760. concesserit, et confirmave» rit; simulque ejusdem venerandi My» sterii Festum sub ritu duplici primæ » classis cum Octava, cæterisque præ» rogativis omnibus, hujusmodi Patro» norum Festis competentibus, et a Se» de Apostolica approbatis, ab univer» so Hispaniarum, Indiarumque Ditio» num Clero Sæculari, et Regulari, » quomodolibet etiam exempto, coli, » et celebrari præceperit, atque man» daverit: Cumque inter prærogativas, » quæ a S. Sede favore dictorum Pa» tronorum indulgeri solent, prima» rium quodammodo teneat locum, » Officii proprii, ac Missæ in eorum » honorem recitatio: idem Rex Catho» licus, ut Apostolica S. V. concessio, » ut supra jam facta, integrum jure » merito sortiatur effectum; Officium » quod incipit *sicut Lilium inter spinas*, » et Missam cujus initium *Egredimi» ni, et videte*, quibus Ordo Franci» scanus utitur, ad præfatum Domi» niorum suorum Clerum extendi, et » propagari summopere desiderat; id» circo Emanuel de Roda ejusdem Ca» tholici Regis jussu, et nomine, San» ctitatem Vestram humilibus præci» bus orat, ut prædictum Officium, » et Missam, prout a Franciscanis re» citantur, ac in eorum Breviario ac » Missali a S. Sede approbatis conti» nentur, universo Hispaniarum, et In» diarum Clero, tam Sæculari, quam » Regulari, ac quomodolibet exempto, » pro die Festo solemni, ejusdem Im» maculatæ Conceptionis, nec non pro

» ejus Octava, concedere, indulgere, » et extendere, Apostolica sua auctori» tate dignetur. »

Officium proprium, et Missam de Immaculata Virginis Conceptione jam alias Ordini Minorum S. Francisci concessam, ad Universas Hispaniæ ditiones extendit.

§. 3. Cum autem nos alias, libenti quidem animo, adeo effusæ dicti Caroli Regis, ac totius Hispanæ gentis erga præclarum hoc Deiparæ Virginis Mysterium devotioni obsecundantes, juxta priores Nostras Literas, ipsam in prædicto Mysterio colendam universalem Patronam, et Advocatam dictorum Regnorum, et Dominiorum declaravimus; ejusque Mysterii Festum in dictis Regnis, et Dominiis, per universum Clerum tam Sæcularem, quam Regularem, et quomodolibet exemptum, sub ritu duplici primæ Classis, cum Octava celebrari præceperimus. Modo prædictas Nobis additas præces, velut recentiora illius eximiæ pietatis argumenta excipientes, ac priorum Literarum tenorem, cum omnibus, et singulis in eis contentis, præsentibus pro expresso habentes, novis hisce supplicationibus, Pastorali affectu Nostro benigne inclinati, ipsarum tenore præsentium in perpetuum concedimus, indulgemus, ut recurrente annis singulis, dicti Mysterii celebritate, in iisdem Regnis, atque Dominiis, ac in singulis illorum Civitatibus, Diœcesibus, Oppidis, Terris, et Locis, ac Territoriis quibuscumque, etiam nullius Diœcesis, ab universo Clero præfato, ab omnibus videlicet, et singulis Sæcularibus, et Regularibus utriusque sexus cujusvis Ordinis, et Instituti, etiam quantumvis exemptis, qui Horas Canonicas diurnas, et nocturnas, sive privatim, sive in quibusvis Ecclesiis collegialiter, et cum cantu, recitare tenentur, ac tenebuntur, ac Sacrosanctum Missæ sacrificium celebrabunt, illud Officium proprium, et Missa cum Octava recitetur, quod, et quæ per dilectos Filios Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de præsenti generaliter recitatur, ac in eorum Breviario, et Missali a Sede Apostolica approbatis continentur. Ad quorum effectum, illius Officii, et Missæ cum Octava recitationem, ad universum Clerum præfatum, generaliter quoque harum serie extendimus. Idemque Officium, et Missam hujusmodi, juxta exemplaria dictorum Fratrum Minorum, et non alias, etiam seorsim ab aliis Breviariis, et Missalibus typis imprimendi, opportunam licentiam, et facultatem concedimus, et impertimur.

Derogat contrariis.

§. 4. Non ostantibus quibuscumque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, et Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, vel Ordinationibus, nec non Ecclesiarum, et Locorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, stylis, usibus, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, et facultatibus sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiam motu-proprio, seu scientia, et potestatis plenitudine similibus, vel alias in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, præsentibus, pro plenæ, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmiesorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus.

Sanctiones pœnales.

§. 5. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrarum approbationum, facultatum, impertitionis, et voluntatum, infringere, seu eidem ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLXI. vi. Kalend. Febr. Pontificatus Nostri Anno III.

CLXXXI.

Dat. die 19 Jan. 1761 Ann. Tertio.

Approbatio, et confirmatio omnium gestorum per tunc existentem Episcopum Mindonien in exequutione cujusdam Brevis Clementis XII. super translatione Missarum de uno ad aliud Altare, pro Decano, et Capitulo Ecclesiæ Mindonien.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Referuntur preces alias porrectæ Clementi XII super hoc ipsa Missarum translatione, et commutatione.

§. 1. Alias emanarunt a fel. rec. Clemente Papa XII. Prædecessore Nostro, ad supplicationem tunc existentium Capituli, et Canonicorum Cathedralis Ecclesiæ Mindonien, quædam in simili forma Brevis Literæ, tenoris sequentis

videlicet = Venerabili Fratri Episcopo » Mindonien = Clemens Papa XII. = » Venerabilis Frater salutem ec. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii, Capitulum, et Canonici istius Cathedralis Ecclesiæ Mindonien, quod » in dicta Ecclesia, quamplures tam antiquæ, ac etiam particulares fundationes Missarum Cantatarum numero » trecentarum triginta duarum, quolibet » anno, ad Altare majus ejusdem Ecclesiæ, ultra Conventuales, et alias Rogationum, Vigiliarum, feriarum, et » funeralium celebrandarum reperiuntur, ita ut duo Missæ Cantatæ, præter unam privatam, tempore Primæ, » quotidie in eodem Altari, celebrari » correspondeant, divinique Officii recitatio, ob temporis angustiam, valde difficilis reddatur, attenta etiam ea Matutini temporis parte, quæ in convocando Capitulo bis in hebdomada, » et per alias vices in anno, in habendis concionibus ad Populum per dies » quinquaginta, in peragendis Processionibus, aliisque publicis Orationibus, quas vocant *las Dominicales* ad » ducentas, et ultra singulis annis ascendentibus insumenda est. Cum autem » sicut eadem expositio subjungebat, » ad occurrendum huic incommodæ » Chori Officiaturæ, bo: mem: cognominatus Munoz, et Salsedo, dum » vixit prædictæ Ecclesiæ Episcopus, » ejusmodi Missas Cantatas, a die XXIX. » Septembris usque ad diem VIII. Maij » subsequentis celebrandas, ad Cappellam S. Ignatii, intra claustra ejusdem » Ecclesiæ sitam, cum assistentia quatuor Canonicorum, aliorumque Ministrorum, tempore recitationis, et cantationis horarum Primæ, et Tertiæ, » transtulerit, ac ita usque in præsens » recte observatum fuerit, ac Divinum » Officium debito cultu celebrari, debitoque tempore terminari soleat, ipsi » vero exponentes, nedum translationem earumdem Missarum cum cantu hactenus observatam, ut præfertur, per Nos approbari, verum etiam » Indultum celebrari faciendi in dicta » Cappella Sancti Ignatii, per totum Annum, tot Missas Cantatas antiquas, » quam alias, quæ ad dictum Altare » Majus celebrandæ supervenerunt, concedi plurimum desiderent, Tuque omnia exposita confirmans, infrascriptæ » Congregationi Cardinalium retuleris, » ab annis quadraginta, et ultra, vigere observantiam celebrationis Missarum hujusmodi cantatarum in prædicta Cappella Sancti Ignatii, ex permissione dicti Episcopi Munoz, ita » Episcopis illi Successoribus, Teque approbantibus, ob majorem cultum, et » decentiam in celebratione Officii Divini, aliisque functionibus, ac propterea eosdem exponentes, nimis residentiæ onere gravatos esse, respectu » multarum Cathedralium Regni Hispaniarum, certos majores fructus, minusque servitium habentium, ubi iidem » exponentes singulis horis Canonicis » (tribus exceptis recreationis Mensibus) Choro intercsse teneantur, sub » rigorosa punctatura, seu quotidianarum distributionum, quibus annui » fructus omnium Capitularium constant, » jactura. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis, » opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, ipsos exponentes, specialibus gratiis, et favoribus » prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia, absolventes, et absolutum fore » censentes, hujusmodi supplicationibus » inclinati, de Venerabilium Fratrum » Nostrorum S.R.E. Cardinalium Concilii » Tridentini Interpretum, qui relationem Tuam, super præmissis, ad eosdem Cardinales transmissam, attenderunt, et votum dilecti filii Nostri » Ludovici ejusdem S.R.E. Cardinalis » Belluga nuncupati, ad hujusmodi negotium examinandum a Congregatione eorumdem Cardinalium deputati, » perpenderunt consilio, Fraternitati Tuæ » per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, » quoad præteritam translationem dictarum Missarum cum cantu ad prædictam Cappellam Sancti Ignatii, ut » supra observatam, auctoritate Nostra » Apostolica, pro Tuo arbitrio, et conscientia gratis approbes, atque convalides, et quoad futurum, prædictas » Missas Cantatas, ad eamdem Cappellam, per totum anni cursum, exceptis tamen Missis Conventualibus, ac » diebus Vigiliarum, quadragesimæ, » et quatuor temporum, in quibus occurrat festivitas duplex, vel semiduplex, quando præceptivæ tunc sunt, » celebrandæ ad Altare majus, dicta » auctoritate, transferas; salva tamen » semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium. » Non obstantibus præmissis, ac Con-

» stitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit dictæ Ecclesiæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis, Superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis Decretis in specie, vel in genere, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores, præsentibus, pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vigesima quarta Augusti Millesimo Septingentesimo trigesimo tertio, Pontificatus Nostri anno quarto.

Exponuntur binæ reticentiæ, quæ in præcedentium Literarum concessione locum habuere, et sanatio cujuscumque nullitatis postulatur.

§. 2. Quoniam autem dilecti filii, moderni Decanus, et Capitulum Cathedralis Ecclesiæ hujusmodi, Nobis nuper exponi fecerunt, quod duo reticita fuerunt in præinsertarum Literarum impetratione. Primum nempe, quod ut plurimum, simul cum dictis Missis, aut diebus illas antecedentibus, nocturna, Vespereve defunctorum decantari debeant. Secundum vero, quod non omnes dictæ Missæ, Nocturna, Vesperæque ad Altare Majus essent celebrandæ; quum aliquæ, numero tamen paucæ, ad certa Altaria a benefactoribus designata, in eadem Ecclesia erecta, celebrandæ sint, imo una ex ipsis ad quoddam Altare, privilegio pro animabus Purgatorii decoratum, celebrari debeat; quod ad primum attinet defectum, tunc existens Episcopus Mindonien, cui præinsertæ Litteræ pro illarum exequutione datæ fuerunt, ad dictam claustralem Cappellam, nedum Missas, sed etiam Nocturna, et Vesperas transtulit, motus ea ratione, quia cum ex his oneribus, quælibet respectiva confletur fundatio, ex concessa translatione Missæ, quæ est pars nobilior, tacite concessa quoque videretur translatio Nocturnorum, et Vesperarum, quæ simul cum Missis, ab inde citra, in claustro decantantur. Decreta quoque fuit ab eodem Episcopo exequutore memoratarum Literarum, translatio Missarum, et Nocturnorum, aut Vesperarum, certis Altaribus a benefactaoribus addictarum, sed hujusmodi translatio suum minime habuit effectum, quæ omnia suis Literis contestatur Venerabilis Frater modernus Episcopus Mindonien; dicti vero exponentes, ut tuta conscientia in posterum procedere possint, ob eamdem causarum tunc expositarum subsistentiam, translationem Nocturnorum, et Vesperarum ad dictam claustralem Cappellam, a memorato tunc existente Episcopo Mindonien præinsertarum Literarum Exequutore, tunc peractam, et huc usque observatam, per Nos confirmari, aut quatenus opus sit, sanari, et sicuti dicto numero tercentum triginta duarum Missarum, tunc expresse compræbensæ quoque fuerunt æc Missæ, quæ juxta benefactorum dispositiones, ad certa, et determinata ejusdem Ecclesiæ Altaria celebrandæ veniunt, ita hæ quoque simul cum suis Nocturnis, aut Vesperis pariter per Nos transferri, et pro ea Missa, cujus benefactor Altare privilegiatum exquisivit, indulto Altaris privilegiati, dictam claustralem Cappellam ditari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis, opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate Apostolica dignaremur.

Nullitates in præcedentibus Literis occursæ, sive in illorum posteriori exequutione sanantur, et factarum translationum observantia demandatur.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes; et eorum singulares personas, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, alisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, attenta attestatione dicti moderni Episcopi Mindonien, auditaque relatione dilecti filii Magistri Josephi Simonetti, Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum Congregationis Secretarii, translationem supradictorum Nocturnorum, et Vesperarum, ut præfertur, a tunc existente Episcopo Mindonien factam, auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, et respective confirmamus juxta petita, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, etiam substantiales, si qui desuper intervenerint supplemus, et sanamus, præter quamquod Missas, Nocturna, et Vesperas decantandas in Altaribus designatis de jurepatronatus piorum benefactorum, et quoad prædi-

cta onera relicta in aliis ejusdem Ecclesiæ Altaribus, non spectantibus ad dictos benefactores, accedente consensu illorum hæredum, eisdemque Decano et Capitulo, dicta auctoritate, concedimus, ut Missa, quam dictus benefactor ad Altare privilegiatum celebrandam voluit, quæ ad Altare claustralis Cappellæ hujusmodi quandocumque pro tempore celebrabitur, anima pro qua celebrata fuerit, perinde suffragetur, ac si ad Altare privilegiatum celebrata fuisset.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes, easdem præsentes Literas, firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari; sicque in præmissis, per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstante quorumcumque piorum testatorum, ac benefactorum, etiam ultima voluntate, ac dispositione, quam, quoad præmissa dumtaxat, specialiter, sufficienter, et expresse derogamus, ac quatenus opus opus sit, Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ Regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, nec non omnibus, et singulis, illis quæ idem Clemens Prædecessor in præinsertis suis Literis, voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIX. Januarii MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CLXXXII.

Dat. die 22 Jan. 1761. Ann. III.

Facultates speciales tribuuntur, Abbati Generali totius Ordinis S. Basilii Magni, pro Visitatione Provinciarum Hispaniarum.

Modum eligendi Abbatem Generalem, et Procuratorem Generalem hujus Ordinis, præscripsit Pontifex hic, Const. edit. Ann. 1759. Jan. 10. relat. in Tom. I. sub. Num. XXVIII.

Clemens Papa XIII.

Dilecte Fili salutem, et Apostolicam Benedictionem.

§. 1. In specula supremæ Dignitatis, Divina dispositione, meritis licet insufficientibus constituti, inter multiplices rerum, negotiorumque, quibus obruimur curas, ad eas etiam ex debito Pastoralis Officii. Nobis commissi, solicite advigilare debemus, per quæ Religiosa loca, illorumque personæ, Divinis mancipatæ obsequiis, in pacis, et quietis tranquillitate, ac Regularis vitæ, et Ecclesiasticæ Disciplinæ norma, coadjuvante Domino, perenniter conservari valeant, et quæ his contraria esse noscuntur, per Nostræ providentiæ, auctoritatisque Apostolicæ studium, penitus evellantur, prout personarum, rerum, et locorum qualitate pensata, conspicimus in Domino salubriter expedire. Exordium.

Enumerantur facultates Abbati Generali indultæ, pro Hispaniarum Provinciarum Visitatione.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, Tu, qui Abbas Generalis Monachorum Ordinis S. Basilii Magni existis, absoluta jam Provinciarum Italicarum dicti Ordinis visitatione, celebratisque in illis Capitulis Provincialibus, omnes Provincias Hispanicas ipsius Ordinis, benedicente Domino, quantocitius visitare, in eisque quoque Capitula Provincialia habere, ac in hujusmodi Provinciis, et illorum respective Monasteriis, veram, et bene ordinatam methodum, concordando Constitutiones Ordinis, et Provinciarum hujusmodi, una cum Constitutionibus Apostolicis deinceps editis, constituere intendas, jamque ad id carissimi in Christo Filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici beneplacitum, et facultatem obtinueris; Nos, ut hujusmodi visitationis munus, ad Dei gloriam, et ejusdem Ordinis propagationem felicius adimplere valeas, Teque specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis

excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione, Nostris, deque Apostolicæ potestatis plænitudine, Tibi, de cujus fide, prudentia, doctrina, dexteritate, charitate, integritate, vigilantia, et Religionis zelo plurimum in Domino confidimus, præter, et ultra eas, per Constitutiones dicti Ordinis, auctoritate Apostolica confirmatas, tibi attributas, et competentes facultates, ut etiam tamquam Commissarius, et Visitator Apostolicus, omnes, et singulas, etiam Reformatas Provincias dicti Ordinis in Regnis Hispaniarum existentes, illarumque Domos, Conventus, et Monasteria quæcumque, tam Virorum, quam Mulierum, sub gubernio dicti Ordinis consistentium, tam in capite, quam in membris visitare, ac in eorum singulorum vitam, mores, instituta, regulas, et statuta diligenter inquirere, ac tam in capite, quam in membris prædictis, quacumque mutatione, et reformatione, dispensatione, correctione, revocatione, et renovatione indigere cognoveris, mutare, reformare, dispensare, corrigere, revocare, et renovare, ac Statuta quæcumque, seu Constitutiones, pro hujusmodi reformatione necessaria, et opportuna, dummodo Sacri Concilii Tridentini Decretis, et Sacris Canonibus, et ejusdem Ordinis Regularibus Institutis sint conformes, condere, et observari mandare; antiquas vero, per quoscumque in eisdem Provinciis conditas Constitutiones, etiam auctoritate Apostolica confirmatas, mature considerare, easque si præfati Ordinis Regulis, et Institutis contrarias, et præjudiciales esse repereris, cassare, et annullare, ac alia omnia, et singula, quæ prædicta reformatione necessaria fore judicaveris, prædicti Ordinis Regularibus Institutis inhærendo, statuere, condere, et ordinare, ac facere, et exequi, libere, et licite possis, et valeas, aliaque statuas, atque decernas, quæ pro majori Divini Cultus augmento, et Disciplinæ Regularis propagatione, et observantia, magis expedire in Domino judicaveris, tenore præsentium concedimus, ac tribuimus facultatem.

Jus tribuitur Abbati Generali in casum dissidentiæ, eligendi Diffinitores, Abbates et Officiales alios, qui in Capitulis Provincialibus eligendi fuissent.

§. 3. Ac insuper motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, tibi, ut in omnibus, et singulis Capitulis Provincialibus memoratarum Provinciarum, uno, vel diverso tempore celebrationem ad Tui libitum prorogare, et postponere, aliaque ad id necessaria pro Tuo arbitrio providere; In eisdem etiam Capitulis, quando necessitas, et bonum earumdem Provinciarum regimen, sive utilitas id exegerit, si partes inter se dissentientes fuerint, adhibitis prius omnibus diligentiis, ut partes prædictæ componantur, ut solus, juxta datam tibi a Domino prudentiam, Provinciales, Diffinitores omnes, et Abbates, aliosque Officiales, qui in Capitulo Provinciali eligendi veniunt, aliosque Provinciarum prædictarum Professores, necessariis qualitatibus, et requisitis, juxta earumdem Provinciarum instituta, in Abbates de gubernio, super quo conscientiam Tuam stricte oneramus, ad tempus solitum, cum omnibus, et singulis facultatibus, auctoritatibus, privilegiis, prærogativis, honoribus, et oneribus solitis, et consuetis eligere, deputare, et nominare; Nec non in quibusvis Monasteriis, Provinciarum hujusmodi Abbates ad sexennium, ac etiam ultra sexennium, arbitrio Tuo duraturos, si id expediens Tibi visum fuerit, aut necessitas, tum spiritualium, tum temporalium id exegerit, nominare, eligere, et deputare libere, et licite itidem valeas, ac necessariam, et oportunam Tibi facultatem, in Tui locum alium ejusdem Ordinis, et dictarum Provinciarum Professorem, similibus qualitatibus præditum, cum simili, vel limitata in præmissis facultate, subrogandi licentiam, tenore præsentium tribuimus itidem, concedimus, et impertimur.

Cunctis hujus Ordinis Religiosis Viris, obedientia harum Literarum imperatur.

§. 4. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis Nostræ, ac privationis vocis activæ, et passivæ, ac officiorum per eos obtentorum, ac inhabilitatis ad illa, et alia in posterum obtinenda, ipso facto absque alia declaratione incurrendis pœnis, omnibus et singulis memoratarum Provinciarum Superioribus, Abbatibus, Monachis, cæterisque personis, ut Tibi, seu alteri per Te eligendo Professori prædicto, in omnibus præmissis, prompte pareant, et obediant, ac obsequantur, Tuaque, seu Personæ per Te, ut præfertur, deputandæ salubria monita, et mandata humiliter recipiant, et efficaciter, omni appellatione postposita, ac sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, ipso facto incurrenda, si ad seculare Forum, per se, vel alium, directe, vel indirecte recurre-

rint, omnino adimplere procurent, alioquin sententiam, sive pœnam, quam rite tuleris, seu statueris in rebelles, ratam habebimus, et faciemus usque ad satisfactionem, condignam inviolabiliter observari.

Derogatur cunctis in contrarium facientibus.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis, Provinciarum, et illarum Monasteriorum, ac Domorum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis; et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis, illorum tenores, præsentibus, pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXII. Januarii MDCCLXI. Pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 22Jan. 1761 Ann. III.

CLXXXIII.

Confirmatur Constitutio diei 28. Augusti 1758 qua Pontifex hic, fructus Abbatiæ B. M. Virginis de Rovito loci de Rosarno, tribuit pro substentatione Abbatum Generalium pro tempore Ordinis S. Basilii Magni cujuscumque Provinciæ.

Literæ Apostolicæ diei 28. Augusti 1758, quæ hic confirmantur relatæ a nobis superius sunt Tom. I. sub Num. VI. itemque eod. Tom. I. sub num. XXVIII. relatæ aliæ Literæ, quibus præscribitur modus servandus in electione tum Abbatis Generalis, tum Procuratoris Generalis hujus Ordinis.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Urbanus VIII. Abbatiam B. Vi de Rovito, loci de Rosarno, pro substentatione Abbatis, et Procuratorum Generalium, concessit.

§. 1. Alias pro parte dilecti filii Alexandri Aguado Abbatis Generalis Monachorum Ordinis Sancti Basilii Magni, Nobis expositum fuit, quod dudum fel. rec. Urbanus Papa VIII. Prædecessor Noster, per quasdam suas sub Plumbo, quinto Idus Maii, anno Incarnationis Dominicæ MDCXXIV. expeditas literas, ad supplicationem tunc existentium Abbatis, et Procuratoris Generalium dicti Ordinis, Monasterium, sive Abbatiam Beatæ Mariæ de Rovito nuncupatum loci de Rosarno Meliten Diœcesis ejusdem Ordinis, illiusque mensam Abbatialem cum omnibus, et singulis illius Privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, ac bonis, juribus, membris, et pertinentiis suis, eidem Ordini, pro illius, et Ordinis prædicti Abbatis Generalis tunc, et pro tempore existentis manutentione, et substentatione, sub certis modo, et forma tunc expressis concesserat, et alias prout in dictis ejusdem Urbani literis plenius continetur.

Præcedentes Urbani Literas, Benedictus XIV. Constit. sua Anni 1744 immutavit, et Abbatiæ redditibus privavit Abbates Generales, quos ex Provincia Hispanica eligi deinde contigerit.

§. 2. Postmodum vero rec. me. Benedictus Papa XIV. Prædecessor etiam Noster, per quasdam suas in simili forma Brevis die VII. Februarii MDCCXXXXIV. super alternativa electionum Superiorum Generalium in Provinciis Italicis, et Hispanicis dicti Ordinis inde servanda, expeditas literas, inter cætera prescripserat, quod Provinciæ Hispanicæ, sua Generalia Officia haberent, taxas pro manutentione Abbatis Generalis, prout Provinciæ Italiæ semper, et tunc earum Abbati Generali præstare, et subministrare tenerentur; Taxæ demum præscriptæ, nec non fructus, redditus, et proventus mensæ Abbatialis dicti Monasterii, seu Abbatiæ de Rosarno, manutentioni illarum Abbati Generali assignati, eo casu, quo Abbas Generalis esset ex Provinciis Hispanicis, pro manutentione Assistentis, et Consultoris Generalium a Capitulo Generali eligendorum qui in Alma Urbe tunc sua, nunc Nostra remanere deberent, assiguarentur, et quidquid superesset, vel pro manutentione studentium in Collegio Sancti Basilii de eadem Urbe juxta præscriptum per alias ejusdem Urbani Prædecessoris literas, vel pro Fabrica Ecclesiæ dicti Collegii, vel pro sublevamine Monasteriorum dictarum respective Provinciarum Italicarum erogaretur, et applicaretur, relicta, et attributa facultate Capitulo Generali dicti Ordinis, tam circa taxas prædictas, aliaque dubia, quæ super dictarum literarum dispositione oriri possent, decernendi, et declarandi, et alias prout in dictis Benedicti Prædecessoris prædicti Literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expressum, et insertum haberi volumus, fusius continetur. Et in eadem expositione subjuncto, quod in memorati Benedicti Prædecessoris literis prædictis, nulla facta fuerat mentio dictarum literarum

Urbani Prædecessoris prædicti, qui concesserat fructus, redditus, et proventus Mensæ Abatialis Monasterii, seu Abbatiæ de Rosarno, Abbati Generali pro tempore existenti dicti Ordinis, indiscriminatim pro sua substentatione, et manutentione, non autem pro Abbate Generali Provinciarum Italicarum, prout ex supradictis verbis, in memoratis Benedicti Prædecessoris prædicti literis, expressum videtur. Taxæ demum a Provinciis Italiæ præscriptæ, nec non fructus, redditus, et proventus Mensæ Abbatialis Monasterii de Rosarno, manutentioni illarum Abbati Generali assignati, ex quibus nonnullæ contentiones, et lites ortæ erant, et vigebant, dictus vero Alexander Abbas Generalis ad illas omnino dirimendas, ac penitus evellendas, opportune in præmissis a Nobis provideri plurimum desiderabat.

Benedictinam constitutionem moderavit, et præcedentis redditu um erogationis observantiam demandavit Clemens XIII. Const. die 28 Augusti 1758.

§. 3. Nos hujusmodi supplicationibus inclinati, per quasdam Nostras in pari itidem forma Brevis, die XXVIII. Augusti expeditas literas, auditis prius dilecto filio Nostro Prospero S. R. E. Diacono Cardinali Columna de Sciarra nuncupato, dicti Ordinis apud Nos, et Apostolicam Sedem Protectore, nec non dilecto itidem filio moderno ipsius Ordinis Procuratore Generali, non obstante, quod per memoratas Benedicti Prædecessoris literas, super alternativa hujusmodi expeditas, præscriptum esset inter cætera, ut taxæ a Provinciis Italiæ præscriptæ, nec non fructus, redditus, et proventus Mensæ Abbatialis Monasterii de Rosarno hujusmodi, manutentioni illarum Abbati Generali assignati, eo casu, quo Abbas Generalis esset ex Provinciis Hispanicis, pro manutentione Assistentis, et Consultoris a Capitulo Generali eligendorum, qui in eadem Urbe remanere debent, assignarentur, nihilominus attenta concessione dictæ Abbatiæ, seu illius Mensæ Abbatialis fructuum, redditiuum, et proventuum tunc, et pro tempore existenti Abbati Generali dicti Ordinis, ab Urbano Prædecessore prædicto indiscriminatim, non autem Abbati Generali Provinciarum Italicarum facta, ut præfertur, memoratas Benedicti Predecessoris literas, hac in parte, auctoritate Apostolica, moderavimus, cassavimus, et irritavimus, et ad auferendas ambiguitates ortas, et quæ in posterum oriri poterant, dicta auctoritate perpetuo decrevimus, statuimus, declaravimus, voluimus, præcepimus, et mandavimus, ut tam dictus Alexander modernus, quam alii pro tempore existentes ejusdem Ordinis Sancti Basilii Magni canonice electi Abbates Generales, a die eorum electionis in Abbates Generales computanda, omnes, et singulos fructus, redditus, et proventus ejusdem Monasterii, seu Abbatiæ de Rosarno, seu illius Mensæ Abbatialis, juxta dispositionem, et formam earumdem Literarum memorati Urbani Prædecessoris, libere, et licite percipere, exigere, et lucrare possent, eisdem modo, et forma, quibus Abbates Generales memorati Ordinis, antequam prædictæ ipsius Benedicti Prædecessoris literæ, super præscripta alternativa hujusmodi emanassent, percipere, exigere, et lucrare consueverant.

§. 4. Et subinde Nos per alias Nostras itidem in simili forma Brevis die x. Januarii MDCCLIX. expeditas literas, tam quoddam Decretum a Congregatione prædicta Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis, et Consultationibus Episcoporum, et Regularium præpositorum, quam alia Decreta, a dicto Prospero Cardinali Protectore, juxta resolutiones a nonnullorum Professorum dicti Ordinis, et illius Dieta Generali, ad perpendenda, examinandaque quædam orta, super hujusmodi alternativa, dubia, captas, edita, confirmavimus, et approbavimus, et alias prout in binis Nostris Literis prædictis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expressum, et insertum haberi volumus, fusius continetur.

Ad removenda dubia super alternativa electione Abbatis Generalis ex Provinciis Italicis, et Hispanicis, aliam hic Pontifex constitutionem edidit die 10 Jan. 1759.

§. 5. Quoniam autem dictus Alexander Abbas Generalis, Nobis nuper exponi fecit, quod non obstantibus dictis binis Nostris Literis, nonnulli sive Abbates, sive Monachi Provinciarum Italiæ, existimantes, quod præmissa omnia expressa, et contenta in binis Nostris Literis prædictis, cederent in detrimentum, et damnum earumdem Provinciarum Italicarum, eaque de causa dictis Nostris Literis sese opposuerunt, et ab iisdem reclamarunt; post vero multas, variasque dissentiones, oppositiones, et contradictiones, negotium hujusmodi delatum fuit ad Capitula Provincialia proxime habenda uniuscujusque ex dictis Provinciis Italicis, quæ quidem Capitula Provincialia, nempe Provinciæ Romanæ, Neapolitanæ VI. Januarii, Siculæ IV., et Calabriæ XVIII. Maij anni proximi præteriti, in quibus facta, a vocalibus omnibus capitulariter congregatis, matura consideratione super præmissis, unanimiter in singulis supradictis Capitulis respective, uno, vel duobus ex suffragantibus exceptis, decreverunt, et

Exponitur causa confirmationis postremarum Constitutionum, ad removenda dissidia promota a nonnullis Monachis, et Abbatibus Provinciæ Italiæ.

declararunt æquum, justumque esse, ut fructus, redditus, et proventus prædicti Monasterii, seu Abbatiæ de Rosarno assignarentur, et tribuerentur, ac concedi, tribui, et assignari deberent omnibus Abbatibus Generalibus sæpedicti Ordinis, cujuscumque Nationis, etiam Hispaniæ, juxta tenorem, et formam, ac dispositionem prædictarum Nostrarum Literarum, ac præmissa omnia, per dictos Capitulares, Capitulorum hujusmodi acta, confirmavit, et approbavit, ac declaravit subsequens Dieta Generalis ipsius Ordinis die prima Junii ejusdem anni, in Monasterio Sancti Adriani Provinciæ Calabriæ ejusdem Ordinis habita, prout stare asseritur ex actis tam dictorum Capitulorum Provincialium memoratarum Provinciarum Italiæ, quam Dietæ prædictæ. In hoc rerum statu, dictus Alexander Abbas Generalis ad effectum stabiliendi in posterum, in eodem Ordine pacem, et tranquillitatem, et ad dirimendas quascumque lites, super præmissis jam exortas, et quæ deinceps forsan oriri possent, proprium esse ducit, ut attento consensu, sicut præmittitur, tam a Capitulis Provincialibus Provinciarum Italiæ, quam a Dieta Generali prædictis præstito, Nos memoratas Nostras Literas super assignatione eorumdem fructuum, redditaum, et proventuum memoratæ Abbatiæ de Rosarno, favore dicti Alexandri moderni, et aliorum pro tempore Abbatum Generalium existentium ipsius Ordinis editas, quatenus opus sit, de novo confirmare, seu illas innovare, de benignitate Apostolica, dignaremur.

Pontifex suas præcedentes sanctiones quoad redditus Abbatiæ de Rosarno confirmat, attento etiam consensu præstito a Capitulis Provincialibus, et Dieta Generali.

§. 6. Nos, qui nihil curamus impensius, quam ut contentiones, lites, disceptationes forenses, dissidia, et partium studia procul amoveantur, atque elimioentur, et ubi opus esse constiterit, omnia inter viros præsertim Religiosos in pace fiant, et omnia ad divinum cultum adaugendum, et Regularem disciplinam confirmandam, componantur, constabilianturque, piis ejusdem Alexandri Abbatis Generalis votis, hac in re, quantum enm Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus, ejus nomine, Nobis humiliter porrectis inclinati, attento consensu a vocalibus memoratorum Capitulorum Provincialium Provinciarum Romanæ, Neapolitanæ, Siculæ, et Calabriæ, nec non Dietæ Generalis, sicut præmittitur præstito, præsertim ad id, quod pertinet ad assignationem fructuum, redditaum, et proventuum dictæ Abbatiæ de Rosarno tam dicto Alexandro moderno, et pro tempore existenti Abbati Generali dicti Ordinis cujuscumque Nationis, primodictas Nostras literas, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, approbamus, confirmamus, ac innovamus, seu de novo concedimus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robor adjicimus, omnesque, et singulos tam juris, quam facti etiam substantiales defectus, si qui desuper intervenerint, dicta auctoritate supplemus, et sanamus, et quatenus opus sit, attento consensu prædicto eorumdem Capitulorum Provincialium, et Dietæ Generalis, prædictis literis ejusdem Benedicti Prædecessoris non obstantibus (in quibus nulla facta fuit mentio concessionis dictæ Abbatiæ de Rosarno, ab Urbano Prædecessore, ad favorem Abbatum Generalium dicti Ordinis pro tempore existentium volitæ), quas in hac parte dumtaxat de novo cassamus, et annullamus, omnes, et singulos fructus, redditus, et proventus Mensæ Abbatialis Monasterii, seu Abbatiæ de Rovito nuncupatæ, loci de Rosarno Meliten Diœcesis, tam eidem Alexandro moderno, a die suæ electionis in Abbatem Generalem dicti Ordinis, quam cuicumque Abbati Generali Ordinis, pro tempore existenti, cujuscumque Nationis, sive Siculæ, sive Calabriæ, sive Romanæ, Neapolitanæ, sive Hispaniarum Provinciarum, auctoritate, et tenore præsentis perpetuo de novo concedimus, assignamus, et confirmamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dicto Alexando moderno, aliisque Abbatibus Generalibus dicti Ordinis, pro tempore existentibus, plenissime suffragari, et ab aliis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ in primodictis Nostris literis voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Ma-

jorem sub annulo Piscatoris die XXII. Januarii MDCCLXI, Pontificatus Nostri anno tertio.

Dat die 7 Febr. 1761 Ann. III.

CLXXXIV.

Suum dolorem exprimit, pro dissidiis obortis, inter Missionarios Indiarum Occidentalium, ad quae removenda, Decreta nonnulla Sacrae Congregationis de Propaganda Fide adprobasse, et Apostolicum Delegatum ad cuncta componenda deputasse significat.

Literas quibus, Decreta Sacrae Congregationis de Propaganda Fide confirmantur, et Apostolicus Delegatus assignatur, quae in praesentibus enunciantur, neque in Archiviis Vaticanis, neque in Secreteria Brevium adinvenire potuimus, eas autem, quoties in posterum reperiri, ex. noviter adhibendis diligentiis, contigerit, dabimus in Appendice ad hujus Pontificatus finem.

Venerabili Fratri Ludovico Episcopo Ceomanensi Vicario Apostolico Tunkini Occidentalis.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Apostolicum Vicarium Tunkini hortatur, ut ab oratione non desistat, quo fructus ex tribulatione ipsa exoriantur.

§. 1. Incredibili dolore offecti fuimus, oc pene oppressi, nec lacrymas continere potuimus, dum legebamus eas literas, quibus renunciavisti perturbatam isthic vehementer inter Operarios Dominicae Vineae, salutarem concordiam, gravissimasque offensiones, quae subortae sunt, quaeque adhuc timentur: siquidem valde metuendum est ne Christiano Fides tot, in Regionibus istis, Deo miserante, parta sudoribus, eodem ad iracundiam provocato, intereat, vel maximum saltem, ne capiat detrimentum. Veruntamen, Venerabilis Frater, animum despondere non oportet, sed fervidioribus precibus, atque gemitibus, Divinam exorare clementiam, est enim Deus in Israel, qui potens est de ipsa tribulatione, quantumvis gravissima, magnum excitare proventum: quo circa infinitae ejus misericordiae confisi, illud futurum speramus, ut ingentem hanc procellam, magna tranquillitas consequatur, Te, tu: proinde meritis plenum, et annis, qui tanto ab hinc tempore in isto Agro excolendo diligentissimam navasti operam, certaminis Tui cursum in pace consummaturum.

Decreta ad cuncta componenda a Sacra Congregatione de Propaganda Fide lata, approbat, et Apostolicum Delegatum mittit, qui medelam exortis malis praebeat.

§. 2. Ad nos interea quod attinet, cujus Apostolicae servituti incumbit, pro Catholici Gregis custodia vigilantissime excubare, vix acceptis literis Tuis, nonnullos ex Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Congregationis Fidei Propagandae, semel oc iterum insimul convenire jussimus, ut totius Negocii gravitatem expenderent, qui propterea nonnulla ediderunt Decreta, quae Nos ipsi matura deliberatione libravimus, et Apostolicae authoritatis calculo confirmavimus. Haec Tibi Venerabilis Frater, Nostris Literis alligato transmittimus, atque statuimus insuper, Apostolicum Ablegatum designare, qui oportunis, ac necessariis facultatibus instructus, isthuc accedat, ac malis jam pridem exortis medeatur, et delinquentes, ac contumaces condignis poenis afficiat: ac Tibi interea, Ven. Fr., paternae benevolentiae pignus, Apostolicam Benedictionem Nostram peramanter largimur. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die VII. Februarii MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Dat. die 14. Febr. 1761 Pont Ann. III.

CLXXXV.

Arbitrariam conventionem inter Canonicos Regulares S. Ruffi, et Equites S. Lazzari, se haud probatarum promittit Episcopo Diensi, nisi exquisito voto Sacrae Congregationis Concistorialis, et universis auditis Ordinariis, in quorum Dioecesibus praefati Canonici Regulares reperiuntur.

De hac eadem arbitraria conventione a Pontifice reprobata, habes Epistolas binas, Archiepiscopo Viennensi, et Episcopo Valentino missas, quas retulimus hoc Tomo II. sub Num. CLXXIV. et CLXXV.

Venerabili Fratri Gaspari Alexio Episcopo Diensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem.

§. 1. Sane condoluimus tristissimae conditioni, et summis calamitatibus,

in quibus Diœcesim Tuam versari scribis, ob vastationes Calvinianorum, quæ nondum reparatæ fuerunt, ita ut squallida sit ubique Sponsæ Tuæ facies, non tam necessariis ornamentis, quam Sacris destitutæ Ministris: hanc ob caussam vehementius, quam cæteri Fratres Tui, doles, iuitam conventionem Canonicos inter Regulares S. Ruffi, et Equites S. Lazari, ad quos, illius vi, temporalia eorum bona pertransient, quorum aliqua pars, reparandis istius Ecclesiæ malis, poterat inservire, nam de Canonicis, ipse quoque, nullum compendium fieri posse, fateris, ob ignaviam, infructuosamque segnitiem, in quam inciderunt, atque idcirco rogas, ne conventionem illam, Apostolico calculo confirmemus. Ad Nos autem quod attinet, hac in re, nullam deliberationem capiemus, nisi prius audiamus Venerabiles Fratres Nostros Congregationis Concistorialis, apud quos, confirmandæ concordiæ petitio, rite prius, ac mature est perpendenda, neque iidem Venerabiles Fratres suggerent Nobis quidquam faciendum, vel repudiandum, nisi postquam interpellaverint Episcopos omnes, in quorum Diœcesibus Canonici ii versantur, quorum unus cum sis, tum poteris zelo Tuo plenissime satisfacere, eaque omnia singillatim referre, quæ magis in Domino opportuna censueris, ne cesses interea hæc eadem, uti facturum polliceris, carissimo in Christo Filio Nostro Regi Christianissimo significari curare, ut scilicet, patrocinio suo, quidquid Ecclesiæ Tuæ comodis adversari potest, prohibeat, si quidem de Nostra in Ecclesiam Tuam optima voluntate dubitare non debes, pignusque damus in Apostolica Benedictione, quam Tibi Ven: Frater, et Gregi Tuo permanenter largimur. Datum Romæ apud S. M. Majorem sub annulo Piscatoris die xiv. Februarii MDCCLXI. Pontificatus Nostri anno Tertio.

CLXXXVI.

Dat die 20 Feb. 1761 Ann. III.

Indulgentia Plenaria ad Septennium conceditur cunctis Christifidelibus visitantibus Ecclesias Ordinis S. Benedicti Congregationis Montis Oliveti, Dominica immediate sequenti, diem Vigesimam primam Augusti, a primis Vesperis, usque ad occasum solis diei hujusmodi.

Clemens Papa XIII.

Universis Christifidelibus præsentes literas inspecturis, salutem, et Apostolicam Benedictionem

Ad eugendam Fidelium Religionem, et Animarum salutem, cælestibus Ecclesiæ thesauris, pia caritate intenti, omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Monachorum Ordinis S. Benedicti Congregationis Montis Oliveti, ubicumque existentibus, Dominica immediate sequenti diem vigesimam primam mensis Augusti, a primis Vesperis usque ad occasum Solis diei hujusmodi, singulis annis devote visitaverint, et ibi pro Christianorum Principum concordiâ, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, et remissionem, misericorditer in Domino concedimus, præsentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem, ut, si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint, utque earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notari publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xx. Februarii MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Dat. die 28. Feb. 1761 Ann. tertio.

CLXXXVII.

Indulgentiæ tum plenaria, tum temporaneæ conceduntur Confraternitatibus sub titulo B.M.V. de Bono Consilio, erectis, et erigendis in Ecclesiis Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini, in Ditionibus Bavariæ, cum præcedentium indulgentiarum revocatione.

Clemens Papa XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

Exordium

§. 1. Cælestium munerum Thesauros, quorum dispensationes humilitati Nostræ commisit divina dignatio, fideliter erogare cupientes, pia omnium quidem Christifidelium, sed præsertim, insignium nobilitate generis personarum vota, libenter exaudimus, cum ad augendam Omnipotentis Dei gloriam, et Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ cultum magis magisque promovendum, spiritualemque utilitatem, atque consolationem populis afferendam, profuturum in Domino arbitramur.

In Statibus Bavariæ reperiebantur erectæ Confraternitates Beatæ Mariæ Virginis de Bono Consilio in Ecclesiis Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini.

§. 2. Cum itaque sicut accepimus, in Ecclesiis Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini in statibus Bavariæ Duci subjectis existentibus, Confraternitates sub titulo Beatæ Mariæ Virginis de Bono Consilio nuncupatæ (non tamen pro hominibus unius specialis artis) canonicæ erectæ, seu erigendæ existant, ad instar illius sub eodem titulo in Ecclesia Fratrum dicti Ordinis Oppidi Genazzani, Prænestinæ Diœcesis institutæ, fel. rec. Benedictus Papa XIV. Prædecessor Noster, per alias suas in simili forma Brevis expeditas Literas, nonnullas Indulgentias, et spirituales gratias concesserat, quas per organum Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium Indulgentiis, sacrisque Reliquiis præpositorum ad tramites praxis restituit, quarum respective Confratres, et Consorores quamplurima pietatis, et charitatis opera, exercere consueverunt, seu intendunt.

Enumerantur indulgentiæ, quæ conceduntur prælaudatis Confraternitatibus in Bavariæ Ditionibus erectis, et erigendis.

§. 3 Nos, ut Confraternitates hujusmodi in supradictis Ecclesiis erectæ, sive erigendæ, majora in dies suscipiant incrementa, ac supplicationibus dilectæ in Christo Filiæ, Nobilis Mulieris Mariæ Antoniæ a Bavaria, Principissæ Electoralis Saxoniæ porrectis inclinati, de Omnipotentis Dei misericordia, ac BB. Petri, et Pauli Apostolorum, ejus auctoritate confisi, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui aliquam ex dictis Confraternitatibus in posterum ingredientur, die primo eorum ingressus, si vere pœnitentes, et confessi, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, plenariam, ac tam descriptis, quam pro tempore describendis in qualibet ex dictis Confraternitatibus Confratribus, et Consororibus, in cujuslibet eorum mortis articulo, si vere quoque pœnitentibus, et confessis, ac sacra Communione refectis, etiam plenariam: nec non eisdem nunc, et pro tempore existentibus in Confraternitatibus hujusmodi Confratribus, et Consororibus, etiam vere pœnitentibus, et confessis, ac Sacra Communione refectis, qui earumdem respective Confraternitatum Ecclesiam, seu Cappellam, vel Oratorium, die vigesima quinta Mensis Aprilis, ac in octo diebus immediate subsequentibus, singulis annis, devote visitaverint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, atque hæresum extirpatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter in uno ex prædictis novem diebus per unumquemque ex Confratribus, et Consororibus dictarum Confraternitatum ad sui libitum eligendo lucrifaciendam, misericorditer in Domino concedimus, in reliquis vero octo diebus prædictis septem annos, et totidem quadragenas; Quoties vero Missis, et aliis Divinis Officiis in Ecclesia, seu Cappella, vel Oratorio hujusmodi pro tempore celebrandis, et recitandis, seu Congregationibus publicis, vel privatis ejusdem Confraternitatis ubivis faciendis interfuerint, aut pauperes hospitio susceperint, vel pacem inter inimicos composuerint, seu componi fecerint, vel procuraverint; nec non etiam, qui corpora defunctorum tam Confratrum, et Consororum hujusmodi, quam aliorum, ad sepolturam associaverint, aut quascumque Processiones, de licentia Ordinarii faciendas, Sanctissimumque Eucharistiæ Sacramentum tam in Processionibus, quam quum ad infirmos, aut alias quocumque, et quandocumque pro tempore differetur, comitati fuerint, vel si impediti, Campanæ ad id signo dato, semel Orationem Dominicam, et salutationem Angelicam dixerint, aut etiam quinquies Orationem, et salutationem easdem pro animabus defunctorum Confratrum, et Consororum hujusmodi recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, et ignorantes præcepta Dei, et ea, quæ ad salutem sunt ne-

cessaria, docuerint, aut quodcumque aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet prædictorum operum exercitio sexaginta dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus, quas Indulgentias, peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes, etiam animabus Christifidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicare posse indulgemus. Præsentibus, perpetuis, futuris temporibus valituris.

Transumptorum fides. §. 4. Volumus autem, ut præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Præcedentes indulgentiæ quomodocumque concessæ revocantur, et annullantur. §. 5. Insuper volumus, ut si alias dictis Confratribus, et Consororibus, præmissa peragentibus, aliqua alia indulgentia similis, perpetuo, vel ad tempus nondum elapsum duratura concessa, fuerit, illa revocata sit, prout per præsentes auctoritate Apostolica revocamus, utque si aliqua ex dictis Confraternitatibus alicui Archiconfraternitati aggregata jam sit, vel in posterum aggregetur, aut quavis alia ratione uniatur, vel etiam quomodolibet instituatur, priores, et quævis aliæ Literæ Apostolicæ illis nullatenus suffragentur, sed ex tunc eo ipso pariter nullæ sint. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXVIII. Februarii MDCCLXI Pontificatus Nostri anno Tertio.

CLXXXVIII.

Dat. die 4. Mart. 1761 Ann. Tertio.

Sodalitiorum institutionem sub B. V. de Bono Consilio invocatione, in Ecclesiis Religiosorum Eremitarum S. Augustini, et indulgentias favore ipsorum Sodalitiorum approbasse per alias Literas in forma Brevis significat Mariæ Antoniæ Principissæ Poloniæ.

Literas in forma Brevis, quibus Sodalitia hujusmodi approbantur, et indulgentiæ elargiuntur, dedimus superiori Numero CLXXXVI.

Dilectissimæ in Christo Filiæ Nostræ Mariæ Antoniæ Regiæ Poloniæ Principissæ.

Clemens PP. XIII.

Dilectissima in Christo Filia Nostra salutem, et Apostolicam benedictionem.

§. 1. Eximia pietas Tua, patriæ Religionis haud oblita, imaginem quamdam Beatissimæ Virginis de bono Consilio nuncupatæ dono dedit Fratribus Augustinensibus Monachii, qui eam, rite præmissis, quæ præmittenda erant, in Sacra Æde, quam isthic habent, decenter locarunt, ut ejus aspectu Christifideles ad Deiparam Virginem sincero cultu prosequendam excitarentur; nunc vero, et Fratrum illorum, et Populi vota ad Nos humanissimis literis defers, ut Sodalitium, eadem in Ecclesia, sub invocatione Beatæ Mariæ Virginis de bono Consilio dictæ, instituere liceat, iisdemque cumuletur Indulgentiarum thesauris, quos Sa. Me. Benedictus XIV. contulit ejusmodi cœtibus, per suas literas in forma Brevis die II. Julii anni MDCCLIII. datas: Nos autem qui et pietati Tuæ, cæterisque Christianis virtutibus, quibus excelsum animum Tuum misericors Dominus ornare voluit, et Augustinensium Fratrum, piique Populi desideriis indulgere maxime cupimus, ut qui peccatores sunt, ad veram, et salutarem pœnitentiam convertantur, qui vero declinant a malo, et faciunt bonum, ad Christianæ perfectionis apicem quotidie magis vergant, quas postulasti indulgentias lubentissime concessimus per alias literas in forma Brevis, quas præsentibus adnectimus, iis tamen prescriptis limitibus, quos idem ipse solertissimus Pontifex, literis suis censuit præfiniendos: atque interea dum prosperitatem omnem

Tibi, dilectissima in Christo Filia Nostra, carissimo Conjugi tuo, ac Liberis omnibus apprecamur, Apostolicam Benedictionem intimo sensu Paternæ charitatis largimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris di IV. Martii MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Dat. die 10 Mart. 1761 Ann. Tertio.

CLXXXIX.

Prohibitio sub pœnis, arbitrio Summorum Pontificum imponendis, ne ullo umquam tempore in viciniis Monasterii Septem Dolorum de Urbe fabricetur, vel licentia construendi ædificia concedatur.

Clemens Episcopus

Ad futuram rei memoriam

Exponuntur incomoda Monasterio derivantia ex plurium Ædificiorum constructione prope hoc Monasterium.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ Superiorissa, et Moniales Monasterii sub invocatione Sanctæ Mariæ Septem Dolorum de Urbe, dudum a tunc in humanis agente Camilla Virginia Sabelli Farnesia Ducissa de Latera fundati, ac convenienti annuorum redituum assignatione ditati, quod paucis ab hinc annis in viciniis ejusdem Monasterii nonnulla ædificia nempe Cartariæ, Ferrariæ, Officinæ Tabaci, et *Valche*, vulgo ut dicitur, magno cum earumdem Monialium incommodo, et mentis evagatione constructa fuerant, et pergunt; nuper vero præter, et ultra supradicta ædificia, ac incommoda, quæ exponentes prædictæ invito animo pati coguntur, in publico pratulo inter duas publicas vias interposito, et quasi adherenti duobus ambulariis vulgo Corridori duorum ex dormitoriis, aliisque Officinis Monasterii hujusmodi, aliud ædificium ad usum stabuli, et rhedarum receptaculi, et fænilis in commodum, et utilitatem conductoris ejusmodi constructorum ædificiorum construi facere cogitabatur, et licet ipsæ exponentes omne studium, omnemque curam adhibuerint, ne novum ædificium prædictum construeretur; verentur autem ne tractu temporis sive dictum, sive aliud ædificium, aut aliqua alia fabrica construi possit, majoribus cum ipsarum exponentium incommodis.

Preces porrectæ ut novæ deinceps fabricationes in viciniis Monasterii, Apostolica auctoritate inhibeantur.

§. 2. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, ipsas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovismodo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ne de cætero quisquam cujuscumque status, gradus, qualitatis, ordinis, et conditionis existens, aut quavis auctoritate, superioritate, et officio fungens, sub quovis prætextu, causa, ingenio, ratione, et colore, aut occasione, licentia, ut aliqua fabrica, aliudque quodcumque ædificium, sive in supradicto publico pratulo, aut alio in loco eidem Monasterio adherenti, et proximiori, construatur, concedere, aut fabricam ipsam, sive quodcumque aliud ædificium construere, seu construi facere audeat, seu præsumat, inconsultis Nobis, seu Romanis Pontificibus Successoribus Nostris, sub pœnis Nostris, et Romanorum Pontificum Successorum prædictorum arbitrio, etiam pecuniariis, et corporis afflictivis imponendis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium interdicimus, et prohibemus.

Derogatio contrariorum, et demandata affixio præsentis prohibitionis.

§. 3. Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Volumus autem, ut præsentis prohibitionis exemplum in parietibus dicti Monasterii, et in loco conspicuo, ut ab omnibus cerni, et legi possit, scriptum remaneat. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decima Martii Millesimo Septingentesimo Sexagesimo primo, Pontificatus Nostri anno Tertio.

Dat. die 13 Mart. 1761 Ann. III.

CXC.

Confirmato Rescripti Sacræ Congregationis Concilii, et Decreti Exequutorialis Episcopi Gadicensis, quibus administratio pii operis ab Josepho della Quintana Suaraz de Toledo relicti, et retinenda a Ministro Tertii Ordinis S. Francisci de pœnitentia Conventus Gadicensis, ceditur perpetuo favore Discretorii prælaudati Tertii Ordinis.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Exponitur pie institutio Josephi della Quintana Suares de Toledo, cujus exequutionem Ministro hujus Ordinis in Convento Gadicen existenti commisit.

§. 1. Nuper pro parte delictorum filiorum Ministri, ac Discretorii Tertii Ordinis S. Francisci de pœnitentia nuncupati, in Conventu Ordinis Fratrum Minorum ejusdem Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum Civitatis Gadicen, Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum exposito, quod tunc in humanis agens Josephus della Quintana Suarez de Toledo, in suo sub quo anno MDCCXXXIII ab humanis decessit, condito testamento, bona ac annuos fructus, redditus, et proventus, ex bonis prædictis provenientes, cujusdam fidaicommissi, sive majoratus ad se spectantis, veluti ultimus lineæ fundatoris possessor, transtulit in quemdam Patronatum ad certas pias causas a se institutum, electo in Patronum actuali Ministro pro tempore existenti Tertii Ordinis prædicti, cui quidem Ministro post demandatam eorumdam fructuum arogationem in annuas præstationes pro alimentis propriæ Uxori suæ relictis, et in alia opera pia, disposuit hisce verbis = nempe = Il residuo poi, che dopo soddisfatto, e pagato tutto ciò, che si è » detto, nei tempi ordinarj rimarrà del » fruttato delle possessioni di questo Pa» tronato, con avere reso conto ogni an» no al detto Venerabile Terz'Ordine, ri» spetto all' adempimento dei suddetti » obblighi, distribuire, e spendere in » ciò, che li parerà più necessario, ed » urgente per la decenza della Cappella, » e culto Divino del detto Terz' Ordine » a suo arbitrio, e volontà, senza che » veruna persona gli si opponga per ve» run pretesto, perchè espressamente lo » proibisco ».

Gadicenses Ministri hujus Ordinis ejusdem pii Operis Administrationi valedixerunt

§. 2. Et in eadem expositione subjuncto, quod anno MDCCLIII. dilectus itidem filius Marcus Catalfano tunc existens Minister dicti Tertii Ordinis, uti privativus Patronus piorum operum a dicto Josepho Testatore relictorum, favore dicti Discretorii cesserat, et renunciaverat omnia jura super prædicta administratione sibi competentia, etiam quoad fructus superextantes post adimplementum piorum Operum, quorum erogatione voluerat fieri se se conscio, et præsente. Anno itidem MDCCLIX. similem renunciationem emiserat dilectus filius frater Gulielmus Molone tunc, et de præsenti Modernus Minister.

successive, favore Discretorii Ordinis prædicti.

Discretorium, et Minister Gadicensis, implorata facultate a Commissario Generali Ordinis, Sacræ Congregationi Concilii supplices fuere, pro perpetua cessione Administrationis pii Operis ab Discretorio retinenda.

§. 3. Verum Discretorium, et Minister hujusmodi plurimum exprobant, quod hujusmodi renunciationes afficerent etiam Successores in dicto Ministerio, et quod in perpetuum essent observandæ, et super præmissis facultatem a dilecto filio moderno, seu tunc existenta Commissario Generali memorati Ordinis ejusdem Sancti Francisci obtinuerant, ab eadem Cardinalium Congregatione pro informatione, et voto requisitus fuit Venerabilis frater Episcopus Gadicen, qui omnia prænarrata comprobans, censuit eorumdem exponentium precibus esse annuendum tamquam æquitati, et justitiæ consonis, ex quo gratia mentem ipsius Josephi Testatoris potius confirmabat per exactiorem erogationem residualium redditutum a Discretorio hujusmodi faciendam, quam ex solo arbitrio Ministri prædicti, ac ejusdem Ordinis, disciplinam, pacem, et tranquillitatem promovebat, et Ministri, seu Ministerii ambitus eliminabat, et servabantur Constitutiones dicti Tertii Ordinis, prohibentes illius Ministris expensas arbitrarias excedentes tenuem summam duodecim Regalium de Vaglion monetæ illarum partium; dictusque Episcopus reputabat ad divini cultus decorem, et augmentum, eamdem gratiam necessariam esse; ex qua habebatur, erogationem redditutum superextantium hujusmodi, melius esse si fieret judicio totius Discretorii, quam ex voluntate independenti solius Ministri, ac ipse Episcopus tandem addidit, dictum modernum Commissarium Generalem secundodicti Ordinis, qui astiterat ipsi Josepho Testatori morienti, asseverare, cum eo cuncta ista dictum Josephum Testatorem petractasse, summque consilium exquisivisse, ejusque animum, et intentionem fuisse, ea bona, nec non prædicti Patronatus residua, judicio Discretorii dicti Tertii Ordinis subjecta relinquere, ac demum dictus Episcopus conclusit, eumdem Commissarium adjungere verba Testamenti prædicti, innuentia liberam disponendi fa-

fultatem ineonsulto Diseretorio dieti Tertii Ordinis illius Ministro data; incuria Tabellionis, ac eontra ipsam sibi notam Testatoris mentem, obrepsisse.

Sacra Congregatio Concilii, audito prius Episcopo Gadicensi, etCommissario Generali Ordinis, ipsius Episcopi arbitrio relinquit imploratam perpetuam cessionis Administrationis approbationem, consulto tamen Ministro.

§. 4. Eadem Cardinalium Congregatio suum edidit rescriptum tenoris sequentis videlicet = *Die 22. Novemb. 1760 Sacra Congregatio Emrum S.R.E. Card. Concilii Tridentini Interpretum, attenta relatione Episcopi Gadicen, benigne commisit eidem, ut, veris existentibus narratis, pro suo arbitrio. et conscientia supradictis Oratoris precibus gratis indulgeat, juxta petita, conscio tamen, et consulto Ministro.* =

Preces porrectæ Episcopo Gadicensi pro præfata perpetuæ cessionis approbatione.

§. 5. Vigore autem hujus rescripti dictus Gullielmus supplicem eidemEpiscopo Gadicen libellum porrexit, qui attentis expositis, et utens facultatibus sibi ab eadem Cardinalium Congregatione tributis, suum Itidem edidit Decretum, tenoris sequentis = nempe = Illme, et
» Rme Dne = Gullielmus Moloni Mini-
» ster Vener. Tertii Ordinis S. Franci-
» sci in Conventu Fratrum Discalcea-
» torum hujus Civitatis reverenter ei
» exponit, administrationem Patronatus
» instituti a quondam Josepho de la
» Quintana, Ministris pro tempore dicti
» Tertii Ordinis fuisse commissam, ac
» juxta illius Testamentariam disposi-
» tionem, potuisse eosdem Ministros ad
» ipsorum arbitrium erogare fructus di-
» cti Patronatus superextantes, itemque
» hujusmodi arbitrariæ erogationis, tam-
» quam præjudiciali, renunciasse R. D.
» Marium Catalfano, olim Ministrum,
» ipsumque exponentem de consensu
» Discretorii, ad hoc ut, omnium Di-
» scretorum interventione, dicti superex-
» tantes fructus in majus Dei servitium
» erogarentur, capta desuper resolutio-
» ne, ut pro perpetua renunciationum
» ab ipsis emissarum observantia, a Se-
» de Apostolica opportunum impetra-
» retur beneplacitum; hinc exhibitum
» supplicem libellum ad Sacram Con-
» gregationem Concilii fuisse remissum,
» a qua petita informatione, et voto
» D. V. Illmæ, fuisse subinde trans-
» missam, visisque omnibus videndis, a
» dicta Sacra Congregatione, editum esse
» Rescriptum, quod hic exhibetur.
» Propterea in ejusdem Rescripti exe-
» quutionem, reiterando, quatenus opus
» sit, suum consensum, Orator sup-
» plicat, quatenus plenariæ mittatur
» exequutioni dictum Rescriptum, si-
» bique originaliter consignari mande-
» tur Decretum desuper interponen-
» dum. Gadibus die trigesima Januarii
» MDCCLXI. = Attentis expositis pro par-
» te D. Guillelmi Moloni Moderni Mi-
» nistri Venerabilis Tertii Ordinis San-
» cti Francisci, erecti in Conventu RR. PP.
» Discalceatorum hujus Civitatis, preci-
» bus olim porrectis SSmo Dno Nostro
» ac remissis Sacræ Congregationi Con-
» cilii; Informatione, et voto inde a No-
» bis petitis, et per Nos veraciter, ac
» fideliter ad eamdem transmissis, ac
» Rescripto subinde desuper edito, die
» vigesima secunda Novembris anni pro-
» xime præteriti MDCCLX., modo No-
» bis exhibito ab eodem D. Guillelmo
» Moloni, cum instantia, ut per Nos de-
» bitæ mandetur exequutioni. Cum
» omnia narrata vera esse comperiamus,
» admittentes præfatum Rescriptum, et
» in hac parte utentes facultatibus No-
» bis pro Nostro arbitrio, et conscien-
» tia commisis; tenore præsentis Nostri
» Decreti, præmissa consultatione cum
» eodem Ministro, præcipimus, atque
» mandamus, quatenus tam idem mo-
» dernus Minister, quam omnes alii
» quotquot in hujusmodi officio ei suc-
» cedere pro tempore contingat, simul
» cum Discretorio, et Confratribus præ-
» fati Tertii Ordinis, ad Ipsius majus
» bonum, et utilitatem, observent, ob-
» servarique faciant, quod administra-
» tio bonorum, ac redditunm, ex qui-
» bus dictus Patronatus componitur,
» nunc, et in futurum neqoaquam gera-
» tur arbitrio ministrorum tantum, sed
» de administratione Patronatus hujus-
» modi, instituti a quomdam Josepho
» de la Quintana Suarez de Toledo cu-
» ram habere debeat Discretorium di-
» cti Tertii Ordinis, simul, et æqua-
» liter cum Ministris pro tempore exi-
» stentibus, ipsumque Discretorium una-
» nimiter cum Ministro, exactionem,
» et erogationem omnium ad dictum
» Patronatum pertinentium fieri pro-
» curet. Utque a Pio Institutore dispo-
» sita, plenariam sortiantur exequutio-
» nem, præsens hæc ordinatio, et man-
» datum, inter acta Discretorialia dicti
» Tertii Ordinis describantur. Ad quorum
» omnium validitatem, firmitatem, at-
» que observantiam, Nostram desuper
» auctoritatem, judicialeque Decretum
» interponimus; quod simul cum Res-
» cripto Sacræ Congregationis Concilii
» exhibenti tradi volumus, ut de eo
» constet, et alias ad omnes juris ef-
» fectus = Fr. Thomas Episcopus Ga-
» dicensis = de Mandato Rmi Domini
» Episcopi. Lucas Lopez de Barno a Se-
» cretis.

§. 6. Cum autem, sicut dicti exponentes Nobis subinde exponi fecerunt,

Pontifex supradictum Rescriptum; et

Decretum exequutoriale, Apostolica auctoritate confirmat, et approbat.

decreta hujusmodi quo firmius subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summodere desiderent. Nos, ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinserta ejusdem Cardinalium Congregationis, ac moderni Episcopi Gadicensis decreta, sicut præmittitur, edita, et publicata, ac omnia, et singula in eis contenta, auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes, easdem præsentes Literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorum derogatio.

§. 8. Non obstante supradicti Josephi, Testatoris etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa, sufficienter, et expresse commutamus, ac Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Tertii Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis, superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis, quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIII. Martii MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CXCI.

Dat. die 13 Martii 1761 Anno III.

Superiorissæ Monasterii S. Catharinæ Virginis, et Martiris Venetiarum, Ordinis S. Augustini, Abbatissæ titulum, quo ex consuetudine donabatur, Apostolica auctoritate perpetuo tribuit, itemque baculi deferendi privilegium in solemnioribus festis, et annuli benedicti digito gestandi.

Dilectæ Filiæ Mariæ Aloysiæ Abbatissæ, aliisque Sanctimonialibus Monasterii S. Catharinæ Virginis, et Martiris Venetiarum.

Clemens PP. XIII.

Dilectæ Filiæ salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Monasticæ vitæ laudes, et Summorum Pontificum studium Sanctimonialibus Deo dicatis gratificandi.

§. 1. Permulta sunt propter quæ jamdudum Vos, dilectæ in Christo Filiæ, ac Monasterium istud Vestrum habemus loco rerum carissimarum: ac primum quidem intelligimus Monasteria quæque Virginum, quæ Divina Religione consecrantur, esse hortos illos conclusos, fontesque signatos, Jesu Christi delicias, atque amores, ut Nos qui plane immerentes ejusdem vicem gerimus, ad hujusmodi sacra loca tuenda, excolenda, ornanda, studium, operam, atque auctoritatem conferre omnem debeamus. Neque Nobis non vehementer probatur antiquissimum, pulcherrimumque vitæ institutum, quod tanta cum diligentiæ, ac pietatis laude servatis, quodque a maximo illo Ecclesiæ Doctore Augustino proficiscitur, cujus eximia sanctitatis, morum, ac doctrinæ memoria tamdiu laudabitur, quoad Ecclesiæ ipsius dignitas manebit, quæ erit utique sempiterna.

Peculiares causas exprimit amoris sui erga hoc Monasterium.

§. 2. Accedit peculiare quoddam necessitudinis, ac sanguinis vinculum, quo Vobiscum, dilectæ in Christo Filiæ conjungimur, propterea quod in Monasterio isto apud Vos caste, pieque educatæ, ac demum in religiosam Familiam Vestram consecratæ sunt Dilectæ

in Christo Nostri Germani Fratris secundum carnem Filiæ Maria Aloysia, et Maria Quintilia, quarum primam plenissimis suffragiis Monasterio administrando præfecistis: quo delectu si, ut speramus, egregium, ac sincerum de ipsius prudentia, integritate, religione, cæterisque virtutibus judicium tulistis, recens istud munus, et Nobis, et illi in Domino gratulamur, ac si præterea in hoc illi honore demandando erga Nos, quos divino Judicio, nullis nostris meritis, in tam sublimi Pontificatus Romani sede collocatos gaudetis, observantiam, ac pietatem Vestram declarare voluistis, etiam gratias agimus.

Honorifico Abbatissæ titulo Superiorissam perpetuo gratificatur, eique baculi deferendi solemnioribus diebus, et digito annulum benedictum deferendi privilegium confert

§. 3. Hæc omnia præcipuo quodam jure a Nobis exposcere, ac flagitare videbantur, ut Vobis dilectæ in Christo Filiæ non modo libenter, sed etiam liberaliter quidpiam concederemus, quod ad Monasterium istud Vestrum præcipuis honoribus amplificandum, exornandumque pertineret. Quamobrem, motu proprio, postulante nemine, ac de plenitudine Nostræ potestatis, Te, dilecta in Christo Filia Maria Aloysia, atque eas omnes, quæ in hoc tibi munere succedent; per honorifica Abbatissæ appellatione condecoramus, atque ut perpetuis futuris temporibus Te quidem et quæ Tibi substituentur, Abbatissas appellari, salutari, nominari, inscribi Apostolica authoritate mandamus, atque jubemus: etsi enim quæ Monasterio Vestro regendo præficiebatur, Abbatissæ nomine consalutaretur, tamen eadem appellatio a consuetudine potius, quam a legitimo Apostolicæ authoritatis fonte manasse dignoscebatur: præterea tam Tibi, dilecta in Christo Filia, aliisque Abbatissis, quæ succedent, ut Baculum in supplicationibus, Religiosi instituti Professionibus recipiendis, aliisque sacris muneribus, in diebus solemnioribus obeundis gestare, et Annulum rite benedictum digito semper inserere, et ferre possis, eadem Apostolica authoritate concedimus, atque impertimur, non obstantibus quibuscumque, si quæ sunt, quæ Pontificiæ Nostræ voluntati adversari viderentur. De his omnibus per alias literas certiorem fecimus Ven. Fr. Joannem Patriarcham Venetiarum Antistitem Vestrum, ut Sacræ benedictiones ab eo peractæ, et insignia Abbatissæ collata Apostolicæ huic benignitati novum adjicerent decus, atque, ornamentum.

Religiosa dignitatis insigna non tamquam

§. 4. Sed hæc religiosa insignia dignitatis, scitote Vobis, dilectæ in Christo Filiæ, data, ac donata esse non tamquam incitamenta ad superbiam (quæ a Vobis longissime abesse debet) sed veluti quædam indicia, ac documenta virtutum pulcherrimarum, quibus præ cæteris fulgere, atque majorem in modum exornari debetis. Nam honorifica Abbatissæ appellatio maternam erga Filias pietatem significat. Baculo, mansuetudine temperatam animadversionis se veritatem: Annulus autem, beatissimam illam ac sempiternam charitatis conjunctionem, qua Voscum Divino Sponso Christo Jesu, ad quem omnia sunt referenda, atque inter Vos ipsas copulatas esse decet. Denique, dilectæ in Christo Filiæ, accipite ea ipsa veluti pignora Pontificiæ benevolentiæ, ac liberalitatis, sic tamen, ut a Deo Opt: Max: Sanctissimaque Matre semper Virgine, quibus quidem Vestras preces esse gratas, et probatas arbitramur, suppliciter petatis, in hac tamen difficili, ac sollicitudinis plenissima Ecclesiæ moderatione, Nobis ut detur ea cogitare atque perficere, quæ Divinæ voluntati maxime sunt consentanea: quod quidem ut diligenter, prolixeque faciatis, Vos, et hortamur singulas, et amanter, ac paterne rogamus, atque Apostolicam Benedictionem Vobis, dilectæ in Christo Filiæ, peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIII. Martii MDCCLXI. Pontificatus Nostri anno tertio.

incitamenta ad superbiam habenda, sed veluti indicia, et documenta virtutum.

CXCII.

Dat. die 13 Martii 1761. Ann. tertio.

Venetiarum Patriarchæ committit executionem Literarum, quibus Superiorissam Monasterii S. Catharinæ ejusdem Civitatis, Abbatissæ titulo perpetuo ditaverat, addita facultate gestandi baculum, solemnioribus diebus, et annulum benedictum digito deferendi.

Venerabili Fratri Joanni Patriarchæ Venetiarum.

Literæ Apostolicæ quarum hic executio committitur relatæ superiori numero perleguntur.

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Illustre Monasterium S. Catharinæ Virginis, et Martyris preclarissimæ Ve-

netiarum Urbis, Nostræque communis dulcissimæ Patriæ, in quo Maria Aloysia, e Maria Quintilia, Nostræ in Christo, et Defuncti Germani Fratris secundum carnem suavissimæ Filiæ, optimis primum excultæ moribus, dein Religioso Schemate sumpto, ad præstantissimi Ecclesiæ Doctoris Sancti Augustini regulam, divinis sese manciparunt obsequiis, peculiari aliqua paternæ charitatis significatione, duximus honestandum. Donavimus igitur Mariam Aloysiam, quæ modo ejus Monasterii regimini præest Abbatissæ nomine, quo etsi antea veteri consuetudine uteretur, nulla tamen Apostolicæ authoritatis præsidio muniebatur, concessimus eidem etiam annulum, rite prius a Te benedictum, digito gerendum, et baculum, certis ferendum diebus, sic tamen ut Abbatissæ nuncupatio, ut reliqua honoris insignia, non personam tantum, sed præcipue dignitatem afficerent, atque ipsa cum dignitate, ad eas quæ perpetuo futuris temporibus Monasterio legitime præficientur transirent: Apostolicas autem literas, quas de his dedimus in forma Brevis, cui potius exequendas committemus, quam Tibi Ven. Fratrer, Nobis, non tam Sacerdotali munere, quam arctissimo amicitiæ vinculo jamdiu conjuncto, ut quidquid elargiti sumus, ministerio Tuo evadat illustrius. Tu ergo diligentissime custos istius floris ecclesiastici germinis, vigilantissime Pastor portionis Gregis Christi Illustrioris, dum hæc, ea qua semper consnevisti prudentia, et charitate perfeceris, adnitere etiam, ac sedulo cura, ut Apostolicæ benevolentiæ Nostræ argumenta, non in terrenam ostentationem, et gloriam cedant, sed in decus, et ornamentum spiritualis gratiæ, ut inde effluat in dies magis pretiosissimus odor Christi, gaudeatque, ut S. Cyprianus inquit, per illas atque in illis largiter efflorescat Ecclesiæ Matris gloriosa fecunditas, atque interea certissimum constantissimæ dilectationis Nostræ pignus sit, Apostolica Benedictio, quam Tibi Ven. Frater peramenter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XIII. Martii MDCCLXI. Pontificatus Nostri anno tertio.

CXCIII.

Dat. die 4 Martii 1761 Anno III.

Concordia, sive transactio inter Episcopum Oscensem, et Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ Villæ de Sarinena ejusdem Diæcesis, quoad exactionem nonnullarum decimarum confirmatur, et approbatur.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Exponuntur controversiæ exortæ super decimarum divisione.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt Venerabiles frater Antonius Episcopus Oscensis, et dilecti filii Capitulum, Prior, et Portionarii Collegiatæ Ecclesiæ Villæ de Sarinena Diæcesis Oscensis, quod vigente pluribus ab hinc annis inter eumdem Antonium Episcopum ex una, et Capitulum, Priorem, et Portionarios Collegiatæ Ecclesiæ hujusmodi ex altera partibus lite, et controversia super perceptione quarumdam decimarum, ipsi exponentes ad dirimendas quascumque lites, et dissentiones, vitandasque expensas ea de causa necessario faciendas, amicabilem inter se unanimi consensu concordiam, sive transactionem inire curarunt, tenoris sequentis videlicet.

Tenor concordiæ refertur.

Scriptura transactionis, et concordiæ initæ per Illmum Episcopum Civitatis Oscensis, ex una, ac Capitulum Ecclesiasticum Ecclesiæ Collegiatæ Villæ de Sarinena partibus ex altera, super perceptione nonnullarum decimarum, prout inferius continetur.

In Dei nomine ec. Notum, manifestum que sit omnibus, qualiter » ante Nos Thomam Gabrero Regium » Notarium, et de numero, Civitatis » Oscensis, ac Bernardum Franciscum » Garzes Notarium Regium, et in Villa » de Sarinena habitatorem, et ad præ» sens in hac Civitate commorantem, si» mul communicantes, et in solidum » testificantes, præsentibus testibus in» frascriptis, comparuerunt personaliter » constituti, Illmus Dominus D. Anto» nius Sanchez Sardinero, Dei, ac San» ctæ Sedis Apostolicæ gratia Episcopus » Oscensis, a consiliis suæ Catholicæ » Majestatis, ex una, et Domini, Dida» cus Farlete, ac Josephus Estella Pre» sbyteri Portionarii Ecclesiæ Collegia» tæ Villæ de Sarinena, partibus ex » altera, nomine et tamquam Procura» tores legitimi Prioris, Portionariorum, » et Capituli præfatæ Collegiatae Ec-

» clesiae recensitae Villae de Sarinena,
» mediante scriptura publica specialis
» procurationis ad hunc effectum inita
» in eadem Villa de Sarinena, sub die
» vigesima prima currentis mensis, et
» anni, et per supradictum Bernardum
» Franciscum Garces Regium Notarium
» legalizata, cum sufficienti facultate
» ad infrascripta peragenda, et pertra-
» ctanda, prout mihi Notario publico
» infrascripto, de praesenti scriptura
» testimonium perhibenti, legitime con-
» stitit, ac constat: quae procuratio-
» nis scriptura est sequentis tenoris =
» In Dei Nomine Amen » Pateat omni-
» bus, et sit notum, quod vocato, con-
» vocato, et congregato Reverendo Capi-
» tulo Prioris, et Portionariorum Colle-
» giatæ Villæ de Sarinena, per intima-
» tionem factam a Reverendo Josepho Cla
» dictæ Ecclesiæ Sacrista, qui in pleno Ca-
» pitulo retulit mihi Notario, testibusque
» infrascriptis, qualiter ipse de mandato
» Licentiati Domini Paschalis Mercader
» ejusdem Capituli Prioris, intimaverat,
» et convocaverat ipsius Portionarios pro
» præsenti die, hora, et loco: Ita Con-
» gregati in aula Capitulari præfatæ Ec-
» clesiæ, et in loco consueto ad per-
» tractandum tales, et consimiles actus,
» Nos infrascripti, et sequentes: Præ-
» fatus Licentiatus D. Paschalis Merca-
» der Prior supradictus = D. Michael
» Gomez = D. Franciscus Jella = D. Jo-
» seph Ciria = D. Antonius Ysar. = D.
» Emanuel Ponz = D. Franciscus Mae-
» stro = D. Hieronymus Lanzo = D. An-
» tonius Lopez, = D. Antonius Angoy =
» D. Josephus Blanco de Rodellar = D.
» Josephus Angay = et D. Raymun-
» dus Miranda, omnes Prior, Portio-
» narii, et Capitulares præfatæ Colle-
» giatæ Ecclesiæ, Capitulum facientes,
» celebrantes, et repræhesentantes, præ-
» sentes pro absentibus futuris, et suc-
» cessoribus, omnes concordes, et ne-
» mine ex nobis discrepante, vel contra-
» dicente, nostris propriis nominibus,
» et præfati nostri Capituli = Cum ita sit,
» quod Illmus Dominus Episcopus Civi-
» tatis Oscensis, noster Superior, et An-
» tistes fuit, et est ab immemorabili
» tempore in possessione decimarum
» nonnullorum fructuum, qui creantur,
» ac colliguntur in horto, montibus,
» terminisque hujusmet Villæ de Sari-
» nena, ac locis de Castejon de Mane-
» gros, Balfarta, Pallarvelo, Capdesa-
» to, et Lastanosa, nec non in terminis
» de Salabert, Miranda, Lasardera, et
» Montalvo; quandoque non percipien-
» do æqualiter præfatos fructus tempore

Tenor procuræ a Capitularibus factæ pro transactione concilianda.

» eorum divisionis, et quartæ partis di-
» stributione, nonnullis ab hinc annis su-
» scitatæ, et sequutæ fuerunt, et in
» presentiarum vigent nonnullæ quæ-
» stiones, dissidia, ac lites, impensis
» in istis non modicis summis, in gra-
» ve notabileque ambarum partium præ-
» judicium; desiderando propterea li-
» tes ipsas, ac controversias integraliter
» extinguere, procedere deinceps paca-
» to animo, et exequi supradictas divi-
» sionem, et quartæ partis distributio-
» nem, majori cum pace, ac tranquilli-
» tate, quodque tuto, ab absque mini-
» ma dissentione percipiat quælibet pars
» ex recensitis fructibus illos, qui sibi
» spectent, ac pertineant, amicabiliter
» conventum est, confici præsertim scri-
» pturam novi stabilimenti conventio-
» nis, transactionis, et concordiæ, quæ
» regulas præscribat, vigore quarum
» perpetuis futuris temporibus recensitæ
» divisio, et quartæ partis distributio
» præfatorum fructuum, fiat sine illis
» controversiis, quæstionibus, ac dissi-
» diis, quas, et quæ experientia docuit
» huc usque in vigore fuisse, ad hoc,
» ut una quæque pars, omni semota dis-
» sentione id exigat, ac percipiat, quod
» suo juri spectari videatur. Ad hoc ita-
» que, ut quod supra dictum est, suum
» sortiatur effectum, minime revocando
» alios procuratores a nobis, et a præ-
» fato nostro Capitulo usque ad præsens
» constitutos, et nominatos, nunc de
» novo, et ex certa nostra scientia, be-
» ne conscii de omni nostro jure, et præ-
» fati nostri Capituli, damus, et conce-
» dimus omnem, et quamcumque no-
» stram facultatem plenam, et sufficien-
» tem, quæ de jure requiritur, et est
» necessaria, Licentiatis Dominis Dida-
» co Tarlete, et Josepho Estella Presby-
» teris, ac Portionariis præfatæ Collegia-
» tæ Ecclesiæ ambobus in solidum, et
» unicuique eorum separatim, et gene-
» raliter, ad hoc, ut nostro nomine, et
» præfati nostri Capituli, possint confi-
» cere, et de facto conficiant novum sta-
» bilimentum, et scripturam composi-
» tionis, conventionis, transactionis, et
» concordiæ, desuper necessariæ, et op-
» portunæ, cum prædicto Illmo Domi-
» no Episcopo, do et super relatis rebus,
» illis modo, et forma, cum illi pactis,
» clausulis, securitatibus, ampliationi-
» bus, et restrictionibus, quæ præfatis
» procuratoribus magis fuerint benevi-
» sæ; nec non infrascriptis, et sequen-
» tibus: quod ex quatuor massis, seu
» cumulis extrahatur Fanega, (*quæ est*
» *mensura illarum partium*), Procura-

» toris sexta decima pars in locis de Ca-
» steyon de Monegros Pallarvelo, et Par-
» dina de Moncalvo, et pars vigesima in
» Lastanosa, et Capdesaso, atque ad fa-
» vorem ipsius Capituli tertia pars rema-
» neat de dictis quatuor speciebus, aliis-
» que, quæ colligerentur, residuum ve-
» ro cedat ad favorem præfati Illmi Do-
» mini Episcopi, eum remanere debeant
» in illo statu, in quo usque ad præsens,
» absque ulla innovatione quartæ partis
» distributionis hujusmodi Villæ de Sa-
» rinena, et Locorum de Lasandera, ac
» Balbarta, prout quoque divisio agno-
» rum omnium locorum, qui supra
» recensiti sunt. Quod pro eo, quod
» attinet ad perceptionem aliorum fru-
» ctuum, et leguminum, quæ nascun-
» tur, crescunt, et colliguntur in om-
» nibus præfatis locis, se uniformare
» debeant, et se uniforment, recensiti
» procuratores, toti eo, quod præscri-
» ptum, at stabilitum fuit in Reali De-
» creto possessorio reportato per Capitu-
» lum a Reali Audientia hujus Regni in
» officio Notarii Georgii de Solapilari,
» cujus Decreti expeditio mandata fuit
» dia decima octava Augusti anni mil-
» lesi septingentesimi trigesimi sexti. Et
» pro firmitate ac securitate omnium
» supra relatorum, at stabilimenti,
» quod super illis iniri contigerit per
» præfatos procuratores, valeant isti,
» et quilibet eorum possit obligare, et
» obligent, ad omnium supradictorum
» adimplementum, enunciatum no-
» strum Capitulum, cum clausulis, hy-
» pothecis, ac securitatibus opportunis,
» et necessariis, et vigore talis contra-
» ctus possiut dicti procuratores sub-
» scribere, et subscribant opportunam
» scripturam novi stabilimenti, compo-
» sitionis, conventionis, transactionis,
» et concordiæ circa ea, quæ supra di-
» cta sunt, quam nos, dicti nostri Ca-
» pituli nomine, promittimus, habere
» firmam, ratam, ac validam, illam-
» que minime revocare quocumque tem-
» pore, nec quocumque modo, seu
» obligatione, quam eodem nomine
» emittimus, nostrarum personarum,
» omniumque nostrorum bonorum, ac
» præfati nostri Capituli, mobilium, et
» et stabilium, præsentium, et quomo-
» dolibet futurorum. Actum fuit in Vil-
» la de Sarinena die vigesima prima
» mensis Julii, anno a Nativitate Do-
» mini Nostri Jesu Christi millesimo,
» septingentesimo, sexagesimo, præsen-
» tibus pro tastibus, Josepho Ela Organista
» præfatæ Collegiatæ Ecclesiæ, et Ma-
» theo Lacasa studente domiciliariis in
» enunciata Villa. Firmata fuit præsens
» scriptura in sua originali, nota juxta fo-
» rum Aragonense. = Sig ✠ num mei
» Bernardi Francisci Garges domiciliarii
» in Villa de Sarinena, et Regia aucto-
» ritate in omnibus Terris, Regnis, ac
» Dominiis Domini Nostri Regis publici
» Notarii, qui supradictis omnibus præ-
» sens fui = Præfatæ igitur partes, nomi- *Prosequitur concordiæ tenor.*
» nibus, quibus supra respective dixe-
» runt: Quod ab immemorabili tempo-
» re, et usque ad præsens, semper, et
» assiduo, taliter, ut de dicti temporis
» initio hominum memoria non adarat,
» ipsæ partes, et nonnulli Rectores, seu
» Parochi locorum, de quibus infra
» mentio habebitur, fuerant, et erant
» in possessione universali percipiendi
» decimas omnium fructuum, qui sin-
» gulis annis collecti fuerant, nasceban-
» tur, et colligebantur in horto, mon-
» tibus, ac terminis Villarum de Sari-
» nena, et Castejon de Manegros, loco-
» rum de Balbarta, Pallarvalo, Lasta-
» nosa, et Capdesaso, ac terminorum
» de Salabert, Miranda, Lasandera, et
» Moncalvo, et, non habentibus dictis
» partibus æquale jus percipiendi pro
» medietato dictos fructus decimales,
» nam de aliquibus eorum speciebus,
» majorem percipiebat portionem præ-
» fatus Illmus Dominus Episcopus, et
» de aliis speciebus, anunciatum Capi-
» tulum Ecclesiasticum prædictæ Villæ
» de Sarinena, taliter, ut toto prædicto
» tempore, inter præfatas partes per se-
» metipsas, et per earum procuratores,
» nec non recensitos Rectores, seu Pa-
» rochos, divisi fuerant, percepti, et
» exacti supradicti fructus decimales,
» modo sequenti = Illi præfatæ Villæ
» de Sarinena, et ejus terminorum,
» unum de decem ex agnis, qui nati
» sunt in ejus montibus, et in ipsa Vil-
» la, ac ex Armentis Montanis, quæ
» herbas, et pascua sumpserunt in præ-
» dictis terminis, et montibus, ac in
» illis de la plana, qui ex terminis Mo-
» nasterii Carthusiæ Nostræ Dominæ de
» las Fuentes, ac in Boario de Moncal-
» vo, termino pariter supradictæ Vil-
» læ, et ejus oppidulis, ex agnis de vi-
» ginti unum, et ex Montanis, aliisque
» Forensibus, qui herbas comederunt in
» termino de la Almunia de quindc-
» cim, unum, et de sexdecim alterum,
» quum pertineat supradicto Capitulo Ec-
» clesiastico decima, et primitia hujus
» termini, absque eo, quod ex omni-
» bus agnis, qui nati sunt, et alimon-
» ta sumpserunt in omnibus supradi-
» ctis terminis, ac montibus, et spe-

ctarunt ad præfatam decimam, et primitiam, ullam partem, nec portionem habuerit, nec perceperit dictus Illm̃us Domiuus Episcopus; hac de causa semper, et integraliter percepti, et oxacti sunt tales fructus a recensito Capitulo. Et de omoi frumento, ae hordeo, collecto, et decimato, unum de decem in terminis præfatæ Villæ de Sarinena detracta ex mensa, seu cumulo mensura *vulgo Fanega*, Procuratoris, quæ componitur viginti modjis, et viginti mensuris, ut vulgo dicuntur *Caizes*, una pro Collectore, quas ambas Partidas percipit, et exigit dictus Illm̃us Dominus Episcopus, cujus auctoritate nominantur Collectores, cuique onus incumbit solvendi eorum mercedes, quod superest divisum semper fuit inter præfatum Illm̃um Dominum Episcopum, et enunciatum Capitulum, percipiente, et exigente illo, duas partes, unamque præfato Capitulo, exceptis ex dictis terminis illis, qui vocantur la Almurica, et Lasandera, loci antea, nunc vero appellati Pardinas, quorum primi fuit Dominus temporalis præfatum Capitulum, quod propterea, et toto relato tempore, percipit, et exegit integraliter pro se ipso totum jus decimæ, ac primitiæ omnium fructuum, qui nati sunt, nascuntur, et colliguntur, absque eo, quod de illis perceperit, rel exegerit, percipiat, sex exigat ullam partem, vel portionem relatus Illm̃us Dominus Episcopus. Et pro eo, quod respicit ad secunda de omni decima frumanti, siliginis, hordei, et avenæ, quæ in dicto loco de Lasandera collecta est, et colligetur, detracta mensura, *vulgo Fanega*, Procuratoris, et de viginti mensuris *vulgo Caizes*, una pro Collectore, residuum ex dictis quatuor speciebus frumentorum divisum semper est, pro medietata ad farorem dicti Illm̃i Domiui Episcopi, et pro altera medietate, ad favorem præfati Capituli, a quo perceptum est, et percipitur integraliter totum jus decimæ siliginis, et avenæ, quæ natæ, et collectæ sunt in omnibus terminis dictæ Villæ da Sarinena, absque eo, quod in hoe habeat, nec habuerit dictus Illm̃us Dominus Episcopus partem aliquam, vel portionem, exceptis frumentis, quæ nascuntur, et colliguntur in Termino de Moncalvo, quæ repartiuntur, et dividuntur, prout infra narrabitur, dum verbum fiet de frumentis locis de Pallarvelo, et omnis decima milii panici, aliorumque similium frumentorum, prout quoque olei, vini, croci aleorum, cæparum, et leguminum, lini, canapis, aliorumque similis generis, quæ nata sunt, et nascuntur, ac colliguntur in omnibus terminis præfatæ Villæ de Sarinena percepta fuit, et percipitur integraliter a recensito Capitulo, absque eo, quod de dictis fructibus, et effectibus habuerit, vel perceperit partem aliquam præfatus Illm̃us Dominus Episcopus. Pro eo, quod attinet ad decimam agnorum loci de Lastanosa, detractis duobus pro Juratis, seu Gubernatoribus dicti loci, divisi sunt residuales, de quatuor unus, pro prædicto Capitulo, tres varo pro Rectore ejusdem loci. De decima autem frumenti, et hordei, posita in sua respectiva massa, seu cumulo, detracta mensurą *vulgo Fanega* Procuratoris, et de viginti mensuris *vulgo Caizes*, una pro Collectore, de eo quod superest, percepit, et exegit enunciatus Rector, tertiam partem, alia tertia pars percepta est a præfato Capitulo, et residuum exactum fuit a prædicto Illm̃o Domino Episcopo. De decima saliginis, et avenæ detracta mensura, *seu Fanega*, Procuratoris et de viginti mensuris, *vulgo Caizes*, una pro Collectore, residuum divisum est pro medietate inter eumdem Rectorem, et relatum Capitulum, ex eo minime percipient partem aliquam, seu portionem prædicto Illm̃o Domino Episcopo. Quoad vero decimam agnorum de illis, qui nati sunt in loco de Balbarta, ejusque terminis, detractis duobus pro Juratis, seu Gubernatoribus ipsius loci, de eis, qui supersunt, primam tertiam partem percipit, et exigit Rector præfati loci, et de residualibus, unam partem percipit Capitulum, duæ autem partes a prædicto Illm̃o Domino Episcopo percipiuntur; Detracta de decima frumenti, et hordei mensurą, *vulgo Fanega* Procuratoris, et una da viginti mensuris, *vulgo Caizes*, pro Collectore, de eo, quod superest, tertia pars cessit, et cedit in commodum Rectoris supradicti loci, de residuo vero tertiam partem percipit, et exigit recensitum Capitulum, quodque remanet præfatus Illm̃us Dominus Episcopus in sui favorem convertit; Quod superest de saligine, et avena, detracta pari modo mensura *vulgo*

» *Fanega* Procuratoris, et una de vi-
» ginti mensuris *vulgo Caizes* pro Col-
» lectore, divisum fuit, et dividitur
» pro medietato favore ipsius Capituli,
» et tertium alterius medietatis favore
» præfati Rectoris, residuales autem
» partes percipit, et exigit dictus Illm̃us
» Dominus Episcopus. Quoad decimam
» agnorum Villæ de Castejon de Mo-
» negros, detractis ex illis quatuor pro
» Vicario ejusdem Villæ, aliisque
» quatuor pro Juratis, seu Guber-
» natoribus, et armentariis Villæ su-
» pradictæ, illi, qui remanent, divisi
» sunt, et dividuntur hoc modo, nem-
» pe tres pro prædicto Illm̃o Domino
» Episcopo, et unus pro præfato Capi-
» tulo. Quod remanet de decima fru-
» menti, et hordei supradictæ Villæ
» de Castejon, detracta mensura *vulgo*
» *Fanega* Procuratoris, et una de vi-
» ginti mensuris, *vulgo Caizes* pro Col-
» lectore, perceptum, et exactum fuit
» modo sequenti videlicet, duæ ex no-
» vem mensuris, dictis *Caizes* a præ-
» fato Capitulo, et septem a præfato
» Illm̃o Domino Episcopo; Et residuum
» saligenis, et avenæ post detractam
» mensuram, seu *Fanegam* Procura-
» toris, et unam de viginti mensuris,
» *vulgo Caizes* pro Collectore, divisum
» fuit, et dividitur de præsenti pro me-
» dietate ad favorem Illm̃i Domini Epi-
» scopi, pro altera autem medietate ad
» favorem præfati Capituli. De decima
» agnorum loci de Pallaruclo detractis
» duobus, quos sibimet ipsis eligunt
» Jurati, et octo, qui eliguntur a præ-
» fato Capitulo pro Vicario, illi, qui
» remanent divisi, sunt, et dividuntur,
» de quatuor unus pro relato Capitulo,
» tres vero pro præfato Illm̃o Domino
» Episcopo. Quoad frumentum, et hor-
» deum Decimæ præfati loci, et de
» Pardina nuncopata Moncalvo termi-
» ni sæpedictæ Villæ de Sarinena, de-
» tracta mensura, *vulgo Fanega*, Pro-
» curatoris, et de sexdecim mensuris,
» *vulgo Caizes*, una pro Collectore, de
» eo, quod remanet percipit, et exigit
» præfatum Capitulum, de novem men-
» suris, *vulgo Caizes* duas, septem au-
» tem dictus Illustrissimus Dominus
» Episcopus. Pro eo, quod respicit de-
» cimam saliginis, et avenæ, detra-
» cta prius mensura, *seu Fanega* Pro-
» curatoris, et una de sexdecim men-
» suris *vulgo Caizes* pro Collectore,
» ejus quod superest, dividitur, et di-
» visa fuit medietas ad favorem ipsius
» Capituli, altera vero medietas ad fa-
» vorem dicti Illm̃i Domini Episcopi.
» Decima agnorum loci de Capdesaso,
» fuit, et est integraliter pro ejus Re-
» ctore, insuperque cum omni jure de-
» cimæ frumenti, hordei, saliginis,
» et avenæ duorum habitatorum ad sui
» electionem, et residuum frumenti,
» hordei, saliginis, et avenæ, quæ
» nascuntur, et colliguntur in eodem
» loco, detracta de istis quatuor spe-
» ciebus, et de qualibet ipsarum men-
» sura *vulgo Fanega* Procuratoris, et
» una de viginti mensuris, *vulgo Cai-*
» *zes* pro Collectore, percipit, et exigit
» Illm̃us Dominus Episcopus, pro eo,
» quod attinet ad frumentum, et hor-
» deum, duas de tribus mensuris, seu
» *Caizes*, unam autem recensitum Ca-
» pitulum, et pro eo, quod respicit
» saliginem, et avenam, medietas per-
» cipitur ab Illm̃o Domino Episcopo, al-
» tera vero medietas a Capitulo. Quod-
» que quum usque ad præsens tam di-
» versa fuerit repartitio, et perceptio
» eorum fructuum Decimalium inter
» ambas partes, prout ad evidentiam
» dignoscitur, et desumitur ab exposi-
» ta practica, et consuetudine, quæ in
» hoc observata fuit, quumque super
» cognitionem, an hoc sit frumentum,
» et illa saligo, nonnullis ab hinc an-
» nis suscitatæ fuerint tempore divisio-
» nis, et quartæ partis distributionis,
» inter easdem partes multæ quæstio-
» nes, ac lites, ad quarum persecu-
» tionem in contradictorio judicio ipsæ
» partes coactæ fuerant in defentionem
» earum respectivi juris, cum impensa
» non modicarum pecuniæ summa-
» rum, et cum aliis præjudiciis, quæ
» secum ferunt tales lites, et dissen-
» tiones in gravem, enormemque læ-
» sionem ambarum partium, absque
» eo, quod usque ad præsens valuerint
» affirmative declarare, nec scire, quod
» nam reputari debeat pro frumento,
» quodque pro saligine; Desiderando
» propterea ad finem perducere, tota-
» liter extinguere, et ad nihilum redi-
» gere præfatas dissensiones, quæstiones,
» ac lites actu nunc pendentes, amicabi-
» liter procedere quodque unaquæque
» præfatarum partium tuto sciat, quid-
» nam percipere, et exigere debeat;
» absque ulla discrepantia ex enuncia-
» tis fructibus decimalibus, celebrarunt
» eædem partes, nonnullas sessiones,
» ac conferentias habuerunt cum viris
» intelligentibus, et effecerunt aliqua
» quinquennia ad hoc, ut æquale red-
» dere possint proprium respectivum
» jus, se se uniformando toti eo,
» quod usque ad præsens percepe-

» runt, et absque eo, quod ab una » parte alteri præjudicium aliquid in» feratur, inter se convenerunt ami» cabiliter, et pro bono pacis inire divi» sionem præfatorum fructuum decima» lium in distinctis terminis, modo, et » forma prout etiam usque ad præ» sens majori in parte observatum » est. Ad hoc igitur agendum inie» runt hanc publicam scripturam com» positionis conventionis, transactionis, » et concordiæ, quæ præscribat re» gulas, quarum vigore in praxi pona» tur usque de præsenti etiam futuris » temporibus recensita quartæ partis di» stributio, et divisio sine dissentioni» bus, litigiis, ac quæstionibus, quæ » usque adhuc expertæ sunt, et sine » talibus controversiis unaquæque pars » percipiat, et exigat de præfatis fru» ctibus decimalibus id, quod suo respe» ctivo juri spectabit juxta proportionem » inter ambas partes conventam, ac sta» bilitam. Ad hoc itaque ut effectum sor» tiatur, quod supra dictum est, præ» dictæ partes, et earum quælibet, suo » respectivo nomine ex certa scientia » certiores redditæ de omni proprio ju» re, dixerunt, quod efficiebant, et » inibant, prout cum effectu effecerunt, » et inierunt præsentem scripturam » transactionis, et concordiæ, ac no» vi stabilimenti divisionis præfatorum » fructuum decimalium in forma, et » cum declarationibus, repartitionibus, » conditionibus, et restrictionibus se» quentibus. Quod usque de præsenti fu» turis temporibus, et perpetuo fructus » decimales, qui nascentur, crescent, et » colligentur in Villa de Sarinena, ejus» que terminis supra adamussim re» latis inclusis in illis locis, nuncupa» tis las Perdinas de la Almurica, et » Lasandera, idest frumentum, hor» deum, saligo, et avena, metiri de» beant, repartiri, ac dividi inter am» bas partes, forma, et modo supra in» dicatis, absque eo, quod in aliquo » differatur a praxi huc usque servata, » remanente integraliter ad favorem præ» fati Capituli Ecclesiastici ejusdem Vil» læ de Sarinena perceptione, et exa» ctione agnorum, vini, olei, alia» rumque frugum superius enunciata» rum, de quibus præfatus Illmus Do» minus Episcopus nullam unquam » partem, vel portionem percepit, et » exegit; Quod fructus decimales, qui » nascentur, crescent, et colligentur in » loco de Balfarta, ejusque terminis » comprehensis agnis dividi debeant, » ac dividantur inter ipsas partes, eis» dem forma, modo, et terminis, qui » supra dicuntur, et prout usque ad » præsens, ac toto enunciato immemo» rabili tempore in praxi extitit absque » ulla differentia, cum nihil aliquid » innovetur (pro eo, quod respicit præ» fatam Villam de Sarinena, Locum » de Balfarta, ac illos de la Almuri» ca, et Lasandera nuncupatos Pardi» nas) per præsentem scripturam, de » eo, quod usque ad præsens, ac de » toto præfato immemorabili tempore » ad praxim redactum fuit. = Quod » fructus decimales, qui nascentur, » crescent, et colligentur, idest fru» mentum, saligo, hordeum et ave» na in Villa de Castejon de Monegros » in loco de Pallaruelo, cum Loco » nuncupato *la Pardina* de Moncalvo, » Capdesaso, et Lastanosa, et in eo» rum respectivis terminis debeant po» ni in quatuor massis, seu cumulis, » una pro qualibet ex dictis speciebus, » et detracta ex istis mensura *vulgo* » *Fanega* Procuratoris, (quæ viginti » modiis componitur) ac insuper una » de sexdecim mensuris *vulgo Caizes* » in dicta Villa de Castejon in Loco » de Pallaruelo, cum loco, seu Par» dina nuncupata Moncalvo, et una de » viginti ex dictis Mensuris *vulgo Cai*» *zes* in locis de Capdesaso, et Lasta» nosa pro Collectore, seu Clavario, » quorum unum, et alterum percipie» tur a parte præfati Illmi Domini Epi» scopi propter satisfactionem stipen» diorum prædictorum Collectoris, seu » Clavarii, similiterque detracta de di» ctis fructibus decimalibus, parte, et » portione, quæ ut supra declaratum » est, pertinet respective ad Rectores, » seu Parochos dictorum locorum de » Capdesaso, et Lastanosa, qui rema» nent ex talibus fructibus decimali» bus, quique usque ad præsens spe» ctarunt ad præfatum Illmum Domi» num Episcopum, et recensitum Ca» pitulum Ecclesiasticum de Sarinena » ex nunc deinceps, et perpetuo divi» di debeant, ac dividantur, et repar» tiantur inter ambos sequenti forma = » De dictis quatuor massis, seu cumu» lis respective, percipere debeat, ac » percipiat dictus Illmus Dominus Epi» scopus duas ex tribus partibus, tertia » vero a præfato Ecclesiastico Capitulo de » Sarinena. = Agni autem Decimæ præ» fatorum locorum debeant dividi, et » dividantur eisdem forma, numero, ac » terminis, quibus huc usque in praxi » fuit absque innovatione aliqua, seu » differentia; Et si deinceps in enun-

» ciatis Villa de Castejon, et Loco de Pallarvelo nascentur, et colligentur alii fructus, minuti videlicet milium, lentis, seu alii consimiles ad quorum perceptionem ambæ partes jus habeant, excepto vino, nam illud de Castejon erit pro ejus Vicario, vel pro illo, qui ejus jus habebit, prout antiquo tempore mos erat vinum Loci de Pallarvelo debebit integraliter cedere ad favorem præfati Capituli, et dicti duo fructus minores, dividi debebunt pro medietate inter ambas partes = Item stabilitum est atque concordatum inter ipsas partes, quod Collectores, seu Clavarii Villarum, et Locorum totius, præfati Decimarii nimine valeant formare, nec faciant alias massas, seu cumulos præfatorum fructuum decimalium, quam quatuor, hoc et unam frumenti, saligiois alteram, aliam hordei, et quartam avenæ, et si convenerit alias massas efficere, hoc debeat fieri cum approbatione, jussu, ac consensu ambarum partium, videlicet dicti Illm̃i Domini Episcopi, et præfati Capituli Ecclesiastici ejusdem Villæ de Sarinena, nec alio modo, et in isto casu mensura *vulgo Fanega* Procuratoris tantummodo exigi, et percipi debeat ex præfatis quatuor massis, seu cumulis, non vero ex aliis, quæ de novo formarentur = Item quia experientia demonstravit gravia præjudicia, quæ ambabus partibus illata sunt ex methodo, forma, et modo, quo usque ad præscos praticata fuit mensuratio, ac divisio præfatorum fructuum decimalium ubi colliguntur, et adunantur ad obvianda talia præjudicia, atabilitum, conventum, et concordatum est inter ambas partes, quod ex nunc deinceps mensurari, repartiri, et dividi debeant dicti fructus usque ad minimum frumentum, ex omnibus illis, quæ colligentur, ideoque, et ad effectum illa integraliter colligendi secum ferant dictæ partes Palam, et Scopam, et quamvis adsit multa frumentorum portio mensuranda, nunquam tamen possint esse plures Messores, quam tres, duo pro parte ipsius Illm̃i Domini Episcopi, tertius vero pro parte præfati Capituli Ecclesiastici, insumpto in ipsa mensuratione toto eo tempore, quod opportunum fuerit ad hoc ut majori cum æquitate, ac justificatione peragatur = Item sicut alio tempore nonnulli Collectores eorum propria auctoritate, et absque consensu dictarum partium, nec alicujus ex eis, et antequam procederent ad mensurationem dictorum fructuum decimalium in grave præjudicium earumdem partium cambios fecerunt frumentorum permutando frumentum bonæ qualitatis cum alio infimæ conditionis, ita ad consulendum similibus perniciosis abusibus, stabilitum, et concordatum est inter ambas partes, quod deinceps præfati Collectores, nec eorum aliquis possint hujusmodi permutationes efficere, nec illis dictæ partes consensum præbere, et si secus facient aliqui, seu aliquis præfatorum Collectorum, præfatus Illm̃us Dominus Episcopus debebit prompte, et opportune de remedio providere. Item inter ipsas partes stabilitum, et concordatum est, quod dictus Illm̃us Dominus Episcopus satisfacere, et persolvere debeat perpetuo, et annuatim, recensito Capitulo Ecclesiastico præfatæ Villæ de Sarinena tredecim libras Jaqueses de onere ordinario, illas easdem, quas ipse satisfecit quolibet anno de dicto immemorabili tempore usque ad præsens. Item stabilitum est, ac concordatum inter ipsas partes, quod per præsentem scripturam omnes illæ lites, et controversiæ, quæ inter easdem partes reperiuntur introductæ, circa omnia in eadem sriptura enarrata, et in quocumque Tribunali, in quo existunt, et sequuntur ab eisdem partibus, remaneant extinctæ, et terminatæ, et ex nunc ipsæ partes reciproco, et respectivo modo ab eisdem litibus sese avertunt, et specialiter a firma Juris per præfatum Capitulum reportafa a Reali Audientia hujus Regni, sub die decima octava Augusti millesimo septingentesimo vigesimo sexto, per acta Domini Georgii de Solapiloa pro eo, quod opponatur, et contraria sit, stabilito, transacto, et convento in ista scriptura. Item stabilitum, et concordatum est inter ipsas partes, quod præfatum Capitulum Ecclesiasticum de Sarinena debeat, et obligatum existat admittere in proprio horreo, quod habet in præfata Villa, totam decimam spectantem ad eamdem Villam, quæque spectat, et spectaverit ad prædictum Illm̃um Dominum Episcopum prout usque ad præsens in more fuit, dante, et absolvente, quolibet anno, recensito Illmo Domino Episcopo quinquaginta Reales de Plata nuncupatos, ratione affictus, vulgo

» Arrendamenti, eidem Capitulo. Similiter inter ipsas partes stabilitum, et concordatum est, quod ad hoc ut contentum, stabilitum, et concordatum in præsenti scriptura perpetuo suum debitum sortiatur effectum, approbari, et confirmari debeat per Bullam Apostolicam, faciendo ad hoc opportunum recursum, ac supplicationem Suæ Sanctitati, et hujus confirmationis duæ expediantur Bullæ, una pro dicto Illmo Domino Episcopo, altera vero pro præfato Capitulo Ecclesiastico de Sarinena, et expensis satisfiat pro duabus portionibus a dicto Illmo Domino Episcopo, pro una autem, quæ tertia erit, a præfato Capitulo Ecclesiastico de Sarinena, et ad observantiam, ac adimplementum omnium, et singularum conditionum superius enunciatarum prædictæ patres, et illarum quælibet obligarunt, ac hypothecarunt videlicet, recensitus Illmus Dominus Episcopus hujus Civitatis, omnia bona, omnesque redditus præfatæ Mitræ Episcopalis Oscensis, et prædicti Domini Didacus Tarlete, et Josephus Estella quo supra nomine omnia Bona, reddituusque omnes dicti Capitoli Ecclesiæ Collegiatæ de Sarinena, tam mobilia, quam immobilia, præsentia, et futura, quæ voluerunt hic habere, et habuerunt dictæ partes mobilia videlicet, suis propriis nominibus, et speciebus pro nominatis, et specificatis, et immobilia, ac quælibet ipsorum, per unam, duas, vel plures collationes pro collationatis, ac omnia pro specialiter obligatis debita forma, ac juxta forum præsentis Regni Aragoniæ. Et hanc obligationem voluerunt ipsæ partes esse specialem, et operari omnes illos effectus, quos uti tales, secundum jus, vel quocumque alio modo habere, et operari potest. Et pro majori firmitate, ac securitate omnium supradictorum recognoverunt, et confessæ sunt dictæ partes habere, et possidere, quodque habebant, et possidebant dicta bona, per ipsas prout supra dictum est generaliter, obligata nomine præcario, et constituto una pars pro altera reciproco modo, et per illarum jus repræhesentantes, ac voluerunt, quod cum ista sola scriptura, absque ulla alia probatione, vel liquidatione possit illa ex dictis partibus, cui convenerit ad effectum, ut faciat, quod altera ex partibus ipsis observet, solvat, et adimpleat, totum id, ad quod observandum, solvendum, et adimplendum virtute hujus scripturæ obligata esset eorum quocumque Judice competente, sibi beneviso depræhendere, et exequutioni tradere, bona immobilia sub Inventario ponere, exequutioni tradere, ac sequestrare bona mobilia partis inobedientis, et sententias consequi ad sui favorem in quocumque ex dictis processibus, et instantiis; Et vigore sententiæ de lite pendente, bonis prædictis utatur, ac fruatur dicta pars agens usque quo integraliter satisfacta fuerit de toto eo, quod virtute hujus scripturæ sibi fuerit debitum, una cum expensis propter id quoquomodo factis: Et vigore aliarum sententiarum, dicta bona mobilia, et immobilia vendantur debita forma, et prout de jure, et de prætio redigendo solvatur dictæ parti agenti quidquid opus fuerit una cum expensarum reintegratione, ut supra dictum est. Et quod hæc omnia dictæ partes renunciarunt propris Judicibus ordinariis, et localibus judicio illorum, et se se subjicierunt ob eamdem rationem, jurisdictioni quorumcumque Judicum, et officialium, tam Ecclesiasticorum, quam Sæcularium quorumcumque Regnorum, et Dominiorum, et illorum Locumtenentium, et voluerunt, quod variari possit judicium unius Judicis ad alium, et de una instantia, exequutione, et processu ad aliam, et alios, quodque judicium ante unum Judicem inchoatum, alterum non impediat, imo possint omnia judicia eodem tempore deduci, et debitum effectum sortiri, renunciando circa omnia supradicta quibusvis foris, juribus, observantiis, et moribus præsentis Regni Aragoniæ, secus disponentibus – Actum fuit in prædicta Civitate Oscensi die vigesima octava Julii anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi Millesimo Septingentesimo Sexagesimo, præsentibus pro testibus vocatis, et rogatis Domino Petro de Esquivel Domi Præfecto præfati Illmi Domini Episcopi, et Presbytero Portionario Ecclesiæ Parochialis Villæ de Ayerve, ac Francisco Parraz Notario Apostolico residentibus in præfata Civitate Oscensi = Firmata est præsens Scriptura in sua Originali nota juxta forum præsentis Regni Aragoniæ = Si ✠ gnum Mei Thomæ Cabrero Notarij de Numero, et habitatoris Civitatis Oscensis, qui

» ad prædicta præsens fui. = Sequitur
» legalitas Notariorum in forma = Nos
» infrascripti Regij Tabelliones de nu-
» mero Civitatis Oscensis in Regno Ara-
» goniæ fidem facimus, atque testa-
» mur cunctis præsentem visuris; Tho-
» mam Cabrero, a quo retroscriptum
» transactionis, et concordiæ Instru-
» mentum legalizatum, et in publi-
» cam formam redactum est, et ex
» cujus originali, præsens copia extra-
» cta fuit, haud solum eo tempore,
» quo extraxit, et legalizavit illam,
» sed multo antea, et postea semper,
» et continuo fuisse, et esse Notarium
» de numero, et incolam dictæ Civi-
» tatis, probum, et fidelem; atque
» propterea tam instrumentis, quam
» copiis, sive transumptis ab eo fa-
» ctis, et legalizatis, et in publicam
» formam, quemadmodum retroscri-
» pta, et alia similia, redactis, sem-
» per, et ubique, in judicio et extra
» adhibitam fuisse, ac posse, et de-
» bere adhiberi plenam fidem, et au-
» ctoritatem. In cujus rei testimonium
» præsentem facimus, atque subcribi-
» mus in præfata Civitate Oscæ die
» xviii. Decembris MDCCLX. = In te-
» stimonium veritatis Antonius Cutro
» Loco ✠ Signi = In testimonium veri-
» ritatis Antonius Lopez, et Cabrero =
» Loco ✠ Signi. =

Preces porrectæ pro confirmatione, et approbatione superioris transactionis.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, exponentes prædicti, transactionem, seu concordiam hujusmodi, quo firmius subsistat, et servetur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent.

Transactionem usque relatam, Pontifex Apostolica auctoritate confirmat, et approbat.

§. 3. Nos igitur, ipsos exponentes, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ad quos supplicem libellum Nobis porrectum remisimus, qui votum dilecti filii Nostri, Nicolai S. R. E. prædictæ presbyteri Cardinalis Antonelli nuncupati, ad hujusmodi negotium examinandum ab eadem Cardinalium Congregatione deputati, perpenderunt, consilio, præinsertam concordiam, sive transactionem inter ipsum Antonium Episcopum, et Capitulum, Priorem, et Portionarios hujusmodi initam, confectumque ea super re instrumentum, cum pactis, et conditionibus superius expressis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium (citra tamen ulla approbatione cujuscumque judicii, vel sententiæ in Tribunali laico a partibus prædictis supra earumdem decimarum exactionem reportatæ) approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes, easdem præsentes literas, firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his, a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac Cathedralis, et Collegiatæ Ecclesiæ hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xiv. Martii Millesimo septingentesimo, sexagesimo primo, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Dat. die 18 Martii 1761. Anno tertio.

CXCIV.

Ex Conciliorum sanctionibus, et Apostolicis Constitutionibus interdictum esse, eidem Pastori plures Ecclesias conferre, significat S. R. E. Cardinali ex Ducibus Bavariæ, cui licet tres alios Episcopatus concrediti essent, Coloniensis, et Monastericnsis Episcopatuum collationem postulaverat.

Dilecto Filio Nostro Joanni Tehodoro Tituli S.Mariæ in Aracœli Presbytero S. R. E. Cardinali ex Ducibus Bavariæ.

Clemens PP. XIII.

Dilectæ Fili Noster salutem, et Apostolicam Benedictionem.

De sequuta Clementis Augusti Coloniensis Archiepiscopi morte condolet cum Card. Theodoro illius Fratre.

§. 1. Si tantopere doles interitum Clementis Augusti Coloniensis Archiepiscopi, qui natura, et sanguine tuus erat Frater, Nos quoque vehementer doluimus; talis enim in Christi charitate, et in vinculo pacis apud Nos censebatur: quamobrem vix accepto inexpectatæ hujus mortis nuncio, Deum in sacrificiis Nostris enixe oravimus, ut tantæ villicationis, tantique oneris, quod impositum habebat, distinctissimam rationem daturus, indulgentiam, et pacem inveniret.

Ab Ecclesiae sanctionibus prohiberi significat, ne novo providentur Episcopatu qui alterius, provisionem jam antea obtinuerat.

§. 2. Illud autem accedit dolori Nostro, et acerbiorem facit, quod Bavaricæ Domus merita præclarissima in Catholicam Religionem intuentes, nihilominus Religione ipsa suadente, desideriis tuis annuere, et quam postulasti facultatem, ad Coloniensem, et Monasteriensem Ecclesias assequendas, imperitiri prohibeamur: obstant enim Summorum Pontificium, et Conciliorum sanctiones, Tibique potissimum, cui tres alii Episcopatus concrediti sunt; Clementis XII. peculiare decretum, cui ex unanimi consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium Nos inhære debuimus, ne multiplicatis Gregibus, Pastoris pabulum, et præsentia deesset, cum aliquando vix uni sufficiat. Cæterum illud Tibi presuasum volumus, Nos nihil facere magis, quam spectatissimam Domum Tuam, nihil habere jucundius, quam ejus in Apostolicam Sedem eximiam pietatem, et observantiam recordari, nihil demum cupere ardentius, quam, timore Dei id permittente, posse Tibi gratificari, in cujus voluntatis pignus, Apostolicam Benedictionem Tibi, dilecte Fili Noster, peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. M. Majorem sub Annulo Piscatoris die XVIII Martii MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CXCV.

Dat. die 26 Mart. 1761. Ann. III.

Pontificium auxilium promittit Ordinis Hierosolymitani Magno Magistro, contra Turcas, navali apparatu Melitensem Insulam minitantes, Christianorumque Regum adjutrices copias provocaturum spondet.

Sedulitas hujus Pontificis, pro Christianæ Reipublicæ bono, demonstratur constantissime ubi se præbuit occasio. Favore siquidem Christifidelium, in Germanicis regionibus degentium auxilium imploravit Francorum Regis, et electi Romanorum Imperatoris per epistolas relatos Tom. I. sub. num. XIX, et XX. Pro Principe Hasso Cassellano, ob professam Catholicam Religionem divexato nimis, protectionem sollicitavit, et prælaudati electi Romanorum Imperatoris, et Conjugis illius pientissimæ Mariæ Theresiæ, et Hispaniarum Regis, ut videre est in Epistolis relatis eod. Tom. I. num. XLV, CXIX, CXX, et CXXXII. Pro Christifidelibus in Civitate Hierosolymarum a Græcis schismaticis divexatis, sublevandis, preces porrexit Catholicis universæ Europæ Principibus, sicuti demonstrant Epistolæ insertæ in eod. Tom. I. num. LXXVI, et LXXVIII, ubi cæteræ aliæ referuntur. Ad removendas vero innovationes Catholicæ Religioni exitiosas in Curlandiæ Ducatu, et Illustrem Poloniæ Regem, ejusque Confessarium, et ipsum Curlandiæ Ducem; tandem Gnesnensem Archiepiscopum, et Livoniensem Episcopum est adhortus, ceu demonstrant Epistolæ in dict. Tom. I. num. CXXXIII. ad CXXXVII.

Dilecto Filio Emanueli Pinto Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani Magno Magistro

Clemens PP. XIII.

Dilecte Filii Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

§. 1. Commoti vehementer fuimus primis, quos accepimus Nunciis de na- Suum exprimit dolorem pro Navali Turca-

rum apparatu contra Melitensem Insulam.

vali Turcarum apparatu ad Insulam Vestram adoriendam, sed literæ Tuæ, quibus id confirmabatur, incredibili Nos mœrore affecerunt, considerantes tam grave periculum in quo Tuus Ordo, Apostolicæ huic Sedi devotus, et carus, modo versatur, tum vero indefensa Italiæ littora, conturbatumque Christianæ Reipublicæ statum. Verumtamen ad Miserationis Divinæ bonitatem, sincera Fide, primo confugiendum, ut dirum hoc flagellum, vel a cervicibus nostris avertat, vel hostium nostrorum conatus, potentiæ suæ dextera, conterat: etenim nisi Dominus custodierit Civitatem, frustra vigilat qui custodit eam.

Proprium auxilium promittit, idemque spondet provocaturum a Catholicis Regibus.

§. 2. Ad Nos quod spectat, quantum quidem rerum Nostrarum conditio feret ubicumque licuerit, Vobis opitulabimur quemadmodum a Dilecto Filio Bajulivo, de Bretevil Oratore Tuo diligentissimo, latius intelliges: literas insuper quantum possumus efficaces scribimus ad Catholicos Reges, ne Vobis in præsenti discrimine desint. Illud autem dolemus, quod officia Nostra in ea incidunt infælicissima tempora, quibus eorum nonnulli diuturno acerbissimo bello impliciti sunt, æraria exhausta, desolatæ Provinciæ, populus imminutus: interea nihil melius prudentiusque agi per Te potest, quam ea omnia sedulo comparare, quæ ad Insulæ istius defensam maxime sunt necessaria.

Per utilem fore designat navis restitutionem, ex cujus captione tanta Bizantii orta est iracundia.

§. 3. Verum si hæc erumpentis incendii flamma, magni alicujus Regis interventu extingui posset, qui eam navim, unde Bizantii orta dicitur tanta iracundia, restituendam in se susciperet, id quidem, si circumspiciantur omnia, Vobis indecorum nemo quispiam arbitraretur, quin esset potius laudabile, hac tenui jactura, Insulam Vestram, ab incursibus, et infensissima obsidione, Italiam vero, nullo sociali fœdere junctam, nec facile jungendam, ad tantam belli vim propulsandam, a præconcepto metu liberavisse: Non minoris enim est gloriæ, hostes vincere, quam improvidum, atque periculosum bellum avertere: quod si eam ob causam exarserit, et Christianum aliquem populum repente oppresserit, qui luctus, quæ conturbatio, ac mœror non derivaret in omnes Christi Sanguinis lavacro mundatos?

Hierosolymitanum Ordinem commendat, eumque si opus sit a juramento absolvit, quod navis restitutioni posset impedimentum parare.

§. 4. Quæ dum scribimus, cave putes, Nos vel de Tua, vel de Militum Tuorum virtute, minus recte sentire: Nam, et Ordinem Vestrum plurimi semper fecimus, et scimus, Vos ita comparatos, ut pro Christi gloria vitam ipsam, et sanguinem profundere, Majorum Vestrorum exemplo, non vereamini: sed ubi miserrima conditio temporum, mæstissima Christianæ Reipublicæ facies, Italiæ salus, atque securitas aliter postulaverint, non videmus cur pericula isthæc, si fieri possit, non sint declinanda, quod si impedimento forent, quominus eam navim restituatis, eæ leges, quibus Sacramento obstricti estis, ob eas, quas innuimus causas, Apostolicæ benignitatis Indulgentiam Vobis offerimus, Tibique, Dilecte Fili, cæterisque commilitonibus Tuis, Apostolicam Benedictionem Nostram peramanter largimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIV Martii MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno tertio.

CXCVI.

Dat die 25. Mart. 1761 Anno tertio.

Christianissimi Francorum Regis auxilium implorat, pro Melitensi Ordine ab Turcarum apparatu in Melitensem Insulam minitato.

Hoc de re consule Epistolam, Ordinis Magni Magistro directam, et superiori numero relatam.

Carissimo in Christo Filio Nostro Ludovico Francorum Regi Christianissimo.

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo Fili Noster salutem, et Apostolicam Benedictionem

Christianissimi Regis laudes exprimit, et de imminenti periculo quo Melitensis Insula a Turcarum navalibus copiis minitatur agit.

§. 1. Christianissimi Regis nomen, a Majoribus Tuis, præclarissimis rebus pro Christi gloria gestis, quæsitum, a Majestate vero Tua, non tam hæreditario jure acceptum, quam Catholicæ Fidei tuendæ studio conservatum, magnam Nos in spem adducit, fore ut Melitensi Ordini, ad quem oppugnandum, ut fertur, maximam Turcæ instruunt classem, præsidium omne Tuum validissimum afferas: ad hoc igitur implorandum, hasce Tibi literas dandas esse censuimus, primum quidem Apostolicæ servitutis Nostræ officio admoniti, tum vero etiam Magni Magistri, ejusque Consilii precibus, et totius Christianæ Reipublicæ desideriis, votisque commoti; diximus autem totius Christianæ Reipublicæ, siquidem non solius Melitensis Ordinis agitur causa, sed omnis Christiani populi, ad cujus defensam ille Nobilissimus Ordo in-

ecssanter invigilat, cui Melitæ Insula adversus Turcarum impetum,firmissimum est munimentum: etenim simul ac potentissima illa Nobis adeo infensa, e somno in quo obdormierat, expergefacta fuerit, et Christianum sitire sanguinem rursum cæperit, quid cunctis pertimescendum sit, Majestas Tua, pro insigni prudentia sua facile conjicit.

Ex navis ab Equitibus Hierosolymitanis contra Turcas captæ restitutione, expectanda flagrantis belli extinctio.

§. 2. Lætati vero maxime fuimus, id quod incertis nunciis prius audieramus, verum esse, Te scilicet aduiti, ut reddita illa navi, quæ, captivorum seditione facta,in Melitæ portum adducta fuit, hæc belli flamma extingueretur, nihil enim miserrimis hisce temporibus optabilius est, nihil Christianæ Reipublicæ tam diuturno bello defatigatæ utilius, nihil deniqueRegali nomini Tuo gloriosius: ad Nos quod attinet, auditum huuc, ad ejusmodi motus sedandos, Melitensibus aperire non destitimus, iisdemque Apostolicæ Indulgentiæ benignitatem offerre: verum nisi hoc pacto Turcarum iracundiam placare contigerit, vides quam nenecessarium sit periclitanti Insulæ auxilium, et opem paratissimam esse: Nos quidem quantum rerum Nostrarum angustia feret, opitulari non deerimus, sed et Nostra, et Melitensium Equitum, et Fidelium omnium de patrocinio Tuo summa spes est, summa expectatio, summum desiderium; merces autem tanta erit, quantam cogitare nemo potest; cumulabit enim Deus, cælestis suæ gratiæ donis, et Majestatem Tuam, et Regalem omnem progeniem, largieturque, et Tibi, et inclyto Galliarum Regno prosperitatem omnem, quam ardentissime apprecamur, dum Tibi, Carissime in Christo Fili Noster, Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxv. Martii MDCCXI. Pontificatus Nostri anno tertio.

CXCVII.

Dat. die 26 Mart 1761. Ann. Tertio.

Ab Catholico Hispaniarum Rege idem pro Melitensi Insula, et toto Christiano Orbe auxilium implorat contra Turcas.

Carissimo in Christo Filio Nostro Carolo Hispaniarum Regi Catholico.

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo Filii Noster salutem, et Apostolicam benedictionem

Propria dolore expresso pro tot vulneribus, quibus Christiana Respublica affligitur, novissimos exponit Turcarum conatus contra Melitensem Ordinem, et Catholicum populum.

§. 1. Præsentium temporum calamitatis perturbatum e Christianæ Reipublicæ statum, aliaque Catholicæ Religionis gravissima vulnera intuentes, tanto animi dolore afficimur, ut vitam ipsam quam ducimus, acerbam experiamur: ne quis vero veteribus malis,novæ calamitatis cumulus deesset, ecce tristissimi nuncii, Turcas nimirum, implacabiles Christianæ Fidei hostes, ab eo, in quo abdormierant somno excitatos, nihil nisi bellum expetere, et maximam instruere classem, qua ut ajunt Melitæ Insulam adoriantur; quare non potuimus carissime in Christo Fili Noster, pro maxima, quæ Nobis incumbit totius Christiani populi sollicitudine, non maxime commoveri, tum Melitensis Ordinis causa, qui ad Christiani Populi defensione, institutionis suæ vi, perpetuo militat, tum vero etiam totius Italiæ, ad cujus propemodum oras, si vera sunt, quæ nunciantur, hoc pertinebit incendium.

De cruento condolet bello, quo aliqui Summi Reges distrahuntur, a quo gratulatur exempta esse tum Hispaniarum, tum utriusque Siciliæ Regna.

§. 2. Illud etiam mirum in modum dolorem Nostrum exasperat, quod aliquos regionis Nostræ summos Reges videmus cruentissimo bello distractos, exhausta æraria, Provincias afflictas, plura demum Christianorum millia consumpta. In hoc autem luctuosissimo rerum aspectu, ea Nos unice consolatio sustentat, quod Majestatem Tuam, Tuumque dilectissimum natum, Utriusque Siciliæ Regem, florentissimis rebus uti, Vestraque Regna ab ista belli flamma, non sine magna divini Numinis providentia, illesa fuisse lætamur, quasi Omnipotens Deus, cujus immensa bonitas populum suum numquam derelinquit, Vos, inter ejusmodi acerbissimo Europæ fluctus reservaverit ad Turcarum coercendam audaciam, eorumque conatibus obsistendum.

Catholicum adprecatur Regem, ut Meli-

§. 3. Quamobrem, et munere Nostro impellente, et Melitensium preci-

tensi Ordini, et periclitantibus universæ Italiæ littoribus opportunis et efficacibus auxiliis præsto esse non desinat.

bus permoti, ab insigni pietate Tua, non tam rogamus, quam per viscera misericordiæ Dei Nostri obtestamur, potentia, opibus, et quibusque aliis præsidiis opportunum esse censueris, Melitensi Ordini, et periclitantibus universæ Italiæ littoribus, quæ Adriacum mare respiciunt, præsto esse ne renuas, nihil enim neque Deo gratius, neque Christianæ Reipublicæ utilius, neque tuo nomini gloriosius efficere poteris; ad quod sanctissimum opus, ut Te excitemus, pluribus verbis opus non erit, novimus enim tuendæ Religionis ardentissimum studium quo incenderis, et non sine erumpentibus præ gaudio lacrymis, recordamur, sæpius Te solitum dicere paratum esse pro Christi fide, ejusque Sanctissima Sponsa Ecclesia, sanguinem ipsum profundere. Benedictus Deus, Majestatis Tuæ personam, florentissimam sobolem, opulentissima Regna servet semper, ac muniat, detque Nobis famulis suis, misericordiam ejus implorantibus, inimicorum suorum feritatem, Te adjuvante, sic depressam aspicere, ut eum incessabili gratiarum actione laudemus: Amen, Amen: atque interea Majestati Tuæ Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Maria Majorem sum Annulo Piscatoris die XXVI. Martii MDCCLXI. Pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 27. Mart. 1761 Pont. Ann. III.

CXCVIII.

De eodem superius relato Argumento, Illustri Utriusque Siciliæ Regi Literas mittit, auxiliumque contra Turcas postulatur.

Carissimo in Christo Filio Nostro
Ferdinando
Utriusque Siciliæ Regi Illustri.

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

De Navali Turcarum apparatu, minimque contra Melitensem Insulam agit, Christianorumque Regum postulat auxilium ad removenda imminentia pericula.

§. 1. In tantis quibus undique affligimur malis illud unum deerat, ut Turcæ adversus Christifideles moverent arma: sed et hæc Bizantii, magno sumptu apparari, et apparamentum vehementer urgeri ad Melitæ Insulam oppugnandam, pluribus ex nunciis accepimus. Verumtamen si vult Deus, Nos Apostolicæ servitutis Nostræ tempore, hanc quoque ærumnam pati, fiat voluntas ejus, et nomen benedicatur in sæcula: non idcirco tamen despondebibus animum, sed ardentissima Fide clamabimus = *exurge Domine, et reminiscere miserationum tuarum, quæ a sæculo sunt; exurge Deus Isdrael, et libera Nos ex angustiis Nostris* =: dein vero conversis oculis ad carissimos in Christo Filios Nostros, Catholici nominis Reges, eorum præsidium, et opem implorabimus, Melitensi Ordini, et Christianæ Reipublicæ in præsenti periculo ne desint: eos vero potissimum compellabimus, quos non sine, magno Divinæ providentiæ consilio, procella non attigit acerbissimi belli, quo aliquibus ab hinc annis, Europa concutitur, qui propterea florentissimis dominantur Imperiis, populo, commeatibus, pecunia præstantibus, quasi eos Dominus servaverit integros ad Turcarum impetus coercendos; loquimur, uti vides, de sapientissimo Parente Majestatis Tuæ, cui hanc ob causam dedimus literas charitatis plenissimas, loquimur de Te ipso, cui duo ista tradidit fælilicissima Italiæ Regna; ad Vos enim præcipue pertinet non tam Melitæ Insulæ, quam totius Italiæ, et Christianæ Reipublicæ securitati prospicere.

Quænam futura sint damna exponit, quoties Turcarum impetus viribus cunctis minime repellatur.

§. 2. Quid enim timendum non est ubi præpotens ila natio, dominandi cupidissima, rursum tractaverit arma, et Christiani sanguinis ardeat siti? Numquid solius Melitæ oppugnatione, quam Deus avertat contenti erunt? An non potius, sublato firmissimo hoc propugnaculo, marittimas Italiæ oras, ubique ferme indefensas, molestissimis non infestabunt incursibus? An non Christianam gentem, ubicumque poterunt, crudeliter non opprimerent? Res ipsa per se ita loquitur, ut pluribus explicari non egeat: discat igitur, carissime Fili, barbara illa gens, Christiano cultui infensissima, Regalem nomem Tuum, vel a teneris annis vereri: Tu vero, si opus erit, Regni Tui exordia, gloriosissimis pro Christi gloria partis, adorna. Dextera Domini faciat virtutem, et Regis Adolescentuli brachio *ponat eos ut rotam, et sicut stipulam ante faciem venti*, sitque auspicii Nostri pignus, Apostolica Benedictio, quam Tibi, carissime in Christo Fili Noster, amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Maria Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVII. Martii MDCCLXI. Pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 28 Martii 1761 Anno III.

CCXCIX.

De eodem argumento agit cum Illustri Sardiniæ Rege, cujus etiam sollicitat auxilium contra imminens Turcarum periculum.

Carissimo in Christo Filio Nostro Emanueli Sardiniæ Regi Illustri

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo Fili Noster salutem, et Apostolicam Benedictionem.

De dissidiorum causa inter Turcas, et Melitensem Ordine agit, deque imminenti periculo quod Ordini ipsi, et Universæ imminet Christianæ Republicæ.

§. 1. Ubi allatum ad Nos fuit, magnum Turcarum Dominum, adversus Equites Hjerosolymitanos, a quibus ejus Navis recepta, quæ captivorum seditione facta, in eorum portum adducta est, per summam injuriam lacessitum fuisse præsefert, atrox bellum meditari, et comparare magnam classem, qua Melitam Insulam aggrediatur, et opprimat, statim pro rei gravitate, et periculi magnitudine vehementer perturbati sumus, neque tamen hunc animi Nostri mœrorem, atque ægritudinem ad Christianos quosque Principes illico deferre existimavimus: sed postquam iteratis Nunciis id ipsum undique confirmari audivimus, non possumus modo, quin et Apostolici muneris charitate impellente, et Melitensium precibus excitati, omnes magnopere obsecremus, ac moneamus, ut Nobiscum condescendant ad puppim, impendentem procellam circumspiciant, et in discriminis societate conjungant studia, opes, consilia sua, ad avertendum hoc tantum malum.

Sardiniæ Regis Religionem commendat, et necessitatem exprimit, qua premitur Turcarum impetum removendi pro totius Italiæ securitate.

§. 2. Quod si omnes Christianos Principes in hac causa, quæ religionis, et fidei causa est, commoveri decet, intelligis, carissime in Christo Fili Noster, ad Te potissimum pertinere, cujus prudentia, pietas, et magnitudo animi, tanta est, ut quominus patrocinium suscipias Melitensis Ordinis ad communem Christiani populi defensam perpetuo merentis, et universæ Italiæ, cujus Regnum istud Tuum, pulcherimum est ornamentum, recusare non possis: universam enim Italiam peti, atque opprimi posse, quis non videt, ubi fortissimum illud propugnaculum dejectum foret, et Christianorum clades ubique intentari, si efferatissima gens armis pertractandis rursum assuescat, quin et in hujus periculi magnam partem ipsa quoque Sardinia Tua veniret, exposita nimirum ad barbaras quasque incursiones, et omnes subitos Turcarum descensus; dum igitur ad hoc piissimum opus Majestatem Tuam, quantum possumus in Domino hortamur, et obsecramus, Apostolicam Benedictionem Nostram, Tibi, carissime in Christo Fili Noster, et universæ soboli, amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVIII. Martii MDCCLXI. Pontificatus Nostri anno tertio.

CC.

Dat. die 31 Mart. 1761 Ann. III.

Privilegia alias a Summis Pontificibus concessa Ordini Monachorum S. Basilii Magni, et præsertim quoad Altare privatum in tenimentis, prediis, villis ad dictum Ordinem spectantibus, confirmantur, et ampliantur, privataque Oratoria Monachorum, ab Ordinariorum visitatione eximuntur, et visitationi Abbatis Generalis, seu Visitatorum Generalium subjiciuntur.

Literæ Apostolicæ Alexandri III. Anni 1174 super prima concessione extruendi altaria privata favore hujus Ordinis, itemque aliæ Gregorii XIII. Anni 1574 quibus privilegia, indulta, immunitates, prærogativæ, exemptiones, et gratiæ a prædecessoribus Pontificibus concessæ confirmantur, et innovantur, non reperiuntur impressæ in Bullario Mainardi. Eremitorii del Tardon erectionem, in Monasterium hujus Ordinis, ejusque, et aliorum Monasteriorum in Regnis Hispanicis aggregationem, cum concessione privilegiorum, probavit prælaudatus Gregorius XIII. per Const. Ann. 1577 Junii 24. Monachos Ordinis prædicti in unam Congregationem, et sub regimine unius Abbatis, cum privilegiorum, et gratiarum clargitione, pro Ordinis ejusdem reformatione, reduxit Pontifex idem constit. altera Anni 1579. Nov. 4. quæ in Bullario Mainardi perleguntur. Ad Ordinem predictum referuntur Constit. Clementis XIII. jam relatæ in hac continuatione, nempe Tom. I. sub num. VI. XXVII. itemque hoc Tom. II. sub num. CLXXXII.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Recensentur privilegia a Summis Ponti-

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Alexander Aguado Abbas

Sibus concessa huic Ordini.

Generalis Monachorum Ordinis Sancti Basilij Magni, quod inter cætera privilegia a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris, eidem Ordini, illiusque Superioribus, et Monachis concessa, indultum fuit construendi in quibuscumque locis tenimentorum suorum, seu prædiorum, aut villarum ad usum suum, et hominum ipsorum, ut ex concessione fel. rec. Alexandri Papæ III. Prædecessoris itidem Nostri, per suas sub Plumbo MCLXXIV. expeditas literas satis deduci videtur; subinde rec: me: Gregorius Papa XIII. Prædecessor quoque Noster Anno MDLXXIV. per alias suas incipientes = Creditam = cum dicti Ordinis privilegia, indulta, immunitates, prærogativæ, exemptiones, et aliæ gratiæ hujusmodi, temporum injuria, vel ignota, vel deperdita essent, vel facile reperiri nequivissent, neque Monachis dicti Ordinis innotuissent, nec ab eis sciri potuissent, ideo prædicti Ordinis Monasteriis, ac aliis locis ab eis dependentibus, illorumque Abbatibus, Prælatis, Monachis, Conversis, et Oblatis, aliisque dictorum Monasteriorum Religiosis, et personis, omnia, et singula privilegia, indulta, immunitates, prærogativas, exemptiones, libertates, gratias, et indulgentias Congregationis Montis Casinen Ordinis Sancti Benedicti, illiusque personis, ac locis, per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores tunc suos, nunc pariter Nostros, et Sedem Apostolicam, aut alias in genere, vel in specie perpetuo concessit, ac concessa fuisse, et fore decrevit; Postmodum vero post celebrationem Concilii Tridentini, per alias suas itidem sub Plumbo Anno MDLXXIX. Kal. Novembris expeditas literas, quarum initium est = Benedicti = omnia privilegia prædicta, memoratæ Congregationi Cassinensi concessa, quæ in usu existerent, eidem Ordini Sancti Basilii confirmavit, et alias prout in dictis literis, quorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressos, et insertos haberi volumus, prout uberius dicitur contineri.

Inter privilegia antiquitus concessa illud accensebatur Oratorii privati in domibus ruralibus ac prædiis, et villis ad Monasteria hujus Ordinis pertinentibus, cujus privilegii confirmatio, et ampliatio postulatur.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, licet dictus Ordo Sancti Basilij, privilegio prædicto erigendi Oratorium privatum in Domibus ruralibus, ac prædiis, et villis ad quæcumque Monasteria ipsius Ordinis spectantibus gaudeat, in quo Monachus in dictis locis pro tempore existens, seu ad illorum curam, et administrationem deputatus, electusque, quam alii Monachi ejusdem Ordinis in Sacro Presbyteratus Ordine constituti, in dictis domibus ruralibus rusticationis causa moram trahunt, aut ratione itineris de uno ad aliud Monasterium inibi accedere, hospitari, et commorari possunt, Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrare solent, et pergunt, nihilominus ipse Alexander Abbas, ad tollendas quascumque ambiguitates, quæ super præmisso indulto oriri possunt, indultum prædictum per Nos, non solum confirmari, verum etiam renovari, aut de novo concedi, et ad alias similes domus rurales, quas Abbates dicti Ordinis cujuscumque Provinciæ, quocumque modo huc usque acquirere potuerunt, seu acquirere poterunt, ne Monachi ad illorum curam deputati, sub prætextu audiendi, vel sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrandi, inde vagentur, extendi summopere desideret.

Privilegium Oratorii privati, ab Alexandro III. jam elargitum, confirmatur, illudque extenditur ad quæcumque Oratoria, post dictam concessionem constructa, et deinde construenda.

§. 3. Nos piis ejusdem Alexandri Abbatis Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovismodo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, supradictum privilegium, a memorato Alexandro Prædecessore, Abbatibus, et Monachis dicti Ordinis Sancti Basilij Magni construendi, retinendique privata Oratoria in quibusvis tenimentis, prædiis, possessionibus, et villis, ad Monasteria dicti Ordinis spectantibus, in quibus Sacrosanctum Missæ Sacrificium, Abbates, et Monachi Ordinis prædicti in præsentia suorum laicorum, aliorumque ipsius Ordinis professorum ad bonorum prædictorum custodiam semper existentium celebrare possunt, concessum, ut præfertur, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, aut innovamus, seu de novo concedimus, nec non privilegium prædictum, ad alia Oratoria per Abbates, et Monachos prædicti Ordinis muro extructa, seu extruenda in aliis domibus quorumcumque aliorum prædiorum, seu tenimentorum, et possessionum, ac villarum ad quæcumque Monasteria, et Provincias ejusdem Ordinis spectantia, post memoratam concessionem emptorum, et acquisitorum, ac quæ deinceps emi, et acquiri possunt in futurum, sine ullo tamen jurium Parochialium præjudicio, auctoritate, et tenore præsentis extendimus, et ampliamus.

Oratoria privata hujus Ordinis ab Ordinariorum visitatione eximuntur, et illorum visitandorum facultas tribuitur, vel Abbati Generali, vel visitatoribus Generalibus.

§. 4. Insuper dicta Oratoria in quibusvis ex dictis prædiis, possessionibus, tenimentis, et villis ad Ordinem, Provincias, et Monasteria hujusmodi spectantibus existentia, a quacumque Ordinarii locorum, quacumque auctoritate, superioritate, et dignitate fungentes visitatione, et subjectione, auctoritate, et tenore præsentis, eximimus, et liberamus, ac exempta, et libera esse decernimus, volumus, et declaramus; ea tamen lege, ut quoad visitationem per locorum Ordinarios super illorum fabrica, ornatu, et supellectili sacra facienda, satis sit, et sufficiat, quod dicta Oratoria, et illorum Altaria visitentur, et approbentur, ac visitari, et approbari debeant, sive ab Abbate Generali, sive a Visitatoribus Generalibus dicti Ordinis pro tempore existentibus, onerata super his eorum conscientia.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac Ordini prædicto, illiusque Abbatibus, et Monachis plenissime suffragari, et ab illis ad quos spectat, et protempore, quandocumque spectabit inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibusque, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, ac quarumcumque Ecclesiarum, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis, superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium, quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. M. Majorem sub annulo Piscatoris die XXXI. Martii MDCCLXI. Pontificatus Nostri anno Tertio.

CCI.

Dat. die 4 April. 1761 Ann. III.

Imperatricis, atque Reginæ Mariæ Theresiæ, auxilium implorat pro Melitensi Ordine, a navali Turcarum apparatu minitati, sicuti ab Universis Catholicis Regibus imploraverat.

Vide de hoc eodem argumento Literas hic supra relatas sub Num. CXCV. CXCVI. CXCVII. CXCVIII, et CXCIX.

Carissimæ in Christo Filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ, Hungariæ Reginæ Apostolicæ, nec non Bohemiæ Reginæ Illustri, in Romanorum Imperatricem electæ.

Clemens PP. XIII.

Carissima in Christo Filia salutem, et Apostolicam Benedictionem.

De Navali Turcarum apparatu certiorem facit Imperatricem Reginam.

§. 1. Non latet Majestatem Tuam, quid Magnus Turcarum Dominus moliatur adversus Hierosolymitanos Equites, a quibus præsefert fuisse non ita pridem per summam injuriam lacessitum: neque vero dubitamus quin statim, pro Tua singulari sapientia, futuros omnes periculorum casus circumspexeris, et quid ad eos avertendos optimum factu sit, diligenter cogitaveris, præsertim eum, quo tanta Barbarorum indignatio, si suas aliquando vires collegerit, eruptura sit, valde timendum esse videatur. Nos primum certo (quæ Sacerdotum arma esse debent) immixi genibus, multas ad Deum Opt: Max: lacrymas, precesque effundimus, ac ferventer obtestati sumus, ut, ne ad tot, tantasque calamitates, quibus quotidie conflictamur, hoc tantum mali patiatur accedere, quo Nos omnino vivere pœniteat. Deinde ad Catholicos Principes, et Reges literas dedimus, quibus vehementer hortati sumus, ut Ordinem illum de Christiana Republica egregie meritum, hoc præsertim durissimo tempore, maximisque difficultatibus, juvandum tuendumque susciperent, speramusque, hanc commendationem Nostram, Deo ipso, cujus in manu corda Principum sunt, auxiliante, eos quos maxime cupimus exitus habituram.

Imperatricis Reginæ laudat Religionem, ejusque tum pro Melitensi Ordine, tum pro Catholica fide auxilium contra Turcas provocat.

§. 2. Intelligimus, autem quam minus necesse sit hortari Majestatem Tuam, ut in hanc rem studium, opem, diligentiam adhibeas: quid est enim Te, carissima in Christo Filia Nostra, ad ea, quæ cum Catholicæ Fidei salute, et Dignitate conjuncta sunt, peragenda, vel prudentius, vel religiosius, vel omnino ardentius? Sed ipsa Tua pietas singularis faciet, ut Christi Jesu Vicarii vocem lubentissime audias, hortantis quidem, ac rogantis, ut non tam Melitensi Ordini, quam universæ Christianæ Reipublicæ in tanto discrimine præsidium omne Tuum solertissime conferas. Hoc Te, carissima in Christo Filia Nostra, prolixe, studioseque facturam, suavissima tum Apostolici nominis, quo decorata fuisti, tum multorum Tuorum, et maximorum in Catholicam Religionem meritorum recordatione, non dubitamus. Nihil enim est tantum, quod non Christiana Respublica ab Austriaca virtute, quæ adversus Turcarum impetus, sempiternam sibi peperit gloriam, perfici, atque obtineri posse arbitretur, atque interea Majestati Tuæ, Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IV Aprilis MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Dat. die 7. April. 1761 Anno III.

CCII

Novum in Civitate Faventina erectum Hospitale, nec non illius Aromatariam, administrationi, et curæ Religiosorum virorum Ordinis S. Joannis de Deo concedit, nonnullasque regulas præscribit pro majori, pauperum infirmorum, tam in dicto Hospitali, quam in Faventina Civitate domi egrotantium, levamine.

Clemens XIII.

Venerabilis Frater Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Referuntur incomoda quæis antiquitus afficiebantur pauperes infirmi tam Civitatis Faventinæ, quam illius territorii.

§. 1. Exponi nobis nuper fecisti quod alias cum in ista Civitate Nostra Faventina duo quædam, nempe unum sub invocatione S. Antonii Abbatis, alias S. Jacobi Incurabilium, et reliquum Sancti Nevolonis, alias S. Mariæ de Misericordia rispective nuncupata, extructa reperiantur, et nunc quoque existant Nosocomia, seu Hospitalia pro pauperibus infirmis utriusque sexus excipiendis, alendis, curandisque destinata, sed utraque sita incomoda, ædificiis angusta, et congruis redditibus destituta, ut pauperes ægrotantes in eis quandocumque, vel nullo modo recipi, vel recepti sustentari, apte curari, opportunoque tempore dimitti, retinerique nequirent, tantis pauperum angustiis vehementer commotus, eisdemque pro viribus consulere summopere exoptans, novum satis amplum Nosocomium, seu Hospitale, pro utriusque sexus, tam ex Civitate Faventina prædicta, quam ex illius Diœcesi excipiendis, et curandis infirmis accomodatum, a fundamentis excitare constituens, cui quidem prædicta duo Nosocomia, seu Hospitalia, una cum eorum fructibus, juribus, et provenientiis universis unirentur, et incorporarentur, quodque illis subrogatum in omnibus censeretur.

Ut prædictis incomodis novi amplioris Hospitalis constructione prospiceretur San. Mem. Benedictus XIV, Arcem ad Apostolicam Cameram spectantem, adnexaque ædificia concessit.

§. 2. Quapropter a felicis recordationis Benedicto XIV Predecessore Nostro, prædictæ Civitatis Arcem, pro jure ad Cameram tunc suam, nunc Nostram Apostolicam spectantem, eum suis ædificiis, et adnexa area petens, ac prædictis duobus Hospitalibus, seu Nosocomiis hujusmodi, Præsidentibus, et Deputatis tunc actu existentibus, pium hujusmodi opus, conjunctis studiis urgentibus, ad præcisum effectum tamen construendi inibi novum Hospitale, in pauperum infirmorum beneficium, comodumque, et utilitatem benigne concedi obtinueras, sub certis tamen legibus, conditionibus, et reservationibus, prout in Chirographo ejusdem Benedicti XIV. manu prædicta stipulato, bon. mem. Sylvio, dum vixit S. R. E. Presbytero Cardinali Valenti nuncupato, ac ejusdem S. R. E. Camerario tunc comisso, ut confecto desuper instrumento uberius dicitur contineri.

Ut novi erigendi Hospitalis necessitatibus occurreret, opportuna redditum dotatione provisit prælaudatus Benedictus XIV.

§. 3. Verum quamvis concessæ Arcis, adnexique agri amplitudo, situs, aerisqua salubritas, destinato operi videretur accomodatissima, deficientibus tamen aliis mediis ad tollerandos, tanto operi absolvendo necessarios sumptus, in irritum cessissent inita consilia, nisi idem Benedictus prædecessor, propter factam novo Hospitali erigendo unionem, adnexionem, et incorporationem prædictorum duorum veterum Hospitalium una cum suis ædificiis, bonis stabilibus, juribus, redditibus, quibus singulari in pauperes beneficentia ipsius operis promovendi, ac perficiendi curam in se benigne suscipiens, Fraternitati tuæ enixis precibus expostulanti, per quasdam suas in simili forma Brevis die 31 Januarii 1754 expeditas Literas ampliores concessisset facultates, quarum vigore

non solum omnia, et singula bona, jura, et actiones, etiam directi dominii, nec non quæcumque bona mobilia, et supellectilia sacra, et profana ad dicta duo Nosocomia tunc quomodolibet spectantia, et quæ forsan inde obvenire seu spectare potuissent, aut pertinere, verum etiam omnia, et singula bona, capitalia, jura, et actiones, aliaque similia ad quædam Hospitalia, seu parva Hospitalia, quæ in Diœcesi Faventina prædicta in agris sparsa existebant, nec non certa bona, et capitalia ad aliqua pia loca, et nonullas Confraternitates in Diœcesi Faventina prædicta canonice erecta, et erectas, spectantia, et pertinentia, sub certis, modo, forma, et conditionibus in predictis literis contentis, et expressis, novo Nosocomio, seu Hospitali sic construendo applicares, et appropriares, aliaque in præmissis vendere, et alienare, et agere valeres, et alias pront in prædictis Benedicti prædecessoris literis hujusmodi continentur, tenoris sequentis videlicet

Tenor Literarum San. Mem. Benedicti XIV. diei 31 Januarii 1754.

» Venerabili Fratri Episcopo Faventino. Benedictus Papa XIV. Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam
» Benedictionem. Exponi Nobis nuper
» fecisti, quod alias tu considerans, quod
» unum nunc sub Sancti Antonii Abba-
» tis, alias vero S. Jacobi Incurabilium,
» et reliquum sub S. Nevolonis, olim ve-
» ro Sanctæ Mariæ de Misericordia re-
» spective invocationibus in ista Civitate
» Nostra Faventina erecta Nosocomia,
» seu Hospitalia pro pauperibus infirmis
» excipiendis, curandisque ab antiquo
» fundata, adeo angusta, et insalubri in
» loco posita, ac necessaria redditum,
» proventuumque quantitate ita dextituta
» existant, et reperiantur, ut pauperes
» Civitatis prædictæ infirmi, in illis vel
» recipi, vel recepti congrue ali, et cu-
» rari minime possint, auditis tamen
» prius, tum existentibus dictorum Hos-
» pitalium Administratoribus, seu De-
» putatis, ut pauperum infirmorum ne-
» cessitatibus, quæ eorum animabus per-
» niciem pariter inferre possunt, consu-
» lere valeres, unum, vice dictorum duo-
» rum Hospitalium, satis amplum Hospi-
» tale in loco magis aperto, et salubri ex
» integro, funditusque construere con-
» stituisti, deficientibus tamen mediis
» necessariis; unde locum votis tuis, et
» pio huic tuo desiderio aptum compa-
» rare posses, Nobis supplicari fecisti,
» ut pervetustam memoratæ Civitatis Ar-
» cem, in aliquibus ejus partibus rui-
» nam minitantem, et ad usum moder-
» norum munimium minime accomo-
» datam, nec ad illa facienda aptam,
» quæ in extrema hujusmodi Civitatis
» parte, ac in loco salubris aeris posita
» remanet, in Emphytheusim perpe-
» tuam, sub annuo Canone triginta scu-
» torum monetæ Romanæ, dilecto Filio
» moderno ipsius Præfecto persolvendo,
» ad hoc ut infra Arcis prædictæ limites,
» novum construeretur Hospitale, dictis
» modernis, et pro tempore existenti-
» bus Administratoribus, seu Deputatis,
» sub certis modo, et forma, sive pa-
» ctis, et conditionibus tunc expressis
» concedere dignaremur. Nos autem at-
» tendentes, etiam alibi a Romanis Pon-
» tificibus prædecessoris Nostris similes
» Arces, quæ Urbium securitati prodes-
» se amplius non valebant, in publicum
» usum conversas fuisse, per Nostrum
» peculiare Chirographum Manu Nostra
» signatum, dilecto filio Nostro Sylvio
» S. R. E. Presbytero Cardinali Valenti
» nuncupato, ejusdem S. R. E. Came-
» rario comisimus, et mandavimus, ut
» præmissa, præstitaque, ac recepta
» tam Fraternitatis tuæ, quam dicto-
» rum utriusque Hospitalis ejusmodi Ad-
» ministratorum, seu Deputatorum, vel
» Præsidentium cautione de solvendo ei-
» dem moderno ipsius Arcis Præfecto
» supra expressam Annuam triginta scu-
» torum, monetæ prædictæ summam,
» absque ulla alteratione tituli honorifi-
» ci tantum Præfecturæ dictæ Arcis, ac
» salvo quocumque ejusdem Arcis Nostro,
» et Cameræ Nostræ Apostolicæ supremo
» directoque Dominio, ac proprietate,
» eamdem Arcem cum suis ædificiis, et
» agro ei adnexo, quantitatis unius torna-
» turæ, et septem circiter perticarum
» mensuræ istarum partium, prædictis
» duobus Hospitalibus, et pro eis Frater-
» nitati tuæ, ac prædictis utriusque Ho-
» spitalis Præsidentibus, seu Administra-
» toribus, vel Deputatis, ad præmissum
» tamen effectum, comodum, utilitatem-
» que, ea tamen adjecta lege, ut singulis
» annis in vigilia Festivitatis Natalitiæ
» Sancti Petri, et Pauli Apostolorum, li-
» bræ tres ceræ albæ elaboratæ pro reco-
» gnitione supremi, directique Nostri, et
» Cameræ prædictæ dominii, in eadem
» Camera per certum procuratorem of-
» ferri debeant, aliisque conditionibus,
» in similibus concessionibus apponi so-
» litis, in Emphytheusim perpetuam,
» auctoritate Nostra Apostolica concede-
» ret, prout in dicto Chirographo latius,
» pleniusque continetur, cujus quidem
» Chirographi vigore, dictus Sylvius Car-
» dinalis, et Camerarius, receptis prius
» prædictis cautionibus, seu obligatio-
» nibus, adimpletisque omnibus in ipso

» Chirographo contentis , et expressis ,
» supradictam Arcem , cum ædificiis ,
» et agro prædictis , eisdem Admini-
» stratoribus , seu Deputatis , et Præsi-
» dentibus, ad præmissum effectum con-
» cessit , et alias prout in Instrumento
» ea super re , per acta dilecti quoque fi-
» lii Cæsaris Rodulphi , ejusdem Came-
» ræ Secretarii , et Cancellarii die 21 Ja-
» nuarii Anni 1758 confecto plenius di-
» citur contineri. Quoniam autem , si-
» cut tu Nobis exponi nuper fecisti, sol-
» licitudinis tuæ studia, ad positum opus
» jam aggrediendum , illudque perfi-
» ciendum converteres , urgentibus præ-
» sertim nonnullis recentibus casibus ,
» quorum miserabili eventu ex animo
» commotus , gravique mœrore affectus
» fuisti , sed ut tuum desiderium exple-
» re valeas , complura valde necessaria
» tibi desunt , unde novi ædificii con-
» structio , et omnimoda absolutio , et
» debita infirmorum substentatio adju-
» vari possint. Nobis propterea humili-
» ter supplicari fecisti , ut tibi in præ-
» missis opportune provvidere , et quas-
» dam facultates tibi concedere , et ut
» infra indulgere de benignitate Aposto-
» lica dignaremur. Nos igitur , qui il-
» lius vices , licet immeriti , gerimus
» in Terris , qui charitatis , et misericor-
» diæ officia in pauperes , et infirmos
» collata , tamquam sibimet ipsi tribu-
» ta comendat , æternisque præmiis re-
» muneratur , et præmissorum conside-
» ratione persuasum habentes , ejusmo-
» di novi , amplique Hospitalis in ista
» Civitate erectionem , ad evitanda spi-
» ritualia , non minus , quam tempora-
» lia pauperum infirmorum damna ne-
» cessariam, et ad promovenda Christia-
» næ charitatis opera utilissimam fore ;
» ideoque Fraternitatem tuam in lauda-
» bili proposito hujusmodi confovere, ac
» specialibus favoribus , et gratiis pro-
» sequi volentes , et a quibusvis exco-
» municationis , suspensionis , interdi-
» cti , aliisque Ecclesiasticis sententiis ,
» censuris, et pœnis, a jure , vel ab ho-
» mine , quavis occasione , vel causa
» latis , si quibus quomodolibet inno-
» datus existis , ad effectum præsentium
» dumtaxat consequendum, harum serie
» absolventes , et absolutum fore censen-
» tes , hujusmodi supplicationibus in-
» clinati, supradictum Chirographum No-
» strum , cum omnibus , et singulis in
» eo contentis , et expressis , nec non
» prædictæ Arcis concessionem , vigo-
» re facultatis per dictum Chirographum
» Nostrum , eidem Sylvio Cardinali , et
» Camerario attributæ jam factam , in-

» strumentumque ea super re confectum,
» omniaque , et singula inde sequuta ,
» et ad invicem respective conventa , au-
» ctoritate Apostolica, tenore præsentium
» approbamus, et confirmamus, illisque
» inviolabilis Apostolicæ firmitatis ro-
» bur adjicimus , omnesque , et singu-
» los juris , et facti etiam substantiales
» defectus , si qui desuper intervenerint,
» supplemus , et sanamus ; ac Fraterni-
» tati tuæ per præsentes comittimus ,
» et mandamus , ut assistentibus tibi
» nonnullis probis , spectabilibusque viris
» tum Ecclesiasticis , tum Nobilibus sæ-
» cularibus Civitatis prædictæ, juxta da-
» tam tibi a Domino prudentiam, eligen-
» dis , nominandis , et assumendis , ac
» etiam pro casuum , et temporum op-
» portunitate variandis, et denuo eligen-
» dis , novum in ipsa Civitate, et in præ-
» dictæ Arcis loco, Hospitale , pro pau-
» peribus infirmis cujuscumque qualita-
» tis, tam ex dicta Civitate, quam ex Fa-
» ventina Diœcesi , et præsertim ex iis
» locis Diœcesis hujusmodi , ex quibus
» infrascripta subsidia , in memorati Ho-
» spitalis beneficium provenient , exci-
» piendis , et curandis , idoneum, cum
» suis Mansionibus , Officinis , aliisque
» Ædificiis necessariis pro inservien-
» tium , et Ministrorum habitatione , et
» rerum , ac supellectilium custodia si-
» tis aptum , ac in ipso Hospitali unam
» Cappellam , seu Altare , in quo San-
» ctissimum Eucharistiæ Sacramentum
» asservetur , et Sacrum Infirmorum
» Oleum sub decenti , et debita custodia
» retineatur , ita tamen ut Cyborii San-
» ctissimi Sacramenti , ac Olei hujusmo-
» di claves, per Sacerdotem ejusdem Ho-
» spitalis sic erigendi, per Te eligendum
» retineantur , et ante Cyborium prædi-
» ctum, Lampas semper accensa diu, no-
» ctuque retineatur , et quatenus com-
» pereris , unum dumtaxat Altare in di-
» cto Hospitali minime sufficiens esse ,
» plura Altaria , in quibus Sacrosanctum
» Missæ Sacrificium pro spirituali infir-
» morum , ac ministrorum , illisque in-
» servientium , aliorumque , quos inibi
» adesse contigerit , consolatione, cele-
» brari possit , auctoritate Nostra Apo-
» stolica , tenore præsentium erigas , in-
» stituas , et concedas , ac eidem Hos-
» pitali, per Te vigore earumdem præ-
» sentium , ut petitur , erigendo , et in-
» stituendo , non solum omnes annuos
» redditus , fructus , proventus , fundos,
» capitalia, bona, jura, credita , et actio-
» nes, etiam directi dominii , aliaque in-
» de provenientia , nec non exigendi ,
» quascumque etiam annuas , et tractum

» successivum habentes præstationes, ab » piis legatis, etiam nunc minime purificatis, obvenientes, seu obventuras » imposterum, ipsaque legata pia, nec » non quæcumque bona stabilia, et supellectilia sacra, et prophana, ad prædicta duo antiquaHospitalia, nunc quomodolibet spectantia, et pertinentia, » et quæ forsan deinceps obvenire, sive » spectare, et pertinere possunt, et poterunt in futurum, verum etiam omnia, » et singula bona, capitalia, fundos, » redditus, proventus, fructus, actiones, et jura cujuscumque qualitatis, » et quantitatis ad quædam Hospitia, seu » parva Hospitalia, quæ in agris, et » Diœcesi Faventina sparsim, et seorsim separata existunt, quæque olim » pro excipiendis Advenis, et Peregrinis » destinata erant, spectantia itidem, et » pertinentia, quorum nunc redditus » quoad eadem Hospitia, seu Hospitalia » in dicta Diœcesi existentia, in alios, » quam in præscriptos usus, ab illorum » Deputatis, seu Administratoribus impenduntur, et forsan præscriptis usibus, amplius apta minime existant; » item ea pariter bona, et capitalia ad » aliqua pia loca, et aliquas laicorum » Confraternitates, in Civitate, et Diœcesi Faventina prædictis, canonice erectas, et institutas spectantia, quæ suprадictorum virorum consilio, et prævio maturo examine, superflua esse, et » eorum Institutorum respective onera, » et obligationes excedere existimaveris, » ita ut eorum annui redditus, in alios, » quamvis fortasse pios usus a testatoribus, et benefactoribus non demandatos, aliquando etiam in alias vanas, » et inutiles expensas erogentur, et erogari soleant, auctoritate, et tenore præsentis applices, assignes, appropries, » unias, et annectas; ita quod liceat novi Hospitalis hujusmodi per te, sicut » præmittitur constituendi, et erigendi » Deputatis, seu Administratoribus, omnium, et singulorum mobilium, et » immobilium, ac semoventium, bonorum, ac rerum, jurium, et actionum annuorum redditunm, proventuum, canonum, responsionum, seu » præstationum, et supellectilium hujusmodi, nomine dicti novi Hospitalis, » ut petitur erigendi, et construendi, » veram, realem, actualem, et corporalem possessionem, seu quasi possessionem, propria auctoritate appræhendere, et appræhensam perpetuo retinere, annuosque redditus ex præmissis bonis, aliisque in futurum acquirendis, aliasque obventiones, respective » percipere, exigere, et lucrari, ac in » novi Hospitalis hujusmodi perfectionem, constructionem, absolutionamque, usum, comodum, utilitatem, » et manutentionem convertere, ac etiam » quatenus de aliquibus bonis, seu capitalibus, ad dicta pia loca, seu Confraternitates prædictas spectantibus, » non quidem formalem dismembrationem, facere, neque ad illorum novo » erigendo Hospitali applicationem, et » appropriationem, vigore præsentium » procedere opportunum duxeris, vice, » et loco dismembrationis, seu applicationis, vel appropriationis, vel in toto, vel in parte hujusmodi, eisdem » piis locis, et Confraternitatibus (remanentibus ad eorum favorem dominio, et usufructu bonorum, et capitalium ad illa, vel illas spectantium) » certam super illis, et ex illis provenientibus fructibus, præscriptam annuam pensionem, seu pecuniarum » præstationem, annis singulis, unica, » seu pluribus solutionibus, etiam per » te præscribendis, et stabiliendis, ad » favorem novi erigendi Hospitalis hujusmodi, absque ulla exceptione persolvendam, et in illius usum, et substentationem, et non alias convertendam » auctoritate, et tenore prædictis imponas, præfigas, et assignes; Insuper, » ut ædificia unius, et alterius, primo, et secundo dicti Hospitalis, nec » non dictorum Hospitiorum ruralium, » et Hospitalium in dicta Diœcesi existentium, demoliri, eaque damolita, seu » etiam in eo, in quo de præsenti reperiuntur, statu, pro congruo, et convenienti pretio, cuicumque etiam sæculari, et laicæ personæ vendere, ac » pretium, summamque pecuniarum ex » venditione hujusmodi retrahendam, » percipiendamque, in expensas fabricæ » novi Hospitalis construendi, et non » alias erogare; hac tamen lege adjecta, » ut si in ædificiis hujusmodi aliquæ » Cappellæ, seu Altaria, et fidelium » defunctorum Sepulchra, et Cæmeteria existant, antequam præmissæ venditiones, et alienationes sequantur, ex » Capellis, Altaribus, Sepulchris, et » Cæmeteriis, Sacras, ut pie creditur, » Sanctorum reliquias, Sanctorum imagines, et defunctorum ossa extrahere, » illasque, et illas ad viciniores respective Ecclesias transferre, et adsportare, et in eis, servatis servandis, reponere, et collocare, dictasque Capellas, » Altaria, et Cœmeteria profanare, et » adsportari, reponi, et collocari facere, » ac illas, et illa in profanos, non tamen

» sordidos usus reducere, ac demoli-
» ri, lignaque, et lapides, ac cætera
» rudera, et materialia ex præmissis
» provenientia, in novi Hospitalis hu-
» jusmodi ædificationem, constructio-
» nemque, aut alios quoscumque usus
» convertere, ac super earum, et eorum
» solo, et loco fabricari facere, libere,
» et licite possis, valeas, cures, et man-
» des. Præterea, quatenus pecuniarum
» quantitates, ex hisce venditionibus, et
» alienationibus retrahendæ, una cum
» aliis pecuniis per te etiam ad præ-
» missum effectum comparatis, et dein-
» ceps comparandis, impares sumpti-
» bus, impensisque in causam constru-
» ctionis, et perfectionis novi Hospita-
» lis prædicti faciendis reperiantur, eo
» casu, ne opus hujusmodi minime
» absolutum remaneat, aut illius usus
» in tempus nimis diuturnum protraha-
» tur, tibi, et super ejusdem novi, per
» te construendi, instruendique Hospita-
» lis assignandis, præscribendisque, nec
» non dictorum Hospitiorum, seu Hospi-
» talium ruralium, per te etiam, ut peti-
» tur aplicandis, et approbandis bonis,
» ac cum illorum speciali hypotheca ali-
» quos census passivos, solvendo sin-
» gulis annis censuum hujusmodi cre-
» ditoribus fructus conventos, impone-
» re, quatenus vero eam forsan tem-
» porum conditionem, aut bonorum
» prædictorum naturam esse compere-
» ris, ut hujusmodi census, non nisi
» sub gravioribus legibus, seu interu-
» suriis imponi possint, adeo ut annuos
» redditus, qui ex dictis bonis cum ef-
» fectu retrahi solent, ad æquandam
» fructuum ejusmodi censuum quanti-
» tatem, minime perventuros esse re-
» putetur, tunc eisdem Deputatis, seu
» Administratoribus novi Hospitalis hu-
» jusmodi, ut ipsi aliqua, seu omnia
» præmissa bona, et capitalia ad su-
» pradicta ruralia Hospitia, seu parva
» Hospitalia, ut petitur, spectantia, pro
» juxto pretio, infrascripta tamen lege
» omnino servata, ut pecuniarum sum-
» mæ ex prædictorum censuum impo-
» sitione, seu ex alienationibus bono-
» rum prædictorum, seu alicujus par-
» tis retrahendæ, et percipiendæ, in
» supradicti novi Hospitalis fabricæ con-
» structionem, omnino, onerata in præ-
» missis eorum conscientia, impendi,
» et erogari debeant, vendere, et alie-
» nare possint, et valeant, facultatem,
» eadem auctoritate concedere possis,
» et valeas, licentiam tribuimus, et
» impertimur. Volumus autem, ut si
» hujusmodi census super prædictis bo-
» nis imponendi, vel etiam ipsa bona,
» et capitalia forsan alienandi, et ven-
» dendi licentiam per te, vigore præ-
» sentium, sicut præmittitur, concedi
» contigerit, tu in impositionis, seu
» alienationis censuum, et bonorum
» hujusmodi acta, juxta imponendorum
» censuum summæ quantitatem, seu
» bonorum alienandorum valorem, cer-
» tam congruam pecuniæ summam,
» ex novi Hospitalis hujusmodi con-
» struendi, certis redditibus, et annuis
» fructibus, absoluto novo Hospitali hu-
» jusmodi in omnibus suis numeris,
» omnibusque supellectilibus necessariis
» proviso, singulis annis deducendam,
» et sic deductam, seu disjunctam in
» hujusmodi censuum extinctionem,
» pro eorum respective rata, omnino
» erogandam, seu in emptionem alio-
» rum stabilium, seu capitalium æqua-
» lis valoris impendendam, seu in bo-
» nis tutis, liberis, et securis investien-
» dam præfinire, et assignare, nec non
» nunc, et pro tempore existentibus di-
» cti novi Hospitalis Deputatis, seu Ad-
» ministratoribus, ut summam per te,
» sicut præmittitur, præscribendam, ut
» supra erogandam pro extinctione cen-
» suum prædictorum, seu emptione
» aliorum bonorum, seu capitalium
» omninò, fideliter, et integre persol-
» vere, ac investire, et erogare debeant,
» injungere, ac etiam sub excomunica-
» tionis pœna mandare cures, suadeas,
» et tenearis; Denique cum in primo
» dicto Sancti Antonii Hospitali una pia,
» et devota Christifidelium Confraterni-
» tas, ut asseritur, Ordinaria, seu for-
» san Apostolica auctoritate jam erecta
» reperiatur, cujus Confratres in Dei
» cultu, et infirmorum ipsius Hospita-
» lis servitio, multis modis, se se lau-
» dabiliter exercere consueverunt, et
» aliæ quamplurimæ similes Confrater-
» nitates, in eadem Civitate, ut asse-
» ritur, erectæ, et institutæ existunt,
» quæ, seu eorum Confratres ejusdem
» novi Hospitalis, et infirmorum in eo
» pro tempore degentium servitio ad-
» dici possent, et ex addictione hujus-
» modi non exigua illarum Confratribus
» pariter charitatis, pietatisque exer-
» cendæ occasio, earumque primæva
» institutio, ad majoris perfectionis gra-
» dum eveheretur, eidem Fraternitati
» tuæ itidem committimus, et manda-
» mus, ut in eodem novo constrendo
» Hospitali, primodictæ Confraternita-
» tis, ejusque Confratruum comodo,
» aptum, idoneumque locum, in quo
» dicti Confratres, consuetis pietatis

operibus, et charitatis exercitiis vacare possint, ac in aliis sibi incumbentibus, juxta eorum institutum, officiis, se se exercere valeant, construi facere oures, atque eamdem Confraternitatem, a primodicto antiquo Hospitali, ejusque Ecclesia, ad novum hujusmodi construendum Hospitale, et ad novam ipsius Ecclesiam, absque nllo tamen Confraternitatis hujusmodi, tam quoad prærogativas, vigore suæ erectionis, seu aggregationis, sibi competentes, quam quoad Indulgentias, peccatorum remissiones, et pœnitentiarum relaxationes, vel vigore aggregationis alicujus ex Archiconfraternitatibus Almæ Urbis Nostræ, vel ab hac S. Sedi, Confraternitati, seu illius Confratribus, ant Ecclesiæ hujusmode, concessas, præjudicio transferre. Præterea, si ex prædictis aliis, in ista Civitate Faventina erectis Confraternitatibus, aliquas compereris, fore pro novo sic construendo hospitali, servitio proficuas, illis, seu eorum Confratribus, etiamsi Confraternitates prædictæ auctoritate Apostolica erectæ, et illarum statuta ab eadem Sede approbata, et confirmata fuerint, hujusmodi servitium injungere, vel etiam easdem, cum primodicta Confraternitate unire, et incorporare, seu Confraternitates prædictas, ad novam dicti construendi Hospitalis Ecclesiam transferre, ita ut Coufratres earundem Confraternitatum, sicut petitur, ab earum Ecclesiis, seu Oratoriis per Te transferendarum, iisdem Indulgentiis, peccatorum remissionibus, et pœnitentiarum relaxationibus, quibus in dictis Ecclesiis, seu Oratoriis ante nonulla pietatis, et charitatis opera exercentes, gaudebant, pari modo, et absque ulla differentia præmissa peragentes, in dicta nova Ecclesia gaudere valeant, itidem auctoritate, et tenore præsentis transferre possis, et valeas. Ac earumdem Confraternitatum, per Te, ut petitur uniendarum, seu transferendarum institutionem, et statuta, quatenus Confratres ad id suum consensum præbuerint, immutandi, variandi, et reformandi, dummodo Decretis Concilii Tridentini, et Constitutionibus Apostolicis, minime adversentur, aliaque de novo condendi, et illorum observantiam demandandi, nec non illorum Festorum celebrationes, aliorumque piorum operum, et legatorum satisfactiones, Confraternitatibus prædictis, per pios benefactores relictorum, quæ in earumdem Confraternitatum Ecclesiis, seu Oratoriis, ac in supradictis hospitiis, seu Hospitalibus ruralibus injuncta, adimpleri huc usque consueverunt, dummodo tamen per translationem per te, vigore præsentium faciendam, nullius testatoris, seu benefactoris voluntatis implementum prætermittatur, seu illius primariæ intentioni directe contraveniatur, ad eamdem novi Hospitalis Ecclesiam transferendi, et illa, vel illas celebrari, et adimpleri facere mandandi, et injungendi, atque insuper quatenus, per hujusmodi unionem, incorporationem, et translationem, aliqua loca, seu Oratoria, in quibus Confratres dictarum Confraternitatum, sic transferendarum, et uniendarum se se congregare consueverunt, seu illis quacumque de causa fuerunt, nulli deinceps usui destinata remanere contigerit, eadem loca, seu Oratoria, sarvatis pariter alias servandis, pro convenienti pretio vendendi, et alienandi, ac summam inde percipiendam, in expensas pro perfectione Fabricæ dicti novi Hospitalis, omnino erogandi, et impendendi, plenam, liberam, et amplam facultatem, auctoritate, et tenore præsentis, concedimus, et indulgemus. Confidentes igitur, pium hoc opus, zelo, et vigilantia Fraternitatis Tuæ incæptum, et prosequutum auctoritatis Nostræ præsidio suffragante, feliciter per te perficiendum fore; proindeque Apostolicam liberalitatem, et beneficentiam Nostram erga idem novum Hospitale, et infirmos in ao deinceps recipiendos amplificare, nec non Christifidelium pietatem ad Religionis, et misericordiæ opera, in eodem Hospitali, ut petitur, erigendo, et in illius Ecclesia studiose exercenda, excitare volentes, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, et singulis Christifidelibus, vere pœnitentibus, et confessis, ac Sacra Comunione refectis, qui Ecclesiam, seu Cappellam dicti novi Hospitalis, per te, ut petitur, erigendi, et postquam illa absoluta fuerit, in duobus Anni Festis diebus, arbitrio tuo, semel tantum eligendis, a primis vesperis, usque ad occasum solis, cujuslibat diei hujusmodi visitaverint, et inibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatioue, et Sanctæ Ma-

tris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, quoties in dictis duobus festivis diebus id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem, ae insuper omnibus, et singulis Christifidelibus, qui vere pœnitentes, et cum proposito quantocius peccata sua confitendi, dictam Cappellam, seu Ecclesiam, in quacunque anni die visitaverint, et ut supra oraverint, seu etiam preces pro animabus Christifidelium in dicto Hospitali defunctorum effuderint, vel infirmos in dicto Hospitali degentes visitaverint, eisdemque infirmis, aliquam corporalem servitutem præstiterint, aut consolati fuerint, ac Catholicæ Fidei mysteria explicaverint, et Cathechismum peregerint, ac doctrinam christianam docuerint, toties quoties, ac singulis diebus id egerint, centum, ac in diebus festivis ducentos dies, de injunctis eis, vel alias quomodolibet debitis pœnitentiis; omnibus vero Christifidelibus, cujuscumque qualitatis, status, et conditionis, etiam indigenis, et advenis, qui in dicto novo erigendo Hospitali, pro tempore recipientur, postquam illud ingressi fuerint, etiamsi morti non sint proximi, si vere pœnitentes, et confessi, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, et, ut petitur, ut supra preces effuderint, ac itidem ipsis infirmis morti proximis, si tunc vere pœnitentes, et confessi, ac Sacra Comunione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, devote invocaverint, Plenariam itidem omnium peccatorum suorum Indulgentiam, et remissionem perpetuo in Domino concedimus, et indulgemus; ae insuper ut quandocumque Sacerdos aliquis sæcularis, vel cujusvis Ordinis, et Instituti Regularis, Sacrosantum Missæ sacrificium, ad Altare, seu Capellam Hospitalis hujusmodi, seu illius Ecclesiæ, per Te semel tantum eligendam, pro Christifidelium in dicto Hospitali ab hac luce migrantium, nec non Hospitalis hujusmodi Deputatorum, ac Ministrorum, et inservientium, quacumque die, pro vero cujusvis utriusque sexus Christifidelis animabus, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, et in die commemorationis omnium defunctorum, singulis diebus intra octavam, ae in una feria ejusdem hebdomadæ per Te pariter semel eligenda, celebrabit, anima ipsa de Thesauro Ecclesiæ, per modum suffragii, indulgentiam consequatur, ita ut Domini nostri Jesu Christi, et Beatissimæ Virginis Mariæ Sanctorumque meritis sibi suffragantibus, a Purgatorii pœnis liberetur, perpetuo itidem concedimus, et indulgemus: Ipsius autem Hospitalis per Te, ut petitur erigendi, Cappellano, seu Cappellanis, seu alias quomodolibet nuncupandis Sacerdotibus, ad spiritualem infirmorum in eo tempore degentium assistentiam, quoque pro tempore deputandis, ad excipiendas Sacramentales Christifidelium Confessiones, prius per Te, seu pro tempore existentem Episcopum Faventinum approbatis, seu approbandis, omnium, et singulorum infirmorum in dicto Hospitali pro tempore existentium, cujuscumque qualitatis, status, et conditionis, etiamsi cujusvis Ordinis, etiam Mendicantium, alteriusque instituti, etiam speciali mentione dignorum Regularium, nec non personarum ejusdem Hospitalis servitio addictarum, dum pro tempore infirmæ fuerint, Confessiones Sacramentales excipiendi, illisque exceptis, illos, et illas, etiam in principio, aut in decursu eorum, et earum infirmitatum a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, a jure, vel ab homine. quomodolibet latis, nec non votorum quorumcumque etiam solemnium, ac juramentorum, et Ecclesiæ mandatorum trangressionibus, jejuniorum, pœnitentiarum injunctarum, et Divinorum Officiorum omissionibus, aliisque eorum peccatis, criminibus, excessibus, quantumvis gravibus, et enormibus, etiam Sedi Apostolicæ quomodolibet, ac etiam in Bulla die Cænæ Domini quotannis legi consueta, reservatis, etiamsi casus hujusmodi per annuam dictæ Bullæ publicationem, denuo Sedi prædictæ reserventur, exceptis tamen casibus hæresis, schismatis, conspirationis in Romanum Pontificem, aut Statum, Ditionemque Sedis prædictæ, falsificationis Literarum, aut Supplicationum, vel Comissionum Apostolicarum, delationis armorum, et aliorum prohibitorum ad partes infidelium, Præsbytericidii publici, injectionis mauuum violentarum in Episcopos, vel alios Superiores Prælatos Ecclesiasticos, publicæ violationis clausuræ Monialium, ad malum, et

inhonestum finem, publicæque quoque violationis Immunitatis, vel libertatis Ecclesiasticæ, ac etiam occultæ, in terminis Constit. felic. record. Gregorii Papæ XIV. prædecessoris Nostri incipientis = Cum alias nonnulli = de quibus corde contriti, et ore confessi fuerint (in mortis autem articulo, ab omnibus etiam, ut supra exceptis, et reservatis, eum reincidentia, quatenus minime obierint) injunctis eis pœnitentiis salutaribus, aliisque, juxta canonicas sanctiones, rectæque disciplinæ regulas injungendis, in foro conscientiæ tantum absolvendi, non tamen ipsa vota commutandi, aut super irregularitatibus quibuscumque, tam ex aliquo defectu provenientibus, quam causa, et occasione delicti contractis, cum aliquo dispensandi, iisdemque infirmis Sanctissimum Eucharistiæ, et Extremæ Unctionis Sacramentum ministrandi; nec non ejsdem infirmis, etiam in mortis articulo constitutis, Benedictionem Apostolicam, cum plenaria omnium peccatorum suorum indulgentia, ac remissione, juxta modum, at formam in constitutione Nostra Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLVII. nonis Aprilis edita, incipiente = Pia Mater = præscriptam, et traditam impertiendi licentiam, ac facultatem, auctoritate, et tenore præsentis perpetuo concedimus, tribuimus, et impertimur. Decernentes, easdem præsentes Literas firmas, validas, at efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempora quandocumque spectabit, plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quorumcumque piorum benefactorum testamentis, dispositionibus, codicillis, et ultimis voluntatibus, quas, quoad præmissa, sufficienter, et expresse commutamus, ac constitutionibus, ordinationibus Apostolicis, nec non Confraternitatum, Hospitalium, Hospitiorum, aliorumque Piorum Locorum, et Civitatis prædictæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum, tenore præsentium pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris die XXXI. Jan. MDCCLII. Pontificatus nostri Anno XII.

Absoluta novi Hospitalis constructione, et redditum incorporatione, perdurantibus pauperum jam in eodem translatorum incommodis, preces porriguntur ut Religiosis Ordinis S. Joannis de Deo, hospitale hoc regendum, et gubernandum tradatur.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subdjungebat, et collecta, vigore earumdem Benedicti prædicti prædecessoris literarum, ingenti pecuniarum summa, et quantitate, insignis ædificii moles, jam suis numeris absoluta conspiciatur, et novum Nosocomium, non modo Pontificia liberalitate fundatum, sed Apostolicis concessionibus constructum, jure dici mereatur, resque ad eum statum pervenerit, ut benedicente Domino, a veteribus Hospitalibus, seu Nosocomiis, ut præfertur, in novum Nosocomium, seu Hospitale, pauperes infirmi quam primum transferri, retineri, curari, et ali commode valeant, sicque plenariæ exequutioni unio, et incorporatio dictorum antiquorum Hospitalium, in prædictis memorati Benedicti prædecessoris Literis jam volita, et concessa demandata sit, idcirco tunc repetens animo, gravissimas, quæ hactenus in dictis Hospitalibus antiquis contigerunt incomoda, in infirmis recipiendis, et multo magis in illis retinendis, alendis, ac dimittendis, cum maximo eorumdem infirmorum detrimento, ac piorum virorum offensione, magna ex parte processisse ex rudium personarum eisdem inservientium imperitia, et negligentia, vel etiam ex culpabili malitia, quæ licet interposita per te sæpius auctoritate Ordinaria, nec non repetitis etiam studiis, cura, et diligentia virorum deputatorum, qui quoad alterum vero S. Nevolonis, partim a te, partim ab eodem Magistratu, dictorum Hospitalium curæ regimini, et administrationi, sine præjudicio tamen Ordinariæ tuæ auctoritatis, præesse hactenus consueverunt, vincere, et emendare non potueras, ideo adhibitis etiam in consilium multis doctrina, pietate, et prudentia spectabilibus viris, in eam dimitti sententiam ad rectam novi Hospitalis hujusmodi administrationem, pauperumque in ipsum recipiendorum

proficuam curam in Spiritualibus æque, ac temporalibus, necesse omnino esse, ut submotis sæcularibus ministris, et inservientibus, qui hactenus, in prædictis antiquis Hospitalibus, materialem operam præstiterant, novi Hospitalis prædicti, et recipiendorum in primodictis Hospitalibus infirmorum, ac etiam mentecaptorum, aliarumque personarum, aliena pietate indigentium, juxta veterum Hospitalium instituta, omnimoda administratio, cura, regimen, et gubernium, dilectis filiis Fratribus Ordinis S. Joannis Dei, sub nonnullis certis legibus præscribendis, ac conditionibus demandetur, initumque a te consilium, licet contradictores inveneris dilectos filios, Consilium, et Magistratum Civitatis prædictæ, ad majorem quoque numerum illorum, qui constituebant Congregationem, quam ad formam prædictarum Benedicti prædecessoris literarum, pro recta instituti operis directione, felicique progressu tibi adjunxeras; probatum autem fuit ab aliis pietate, et rerum usu præditis viris, præsertim vero plerisque Parochis ejusdem Civitatis, de servata hactenus, in antiquis Hospitalibus prædictis, inordinata agendi ratione, deque habita mala pauperum Infirmorum cura, optime consciis: quamobrem summopere desiderabas, ut quod æquius, et quod utilius curæ, et necessitatibus spiritualibus, et corporalibus pauperum infirmorum indigentiis sublevandis, magis proficuum Nobis videretur, et bonitate Apostolica statuere, et decretare dignaremur.

Quum controversiam sabortæ fuerint quoad hanc propositam novi Hospitalis concessionem, eas removere Pontifex pro sua prudentia curavit.

§. 5. Nos, ut quid in hac re magis in Domino expediret, agnoscere, eligere, ac firmius statuere possemus, quandoquidem, oblato Nobis libello, acceperamus eorum conquestiones, qui introductioni Fratruum dicti Ordinis in novum Hospitale, ac curæ et regimini, et administrationi ejusmodi, se se contradictores præstiterant, tibi dedimus in mandatis, ut auditis dilectis Filiis Magistratu Civitatis prædicto, aliisque tam Ecclesiasticis, quam Laicis prædictam congregationem constituentibus, ac in scriptis receptis rationibus, et causis, quibus prædictam eorum Fratrum introductionem, seu illorum administrationem præfati Hospitalis improbandam existimarent, omnia ad Nos inde transmitteres. Quod quum jam præstiteris, et Nos, omnia per prædictum Magistratum, prædictamque congregationem deducta, serius, ac mature perpenderimus, simulque, et aliis transmissis authenticis documentis depræhenderimus, innumera æque, ac gravissima incomoda in antiquis Hospitalibus hujusmodi, quoad pauperum infirmorum, aliarumque miserabilium personarum receptionem, curam, et dimissionem, altas adeo radices egisse, ut eisdem aliquod remedium afferendi nullus suppetat modus, nisi ut veteres Ministri amoveantur, et nova administrationis, curæ, et regiminis forma inducatur.

Quibus remotis prædictum Novum hospitale Religiosis Ordinis S. Joannis de Deo concedit, prævia derogatione cuicumque præcedenti piæ institutione, seu dispositione.

§. 6. Ne tot itaque sumptus, et labores, quos in ejusmodi novo Hospitali fundando, construendo, et perficiendo adhibuisti, in irritum cedant, et eadem incomoda novum Hospitale invadant, ipsius rectæ administrationi, et regimini, ac pauperum infirmorum curæ, et indigentiis consulere cupientes, plurimam in Domino fiduciam habentes, de perspecta Nobis sedulitate, charitate, vigilantia, peritia, religionis zelo eorumdem Fratrum, qui in Hospitalibus hujusmodi regendis, et administrandis semper claruerunt, et clarere pergunt, ac propterea curam, regimen, et administrationem ipsius novi Hospitalis, illiusque infirmorum, ac bonorum omnium illi adnexorum, eisdem Fratribus committere intendentes, eorum Fratrum singulares personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tamen consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes; supplicationibus quoque tuo nomine, super hoc humiliter porrectis inclinati, ac supradictis, aliisque ex causis animum Nostrum moventibus adducti, quascumque contradictiones, ac controversias per quoscumque, sive ejusdem Civitatis Nostræ Faventinæ Magistratum, sive Consilium, ac Communitatem, et homines, aliosque officiales, et deputatos, et ministros, et inservientes, quocumque modo, etiam vigore piarum dispositionum, testamentorum, codicillorum, et piorum legatorum electos, faciat, ut fertur, harum serie cum suis adnexis, et connexis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium ad Nos avocamus, cassamus, et irritamus, et avocatas, cassatas, et irritas esse volumus, et inanes, et perpetuo supprimimus, et extinguimus, perpetuumque illis, ac aliis imposterum, super præmissis contradictionibus

silentium imponimus, dictosque modernos officiales, ministros, deputatos, et inservientes, quocumque officio, et auctoritate fungentes, et vigore cujuscumque deputationis, et nominationis, electionis, etiam intuitu piarum dispositionum, testamentorum, codicillorum, et piorum legatorum, per quoscumque pios benefactores demandatæ, et factæ, electos, et nominatos, ab omni cura, ingerentia, administratione, regimine, et gubernio, et respective honoribus, superioritate, auctoritate, facultate, quæ in supradictis veteribus Hospitalibus, sive per se, sive per alios designatos exercere pergunt, auctoritate, et tenore præsentis perpetuo absolvimus, eximimus, et totaliter liberamus, eisdem in virtute S. Obedientiæ, et sub pœnis arbitrio Nostro, et pro tempore existentis Romani Pontificis imponendis, ne ullo modo, et sub quovis prætextu, causa, ratione, et studio, sive per se, sive per alios, etiam per interpositam personam imposterum, curæ, regimini, et administrationi, sive veterum, sive novi Hospitalium hujusmodi se ingerant, seu ingerare curent, præcipimus, et mandamus.

Veterum Hospitalium suppressionem a Benedicto XIV approbatam confirmat, et Religiosis Sancti Joannis de Deo Aromatariæ etiam administrationem concedit.

§. 7. Novi vero Hospitalis, in ista Nostra Civitate Faventina, ut fertur, erecti, supradictis duobus Hospitalibus, in vim prædictarum Benedicti prædecessoris Literarum hujusmodi, quas tenore præsentium, quatenus hisce Nostris Literis non adversentur, confirmamus, opprobamus, et quatenus pariter opus sit innovamus, et omnia, et singula jura, et supellectilia, resque ad illius usum quomodocumque spectantes, empta, et existentia, ad novum Hospitale transferri, et asportari, eo ipso in loco juxta consuetudinem aliorum Hospitalium, sub cura, et regimine eorumdem Fratrum existentium, collocari, eisdemque Fratribus, una cum superius enunciatis fundis, capitalibus, redditibus, proventibus, medicamentis, pharmacis, instrumentis, supellectilibus, rebusque omnibus ad usum Aromatariæ emptis, et existentibus, de præsenti tradi, et consignari, quacumque contradictione, appellatione, et recursu omotis, illisquenon obstantibus cures, facias, et exequoris, ita tamen ut ipsa Confraternitas, seu illius officialas deputati, et Confratres, prædictæ Aromatariæ, illiusque fundorum, et capitalium, et illorum fructuum, reddituum, et proventuum administrationi præpositi, postquam ipsam Aromatariam, fundos, capitalia, redditus, et proventus, aliaque bona supellectilia, quæcumque ad illam, sicut præmittitur, spectantia, eisdem Frotribus, Nostro, et tuo jussu, et mandato tradiderint, ab omni onere, cura, actione, et ingerentia ipsius Aromatariæ, illiusque manutentione, ac dictorum fundorum, capitalium, fructuum, et reddituum, ac proventuum odministratione, nec non Aromatum, juxta dispositionem piorum testatorum, legatariorum, ac benefactorum distributione absoluti, liberi, et exempti censeantur, prout Nos ex nunc pro tunc, ipsos absolvimus, eximimus, et liberamus, ac liberos, et exemptos, et absolutos esse volumus, decernimus, et declaramus.

Vetera onera Hospitalium in Religiosos Sancti Joannis de Deo transfert, et regulas quoad administrationem Aromatariæ præscribit.

§. 8. Onera vero a dictis piis testatoribus, legatariis, et benefactoribus volita, relicta, ac demandata, in prædictos Fratres, authoritate Apostolica præfata, transferimus, ita pariter; ut dicti imposterum, Aromatariam ipsam, summa fide, ac diligentia prosequi, ac manutenere, redditusque, fructus, et proventus eorumdem fundorum, et capitalium, fideliter administrare, et in emptionem medicamentorum, aromatum, aliarumque rerum necessarium impendere, et erogare, et medicamenta inde confecta, non solum infirmis in novo Hospitali hujusmodi existentibus, verum etiam reliquis Civitatis pauperibus infirmis, in propriis domibus decumbentibus, pro quibus consuetæ medicorum pogellæ, seu, ut vulgo dicitur » *Bollettino del Medico sottoscritto per la Spezieria* » una cum fide Parochi, de vera paupertate infirmi testontis, afferatur, intra eam mensuram, et quantitatem quæ, ducto per decennium proxime clapsum calculo, ab ipsa Confraternitote, seu pro ea ab illius Pharmacopolo, singulis annis huc usque, in ipsorum medicamentorum distributione servata conspicitur, grotis præstare, concedere, et distribuere teneatur.

Revocatis prohibitionibus contra Religiosos medicamenta vendentes publice, permittit illis S. Joannis de Deo Faventinum hospitale administrantibus, ut civibus tradere, et vendere medicamenta publice possint.

§. 9. Ne vero imposterum, iter Fratres prædictos, postquam Aromatariam hujusmodi, juxta præsentem concessionem, eis tradendam; administraverint, et Pharmacopolas ejusdem Civitatis lites, et controversiæ oriantur, præsertim super prætensione, quod Fratres prædicti, pharmaca, et medicamenta sæcularibus personis vendere non possint, juxta prohibitiones super præmissis a felic. record. Innocentio XIII et Clemente XII Romanis Pontificibus pro

statu nostro Ecclesiastico editas, ne Regulares, et Moniales cujuscumque Ordinis, quæcumque medicamenta, pharmaca, et Theriacam, et Mitridaticum venderent, et si idem Innocentius in Statu Ecclesiastico præsertim, seu in Alma Urbe, et subinde rec. etiam mem. Benedictus XIV prædecessor Noster, in sua simili prohibitione pro statu Mediolanensi, Fratres dicti Ordinis in prohibitione hujusmodi, minime compræhensos esse declaraverit, ita, et Nos, eorumdem Innocentii, et Benedicti predecessorum exemplis inhærentes, Aromatariam prædictam, sic imposterum non compræhensam esse in editis, et imposterum edendis pœnis, et prohibitionibus, ne Regulares cujusvis ordinis, pharmaca, et medicamenta quæcumque, juxta tamen pretium cujuscumque ex medicamentis assignatum, quibusvis personis, ad hujusmodi Aromatariam accedentibus, publica vendere, et de venditis medicamentis, partes solvere, differentes etiam in jus vocare, dumodo tamen pretium ex hujusmodi venditione proveniens, in comodum, utilitatemque tam infirmorum in dicto novo Hospitali existentium, quam aliorum erogetur, innovamus, et denuo servata in omnibus, et per omnia præsentium Nostrarum Literarum forma, et dispositione concedimus, jam ut supra, subrogari, nec non introducendorum in novum ipsum Hospitale pauperum infirmorum, ac etiam amentium, aliarumque ut supra miserabilium personarum, quæ juxta dictorum veterum Hospitalium instituta, et fundationes, erectionesque, securo in ipsis hactenus receptæ fuerunt, etiam deinceps, in eodem novo Hospitali, eadem charitate recipi, admitti, ali, curari, et retineri debeant, nisi aliter a Nobis, de aliquo hujusmodi personarum genere, specialiter, et opportune provideatur, regimen, curam, et administrationem, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, eidem Ordini S. Joannis Dei, et pro eo, illius modernis, et pro tempore existentibus Fratribus, auctoritate Apostolica, et tenore præsentium, perpetuo comitti, et demandari volumus, atque statuimus.

Faventino Episcopo committit, ut Fratres S. Joannis de Deo in Hospitalis, Aromatariæ, et redditum possessionem, debitis adhibitis cautelis, immittat.

§. 10. Ac propterea per præsentes, Fraternitati tuæ comittimus itidem, et mandamus, ut cum primum comode fieri poterit, eosdem Fratres in actualam, realem, et omnimodam prædicti novi Hospitalis, ejusque regiminis, curæ, et administrationis, nec non omnium bonorum stabilium, fructuum, reddituum, et proventuum, jurium, actionum, et supellectilium sacrarum, et prophanarum possessionem, seu quasi possessionem, auctoritate Nostra Apostolica, immitas, inducas, et constituas, sub iisdem tamen modis, lagibus, et conditionibus, quæ re maturius pensata, inter te, et eosdem Fratres, per publicum inde Instrumentum conficiendum, ipsius Hospitalis rectæ administrationi, et manutentioni infirmorum, et concordiæ servandæ accomodatæ videbuntur, quarum tamen examen, et approbationem, judicio Nostro, seu pro tempore Romani Pontificis existentis reservamus.

Ad novæ Aromatariæ erectionem evitandam, novo Hospitali concedit illam Confraternitati S. Joannis Decollati precedenter spectantem, firmis tamen dispositionibus fundatorum hujus translatæ Aromatariæ.

§. 11. Firmis tamen, et salvis semper remanentibus, omnibus, et singulis privilegiis, gratiis, et indultis, par alios Romanos Pontifices prædecessores Nostros, prædicto Ordini, ac illius Superioribus, Fratribus, et personis quomodolibet concessis, quorum tenores præsentibus pro expressis, et inserti haberi volumus; et quia sine officina medicamentaria, sive Apotheca Aromataria, memorati novi Hospitalis, et infirmorum indigentiis, satis consultum non esset, novamque Aromatariam, ex integro nunc in novo Hospitali prædicto efformare, et construere, et necessariis aromatibus, pharmacis, et instrumentis, cæterisque opportunis rebus instruere, propter ingentem pecuniarum summam ad id necessariam, perdifficile depræhenditur, idcirco eidem Fraternitati tuæ, per præsentes pariter comittimus, et mandamus, postquam memoratos Fratres ejusdem Ordinis Sancti Joannis Dei, in sæpe dicti novi Hospitalis possessionem, sicut præmittitur, induxeris, eadem Nostra auctoritate Apostolica, ad hunc quoque effectum tibi per Nos attributa, Aromatariam ad Confraternitatem S. Joannis Decollati, seu Mortis nuncupatam, in eadem Nostra Civitate Faventina existentem, ut asseritur erectam, ex qua non solum pauperibus infirmis, per domos decumbentibus, juxta Medicorum perscriptum, et dilectorum filiorum Officialium, seu deputatorum ejusdem Confraternitatis mandatum, juxta piorum testatorum, et benefactorum pias dispositiones, et voluntates, quæ certos fundos, adnexosque redditus, et proventus, ad hunc effectum, eaque de causa eidem Confraternitati reliquerunt, medicamenta, gratis, juxta definitam quantitatem singulis annis, præberi solent, verum etiam certa medicamentorum prædictorum portio, et quantitas

dictis duobus veteribus Hospitalibus, quotannis gratis præstari consuevit, et pergit de præsenti spectantia, et pertinentia, novo Hospitali prædicto, una cum ipsa Domo, et Apotheca, aliisque omnibus fundis, et capitalibus, illorumque annuis fructibus, redditibus, et proventibus, juribus, et actionibus, quæ a dictis piis benefactoribus, et testatoribus ad eumdem præcisum effectum, eamdem Aromatariam habendi, retinendi, manutenendi, et erogandi prædictæ Confraternitati cessa, donata, et relicta fuerunt, ac comperiuntur, et existunt, non obstantibus eorumdem piorum benefactorum, et testatorum quantumlibet contrariis dispositionibus, testamentis, codicillis, et ultimis voluntatibus, quas hic de verbo ad verbum, una cum suis clausulis, conditionibus, et declarationibus volitis, et appositis pro expressis haberi volumus, et de quibus, ad præmissum effectum dumtaxat, firmis tamen oneribus impositis, derogamus, et commutamus, unias, adnectas, dones, assignes, et incorporas, ipsamque Aromatariam, medicamenta, et pharmaca quæcumque, ac omnia, in propriis domibus decumbentium ægrotorum servitio cedant, statuimus pariter, et declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 12. Decernentes has præsentes Literas, omniaque, et singula in eis contenta, et expressa quæcumque, tamquam pro bono publico, et majori pauperum infirmorum subsidio, et spirituali non minus, quum corporali eorum utilitate volita, ac præscripta, etiam ex eo, quod aliqui in ipsis interesse habentes, seu habere prætendentes, etiamsi specifica mentione, et individua expressione digni, eisdem non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causæ, propter quas ipsæ præsentes emanaverint, sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ fuerint, aut ex alia parte, quantumvis pia, juridica, legitima, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, et enormissimæ læsionis, nullo umquam tempore de subreptionis, et obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensu, alioque quolibet, etiam magno, et subtantiali, ac inexcogitato, inexcogitabilique defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illos, aperitionis oris, et restitutionis in integrum, aliudque quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu-proprio concesso, vel emendato, quempiam in judicio, et extra, illo uti, seu juvari ullo modo posse, sed ipsas præsentes Literas, semper, et perpetuo firmas, solidas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime, et inviolabiliter observari, et adimpleri, sicque, et non aliter in præmissis, per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Apostolicarum Auditores, ac quascumque S. R. E. Cardinalium Congregationes, sublata eis, ac eorum cuilibet aliter judicandi, et interpetrandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his, a quocumque, quavis occasione, scienter, et ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 13. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et Cancelleriæ Apostolicæ regula, de jure quæsito non tollendo, nec quorumcumque testatorum, ac piorum benefactorum, etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa, sufficienter expressa commutamus, ac supradictis, ejusdem Benedicti prædecessoris Anni 1752 expeditis Literis, quoad eam partem, quæ hisce præsentibus Nostris adversantur, quas tamen in cæteris omnibus innovamus, et confirmamus, aliis Constitutionibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, et Civitatis, dictorumque Hospitalium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, et quavis alia firmitate roboratis, statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, quibus omnibus, et singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præcisum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterique contrariis quibuscumque.

Substentationi merivientium translatæ Aromatariæ providetur.

§. 14. Volumus autem, ut tam Pharmacopola, qui hactenus Confraternitatis Aromatariam exercuit, quam unius, et alterius honestiores Ministri dictorum antiquiorum Hospitalium, quando officiis sibi adjunctis, laudabiliter functis comperiantur, et veterum Deputatorum judicio, quorum conscientiam super hoc oneramus, ac propte-

rea digni censeantur, substentatione charitativa provideantur, facta nimirum eisdem, ad certum determinatum tempus, prudenti tuo arbitrio, definiendum, congruæ præstationis assignatione a te præscribenda, sive ex dictæ Aromatariæ, sive respective ex ipsorum Hospitalium redditibus persolvenda, ut aliud honestum munus exercendi occasionem sibi quærentes, quo se imposterum substentari valeant, haud difficile consequantur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vii. Aprilis MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno III.

Dat. die 14 Apri 1761 Ann. III.

CCIII.

Deputatio Eminentissimi Cardinalis Banchieri in Protectorem Ordinis Bethlemitarum in Indiis Occidentalibus, servata forma Constitutionis Innocentii XII. super moderatione facultatum Protectorum Ordinum Regularium.

Romani Pontifices de opportunis Protectoribus ex S. R. E. Cardinalium deputatione, Regulares Ordines ditarunt; Ad prælaudatorum Protectorum facultates vel statuendas, vel temperandus quamplurimæ habentur Pontificiæ Constitutiones. Quoad Protectorem Ordinis Minorum S. Francisci adest Constitutio Gregorii XI. edit. Anno MCCCLXXIII. Maii xxvii. *Quam confirmavit ampliavit, et extendit Sixtus IV. Constit. altera edita Anno MCCCCLXXII. Jan.* xxviii. *Utrasque vero probavit, et declaravit Julius II. Const. Anni MDVIII. Octobris* xv. *Tandem prævia memoratarum Constitutionum confirmatione, eas, novis additis præscriptionibus ad Protectores quorumcumque Ordinum Regularium extendit Innocentius XII. Constitut. sua Anni MDCXCIV. Feb.* xvi. *quam legere præstat in Bullario Mainardii.*

Dilecto Filio Nostro Joanni Francisco S.R.E. Diacono Cardinali Banchieri nuncupato.

Clemens Papa XIII.

Dilecte Fili Noster salutem, et Apostolicam Benedictionem.

§. 1. Cum per obitum bo. mem. Joachimi Ferdinandi S. R. E. Cardinalis Portocarrero nuncupati, Ordinis Bethlemitarum in Indiis Occidentalibus, dum vixit, apud Sedem Apostolicam Protectoris nuper apud Sedem Apostolicam defuncti, Ordo ipse Protectore destitutus remanserit; Nos eidem Ordini de idoneo Protectore providere volentes, ac de tuæ circumspectionis singulari prudentia, integritate, ac Religionis zelo, plurimum in Domino confisi. Motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, te, ex cujus Protectione, ob tuas eximias virtutes, Ordinem hujusmodi plurimum commodi, ac ornamenti suscepturum esse confidimus, præfati Ordinis, illiusque Religiosorum, et Domorum Regularium quorumcumque apud Nos, et Sedem præfatam Protectorem, cum omnibus honoribus, et oneribus solitis, ac consuetis, servata tamen forma Constitutionis fel. rec. Innocentii PP. XII. Prædecessoris Nostri, super moderatione facultatum Protectorum Ordinum Regularium editæ, ad tui vitam, auctoritate Apostolica tenore præsentium facimus, et deputamus. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ omnibus et singulis Fratribus, et personis dicti Ordinis, ut te in eorum Protectorem juxta tenorem præsentium recipientes, ea, qua debent, reverentia prosequantur. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Cæterum te in Domino hortamur, ut hujusmodi Protectoris munus ita obire studeas, ut apud Deum bonorum operum retributorem, æternum præmium, et a Nobis condignam laudem valeas promereri. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xiv. Aprilis MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CCIV.

Dat die 15 April 1761 Ann. III.

Indulgentia Plenaria pro visitantibus Ecclesias Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum in Ultramontanis partibus, in quibus Oratio quadraginta horarum de Locorum Ordinariorum licentia fieri contigeret.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Ad ea, per quæ Christifidelium salus procuratur animarum libenter intendimus, eaque favore prosequimur

opportuno. Cum itaque, sicut accepimus, dilecti Filii Fratres Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupati, Orationem quadraginta horarum ad animarum salutem augendam in ultramontanis partibus in Ecclesiis Civitatum, et Locorum, ubi ipsi Conventus habent, instituere soleant. Nos pium, et sanctum, nec non Deo acceptabile opus hujusmodi promovere cupientes; Omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac Sacra Communione refectis, qui Orationi quadraginta horarum hujusmodi continuatarum, non autem, nisi noctis tempore interpolatarum, de licentia Ordinariorum locorum semel in anno instituendæ, per aliquod temporis spatium devote interfuerint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Omnibus vero, et singulis Confessariis ab Ordinariis locorum respective approbatis, qui in Ecclesiis præfatis occasione dictæ Orationis ad audiendas Confessiones deputati fuerint, omnes, et quoscumque utriusque sexus Christifideles pœnitentes, ab omnibus quibuscumque in præteritum usque ad diem datæ præsentium commissis criminibus, et excessibus etiam Nobis, et Apostolicæ Sedi reservatis (hæresis, simoniæ, ac duelli, et violationis clausuræ Monasteriorum Monialium, et recursus ad Judices Laicos contra formam Sacrorum Canonum exceptis) nec non excommunicationis, aliisque sententiis, censuris, et pœnis, etiam in Litteris die Cœnæ Domini legi solitis contentis in præteritum, similiter usque ad diem datæ præsentium incursis, imposita cuilibet arbitrio suo pœnitentia salutari, in foro conscientiæ tantum absolvendi, facultatem, et auctoritatem pro prima vice solummodo, tenore præsentium concedimus, et impertimur. Non obstantibus Apostolicis, ac in Provincialibus, et Generalibus Conciliis editis, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Præsentibus quoad Indulgentiæ hujusmodi concessionem ad septennium proximum tantum valituris. Volumus autem, ut præsentium Litterarum transumtis, seu exemplis, et impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xv. Aprilis MDCCLXI. Pontificatus Nostri anno tertio.

CCV.

Dat. die 15 Aprilis 1761 Anno III.

Abbati Monasterii S. Huberti in Ardenna Ordinis S. Benedicti, et Officialibus ab eo deputandis, facultas tribuitur sese immiscendi absque censurarum incursu in Causis Criminalibus ejusdem Oppidi S. Huberti, adnexorumque locorum, in quibus jurisdictionem temporalem præfati Monachi exercent, dummodo se se abstineant a ferenda sententia in Causis Sanguinis.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Cum sicut dilecti filii Modernus Abbas, ac Conventus, et Monachi Monasterii Sancti Huberti in Ardenna Oppidi ejusdem Sancti Huberti Ordinis Sancti Benedicti Leodien. Diœcesis Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi ejusdem Oppidi multorumque Pagorum, Castrorum, et Locorum in eis jurisdictionem temporalem exercentes, Domini in temporalibus sint, et in eisdem Oppido, Pagis, Castris, et Locis hujusmodi quandoque gravissima delicta committantur, quæ multoties prava suorum Prætorum, Scabinorum, et Officialium Laicorum dissimulatione, aut donis, et muneribus aliquando corruptorum, vel amicitia seductorum impunita remanent non publico quietis detrimento; Nobis propterea exponentes prædicti humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Monachi Sancti Huberti in Ardenna jurisdictionem temporalem in Oppido ejusdem Sancti Huberti exercentes, preces porrigunt pro removendis abusibus in judiciis Criminalibus existentibus, a Laicis Magistratibus actis

§. 2. Nos igitur eorumdem exponentium commodis, et conscientiæ securitati, quantum cum Domino possumus, benigne consulere, illosque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati,

Pontifex facultatem tribuit Abbati præfati Monasterii, atque Officialibus ab eo, de gremio Ordinis deputandis, ut occasione præfatæ temporalis jurisdictionis, in causis criminalibus se se immiscere possint absque censurarum incursu.

eidem moderno Abbati, et ab eo pro tempore deputandis de gremio ejusdem conventus, Officialibus, quamdiu Officialium hujusmodi muneribus fungentur, ac jurisdictioni temporalis in eisdem Oppido, Pagis, Castris, et Locis prædictis, eisdem exponentibus competentis, ratione, et occasione dumtaxat, quod ipsi in negotiis, et Causis Criminalibus quibuscumque, quoties opus fuerit se immiscere, ac in eis Justitiis, et Curiis Oppidi. ac aliorum Locorum prædictorum interesse, votum decisivum habere, ac in eisdem negotiis, et Causis hujusmodi, consilium, mandata, et jussiones tam verbo, quam in scriptis dare, et debitæ exequutioni demandari facere, etiamsi sanguinis effusio, membrorumque mutilatio, seu et mors inde sequatur, libere, et licite, et absque ullo censurarum Ecclesiasticarum, aut Irregularitatis incursu, possint, et valeant, dummodo tamen a Sententia in Causa Sanguinis per se ipsos ferenda omnino abstineant, Apostolica auctoritate, tenore præsentium concedimus, et indulgemus. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decima quinta Aprilis MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Exquiritur a præsenti indulto prolatio Sententiæ in Causa Sanguinis.

CCVI.

Dat. die 15. April. 1761 Anno tertio.

Exemptio Monasterii Græco-Albanensis Medijusti a jurisdictione Abbatis Provincialis Provinciæ Siculæ, illiusque immediata subjectio Abbati Generali Ordinis S. Basilii, jam decreta a prælaudato Abbate Generali, Apostolica auctoritate confirmatur, et observari a Superioribus, et Monachis præfatæ Provinciæ Siculæ expresse injungitur.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei Memoriam

Abbas Generalis hujus Ordinis Monasterium Græco-Albanensem Medijusti, a jurisdictione Abbatis Provincialis Provinciæ Siculæ exemit, et prælaudati Abbatis Generalis

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt Venerabilis frater Josephus Schiro Archiepiscopus Dyrrachiensis, ad dilecti filii Epirotæ, seu Albanenses ritus Græci Regni Siciliæ ultra Pharum, quod dilectus etiam filius Alexander Aguado Abbas Generalis Ordinis Sancti Basilij Magni, Monasterium Græco-Albanense Medijussi dicti Ordinis, per suum Decretum, ab omnimoda jurisdictione Abbatis Provincialis Provinciæ Siculæ ipsius Ordinis exemit, et liberavit, prout ex decreto ejusdem Alexandri Abbatis constat, tenoris sequentis videlicet = Nos » Alexander Aguadus, Abbas perpetuus » Sancti Nicandri, Regius Consiliarius, » et Abbas Generalis totius Ordinis Sancti Patris Nostri Basilij Magni. = Attentis instantia, et præcibus Nobis » nuper expositis, per supplicem libellum hic annexum ab Illmo, et Rmo » DD. Josepho Schirò Archiepiscopo » Dyrrachiensi nomine suo, ac etiam » populorum Albanensium Græci ritus Orientalis in Regno Siciliæ existentium super gravamina, quæ jam » dudum patiuntur a notis Monachis » Latinis Provinciæ Siciliæ ex causa » Monasterii ejusdem ut supra Græci » ritus, existentis in Oppido Albanensi » Panormitanæ Diœcesis: Habito prius » verbo, et benigne annuente, cum » SSmo Domino Nostro Papa Clemente Decimo Tertio feliciter Regnante, » cum consilio quoque, atque approbatione Emi, et Rmi Domini Cardinalis Nostri Ordinis Protectoris, ad » majorem Dei gloriam, pacem, et » quietem in Domino supradictorum » populorum supplicantium: auctoritate, qua fungimur, nec non inhærentes Bullæ erectionis prædicti Monasterii, Decreto Sacræ Congregationis Episcoporum, et Regularium, » in causa jurisdictionali ejusdem Monasterii, olim habita contra Panormitanum Archiepiscopum, ac ipsum » Monasterium immediatæ jurisdictioni Abbatis Generalis Ordinis Nostri » pro tempore adjudicanti: Inhærentes » quoque sententiis, et decretis emanatis a Tribunalibus Siciliæ pro eodem Monasterio, cæterisque etc. Statuimus, sancimus, et declaramus, » Monasterium Græco-Albanense Medijussi nunc, et in posterum omnino exemptum a jurisdictione tam » spirituali, quam temporali dictorum » Monachorum Latinorum nostri Ordinis Provinciæ Siciliæ, et Nobis, ac » Generalitiæ immediate jurisdictioni » subjectum, distractum etiam a cæteris Monasteriis Provinciæ Siciliæ, » atque uniendum, vel incorporandum » cum aliqua ex nostris Hispanis Provinciis ad mentem, salvis semper salvandis, nempe Ritu Græco Orientali, et primordiali iprius Monasterii, » nec non juribus, clausulis, et conditionibus contentis in Testamento Fundatoris, et in favorem Albanensium.

pro tempore existentis jurisdictioni subjecit.

» Datum in Collegio Sancti Basilj Magni de Urbe die III. Aprilis anni MDCCLXI. = Alexander Abbas Generalis = Abb. D. Blasius Ruffo Secret. Generalis = Loco ✠ Signi.

Pontifex supra relatum Abbatis Generalis decretum confirmat, et approbat.

§. 2. Quoniam autem exponentes prædicti, quo decretum hujusmodi firmius subsistat, et servetur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent. Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinsertum ejusdem Alexandri Abbatis Generalis dicti Ordinis Sancti Basilii Magni decretum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint supplemus, et sanamus.

Quidquid contra præsentes Literas gestum fuerit annullat, et irritat.

§. 3. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum, plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter, et inconcusse observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Præsentium Literarum observantiam Superioribus, et Monachis hujus Ordinis Provinciæ Siculæ expresse injungit.

§. 4. Mandantes propterea in virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis Nostræ, aliisque arbitrio Nostro imponendis pœnis, omnibus, et singulis dictæ Provinciæ Superioribus, et Monachis, cæterisque, ad quos spectat, et spectabit in futurum, ut Monasterium prædictum, illiusque Monachos Albanenses, præsentis gratiæ commodo, et effectu pacifice frui, et gaudere sinant, et faciant, nec illos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari permittant. Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decima septima Aprilis Millesimo, septingentesimo, sexagesimo Primo, Pontificatus Nostri anno Tertio.

CCVII.

Dat. die 18. Aprilis 1761. Ann. III.

Eligibilitatis indultum ad Ecclesiam Hildesiensem assequendam, licet de Trevirensi jam provisum sit, concessisse, prælaudato Archiepiscopo Trevirensi significat, eumdemque hortatur quamcitius impedimenta removeat opposita contra Præposituram Limburgensem, de qua jam Sancta Sedes per Apostolicas literas difficultates cunctas composuerat.

Literæ, quibus denegatur Cardinali e Ducibus Bavariæ indultum eligibilitatis ad Ecclesiam Hildesiensem relatæ a nobis sunt hoc Tom. II. sub num. CXCIV.

Venerabili Fratri Joanni Philippo Archiepiscopo Trevirensi S.R.I. Principi Electori.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Indultum eligibilitatis ad Hildesiensem Ecclesiam concessisse significat, quod pernegaverat Cardinali ex Ducibus Bavariæ.

§. 1. De sententia Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregationis Concistorialis, quibus petitionem tuam commisimus ponderandam, per alias Nostras literas in forma Brevis concedendum tibi fore censuimus eligibilitatis Indultum, quod vocant, ad Ecclesiam Hildesiensem assequendam, si, quæ necessaria sunt ad legitimam electionem, in ta Canonicorum suffragia convenerint. Hoc autem nulli antea uti arbitraris pro ea Ecclesia concesseramus; ac nisi in præsens, dilecto Filio Nostro Joanni Theodoro Cardinali e Bavariæ Ducibus id ipsum roganti, eodem ipso Venerabilium Fratrum Nostrorum Conventu suffragante non tribuimus.

Quod sane Indultum hortatur, ut incitamento sit ad charitatis vincula erga S. Sedem magis, magisque constringenda, et controversias dirimendas, quoad Præposituram Limburgensem jam a S. Sede compositas.

§. 2. Sane hanc quoque gratificandi tui opportunitatem lubenter arripuimus, quo magis cognosceres quam Sincero charitatis affectu, Fraternitatem tuam complectamur, et novis quotidie vinculis cupiamus obstringere, nam et parem te vicem Apostolicæ huic Sedi redditurum fore confidimus non tantum in persona Nostra, verum etiam in Apostolico Nuncio, a quo eodem repræ-

sentatur, omnemque propterea conquestionis Causam, e medio sublaturum: maximam praeterea spem in tua prudentia, ac sollicitudine repositam habemus, amotum iri quamcito ea impedimenta, quæ ad Limburgensem Præposituram quod attinet, postquam ea controversia semel ac iterum definita fuerat, Apostolicis literis objecta fuere, ut tandem qui ab Apostolica Sede provisus fuit, Beneficii sui pacificam teneat possessionem, Hierarchici Ordinis, quem Tibi cordi esse profiteris, vigor, ac dignitas in antiquo robore suo permaneat, atque is tandem, qui tantæ offensionis in causa est, conscientiæ suæ aliquando consulere, et Pontificiam benignitatem demereri queat. Tunc enim in dies avebimus magis te Apostolicæ benevolentiæ Nostræ argumentis ornare, damusque pignus Apostolicam Benedictionem, quam tibi, Venerabilis Frater, peramanter largimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XVIII. Aprilis MDCCLXI. Pontificatus Nostri anno tertio.

CCVIII.

Dat. die 2. Maii 1761 Anno tertio.

Applicatio, et assignatio redditnum superextantium, post impleta injuncta onera Confraternitatum Laicalium Civitatis, et Diœcesis Ariminensis, favore Seminarii, et Hospitalium Pauperum, et Peregrinorum ejusdem Civitatis.

Clemens Papa XIII.

Dilecto Filio Episcopo Ariminensi

Dilecte Fili salutem, et Apostolicam Benedictionem

Describitur infelix status redditnum Seminarii Ariminensis, nec non Hospitalium, infirmis. et peregrinis recipiendis.

§. 1. Exposuisti Nobis, quod tu postquam apud Cathedralem Ecclesiam Ariminensem, tibi a Nobis commissam, per aliquot temporis spatium commoratus fueras, pro bono Civitatis, et Diœcesis Ariminensis regimine, gubernio, administratione, commodo, et utilitate, tui muneris partes esse existimasti inter cætera, tam ad Seminarium Ecclesiasticum, quam ad Infirmorum, Peregrinorumque hospitalia in Civitate, et Diœcesi hujusmodi existentia animum intendere; incohata itaque Sacra Civitatis, et Diœcesis prædictarum visitatione, tum Seminarium, tum hospitalia hujusmodi personaliter adivisti, quæ non sine magna animi tui molestia ita annuis redditibus imparata esse, ac in ea positiva, ac inevitabili necessitate illorum rationibus prompte consulere reperisti; pro eo vero, quod ad Seminarium pertinet, in primis, et ante omnia animo perpendens, propter parvam assignationem triginta, quæ primo Magistro Rhetoricæ, et duodecim scutorum Monetæ Romanæ, Magistro Grammaticæ, præter esculenta, et poculenta dumtaxat præbentur, viri ad id habiles, et capaces minime inveniuntur, et haberi possunt, pro ut re ipsa, cum officium Magistri Rhetoricæ ejusdem Seminarii interea vacavisset, tu ut virum idoneum habere valeres, ac utilitati, et commodo dicti Seminarii consuleres, Magistrum Seminarii Ecclesiastici Faventini tamquam ortum in Diœcesi Ariminensi vocari facere curasti, qui licet summam sexaginta scutorum parinm ex Seminario Faventino perciperet, nihilominus munus Magistri prædicti in tuo Seminario prædicto, absque ulla assignatione a te facta, explere pergit, sub spe, quod tu honorarium stipendium congruens, altero per eum relicto assignare possis, licet id exequi posse non speres de presenti, attamen necessarium, opportunumque esse existimaveris dictum Magistrum habere, facta consideratione præcipue, et principaliter, quod ex doctis Magistris non solum decor, verum etiam commodum, et utilitas Civitatis, et progressus studentium positi existunt, et revera in Seminariis Ecclesiasticis Civitatum propinquarum Magistri stipendium, non solum sexaginta scutorum, verum etiam majoris summæ percipiunt, ac insuper reperisti, quod ex ista tua amplissima Diœcesi, in qua inter, quinquaginta duo Castra, et Terras, ac centum viginti Parochiales Ecclesias, absque illis, quæ in Civitate existunt, ex quibus sexaginta septem millium tercentum septuaginta quinque circiter personæ numerantur, novem dumtaxat Alumni in Seminario prædicto gratis de præsenti reperiuntur, et alimenta suppeditantur, imo perpenso ejusdem Seminarii moderno statu, nempe annuo redditu etiam vulgo *delle Dozzene* ac exitu, sive expensis victus pro omnibus in dicto Seminario degentibus, expensæ necessario faciendæ, summam centum septuaginta quatuor scutorum circiter illius redditus excedunt, quare tu cogaris medietatem Alumnorum, qui inibi gratis aluntur minuere, sive dimittere, no

Seminarium prædictum, ære alieno magis magisque gravetur, ex quo inde evidens detrimentum oriri videatur Adolescentibus optimi ingenii, qui propter ægestatem, nec in Civitate, neque in Seminario literas discere nequiverint.

Fabrica Seminarii Ariminensis, propter angustiam, incapax erat ad Alumnos insufficienti numero recipiendos, custodiendosque.

§. 2. Præterea Fabrica dicti Seminarii valde angusta, duobus Dormitoriis dumtaxat confecta remanet, quorum unum plusquam satis commodum solum dici potest, dicta vero Dormitoria viginti quinque Juvenes, etiamsi lectus fere inter se conjuncti, et vicini existant, vix capiunt, et attento commodi defectu, dictum Seminarium plures alios Juvenes, prout ingens Diœcesis prædictæ amplitudo requirit, retinere nequit, itaut necessitas postulat, ut dicti Seminarii Fabrica, saltem ad commodum quinquaginta Juvenum, augeatur, addens etiam, quod propter angustiam dicti Seminarii, Juvenes æstivo præsertim tempore valde patiuntur, ex quo factum est, ut quamplurimi in morbum incidant, eaque de causa ante tempus incoata studia, quibus incumbunt, non sine maximo eorum præjudicio relinquere coguntur, demum similis angustia in scholis existit, quæ eo in situ constructæ sunt, ut Clerici, et Sæculares extra memoratum Seminarium degentes, et ad illud accedentes ratione studiorum, inter domicilia Seminaristarum transire omnino debent, idque vero minime convenire videtur, nam occasio præbetur, ut Sæculares, et Clerici prædicti una cum ejusmodi Seminaristis tractent, et versentur, quod, habita consideratione, omnino evitari necesse est.

Episcopus Ariminensis consilio assumpto Moderatorum Seminarii, duxit utrisque posse urgentiis prospicere ex superextantibus redditibus Confraternitatum Locorum, post eisdem injunctorum onerum implementum.

§. 3. Ut autem hisce incommodis aliquod remedium afferre, et prædicti Seminarii indemnitati consulere valeas, convocata prius coram te peculiariCanonicorum, et Rectorum Parochialium Ecclesiarum, qui deputati, ac Moderatores ipsius Seminarii electi existunt, nec non Canonicorum Convisitatorum serio, et pluries perpensis supradictis expressis indingentiis non minus, quam modo, et quomodo illis consuli possit, post nonnullas considerationes, dicti Canonici, et Deputati existimarunt, nullum alium fere modum existere, quam recurrere ad loca pia, et Confraternitates ejusdem Civitatis, et Diœcesis, prout jam ab usque anno MDCCLVI. bo: me: Marcus Antonius, dum vixit Episcopus Ariminensis, tempore Visitationis per Revisores, seu Recognoscentes Deputatos, omnium, et singularum Confraternitatum, et Locorum Piorum Diœcesis hujusmodi annuos redditus, et expensas, æqua Judicis lance ponderare mandaverat, et tunc compertum fuit, quod pecuniæ exactæ, et inexactæ, summam bismille nongentorum octuaginta sex circiter scutorum monetæ Romanæ constituebant, quodque demptis expensis necessariis, et voluptariis inter dictas Confraternitates, et Loca Pia, de anno in anno septingenta quinquaginta circiter scuta paria exuperabant; in examine vero dictorum annuorum fructuum, redditum, et proventuum, nec non expensarum ejusmodi Confraternitatum, et Locorum Piorum demandato, Loca Pia, et Confraternitates ejusdem Civitatis compræhensa miuime fuerant, inter quas, et quæ, quamplurima annuis redditibus satis provisa existunt, dictumque examen præscripsit, ac mandavit, ad hoc, ut fel. rec. Benedicto Papæ XIV. prædecessori Nostro exhibere posset, ut facultatem sibi tribueret, dictos superextantes fructus, ac redditus hujusmodi Confraternitatum, et Locorum Piorum, et quæ in posterum superesse possent, impendendi, erogandique in commodum, utilitatemque, et necessitates dicti Seminarii; id vero, attento ipsius Marci Antonii Episcopi obitu, exequutioni minime demandatum fuit, animo perpendendo, quod una ex dictis superextantibus fructibus in augmentum assignationis Magistris dicti Seminarii, alia pro manutentione aliorum Alumnorum gratis, et aliorum Convictorum, prævia tamen solutione medietatis summæ pro Convictoribus præscriptæ, singulis annis solvendæ, nominandorum ab illis Locis Piis, et Confraternitatibus, quæ superextantes annuos fructus prædictos suppeditarent, et reliquæ demum partes in augmentum Fabricæ ipsius Seminarii, et commoditates Alumnorum, et Scholarum, ac in dissolutionem æris alieni, seu censuum, quibus Seminarium prædictum pro dictæ Fabricæ constructione facienda gravaretur, ac in extinctionem eorumdem Censuum impendi, et erogari omnino deberent,

Et hospitalia infirmorum, atque peregrinorum haud satis dotata redditibus, ex superextantibus illis Locorum Confraternitatum, juvari posse Ariminensis Episcopus putavit.

§. 4. Quod vero ad Infirmorum, et Peregrinorum Hospitalia spectat, utraque subsidio egent, illud vero Peregrinorum majori ægestate, quippe quod paucis annuis redditibus provisum remanet, nullusque fere modus servandi lectus, resque lintearias, aliaque necessaria pro dictorum Peregrinorum hospitio; aliud vero Infirmorum hospitale, singulis annis, ære alieno magni momenti gravatum remanet, attento, quod illius annui redditus pro necessariis In-

firmorum expensis minime sufficiunt, ut autem tu, tot tantisque eorumdem Seminarii, ac Hospitalium prædictorum necessitatibus aliaque in parte consulere valeas, Nobis supplicasti, ut tibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Facultatem tribuit Pontifex Ariminensi Episcopo, præconceptam redditaum superextantium erogationem explendi favore Seminarii, et Hospitalium prælaudatæ Civitatis, datis nonnullis præceptis.

§. 5. Nos igitur, qui illius vices, licet immeriti, gerimus in Terris, qui charitatis, et misericordiæ officia in pauperes, et infirmos collata, tanquam sibimetipsi tributa commendat, cæterisque præmiis remuneratur, ac in iis etiam, quæ ad meliorem Adolescentium in Seminariis Ecclesiasticis commorantium institutionem, ac præsertim in doctrinarum studiis promovendam conferre possunt, Nostræ sollecitudinis partes propensius impartimur, ex præmissorum consideratione persuasum habentes, eorumdem Hospitalium indemnitatem, ac manutentionem, nec non Seminarii ampliationem, ad promovenda Christianæ pietatis opera, utilissima fore; ideo Circumspectionem tuam in laudabili proposito hujusmodi confovere, ac specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, supplicationibus tuis Nobis porrectis inclinati, attentis expositis, ac prævia in præmissis matura deliberatione Nostra, Circumspectioni tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut ad opportunum, aptumque ædium Seminarii Ecclesiastici prædicti, et annuorum illius reddituum, pro manutentione majoris numeri Alumnorum necessarium augmentum, nec non ad occurrendum indigentiis, quibus dicta duo Hospitalia in Civitate Ariminensi erecta, alterum scilicet Infirmis, reliquum Peregrinis excipiendis destinata præmuntur, non solum pecunias, quas actu existentes apud quasenmque Laicorum Confraternitates in dictis Civitate, et Diœcesi, canonice, ut asseritur, erectas, et institutas (iis tamen Confraternitatibus semper exceptis, quæ ex earum instituto, vel ex laudabili consuetudine redditus suos in Pauperum usus erogare consueverant) post adimpleta onera quæcumque sive a piis testatoribus, vel propriis respective statutis relicta, veluti superextantes, ac superfluos, et superfluentes repereris, sed etiam successivos annuos fructus, redditus, et proventus, ad easdem Confraternitates quomodocumque, et quandocumque spectantes, quos adimpletis, ut præfertur, omnibus oneribus, et obligationibus, quotannis superfluere comperceris, sive illi in prophanos, sive etiam in pios usus, dummodo a testatoribus non præscriptos erogari consueverint, auctoritate Nostra Apostolica, tenore præsentium addicere, et applicare, verum etiam super illarum annuis fructibus, redditibus, et proventibus quibuscumque, ac unicuique ex prædictis Confraternitatibus pecuniariam, pensionem annuam per dilectos filios modernos, et pro tempore earumdem Confraternitatum existentes Officiales, et Confratres statutis temporibus per Circumspectionem tuam præfigendis, persolvendam, et in superius enunciatos, non tamen in alios usus, juxta datam tibi a Domino prudentiam, tantummodo impendendam, et erogandam, quæ quidem pensio, liquidatæ prius superfluentium, et superextantium annuorum fructuum, redditnum, et proventuum quantitati respondeat, assignare, imponere, et reservare libere, et licite possis, et valeas, ac impositam pensionem suo tempore persolvi, ac exigi facere mandes, cures, et facias; ea tamen conditione, ut pecuniarum actu superextantium, et annuorum superfluentium reddituum liquidatio, nec non correspectiva pensionis quotannis solvendæ taxa, per Circumspectionem tuam, prævio maturo examine, de consilio proborum Virorum, auditisque propriis uniuscujusque Confraternitatis Officialibus, seu Administratoribus, fieri debeat.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstante, quatenus opus sit quorumcumque piorum benefactorum, seu testatorum testamentis, dispositionibus, codicillis, ac ultimis voluntatibus, quas quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, ac Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non dictarum Confraternitatum, ac Civitatis prædictæ etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis, superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expres-

se derogamus cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die secunda Maij Millesimo, Septingentesimo, Sexagesimo, Primo, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Dat. die 5 Maii 1761. Ann. III.

CCIX.

In Canone Missæ post mentionem factam Romani Pontificis, et Diœcesani Antistitis, nomen Imperatricis Reginæ, ejusque Conjugis nuncupari permittit in Regnis Hungariæ, Bohemiæ et in universis Austriacæ Domus Ditionibus, hancque gratiam, ad quoscumque legitimos in illis Dominationibus successores, perpetuo extendit.

Apostolici titulum Hungariæ Regibus in perpetuum concessum a Clemente XIII. fuisse, referunt illius Constitutio Anni 1758. Augusti 19, itemque alloquutio in Consistorio die 1. Octobris anni ejusdem, quas dedimus in Tom. I. præsentis continuationis sub num. V, et XVII.

Carissimæ in Christo Filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ Reginæ Apostolicæ, nec non Bohemiæ Reginæ Illustri in Romanorum Imperatricem electæ.

Clemens Papa XIII.

Carissima in Christo filia Nostra, salutem, et Apostolica Benedictionem

Preces porrecta ab Archiepiscopo Viennensi in Austria super hac mentione in canone Missæ faciunda.

§. 1. Flagitavit jampridem a Nobis, Literis suis, Venerabilis Frater Christophorus Viennæ in Austria Archiepiscopus, ut in canone Missæ, post mentionem factam Romani Pontificis, et Diœcesani Antistitis, nomen Tuum nuncupari permitteremus, et una simul carissimi Conjugis Tui Francisci in Romanorum Imperatorem electi, Nostri in Christo æque carissimi Filii, quem non vitæ consuetudinis tantum, sed totius regiminis socium, atque participem effecisti, atque id ipsum legitimis in utroque Regno successionibus Tuis concederemus: etsi autem nihil est quod spectatissimo nomini Tuo debere Nos non existimemus, nihil quod pro singulari, ac vere paterna benevolentia conferre Tibi maximopere non cupiamus, nihilominus quia res gravissima videbatur, ac nova, hæsimus diu, atque substitimus, facile arbitrati, pro Tua eximia pietate, ac prudentia, ipsam Te nolle, ut gratificandi Tui causa, quidpiam Ecclesiasticis regulis minus consentaneum admitteremus.

Imploratum privilegium jam ab immemorabili in usu erat in Regnis Hungariæ, et Bohemiæ.

§. 2. Sed quum idem Ven. Fr. postmodum renunciavisset, consuetudinem hanc nominandi Reges ab antiquissimo tempore, cujus originis memoria non est, tam in Hungaria, quam in Bohemia obtinere, tum animadvertimus, rem non esse de novo privilegio largiendo, sed de veteri potius in reliquas Majestatis Tuæ Imperio subjectas regiones extendendo.

Apostolica Sedes numquam improbavit antiquissimos usus commendandi Reges in precibus, eorumque nominibus appellandi in canone Missæ.

§. 3. Cum igitur Apostolica Sedes improbaverit numquam antiquissimos usus commendandi Reges, non mente solum, sed propriis etiam in canone recitatis nominibus, dummodo spiritum unitatis in vinculo pacis cum Ecclesia Romana servarent, gavisi maxime fuimus, petitionem hanc Ecclesiasticæ disciplinæ haud videri contrariam, Tuisque propterea votis Nos posse indulgere: nam ut quam multa ommittamus Austriacæ Domus præclarissima merita, quæ Hungariam adversus infensissimos Christianorum hostes veluti firmissimum aggerem, ac munitissimum vallum semper opposuit, effecitque ut Catholica Religio in Bohemia, cæterisque hæreditariis provinciis invicta regnaret, quæ alia Romanæ Ecclesiæ piissima Filia, Pontificæ benevolentiæ pignora demereri magis poterit, quam quæ florentibus armis, ad utriusque Regni solium evecta, miram innocentiæ, et Christianæ pietatis laudem, cum summa imperandi sapientia conjuxit, quæ cœlesti benedictione ter inaugurata est, atque honorifica Reginæ Apostolicæ appellatione sub initium Pontificatus Nostri, condecorata?

Consuetudo recitandi in canone Missæ nomen Mariæ Theresiæ tam in Hungaria, quam in Bohemia confirmatur, et ad cæteras Austriacas Ditiones extenditur, etiam pro prælaudatæ Mariæ Theresiæ conjuge.

§. 4. Quibus ex causis, Apostolicæ authoritatis Nostræ calculo, consuetudinem, quæ obtinet in Hungaria, et in Bohemia nominis Tui in canone Missæ recitandi, usque dum Majestatis Tuæ vita, quam diutissimam apprecamur, superstes erit, præsentium tenore approbamus, ratam habemus, et confirmamus, atque ut nomini Tuo supersaddatur nomen car[illegible]simi in Christo Filii Nostri Francisci Conjugis Tui, ac regimis socii de novo largimur, atque concedimus, utque idipsum fieri possit in aliis Archiducatibus, Ducatibus, Provinciis, et locis ad Dominium Tuum pertinentibus, ita ut post mentionem factam Romani Pontificis, et Episcopi Diœcesani, in eodem canone, hæc præs-

cripta verba dicantur = et pro Regina nostra Maria Theresia, et Francisco in Romanorum Imperatorem electo ejus Conjuge, et socio regiminis = de benignitate pariter Apostolica permittimus, et indulgemus.

Privilegium hoc extenditur ad successores cunctos legitimos in Ditionibus ipsis, dumodo sint sacra Ecclesiæ unctione inaugurati.

§. 5. Præterea, futuris temporibus, ut legittimi Successores Tui in prædictis Hungariæ et Bohemiæ Regnis sive masculi, sive fæminæ, dummodo cœlesti benedictione, et sacra unctione juxta consuetas cæremonias, ut Reges ac Domini, sive ut Reginæ ac Dominæ inaugurati, vel inauguratæ fuerint, non tam in iisdem Regnis superius memoratis, quam in aliis Provinciis, Urbibus, ac Locis eorum dominationi pleno jure subjectis, nullo tamen addito Conjugis nomine, si quem, vel quam habuerint, quod Majestati Tuæ, et Augustissimo Conjugi socio regiminis specialissimum volumus, per hæc tantum verba = Pro Rege nostro si fuerit masculus, pro Regina nostra, si fuerint fæmina, in eodem canone Missæ nominari possint pari authoritate, perpetuo concedimus, et indulgemus: decernentes præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, quibuscumque non obstantibus.

Preces ad Deum fudit Pontifex pro Austriacæ Domus prosperitate, in Romanæ Ecclesiæ utilitatem, et defensionem.

§. 6. Ascendant igitur tot millium Sacerdotum preces, ac vota sicut incensum aromatum in conspectu Domini, exaudiatque de Templo Sancto suo voces eorum, et cœlestis gratiæ suæ donis, sic Majestati Tuæ, Augustissimo Conjugi, Lectissimæ Soboli propitius adsit, ut cogitationes omnes, atque consilia Vestra referantur ad æterni sui nominis laudem, ad incrementum Catholicæ Fidei, ad Romanæ Sedis dignitatem tuendam, a quibus neque æterna salus Vestra, neque Regnorum Vestrorum fælicitas poterunt esse disjunctæ: Quæ dum ferventissimis precibus exoramus Apostolicam Benedictionem Tibi, Carissima in Christo Filia Nostra, Augustissimo Conjugi, et Liberis omnibus amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die v. Maij MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CCX.

Dat. die 6 Maij 1761 Ann. III.

Universis per Hungariæ, Bohemiæ, et Austriacæ Domus Ditionibus, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque Ordinariis, indultum nominationis Mariæ Theresiæ Austriacæ, ejusque Conjugis in canone Missæ, post Pontificis, et Diœcesani Antistitis nomen, significat, illiusque committit exequutionem.

Venerabilibus Fratribus ac dilectis Filiis Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Præpositis, Decanis, aliisque locorum Ordinariis in Regnis Hungariæ, et Bohemiæ, cæterisque Archiducatibus, Ducatibus, et locis Austriacæ Dominationi subjectis.

Clemens PP. XIII.

Venerabiles Fratres,
et dilecti Filii salutem,
et Apostolicam Benedictionem.

Ab Apostolis ipsis commendatæ fuere preces, et orationes pro Regibus, et Principibus in sancto Missæ sacrificio, atque e Romana Sede constanter probatum.

§. 1. Quod Apostolus in prima ad Timotheum epistola non hortatur solum, sed obsecrat, ut Orationes, postulationes, gratiarum actiones fiant pro Regibus, et omnibus, qui in sublimitate sunt ad quietam, et tranquillam vitam in omni pietate, et castitate agendam, religiose adeo, fideliterque retinuit Ecclesia Catholica, ut Omnipotenti Deo, per quem Reges regnant, et legum Conditores juxta decernunt, sublimiores potestates non commendaverit modo, verum etiam propria quarumdam nomina, infra Missæ actionem, sacris in Diptychis recitari permiserit, earumque regionum consuetudines nunquam improbaverit, in quibus id more antiquissimo, receptum fuisse constaret.

Postulationes factæ exponuntur pro adprobatione consuetudinis nominandi in Missa Hungariæ, Bohemiæ Reges, et Austriacæ Domus Dinastas in eius ditionibus.

§. 2. Cum itaque Ven. Fr. Christophorus Viennæ in Austria Archiepiscopus Nos certiores fecisset, consuetudinem hanc in Hungariæ, et Bohemiæ Regnis jamdum obtinuisse, ac bene conscius, sacro Missæ canoni aliis in locis, ubi non adest, nihil adjungi posse, nisi de speciali Romani Pontificis permissu, enixe postularet, ut in cæteras etiam Austriacæ Dominationis Provincias induceretur, addito carissimæ in Christo Filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ nomini, carissimi pariter in Christo Filii Nostri Augustissimi ejus Conjugis, et socii regiminis nomine, ejusmodi precibus, matura deliberatione

præmissa, annuendum esse censuimus per literas in forma Brevis, quarum hic exemplum describimus (Literæ sunt, quas retulimus superiori numero)

Pontifex literarum Apostolicarum super nominatione prælaudata in canone Missæ exequutionem, universis Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque Ordinariis in Austriacis ditionibus existentibus committit.

§. 3. Quamobrem, Venerabiles Fratres, ac dilecti Filii, cum per istam Ditionem omnem idem ubique vigeat studium, et amor Austriacæ Domus, una eademque sit subditorum omnium voluntas, et animus, nihil a vobis pariter expeti magis existimantes, quam ut cuncti Sacerdotes Diœcesium vestrarum, qui populorum interpretes sunt apud Dominum, eorumque deferunt vota in conspectu Divinæ Majestatis, in sacrificiis suis quotidie flagitarent, ac quasi contenderent, ut Augustissimi Conjuges de rore Cæli, et de pinguedine Terræ benedicantur, sollicitudini vestræ injungimus, atque mandamus, ut præinsertas literas Nostras, quæque in eis de benignitate Apostolica indulsimus, quamprimum exequi diligenter faciatis. Ut autem, sicuti maxime convenit in Sacro Missæ Canone unius sint oris, ac labii in iis nominibus inibi enunciandis, unusquisque vestrum, in sua Diœcesi, Presbyteris omnibus utriusque Cleri tam Sæcularis, quam Regularis, quacumque gaudeant exemptione, vel speciali mentione indigeant, præcipiet, atque mandabit, ut post mentionem factam Romani Pontificis, ac Diœcesani Episcopi, præscriptam in superius exaratis Apostolicis literis formulam, adamussim recitent, ita ut nemo cujuscumque ordinis, gradus, aut dignitatis existat, quovis prætextu sese excusare, vel eidem formulæ quidquam addere, vel detrahere possit. Futuris vero temporibus eadem omnino rite serventur, quæ iisdem in Literis fieri, atque observari debere statuimus, quibuscumque non obstantibus, atque intera Apostolicam Benedictionem Nostram peramanter largimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vi. Maji MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CCXI.

Dat. die 9. Maii 1761 Pont. Ann. III.

Peculiares dispositiones quoad Abbatiam B. M. de Abbundantia Diœcesis Gebennæ, ad Monachos Ordinis S. Bernardi Congregationis Fuliensis spectantem, de Jurepatronatus Regis Sardiniæ uti Sabaudiæ Ducis.

Literæ in forma Brevis S. M. Pauli V. dierum 18. Septembris 1606., e 7. Maii 1607., quibus Abbatia hæc, olim ad Canonicos Regulares S. Augustini pertinens, concessa fuit Monachis Ordinis S. Bernardi Congregationis Fuliensis, non reperiuntur impressæ in Bullario Mainardi.

Clemens Papa XIII.

Venerabili Fratri Episcopo Gebbennensi, seu illius Vicario Generali

Venerabilis Frater, seu dilecte Fili, salutem, et Apostolicam benedictionem.

Abbatia S. M. de Abbundantia in Gebennensi Diœcesi, in qua olim duodecim Canonici Regulares S. Augustini inhabitabant, deinde inhabitata fuit a duodecim Monachis Ordinis S. Bernardi Congregationis Fuliensis.

§. 1. Nuper pro parte carissimi in Christo filii Nostri Caroli Emanuelis Sardiniæ Regis Illustris Nobis expositum fuit, quod in ista Diœcesi Gebennensi, Abbatia Beatæ Mariæ de Abundantia nuncupata, de jurepatronatus (ut asseritur) ipsius Caroli Emanuelis Regis, uti Sabaudiæ Ducis fundata, ac sita reperiatur, quæ in Commendam ad vitam concedi solet, suumque Monasterium cum annexa Ecclesia habet, in qua ab initio duodecim Canonici Regulares Ordinis Sancti Augustini residebant, donec, et quousque in eorum locum, a Sancto Francisco Salesio, tunc existente Episcopo Gebennensi, vigore quarumdam fel: rec: Pauli Papæ V. Prædecessoris Nostri in simili forma Brevis die xxvIII. Septembris MDCVI. expeditarum literarum, et subinde nempe die vII. Maij Anni MDCVII. duodecim Monachi Ordinis Sancti Bernardi Congregationis Beatæ Mariæ Fuliensis substituti, ac suffecti, et introducti fuerant, prout etiam nunc de præsenti existunt.

Immunitis deinde redditibus Abbatiæ, qui tunc temporis eam in commendam obtinuerat, S. M. Benedicto XIV. preces porrexit pro nonnullis reformationibus in utilitatem Abbatiæ, et Monachorum.

§. 2. Attenta vero conspicua, ac magni momenti fructuum, reddituum, et proventuum Abbatialium, seu Abbatiæ prædictæ imminutione bo: me: Petrus, dum vixit S.R.E. Presbyter Cardinalis Guerin de Tencin nuncupatus, qui tunc temporis Abbatiam prædictam sibi ad sui vitam in Commendam concessam obtinebat, prævio tamen ipsius

Caroli Emanuelis Regis assensu, fel: rec. Benedicto Papa XIV. prædecessori itidem Nostro supplicavit, quatenus non solum eo quod ipse Petrus Cardinalis tunc potiebatur, suppeditando dictis duodecim Monachis in Monasterio hujusmodi degentibus sumptus necessarios, verum etiam majori, quod alios pro tempore existentes Abbates Commendatarios in posterum pati contigeret, detrimento, attento, quod fructus, redditus, et proventus hujusmodi magis magisque imminui videbantur: idem Benedictus prædecessor, negotium hujusmodi ad bo: itidem me: Joannem Jacobum, dum pariter vixit S.R.E. prædictæ Cardinalem Millo nuncupatum tunc temporis suum Auditorem, perpendendum remisit, qui subinde una cum dilecto filio Nostro Alexandro ejusdem S.R.E. Diacono Cardinali Albani nuncupato, tamquam Regni Sardiniæ Protectore, ac dilecto filio tunc existenti Abbate Generali Congregationis Reformatæ Sancti Bernardi Ordinis Cisterciensis, ac Venerabili Fratre Francisco nunc Episcopo Tiburtino, tunc ejusdem Petri Cardinalis Auditore, quamplurimos ea super re habuit congressus; depulsis demum quibusvis inde exortis dubiis, omnia eidem Benedicto prædecessori retulit, et vigore relationis planum factum fuit pro cessione, et expeditione quarumdam literarum Apostolicarum sub certis modis, et conditionibus in literis prædictis, quæ tunc expediri debebant, exprimendis, quæ animo tendebant ad tuta, et secura reddenda jura ejusdem Abbatiæ, prout etiam utilitatem, decentiam, et commodum Monachorum ipsius Monasterii, quæ quidem concessio, propter bella ea in regione mota, minime exequuta fuit.

Vita functo Benedicto XIV quin propositæ reformationes suum fuerint effectum sortitæ, novas provisiones proposuit Carolus Emanuel Sardiniæ Rex in cujus Ditionibus Abbatia reperiebatur.

§. 3 Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dictus Carolus Emanuel Rex, provisionem a memorato Benedicto prædecessore, instante dicto Petro Cardinali, super præmissis captam, sub eisdem modis, et conditionibus tunc concordatis, alteraque insuper adjecta circumstantia, prout ipse Carolus Emanuel Rex per suas literas Nobis animum suum aperuit, alias propositiones in posterum Nobis faciendi, super applicatione fructuum, ac redditum, proventuumque Abbatialium, per quam Divini cultus augmento, Catholicæ Religionis propagationi, et Catholicorum confirmationi utilius prospiciatur, exequutioni demandari posse plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Propositas a Carolo Emanuele provisiones Pontifex approbavit, et Ordinario Gebennen pro exequutione commisit.

§. 4. Nos igitur piis ejusdem Caroli Emanuelis Regis votis, hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, suumque stu-dium plurimum commendantes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audito etiam dilecto quoque filio moderno Abbate Generali memoratæ Congregationis Reformatæ S. Bernardi, qui suum etiam in præmissis consensum præstat, Fraternitati tuæ, Frater Episcope, de cujus fide, prudentia, integritate, vigilantia, et Religionis zelo plurimum in Domino confidimus, seu discretioni tuæ Fili Vicari, per præsentes committimus, et mandamus. » Che essendo vero l' esposto, riduca le dodici Prebende de Monaci Bernardoni a sei solamente.

Monachorum Præbendæ ad sex tantummodo reducuntur.

» Che assicuri nelle forme più valide l' annua somma di Lire 300. di Savoja, o sia di scudi Sessanta moneta Romana per ciascuna Prebenda; cosicchè abbiamo i Monaci Prebendati l' annuo assegnamento di Lire 1800. di Savoja.

Cuicumque præbendæ assignatur annuus redditus Scut. sexaginta.

» Che i medesimi sei Monaci Prebendati si trasportino al Monastero Priorale di Lemens, appresso Chambery dello stesso Ordidine, ed ivi siano sempre mantenuti col predetto assegnamento di Lire 1800. di Savoja da pagarsi loro ogni anno, a ragione di lire 300. per ciascheduno: E rispetto agli altri sei Monaci, che risiedono nel Monastero dell' Abbondanza, sarà cura del Padre Abbate Generale di collocarli in altri Monasterj della Congregazione Fogliense.

Sex Monachi de prædictis Præbendis provisi, ad Monasterium Prioris Lemense transferuntur, reliqui sex dispertiendi sunt ab Abbate Generali in aliis Cœnobiis Congregationis Fuliensis.

» Che nel Monastero dell' Abbondanza, in luogo de Monaci di San Bernardo, si deputino trè Sacerdoti, uno perpetuo, che amministri la Cura delle anime del Castello dell' Abbondanza, gli altri due in qualità di Vicarj, ossia assistenti del Parroco, ad nutum amovibili, da nominarsi dall' Abbate Commendatario pro tempore, ovvero dal Rè di Sardegna, quando l' Abbadia, per l' esecuzione de progetti di sopra accennati, che Sua Maestà si riserva di proporre, non dovesse più commendarsi; E che i detti Preti, oltre la Cura delle anime, siano tenuti alla celebrazione delle Messe, ed all' adempimento di tutti i pesi, che sono annessi all' Abbadia, con desti-

Cura Animarum, et onerum implemento prospicitur trium Sæcularium Presbyterorum deputatione.

» narc a ciaschedino de medesimi una quota congrua, e proporzionata ai pesi, e fatiche, secondo la consuetudine del Paese.

Monachus Congregationis Fulciensis perpetuo eligendus cum titulo, et honoribus Abbatis Abbundantiæ.

» Ed acciò le predette cose succedano con la possibile convenienza, e col minore aggravio, e pregiudizio de' Monaci, dovrà determinarsi, che si continui perpetuamente ad eleggere un Monaco della Congregazione di San Bernardo, che sempre sia, e si chiami Abbate dell' Abbondanza, e come tale intervenga a tutti i Capitoli Generali, e Diete, e goda a somiglianza degli altri Abbati della voce attiva, e passiva, e di tutti i privilegi, e prerogative, conforme ha goduto finora.

Peculiares dispositiones quoad stabilia, credita, et mobilia ad Abbatiam B. M. de Abbundantia spectantia tum favore Abbatiæ, tum etiam favore Monachorum.

» Sarà cura tua di conoscere tutti i fondi, censi, case, o altro posseduto da Monaci, e i titoli del possesso: costandoti, che sieno stati loro lasciati col peso della celebrazione delle Messe, o con qualche altro somigliante obbligo, in tal caso dovranno lasciarsi a commodo dell' Abbadia, col peso della soddisfazione degli obblighi medesimi. Mà quando gli stessi Fondi, o alcuni di essi fossero stati lasciati liberamente ai Monaci, e senza verun peso, o quegli fossero stati acquistati co' proprj avvanzi, dovrà loro permettersi di venderli, alienarli, e farne qualunque contratto a proprio talento; conforme di portar via, o vendere tutti i mobili, che hanno, come biancheria da Tavola, e da Letto, Coperte, Tornaletti, Stagni, Vasi di Rame da Cucina, Quadri, e la Libreria, come anche le provvisioni, che si trovassero avere nel Monastero, di Grano, Farina, Vino, Fieno, Biada, e cose simili; come pure i Buovi, Cavalli, Pecore, Capre, e qualunque sorta di Bestiame, che si troverà ne beni da lasciarsi dai Monaci, purchè non si provasse, che nel primo loro ingresso nell' Abbadia avessero avuto l' equivalente dagli Abbati Commendatarj; di più sarà loro permesso di portar via a discrezione, ed arbitrio tuo qualche Parato di quegli, che esistono nella Sagrestia, per servirsene nel Monastero di Lemens, ove parte della Famiglia dovrà transferirsi: Finalmente potranno essi liberamente disporre delle Botti esistenti si nel Monastero dell' Abbondanza, che in Mareschès, con lasciarne una porzione, che sia meramente necessaria per uso dei trè Sacerdoti Secolari, che dovranno succedere nell' Abbadia; e con dichiarazione, che costandoti, che i Monaci medesimi nel primo loro ingresso nell' Abbadia fossero stati provveduti delle Botti dagli Abbati Commendatarj, debbano essi lasciarne per la quantità corrispondente.

Aliæ dispositiones pro iis, quæ Monachi impenderunt pro Ecclesiæ, et Monasterii reparationibus, et pro ære alieno ex prædicto oneris contracto, atque nondum extincto.

» E siccome negli anni addietro dovettero i Monaci con gravi spese, e con prendere denaro a usura, riparare alle ruine della Chiesa, e Monastero dell' Abbadia, che rimasero incendiati, sarà cura tua di liquidare le spese, che essi fecero per la riparazione, con ordinare successivamente la reintegrazione de medesimi della quota spettante all' Abbate Commendatario, qualora non fossero già stati reintegrati o in tutto, o in parte, e con liberarli da quel debito per tal causa contratto, che per anche non fosse stato estinto, mettendo a carico dell' Abbate Commendatario, ovvero di chi in luogo degli Abbati Commendatarj venisse surrogato in caso, che l' Abbadia non dovesse più commendarsi, e che delle sue rendite venisse fatto qualche altro uso, o applicazione.

Mandatur ut quotannis ex redditibus Abbatiæ persolvantur Monachis Fulcensibus scuta Viginti quinque inter Procuratorem Generalem, et Abbatem titularem dispertienda.

» Finalmente sarà giusto di dare qualche compenso ai Monaci Foglicnsi, per rapporto alla tassa di annui scudi quaranta, alla quale soggiaceva l'Abbadia dell'Abbondanza, specialmente verso il Procurator Generale della loro Congregazione, e che ora dovrà andare a carico da Monaci medesimi; conforme anche rispetto ai scudi ottanta, che ogni dieci anni dovranno pagarsi all' Abbate Titolare dell' Abbondanza, per portarsi alle Diete, e Capitoli soliti; perciò oltre l'anzidetta annua somma di Lire 1800 di Savoja, dovranno pagarsi ai Monaci cento venticinque Lire parimenti di Savoja ogni anno, dall' Abbate Commendatario, ovvero da chi sarà, come sopra in suo luogo surrogato.

Superiorum dispositionum executio committitur Episcopo Gebennensi.

§. 5. Auctoritate Nostra Apostolica assignes, statuas, decernas, concedas, et exequaris. Nos enim plenam, liberam, et absolutam circa præinserta omnia, licentiam, facultatem, et auctoritatem faciendi, gerendi, et exequendi tibi tribuimus, et impertimur. Nec non illa omnia, et singula, ex nunc prout ex tunc, et e contra, postquam a te sic acta, gesta, decreta, concessa, et statuta fuerint, ac quodcumque Instrumentum per te super præmissis conficiendum, cum omnibus, et singulis obliga-

tionibus, promissionibus, clausulis, et cautelis, aliisque universis in eo contentis, expræssis, et inde sequutis, et sequendis quibuscumque, auctoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuo confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ, et inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiiicimus, ac omnes, et singulos tam juris, quam facti, ac quosvis alios etiam quantumvis substantiales defectus, si qui in eisdem intervenerint, supplemus, et sanamus.

Ad præfatorum observantiam Abbas Generalis, Abbas Comendatarius, et Monachi adiguntur, sublata quacumque aliter judicandi facultate.

§. 6. Eaque omnia, et singula perpetuo valida firma, et efficacia esse, et fore, ac modernum, et pro tempore existentem dicti Monasterii Beatæ Mariæ de Abundantia Abbatem, seu perpetuum Commendatarium, nec non Abbatem Generalem, aliosque Monachos dictæ Congregationis præsentes, et pro tempore existentes, omnesque alios, ad quos forsan quomodolibet spectat, et pro tempore, quandocumque spectabit in futurum, ad præmissorum omnium inviolabilem observantiam efficaciter teneri, et obligatos esse, nec ab illis ullo unquam tempore quovis prætextu, colore, vel ingenio resiliri, aut recedi posse, sicque, et non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non Abbatiæ, et Congregationis hujusmodi, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die ix. Maij MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno tertio.

CCXII.

Dat die 9. Maii 1761. Ann. III.

Confirmatio Decreti Congregationis Episcoporum, et Regularium circa observantiam alternativæ inter Fratres Minores Observantes Ordinis S. Francisci Provinciarum supra Tagum, et infra Tagum.

Literæ Apostolicæ hujus Pontificis diei 4. Decem. 1758. quibus confirmatur Decretum Sacræ Congregationis Episcoporum, et Regularium super novis præscriptionibus circa munia, et officia Provinciæ Extremaduræ, relatæ jam a nobis sunt in præsentis continuationis Tom. I. num. XXIV.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Referuntur dispositiones, quæ usque adhuc locum habuere quoad præsentem alternativam.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, Provinciæ Sancti Michaelis in Extremadura oriundi ex portione supra Tagum, quod alias nempe anno MDCCLVII., accedente consensu tunc existentis Commissarii Generalis Familiæ Ultramontanæ, ac præviis votis tunc itidem existentis Commissarii Generalis Curiæ, ac dilecti filii Nostri Prosperi S. R. E. Diaconi Cardinalis Columnæ de Sciarra Ponentis, a Congregatione tunc existentium ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium præpositorum statuta, decreta, atque sancita fuit quædam accurata, et perfecta alternativa inter exponentes prædictos ex una, et Fratres ejusdem Provinciæ ex portione infra Tagum ex altera partibus, super assignatione, et concessione majorum, et minorum Officiorum, seu munerum dictæ Provinciæ, quippe qui oriundi ex dictis duabus portionibus supra, et infra Tagum, illam constituunt, ac ipsam alternativam inde fel. rec: Benedictus Papa xiv. prædecessor Noster, per quasdam suas in simili forma Brevis die viii. Augusti supradicti anni expeditas literas, quarum initium est = Supremæ Apostolicæ charitatis ec. = confirmavit, quam quidem alternativam, et literas prædictas tunc existens Commissarius Generalis familiæ prædictæ, ut exequutor deputatus in nupero Capitulo Provinciali ejusmodi Provinciæ celebrato, debite exequutioni demandavit, et exequi

curavit, alternativamque prædicatam, de novo positam, et declaratam ab ipsa Cardinalium Congregatione, et a dilecto filio moderno Ministro Generali ipsius Ordinis per suum Decretum exequutoriale di 21. Novemb MDCCLVIII. per alias Nostras in pari forma Brevis die IV. Decembris dicti anni MDCCLVIII. expeditas literas, incipientes = Nuper pro parte ec. = confirmavimus; ac demum in nova causæ hujusmodi propositione, seu cognitione, facta, ac habita coram memorata Cardinalium Congregatione, ambabus partibus, seu dictis duabus portionibus contendentibus, postquam ipsa Cardinalium Congregatio, Discretorium Generale memorati Ordinis super hujusmodi causa audiri mandaverat, attento, quod illa a majori dicti Discretorii parte firmis rationibus tuebatur, die V. Septembris anni proximi elapsi, a dicta Cardinalium Congregatione editum fuit decretum tenoris sequentis videlicet » In Causa Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia alternativæ, vertente inter Patres oriundos ex portione supra Tagum in Provincia Sancti Michælis in Extremadura ex una, et Patres oriundos ex alia portione infra Tagum in eadem Provincia ex altera partibus; propositum fuit infrascriptum dubium, videlicet = *An, et quomodo, alternativa, ejusque confirmatio Apostolica, sit servanda in casu ec* = Sacra Congregatio Eminentissimorum, et Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium præposita, referente pro Eño Columna de Sciarra Ponente, Eño Ferroni, partibus auditis, ac re mature perpensa, ad suprascriptum dubium, sequentem in modum respondit, nempe = *Affirmative juxta modum* = nempe servandam esse quoad Studentes, et Novitios, moderationem adjectam in voto Patris Generalis, quo vero ad postulantes habitum, duas ex tribus partibus admittendas esse ad Novitiatum in parte supra Tagum, quousque numerus Religiosorum reducatur ad æqualitatem in utraque parte Provinciæ. Et in reliquis firma remanente æquali portione, et distributione Officiorum, nempe Lectorum, Guardianorum, Vicariorum, Prædicatorum, et Confessariorum Monialium, liberum sit Superioribus Provinciæ, eos indiscriminatim collocare, vel in uno, vel in alio Districtu supra, et cis Tagum. Romæ 5. Septembris 1760. P. Cardinalis Columna de Sciarra = Loco ✠ Signi. S. Bonaccorsi Secretarius.

Postmodum ad supplicationem Ministri Generalis Ordinis, duæ Provinciæ in Extremadura constitutæ sunt per Pontificium rescriptum.

§. 2. Statim vero atque præmissa omnia acta, et gesta fuerant, dictus Minister Generalis Nobis supplicari fecit, ut sibi facultatem tribueremus, ipsam Provinciam Sancti Michaelis, prævia derogatione, et abrogatione tum præfatarum literarum Benedicti prædecessoris prædicti, tum resolutionis sæpedictæ Congregationis Cardinalium, separandi, ac dividendi, ac ex una tantum Provincia, duas Provincias erigendi; Nos supplicem libellum Nobis porrectum dilecto filio Magistro Andreae Nigroni Auditori Nostro remisimus, qui rationibus dicti Ministri Generalis perpenderet, et Nobis referret, et subinde rescriptum fuit = *die* 13. *Septembris ex Audientia SSmi = facta per me relatione. Sanctitas Sua benigne annuit, ut facultas sit Oratori, Provinciam Sancti Michaelis, de qua in precibus in duas Provincias dividendi, novamque, ac distinctam erigendi juxta petita, Brevi S.M. Benedicti XIV. edito die* 8. *Augusti* 1757, *resolutione S. Congregationis Episcoporum, et Regularium, aliisque non obstantibus Sanctitas Sua amplissime derogavit = A Nigronus Aud.*

Re mature perpensa, præcedenti rescripto revocato, res in priori statu restitutæ prout Sacra Congregatio Episcoporum, et Regularium decreverat.

§. 3. Postmodum exponentes prædicti, adversus ejusdem Magistri Andreæ Auditoris Rescriptum, ac pro illius revocatione ad Nos recursum habuerunt, et postquam rationes deductas mature, et accurate perpenderimus, ipse Magister Andreas Auditor, aliud edidit Rescriptum tenoris sequentis videlicet = die 8 Martii 1761. ex Audientia SSmi = Sanctissimus, attentis, expositis, aliisque animum suum digne moventibus, Rescriptum sub datum 13. Septembris 1760 quo Provinciam Sancti Michaelis in Extremadura concessa fuit facultas Ministro Generali Ordinis Minorum Observantium Sancti Francisci in duas Provincias dividendi, sua auctoritate revocavit, atque ita haberi voluit, ac si factum minime fuisset quibuscumque non obstantibus. A. Nigronus Auditor. Loco † Sigilli = Cum autem sicut eadem expositio, subjungebat, dicti exponentes considerantes, quod præinsertum memoratæ Cardinalium Congregationis per abrogationem, cassationem, et derogationem, annullationemque primodicti Rescripti die 13. Septembris proximi elapsi per ipsum Magistrum Andream Auditorem facti, vigore secundodicti Rescripti nuper editi, debitæ exequutioni demandari potest, quo illud firmius subsistat, ac servetur exactius, ne su-

per illius validitate aliquod dubium oriatur, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri, summopere desiderent.

Pontificia auctoritate decretum Sacræ Congregationis Episcoporum, et Regularium confirmatur, et approbatur.

§. 4. Nos igitur, ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinsertum ajusdem Cardinalium Congregationis decretum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus; salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 5. Decernentes, easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac exponentibus prædictis plenissime suffragari, ac ab illis, ad quos spectat, et quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac Provinciæ, et Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis superioribus, vel personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarium, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, et sufficienter, expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IX. Maii MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CCXIII.

Dat. die 9. Martii 1761. Ann. III.

Jubetur omnibus Ecclesiarum Præsulibus, omnibusque Regularium Ordinum Superioribus Generalibus, quod curare, et efficere debeant, ut bis saltem quotannis, necessitates sanctorum Palestinæ locorum populo proponantur, et comendentur.

Sedulitas Romanorum Pontificum pro conservatione, et religiosa honorificentia sanctorum monumentorum Palestinæ, nullo unquam tempore intermissa fuit, ad quem effectum, fidelium pietati, saltem bis in anno, comendari subsidia jussit primum Urbanus VIII. Constit. Anni 1634 Febr. 3., quæ deinde confirmata fuit Constitut. Clementis X. et Innocentii XI. quæ tamen non reperiuntur in Bullario Mainardi, itemque Constit. Alexandri VIII. edit. Anno 1689 Nov. 18; Innocentii XII. Constit. Anni 1691. Sept. 26., nec non alia Anni 1696. Febr. 24. Clementis XI. Constit. edit. Anno 1701 Nov. 18. Innocentii XIII. Const. Anni 1721. Nov. 21. Clementis XII. Constit. Anni 1731. Septembris 12. quæ omnes sunt in Bullario Mainardi. Privilegia vero, gratiæ, et indulta pro locis Terræ Sanctæ confirmavit Benedictus XIII. Constit. sua Anni 1727. Martii 3. ubi refert sexaginta tres alias Constitutiones præcedentium Summorum Pontificum quoad prælaudata loca Terræ Sanctæ.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei Memoriam

Exordium

§. 1. Salvatoris, et Domini Nostri Jesu Christi, qui pro humani generis redemptione, se ipsum exinanivit, factus obediens usque ad mortem, vicea, licet immeriti, gerentes in terris, inter multiplices, gravissimasque Apostolicæ servitutis curas, in eum præcipue pastoralis sollicitudinis vigilantia incumbimus, ut tanti, et tam salutaris mysterii monumenta, quæ in Civitate Hie-

rusalem, et locis circumvicinis sunt, conserventur, et omni, qua fieri poterit, majori honorificentia recolontur.

S. M. Urbanus VIII. primum jussit, quod bis in anno necessitate sanctorum monumentorum Palestinae commendari populo deberent.

§. 2. Cum itaque alias, felicis recordationis Urbano VIII. prædecessori Nostro exposito, quod Ecclesiæ, et alio loca pio in Civitate Hierusalem, et aliis locis Terræ Sanctæ existentia, fere diruta erant, et quæ adhuc ibi existebant Monasteria, ære alieno, ob impiam Turcarum, Hæreticorum, et Schismaticorum tyrannidem, et pro Sanctæ Fidei Catholicæ in eiisdem locis conservatione contracto, admodum gravata reperiebantur; idem Urbanus prædecessor, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, et aliis locorum Ordinariis, nec non omnibus, et singulis quorumvis Ordinum, Congregationum, et Institutorum Regularium Generalibus commiserit, et mandaverit, ut ad minus, duabus vicibus quolibet anno, Adventus, et Quadragesimæ temporibus, tam per verbi Domini Prædicatores in suis sacris concionibus, quam in actionibus, et functionibus publicis, necessitates eorumdem Sanctorum Monumentorum, populo proponi, et commendari curarent, et facerent, et alias prout in ipsius Urbani prædecessoris Literis, desuper in simili forma Brevis die III. Februarii MDCXXXIV. expeditis, quarum tenores, pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

Quas Urbani VIII. praescriptiones quamplurimi Romani Pontifices confirmarunt, et observari demandarunt.

§. 3. Et sicut pro parte dilecti Filii moderni Commissarii Terræ Sanctæ, Nobis nuper expositum fuit, ipse, quo præfatæ Urbani prædecessoris Literæ, quæ a recolendæ memoriæ Innocentio X. Clemente V. Innocentio XI.; Alexandro VIII. Innocentio XII. Clemente XI. Innocentio XIII. Benedicto XIII. Clemente XII. et Benedicto XIV. Romanis Pontificibus, pariter prædecessoribus Nostris, confirmatæ fuerunt, exactius observentur, illas per Nos etiam confirmari, et innovari desideret.

Eadem praescripta confirmat, approbat, et si opus sit innovat Pontifex hic.

§. 4. Nos, eorumdem Sanctorum Monumentorum conservationi, et manutentioni consulere volentes, prædictas Urbani prædecessoris Literas, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, confirmamus pariter, et approbamus, illasque innovamus, et observari mandamus. Volumus autem ut Patriarchæ, Archiepiscopi, et Episcopi præfati, in relatione status Ecclesiarum suorum, quando visitabunt Limina Apostolorum, facienda, referant, se prædictis Urbani prædecessoris Literis paruisse, contrariis non obstantibus quibuscumque.

Transumptis fidem haberi jubet.

§. 5. Volumus insuper, ut earumdem præsentium transumptis, etiam impressis, et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IX. Maii MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CCXIV.

Dat die 13 Maii 1761. Ann. III.

Properantibus comitiis indictis Augustæ Vindeliciorum pro fœdere paciscendo inter Principes bello decertantes, Francorum Regem hortatur ne sinat, Germanicarum Ecclesiarum bona, ad sæcularium manus transire, neque Orthodoxæ Religionis libertatem diutius divexari.

Literas in exordio Pontificatus perscriptas Francorum Regi hac super re, de quibus in præsentibus mentio est, habes in hac nostra continuatione Tom. I. num. XIX. Consule etiam quoad Pontificiam sollicitudinem in rebus Ecclesiæ quæ supra notavimus hoc Tom. II. Num. CXCV. nec non quæ sequuntur Literæ.

Carissimo in Christo Filio Nostro
Ludovico
Francorum Regi Christianissimo

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem

Litteras alias initio Pontificatus sui, pro Ecclesiasticis in Germanicis rebus perscriptas, Majestati Suæ commemorat.

§. 1. Cogitantibus Nobis sub initium Pontificatus Nostri, quibus in Germania malis Religio Catholico jamdiu premeretur, quæque secundum ea quæ nunciobantur imposterum timenda forent, efficaces, quoad potuimus, literas dedimus Majestati tuæ Idibus Novembris Anni MDCCLVIII. sedulo rogantes, ne, ubi de communi pace ageretur, Germanicarum Ecclesiarum bona, Deo, ejusque altaribus consecrata, ad sæcularium manus dilaberentur: literis autem Nostris, ea quæ Christianissimo Rege digna erat, Majestas tua responsum dedit Kalendis Januarii subsequentis anni, te videlicet pro eo Catholicæ Fidei amore, quo semper exarseras, omni studio

curaturum, quin, et cum Maria Theresia carissima in Christo Filia Nostra, Hungariæ Regina, consilia initurum, ut tantum mali præcaveretur: acquievimus ab eo tempore, usquedum fœderis paciscendi tempus instaret; nunc autem indictis in eum finem Augustæ Vindeliciorum comitiis, strictissimam villicationis Nostræ rationem Deo daturi, omittere non possumus, quin a Majestate tua, illud ipsum per viscera Domini Nostri Jesu Christi obtestemur, quod tum fuimus deprecati: non solum enim nondum evanuit molestissimus ille rumor, qui principio perculit animum Nostrum, verum increbrescit quotidie magis, rerumque præteritarum memoria funestissimam pacis Nobis repræsentat imaginem. Numquid ergo antiqua vulnera Orthodoxæ Fidei Nostræ per Germaniam illata, sanguine adhuc non manant? Numquid injecti olim Catholicæ libertati compedes, vel interpretationibus absurdis, vel pactionibus iniquis non aggravantur in dies, quin adhuc nova isthæc acerbissima plaga pertimescenda sit?

Postulat a Francorum Rege, ut in Augustano Congressu curet quæ Orthodoxæ Religionis sunt, et imminentia illi nova pericula avertat auctoritate, et officiis.

§. 2. Cujus rei cogitatione permoti, qui ad Deum pacis supplices preces hactenus effundimus, ut a carissimis Filiis Nostris belli pericula depelleret, ad Majestatem tuam paternas voces denuo convertimus, ut in Augustano conventu, ea consilia te authore, ac duce suscipiantur, quæ partim impedimento sint, quominus vel deficiant custodes in vineis Domini, vel Ecclesiæ hæreditas vertatur ad extraneos, partim vero adjumento ad Orthodoxam disciplinam legitimæ libertati restituendam, diuturnamque Sacrosanctæ Religioni, et Apostolicæ Sedis juribus tranquillitatem conciliandam: certe quam operam Divinæ huic causæ Majestas tua dederit, illa felicissimum exitum dabit reliquis consiliis tuis, et optatissimæ paci stabile firmamentum, nec dubitare debes quin tuis potissimum rationibus prospicias per hoc Regiæ pietatis, et dignitatis officium; quod potentissima Cælestis Regis, ac Domini Dominantium tibi comparabit auxilia: quæ dum toto corde auspicamur, Apostolicam Benedictionem Majestati tuæ amantissime impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XIII. Maji MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno tertio.

CCXV.

Dat. die 13 Maii 1761 Ann. III.

De damnis perpessis in perlongo acto bello ab Regia Polonica domo condolet, Illustremque Poloniæ Regem hortatur, ut Germanicis Ecclesiis prospiciat in proximis habendis Comitiis pro pace firmanda Augustæ Vindeliciorum.

Carissimo in Christo Filio Nostro Augusto Poloniæ Regi Illustri.

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo Fili Noster, salutem, et Apostolicam Benedictionem.

De proximis habendis comitiis Augustæ Vindeliciorum pro fœdere pacis agit, et ut Ecclesiæ bono prospiciat hortatur.

§. 1. Etsi multis de causis gavisi fuimus accepto nuncio comitiorum, quæ Augustæ Vindeliciorum habenda sunt ad pangenda fœdera pacis, tum vero præcipue ob sollicitudinem, in qua jamdiu sumus rerum tuarum, quas vel maxime Nobis cordi esse ex eo facilius Majestas tua cognoverit, quod experietur in dies, quam sollicitus, et anxius sit amor parentum in liberos, nam paterna charitas, qua te Carissime Fili in Christo complectimur, ipsius naturæ vinculis nihil quidquam concedit: quamobrem nihil est, quod optemus, aut cupiamus ardentius, nihil quod magis a Domino deprecati fuerimus, quam ut in patriam Ditionem tuam salvus, ac sospes aliquando redires, et populorum tuorum, præsentia tua, desiderium expleres, lacrymas humanitate abstergeres; atque utinam daretur Nobis una cum sociis, fœderatisque tuis adniti posse, ut quæ Regia domus pertulit damna large compensarentur, nullum enim neque industriæ, neque laboris Nostri officium pateremur tibi deesse, hoc ipsum tamen sacrificiis Nostris, ac precibus a Deo impetrare conabimur, atque id eo ferventius, quia de tua singulari in Deum pietate certissimi sumus, teque proinde permissurum nunquam suffragio tuo, ut ex bonis Deo consecratis cum Ecclesiæ jactura locupletari quempiam iis in comitiis decernatur.

Catholicis aliis Principibus similes pro Germaniæ Ecclesiis perscripsisse significat.

§. 2. Communem igitur cum aliis Catholici nominis Regibus, ad quos pariter in hunc finem studiosissimas literas dedimus, ut naves operam ad ejusmodi Ecclesiarum Germaniæ pericula avertenda enixe petimus ac per viscera Jesu Christi obsecramus cujus quidem pietatis uberem fructum Majestatem tuam percepturam Noster præsagit animus,

justos enim ac pios diligit is, in cujus manu sunt omnia jura Regnorum, et in proverbiis legimus « *Turris fortissima nomen Domini, ad ipsum currit justus, et exaltabitur.* » Nosque interea, ut in superioribus literis testati sumus, ac denuo Majestati tuæ confirmamus, non tam de tua in Romanam Ecclesiam observantia benemereri, quam de regali tua sobole honestanda sedulo cogitabimus, damusque certissimum pignus, Apostolicam benedictionem, quam Majestati tuæ, ac liberis tuis omnibus amantissime impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIII. Maii MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Dat. die 13 Maii 1761 Ann. III.

CCXVI.

De impedenti plurium Ecclesiarum Germanicarum periculo in proximo pandendo fœdere, cum Francisco in Romanorum Imperatorem electo condolet, illudque hortatur, ut Ecclesiæ patrocinium assumat in comitiis pro ipso fœdere conciliando habendis Augustæ Vindeliciorum.

Carissimo in Christo filio Nostro Francisco Lotharingiæ et Barri Duci, nec non Etruriæ sibi subjectæ Magno Duci, in Romanorum Imperatorem electo.

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo Fili Noster salutem, et Apostolicam Benedictionem

Suam sedulitatem ne Ecclesiarum Germanicarum patrimonia ad saeculares dilabantur, Pontifex exprimit.

§. 1. Vix delato infirmitati Nostræ servitutis Apostolicæ ministerio, ea in primis subiit cogitatio, ut Germanicarum Ecclesiarum securitati prospiceremus, a quibus conari aliquos ferebatur, in proximæ ineundi fœderis pactionibus, ditiora subtrahere patrimonia, ut sæcularium dominio addicerentur. Dedimus igitur in mandatis Venerabili Fratri Cæsareæ Archiepiscopo, modo autem dilecto Filio Nostro Cardinali Cribellio, tum istbic Apostolicæ Sedis Ordinario Nuncio, ut Majestati tuæ studiosissime testaretur, quantum egregiæ pietati, ac sapientiæ tuæ confideremus, neque propterea vereri Nos, quin pro suprema illa, qua fungeris dignitate, advocati, atque patroni, carum defensam suscipere validissimam, cum sint illustria membra, ac nobilissima portio ejus potentissimi corporis, cujus Majestas tua caput est, moderator, et custos: sed quoniam indictis modo Augustæ Vindelicorum ad sanciendam pacem comitiis, idem ipse rumor impedentis Episcopatibus nonnullis jacturæ, iterum invalescit, renovatur in Nobis antiquus dolor, ac metus, quem ideirco cum Majestate tua rursum comunicare cogimur, ne coram æterno Judice, indiligentiæ, improvidique silentii redarguamur.

Commemorat ærumnas perpessas a Catholicis, qui sub Principibus hæterodoxis vivunt.

§. 2. Est autem supra cæteros Majestati tuæ perspectum, quibus ærumnis conflictentur Catholici, qui sub hætherodoxis Principibus vivunt, quinimo iidem ipsi Principes viri ad Ecclesiæ matris gremium reversi, quibus votis, ac gemitibus flagitent, ut impune viam salutis tenere sibi liceat, quot novis difficultatibus, ac molestiis urgeantur in dies, quominus Catholici nominis, et Catholicæ disciplinæ officiis libere vacent; quod si nova isthæc calamitas supervenerit, et Ecclesiastici Ordinis minuatur potentia, quis veteribus morbis malorum insanabilium cumulus non accesserit? De hoc tristissimo eventu præ lacrymis prohibemur plura disserere, nam si contigeret, quod misericors Deus avertat, vitam quam ducimus non modo infelicem, sed pene intollerabilem experiemur. Te proinde carissime in Christo Fili Noster, majorem in modum petimus, et rogamus, tum ut durissimæ in Catholicorum conditionis, et servitutis miseratione, tum vero etiam iniquissimæ pactionis, quam formidamus, acerbitate commotus, inter Augustani conventus tractatus, et curas, gravissimam hanc Ecclesiæ necessitatem negligi non patiaris, omnesque exeras vires, ne Religio Catholica, et Apostolica Sedes ullum persentiat detrimentum: dum vero debitam laboranti Ecclesiæ opem de tua præclara virtute, tuique nominis authoritate expectamus, Deum jugibus sacrificiis exorare non omittemus, ut sit brachium, virtus, ac fortitudo tua detque rebus tuis omnibus prosperitatem, et incrementum iisdem in comitiis, in quibus tam fidelem, egregiamque navabis operam, ad tot incommoda, et pericula ab rebus Domini propulsanda, sitque auspicii Nostri pignus, Apostolica benedictio, quam Majestati tuæ amantissime impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris die XIII. Maii MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CCXVII.

Dat die 16. Maii 1761. Anno III.

Hildesiensis Capituli sollicitudinem commendat, in tuenda libertate electionis Antistitis, suumque præsidium ne ea mala, quæ timentur obveniant, pollicetur.

Dilectis Filiis, Decano, et Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Hildesiensis

Clemens PP. XIII.

Dilecti Filii salutem, et Apostolicam benedictionem

Curam, et sollicitudinem in canonicæ electionis Antistitis vestri libertate tuenda, plurimum commendamus, et ob ea, quæ vos angunt, atque conturbant, vobis æque condolemus: illud demum, quod timetis, Nos quoque jampridem veriti sumus, eaque propter sollicitudini, quam licet immerentes gerimus omnium Ecclesiarum, Deo miserante, neque defuimus, neque defuturos, eodem ipso juvante recipimus: interim vero magnis precibus exorandus est, ne respiciat peccata populi sui, sed bonitatis dumtaxat, et miserationum suarum reminiscatur, tantumque mali avertat a vineis suis; qua de re, ut ipsi quoque valde solliciti sitis, et opem, ac patrocinium Catholicorum Principum exquiratis, vehementer hortamur, et obsecramus in Domino, atque interea, Apostolicam benedictionem Nostram peramanter largimur. Datum Romæ apud S. M. Majorem sub Annulo Piscatoris die xvi. Maij MCCLXI. Pontificatus Nostri anno Tertio.

CCXVIII.

Dat. die 17. Maii 1761 Pont. Ann. III.

Ne Germanicarum Ecclesiarum bona ad sæculares Principes transferri sinat, in componendi belli compensationem, proximis habendis comitiis Augustæ Vindeliciorum, Mariæ Theræsiæ Imperatrici Romanorum electæ, quamplurimum comendat.

Carissimæ in Christo Filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ Reginæ Apostolicæ, nec non Bohemiæ Reginæ Illustri in Romanorum Impericem electæ.

Clemens PP. XIII.

Carissima in Christo Filia Nostra salutem, et Apostolicam benedictionem

Quantum Pontifices chordi constantissime fuerint Germanicarum Ecclesiarum libertates, et jura commemorat.

§. 1. Pervenit ad aures Nostras, non multo post ac impositum Nobis fuerat onus Apostolicæ servitutis, obscurus quidam rumor, moliri aliquos, ut in proxime ineundo fœdere pacis, quarumdam Germaniæ Ecclesiarum bona, in sæcularium Principum potestatem transferentur, ad ea, quæ bellum iisdem intulit, damna sarcienda: non eramus autem nescii, quam fortiter huic molimini Majestas tua alias restitisset, et Divinæ bonitatis consilio, factum arbitrabamur in tam gravi periculo, magnum sollicitudini Nostræ præsidium in virtute, ac sapientia tua paratum invenire: quapropter jussimus Ven. Fratrem Cæsareæ Archiepiscopum dilectum modo Filium nostrum Cardinalem Cribellium, qui tunc Apostolicum Nuncium @hic agebat, ut anxietatem Nostram tecum communicaret, quantumque spei in perspectissimo Nobis tuendarum Ecclesiarum studio Majestatis tuæ reponeremur, latius explicaret.

Suum exprimit dolorem pro imminenti periculo Germanicis Ecclesiis in proxime habendis comitiis Augustæ Vindeliciorum, pro pace firmanda, cum ipsarum Ecclesiarum jactura.

§. 2. At iminentibus modo Augustanis comitiis, idem ille rumor, qui clanculo prius serpebat, erupit in publicum, et non sine maximo animi Nostri mœrore ubique circumsonat, quasi de pace inter Christianos Principes agi non possit, nisi tunica Christi dividenda proponitur. Numquid ergo vetera Germanicæ Ecclesiæ dispendia satis lugenda non sunt, quin adhuc nova, et pejora sint metuenda? Numquid hæreditas, et portio sancta, quam separavit Dominus in dotem, et ornamentum desponsæ in sanguine suo Ecclesiæ, erit extraneorum præda, belli merces, pretium pacis? Non poterat hæc

tam iniqua conditio nisi ab infensissimis hostibus Nostris excogitari, quibus diuturna experientia compertum est, quantum splendoris, præsidii, ac roboris Catholicæ fidei situm sit in ejusmodi sacerdotiis, quique multo ab hinc tempore, munitissimas istas Dominicæ vineæ turres, et per vim manifestam, vel pedetentim conantur evertere. At vix credibile, quod cum per Majestatem tuam olim rejecta, et execrata fuerit, eam denuo proferre non vereantur, quasi neque præstantissimæ virtutis tuæ, justitiæ, fortitudinis, partæque inde apud omnes laudis, ac gloriæ reminisci, neque totius Germanici Cleri, Austriaco sanguini addictissimi, suspiriis, ac lacrymis sursum commoveri non debeas.

Imperatricem obsecrat, ut in Augustanis comitiis, Ecclesiarum, et Apostolicæ Sedis partes agat, ex quo optima erit pax, et Germanicis rebus stabile fundamentum.

§. 3. Hujus igitur nomine, Catholica Ecclesia, quæ ad Deum pacis supplices preces hactenus effudit, ut infaustos exitus belli a tuis exercitibus, ac regionibus amoveret, ad Majestatem tuam manus tendit, et maternas convertit voces, ut iis in comitiis, in quibus partes tuæ insignes erunt, diligentissime caveas, ea iniri consilia, quæ vel Orthodoxam colendi Dei libertatem, vel Germanicarum Ecclesiarum patrimonia, vel Apostolicæ Sedis minuant dignitatem, ne videlicet in pace ista, amaritudo ejus sit amarissima; quam enim operam Catholicæ Religioni defendendæ, ejusque decori conservando dederis, Deo ipsi dabis; is vero successum consiliis tuis, pacem optimam, et Germanicis rebus stabile firmamentum. Pluribus equidem præstantissima pietas tua incendi opus non habet, cui interea, ut omnem Dominus etiam in hoc sæculo prosperitatem tribuat, incessanter adprecabimur, damusque certissimum paternæ benevolentiæ pignus, Apostolicam benedictionem, quam tibi carissima in Christo Filia Nostra amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. M. Majorem sub annulo Piscatoris die XVII. Maii MCCLXI. Pontificatus Nostri anno Tertio.

CCXIX.

Dat. die 18. Maii 1761 Anno III.

Archiconfraternitati S. Catharinæ Senensis de Urbe indultum liberandi quotannis unum reum ab ultimo supplicio, jam alias concessum confirmat, et quatenus opus sit, de novo concedit.

Clemens XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

Antiquum indultum liberandi quotannis unum reum ab ultimo supplicio commemoratur, indubtumque deperditum fuisse exponitur.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Officiales, et Confratres Archiconfraternitatis sub invocatione Sanctæ Catharinæ Nationis Senensis in Alma Urbe Nostra canonice, ut asseritur, institutæ, quod intuitu nonnullorum pietatis operum, quæ tunc existentes ejusdem Archiconfraternitatis Confratres exercere pergebant, ipsi Archiconfraternitati facultatem liberandi quotannis unum reum ultimi supplicii pœnæ addictum, et in hujusmodi defectu alios delinquentes ad Triremes, sive in perpetuum, sive ad tempus damnatos, ab hac Sancta Sede concessam fuisse memoratur, prout ex documentis authenticis id constare asserunt; verum quia sive propter temporum injuriam, sive propter Officialium ejusdem Archiconfraternitatis negligentiam dicti exponentes, facultatem illi concessam, licet omnem diligentiam ad effectum illam inveniendi adhibere curaverint, nihilominus reperire nequiverint, ac propterea indultum, seu privilegium alias, ut præfertur, eidem Archiconfraternitati concessum liberandi singulis annis unum reum prædictum per Nos confirmare, seu de novo concedi plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Supra expressum indultum Pont-les confirmat, et quatenus opus sit de novo concedit.

§. 2. Nos igitur, dictos Exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem Archiconfraternitati Sanctæ Catharinæ Nationis Senensis de eadem Urbe, ac pro ea illius modernis, et pro tempore existentibus

Officialibus, et Confratribus, unum reum ad triremes perpetuas quacumque de causa, non tamen homicidii, et furti damnatum, dummodo tamen pacem a parte offensa habuerit, et ad triremes missus non sit, et in eis existat, singulis annis, sive in die festo ejusdem Sanctæ Catharinæ, sive in alio anni tempore nominandi, et liberandi, servata tamen forma statutis ejusdem Archiconfraternitatis, auctoritate Apostolica confirmatorum, pro nominatione, et liberatione rei hujusmodi præscripta, et demandata, facultatem auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes, easdem præsentes literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVIII. Maji MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Dat. die 19 Maii 1761. Ann. III.

CCXX.

Perceptoria, seu comenda nuncupata de Silla, Militiæ Beatæ Mariæ de Montesa Æquestris Ordinis de Calatrava, unitur, et perpetuo incorporatur ejusdem militiæ mensæ Magistrali.

Suppresso Ordine Militum Templariorum in Concilio Viennensi in Delphinatu, Ordinis ejusdem universa bona, Apostolicæ Sedis ordinationi, et dispositioni, reservata prius, deinde, Militibus Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani addicta, exceptis illis sitis in Regnis, et Terris Castellæ, et Aragoniæ, quæ ad Apostolicæ Sedis dispositionem relicta fuerant, a Clemente V. per Constit. edit. anno 1312. Maij 2. ut est in Bullario Mainardii. Bona in Aragoniæ Regno sita, concessa postmodum fuere Aragoniæ Regi pro fundotione, et dotatione Monasterii Militiæ de Calatrava Ordinis Cisterciensis in Castro de Montesa Regni Valentiæ per Constit. Joannis XXII. anno 1318. editam, quæ in Bullario Mainordii non reperitur impressa. Equestris militiæ de Calatrava Magnum Magisterium, Aragoniæ Regibus perpetuo concessit Sixtus V. Constit. edit. anno 1587. Martii 15. quæ pariter in dicto Bullario Mainardii non reperitur. Ut Conventus de Montesa ob Terremotum anni 1748. fere dirutus, transferri posset ad Regium Palatium del Temple *in Civitate Valentiæ, sicut Hispaniarum Rex decreverat, approbavit Clemens XIII. Constit. edit. anno 1759. Martii 5, relata in hac nostra Continuatione Tom. I. sub num. XLIII.*

Bull. Rom. Tom. II.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Suppresso Ordine militari Templariorum nuncupato et bonis in Aragoniæ Regno sitis, reservatis Apostolicæ Sedis dispositioni, eadem subinde Aragonum Regi cessa pro Conventu erigendo de Montesa militiæ Ordinis Cisterciensis de Calatrava.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit carissimus in Christo filius Noster Carolus Hispaniarum Rex Catholicus, quod dudum fel. rec. Joannes Papa XXII. prædecessor Noster, postquam rec. me. Clemens Papa V. itidem prædecessor Noster per quasdam suas sub plumbo VI. Nonas Maij Pontificatus sui anno VII. Viennæ in Delphinatu datas literas, universa bona ad Ordinem Domus militiæ Templi Hierosolymitani, illiusque Magistrum, et Fratres spectantia, in toto Regno Aragoniæ existentia, et quæ dictus Ordo, et præfati Magister, et Fratres ipsius Ordinis militiæ Templi per se, vel quoscumque alios habebant, tenebant, et possidebant in dicto Regno Aragoniæ, dispositioni, et ordinationi Sedis Apostolicæ, sub certis modo, et forma tunc expressis reservaverat, instante Cla. Me. Jacobo II. dum vixit Aragoniæ Rege, per alias suas pariter sub plumbo Pontificatus sui anno primo expeditas literas, bona quæcumque prædicta, in hujusmodi Regno Aragoniæ tunc existentia, et ad Ordinem, Magistratum, et Fratres Domus militiæ Templi Hierosolymitani prædicti spectantia, et pertinentia, ac dispositioni, et ordinationi Apostolicæ reservata, sicut præmittitur, dicto Jacobo Regi concessit, assignavit, et attribuit pro fundatione, et dotatione novi Monasterii, seu Conventus militiæ de Calatrava Ordinis Cirterciensis in RegnoVa-

lentiæ, ac præsertim in Castro de Montesa.

Ex bonis assignatis pro novo erigendo Monasterio, nonnulla concessa fuerunt pro dotatione Comendæ de Silla nuncupatæ ejusdem Monasterii de Montesa.

§. 2. Sequuta vero concessione, et assignatione hujusmodi bonorum per mandatum, stabilimentumque tunc in humanis agentis Arnaldi de Solet Magistri ejusdem militiæ die XXI. Januarii MCCCXXI. fere ab initio fundationis, et constructionis novi Conventus de Montesa, ejusdem militiæ assignati fuerunt pro provisione, et alimentis ejusdem Conventus de montesa annui redditus, fructus, et proventus, obventiones, et jura quæcumque locorum de Sueca, Silla, Montesa, et Perpucheat. Portmodum vero Magistri dictæ militiæ tunc successores, administrationem fructuum, reddituum, et proventuum loci de Sueca pro manutentione Communitatis dicti novi Monasterii, seu Conventus de Montesa sibi reservarunt, fructus autem, ac redditus, proventusque, et jura locorum de Perpuchent, et Silla, in Commendam duobus Equitibus memoratæ militiæ concesserunt; Villa tamen, seu locus deMontesa, mensæ Magistrali unitus, et incorporatus remansit.

Sixtus V Magisterium militiæ de Calatrava, Aragoniæ Regibus perpetuo concessit.

§. 3. Subinde tractu temporis quum Magisterium hujusmodi militiæ a rec: me. Sixto Papa V. prædecessore pari. ter Nostro, per quasdam suas die XV. Martii MDLXXXVII. expenditas literas, Regiæ Coronæ Aragoniæ, seu pro tempore existenti Regi Aragoniæ unitum, et incorporatum fuisset, cla. me. Philippus II. dum vixit Hispaniarum Rex Catholicus administrator perpetuus tam dictæ, quam aliarum militiarum in Hispaniarum Regnis existentium, auctoritate Apostolica deputatus, ad hoc ut Fratres Milites, et Conventus hujusmodi absque ullo impedimento, ac minori rerum temporalium studio, cura, et sollicitudine Deo famulatum exhibere valerent, super fructibus, redditibus, et proventibus mensæ Magistralis ipsius militiæ, majorem summam redditnum proventuumque ad favorem Fratrum Militum, Conventus, et militiæ prædictorum reservavit, constituit, et assignavit ulterius, quam ipsi percipiebant ex Villa, ac Territorij locis de Sueca, ac postmodum Reges Hispaniarum, qui in Regna prædicta successernnt, uti perpetui administratores supradictæ militiæ, eamdem summam adauxerunt.

Conventus de Montesa ab Terremotu anni 1748 eversus, translatus fuit ad Regium Palatium del Temple in Civitate Valentiæ

§. 4. Attenta demum omnimoda eversione memorati Conventus de Montesa prædictæ militiæ, effecta propter terremotum, qui Anno MDCCXLVIII in Regno Valentiæ evenit, in qua fere omnes ejusmodi Conventus, et militiæ Fratres interierunt, cla: itidem me: Ferdinandus, dum pariter vixit Hispaniarum Rex Catholicus, et administrator perpetuus ejusmodi militiæ, decrevit, et mandavit, ut Communitas, seu Fratres dicti eversi Conventus, qui ex ruinis immunes evaserant, in Regio Palatio *del Temple* nuncupato in Civitate Valentina existente, in quo antiqui Magistri hujus militiæ habitabant, se se transferrent, ut inibi, et in illius annexa Ecclesia divina officia, aliæque Ecclesiæ functiones per Fratres hujusmodi militiæ celebrari, et haberi solitæ, et consuetæ deinceps celebrarentur et haberentur, donec, et quousque sive dictus dirutus Conventus, pro commodo, et servitio eorumdem Fratrum reficeretur, seu alius Conventus de novo construeretur, imminuendo interea, seu redigendo ad decem, et novem dumtaxat triginta Fratres, et Collegiales vulgo *Piazze* nuncupatæ, qui duas Communitates, nempe Conventum, et Collegium constituebant.

Referuntur incomoda pro novi hujus Conventus constructione, præsertim ob pecuniarum deficientiam.

§. 5. Statim ac Fratres Conventus hujusmodi, ad Palatium prædictum *del Temple* accesserunt, eidem Ferdinando Regi repræhesentarunt incommoda, et angustias quæ patiebantur, quippe quod in dicto Palatio, neque Ecclesia capax, minusque habitatio, nec Officinæ congruentes, et necessariæ hujusmodi Communitati reperiebantur, ac existebant; post vero iteratos efflagitatus, et animadversiones super præmissis habitas compertum fuit, nullum alium locum magis aptum esse, et fore consentaneum pro constructione novi Conventus, quam idem Palatium *de Temple*, impedimentum vero majus, quod constructionem memorati novi Conventus adhuc detinuit, et detinere pergit, illud est, deficientia pecuniæ necessariæ in constructionem, perfectionemque ipsius novi Conventus impendendæ, nam fructus, redditus, et proventus Prioratum, et Parochialium Ecclesiarum, quibus Fratres dictæ militiæ inserviunt, eisdem Fratribus ad eorum conservationem, et decentiam, ac in subsidium, et sublevamen pauperum assignati reperiantur, fructus itidem, ac redditus, et proventus Præceptoriarum, seu Commendarum militiæ hujusmodi, illius Fratres Præceptores seu Commendatarij intuitu servitiorum per eos præstitorum percipiunt, et quibus solitas, et consuetas ærario dictæ militiæ annuas responsiones, aliaque jura, et onera persolvere tenentur; demum fructus redditus, pro-

vontusque mensæ Magistralis præter, et ultra provisiones, aliaque ad commodum Magistri necessaria, quæ etiam perpendere debent, impendendi veniunt in satisfactionem onerum, stipendiorum Ministrorum, et aliorum illius servitio adictorum, quibus mensa ipsa gravata existit.

Ad quæ incomoda removenda, et ut pecuniæ præsto essent, Fratres, et Prior Conventus de Montesa proponere unionem Comendæ de Silla mensæ Magistrali, quæ sic prædictæ constructioni prospicere posset.

§. 6. In hoc rerum statu necessitas dicti Conventus, et illius Communitatis magis magisque augebatur, quare Communitas, seu Fratres prædicti Conventus hujusmodi per suum legitimum Priorem ad hoc deputatum exponi facere curarunt, quod medium magis proprium, peculiare, et re ipsa opportunum pro stabilitate non solum dicti novi ejusdem militiæ Conventus, verum etiam Collegii Sancti Georgei, quod ruina itidem minatur, ac illius reædificatio, seu nova constructio demandata est, videbatur esse unionem, incorporationem supradictæ Præceptoriæ, seu Commendæ de Silla eidem mensæ Magistrali, prout alias favore mensarum dictarum aliarum militiarum factum fuisse memorator, nam si dicta Præceptoria, seu Commenda de Silla tamquam pars primæ, et antiquæ dotis, sive assignationis, vel fundi supradicti diruti, eversique Conventus de Montesa mensæ Magistrsl i hujusmodi incorporaretur, et iterum injungeretur, ipsa mensa Magistralis absque ulla redituum, proventuumque illi assignatorum imminutione, facile applicare, et suppeditare valeret totum id, quod necesse est ad construotionem novi Conventus ejusdem militiæ, et Collegii Sancti Georgei, ac manutentionem harum duarum Communitatum, et satisfactionem quorumcumque onerum, quibus ipsa mensa Magistralis gravata existit.

Proposita unio ab Ordinis Consilio; probata fuit, exitum habitura quum Comendatore vacua reperietur Comenda ipsa, et sub certis modis Hispaniarum Regis adprobationi supposita.

§. 7. Negotio hujusmodi mature perpenso a Consilio Ordinum, seu militiarum in consultationibus diebus XXVIII. Februarij, et XVII. Decembris anni proximi elapsi MDCCLX. habitis, dictum Consilium totum id approbavit, exposuitque, ac retulit ipsi Carolo Regi, necesse esse, ut Conventus, et Communitas, seu Fratres militiæ de Montesa in *Temple* Pelatio hujusmodi fundarentur, collocarentur, et constituerentur, incorporando Conventui prædicto construendo, Collegium Sancti Georgei, præviis habitationibus disjunctis pro dictis duabus Communitatibus, sive Fratribus dictæ militiæ, et Collegialibus hujusmodi Collegii, cum omnimoda subjectione Collegialium pro tempore existentium Collegii prædicti Priori ejusdem Conventus, quodque Præceptoria, seu Commenda de Silla ejusdem militiæ, cujus fruetus, redditus, et proventus ad summam quatuor circiter millium petiarum monetæ illarum partium annuatim ascendunt, quam dilectus filius Nobilis Vir cognominatus Marchio della Mina unus ex Magnatibus Hispaniarum in exercitibus suis Præfectus sibi concessam obtinet, ex nunc prout ex tunc quando sive per obitum, sive renunciationem, sive cessionem, aut alias ex illius persona vacaverit, unienda, et incorporanda esset eidem mensæ Magistrali, ad hoc ut ipsa mensa Magistralis absque ulla suorum fructuum, redditum, proventuumque, ac fundorum, seu capitalium, distractione supplere, ac suppeditare valeat totam summam pro constructione novi Conventus necessaria, pro cujus perfectione, et absolutione existimatum est, quod summa centum quinquaginta millium petiarum prædictarum impendenda, et eroganda veniat, ac insuper augere possit dotem, sive annuos fruetus, redditus, et proventus ejusdem Communitatis, qui antequam prædictus terremotus sæpedictum Convetum everteret, summam quinque millium, et ducentarum petiarum parium minime excedebant, pro manutentione eorumdem Fratrum, et Collegialium usque ad numerum triginta, qui inter dictas duas Communitates existere debebant.

Hispaniarum Rex cuncta probavit, et pro suppressione, et respectiva incorporatione Comendæ de Sylla mensæ Magistrali, instantias Pontifici detulit.

§. 8 Cum autem sicut eadem expositio subjungebat ne, dictus Carolus Rex sentiens omnia, quæ idem consilium sentit, posita renunciatione a Priore, et Communitate hujusmodi jam facta omnium, et singulorum suorum jurium, et actionum super fructibus, redditibus, et proventibus dicti loci de Sueca, pro constructione, et perfectione fabricæ dicti novi Conventus expressa in planta, aut descriptione *vulgo ut dicitur disegno* ipsi Carolo Regi a supradicto consilio tradita, summam centum triginta millium petiarum parium assidue per quinque annorum spatium tradenda assignaverit, injungendo Priori prædicto, et illius Communitati assistentiam, et directionem dictæ fabricæ, insuperque pro sua tam Conventus, Militiæ Fratrum, Collegii, et Collegialium prædictorum sollicitudine, mandaverit, et decreverit, ut numerus triginta Religiosorum, seu Fratrum *vulgo Piazze*, quam, seu quas dictæ duæ Communitates ante memoratum terremotum habere debebant, constituatur, assignando, et constituendo tam pro Ecclesiæ, divinique cultus augmento, quam Fratrum, Conventus

Collegii, et Collegialium manutentione, et alimoniis cleemosynas, et stipendia usque ad summam novem millium petiarum similium, quæ quidem summa ex redditibus, et proventibus mensæ Magistralis, accurate in trib[illegible] equalibus solutionibus in antecessum singulis annis faciendis persolvere debebit, ac propterea dictus Carolus Rex, attentis præmissis, memoratam Præceptoriam, seu Commendam de Silla ejusdem militiæ eidem mensæ Magistrali per Nos perpetuo unire, et incorporare plurimum desideret.

Postulata suppressio, et perpetua mensæ Magistrali incorporat. nunc pro tunc, seu vacationis tempore Pontificia authoritate approbatur ad expositum finem novæ constructionis Conventus.

§. 9. Nos piis ejusdem Caroli Regis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, suumque studium in præmissis summopere commendantes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, memoratam Præceptoriam, seu Commendam de Silla nuncupatam ejusdem militiæ de Calatrava per dictum memoratum modernum Marchionem de la Mina de præsenti obtentam nunc pro tunc, et quando Præceptoria, seu Commenda de Silla prædicta per obitum, cessum, vel decessum, aut renunciationem, sive quocumque alio modo de illius persona vacaverit, cum omnibus, et singulis Præceptoriæ, seu Commendæ prædictæ fundis, capitalibus annexis, connexis, juribus, actionibus, pertinentiis, fructibus, redditibus, et proventibus universis, ac quibuscumque privilegiis, quæ tunc existens militiæ prædictæ Magister memoratæ Præceptoriæ, seu Commendæ de Silla in erectione, ac concessione in Commendam assignavit, et concessit, et quibus Præceptores, seu Commendatarij ipsius Præceptoriæ, seu Commendæ huc usque usi, potiti, et gavisi fuerunt, seu uti, potiri et gaudere potuerant, mensæ magistrali militiæ prædictæ, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo unimus, annectimus, et incorporamus, ac eidem mensæ Magistrali unitam, annexam, et incorporatam nunc pro tunc quando de persona dicti moderni Marchionis Præceptoris, seu Commendatarij esse, et fore perpetuo decernimus, et declaramus; ita ut, vigore unionis, annexionis, et incorporationis hujusmodi Præceptoriæ, seu Commendæ eidem mensæ Magistrali a Nobis de præsenti, sicut præmittitur factarum, liceat ipsi Carolo Regi, ac cæteris earumdem Hispaniarum Regibus pro tempore existentibus, uti administratoribus perpetuis militiæ prædictæ, statim ac Præceptoria, seu Commenda de Silla de persona dicti moderni Marchionis vacaverit, liberam illius possessionem appræhendere et retinero; ac illius annuos fructus, redditus, et proventus percipere, exigere, et levare, ac de illis, uti unitis, et incorporatis mensæ Magistrali prædictæ Militiæ, disponere, ac in suos, seu in alios sibi benevisos usus, et utilitatem libere, et licite convertere.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 10 Decernentes, easdem præsentes literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ipsi Carolo Regi, suisque in Hispaniarum Regnis Successoribus plenissime suffragari, et ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, ac Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sedis Apostolicæ Nuncios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac militiæ prædictæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis; privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis, superioribus, et personis sub quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die decimanona Maij Millesimo, Septingentesimo, Sexagesimo, Primo, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Dat. die 20. Maii 1761 Anno III.

CCXXI.

Prævia derogatione dispositioni testamentariæ Canonici Jacobi Savioli, pium legatum ab eodem relictum pro erectione Orphanotrophii in Terra Plebis Diœcesis Bononiensis, applicatur Hospitali Sanctæ Mariæ dictæ Terræ, et Bononiensi Archiepiscopo exequutio concessionis committur.

Clemens Papa XIII.

Dilecte fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem

Refertur tenor dispositionis testamentariæ Canonici Savioli.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii administratores Hospitalis Sanctæ Mariæ Terræ Plebis Bononien Diœcesis, quod quondam Canonicus Jacobus Savioli ejusdem Terræ, deficiente linea masculina Francisci, et Alphunsi fratrum de Claris hæredum institutorum, ab ejus hæreditate separari mandavit prædium Tornaturarum quatuordecim ex parte affectum Ecclesiastica emphytheusi, et censu in sorte scutorum quatuorcentum monetæ Romanæ sub expressa declaratione, quod utriusque sortis fructus naturales, et civiles, a die obitus ultimi hæredis gravati, per decennium cumulari deberent, ad effectum erigendi in dicta Terra Orphanotrophium sine Ecclesia, in quo indesinenter præberi deberent alimenta, et honesta educatio sex pueris, usque ad ætatem annorum octo supradecem, et separatim sex puellis quousque nuberent, aut pervenirent ad ætatem viginti duorum annorum, injungendo præterea, ut pro una vice tantum elargirentur scuta decem cuilibet ex illis, qui vel ob completam ætatem, vel titulo matrimonii, vel ob aliam causam e dicto Orphanotrophio dimittendus esset, et alias prout in ejusdem Jacobi testamento uberius dicitur contineri.

Petitio porrecta pro derogatione præfatæ dispositionis testamentariæ.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes, qui (ut asserunt) jam imminet defectus ultimi ex hæredibus a testatore volitis, ob decrepitam illius senectutem, totum id, quod a prædicto Jacobo testatore assignatum fuit pro erectione, et dotatione hujusmodi Orphanotrophii, in Hospitalis prædicti subsidium convertendi facultatem per Nos concedi plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Postulatæ derogationi indulget Pontifex pro implorato effectu.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, ac testamenti prædicti tenorem præsentibus pro pleno, et sufficienter expresso, et inserto habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ad quos supplicem libellum, Nobis porrectum, remisimus, qui relationem tuam ad eosdem Cardinales transmissam, attenderunt, consilio, Circumspectioni tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis supradictis, eorumdem exponentium precibus, præmissa ejusdem Jacobi Testatoris dispositione minime obstante, auctoritate Nostra Apostolica, pro tuo arbitrio et prudentia, gratis indulgeas juxta petita. Non obstan supradicti Jacobi Testatoris etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, ac Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xx. Maii MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Dat. die 20 Maii 1761. Anno III.

CCXXII.

De componendis dissentionibus inter Episcopum, et Abbatem Tennebacensem super jurisdictione exercenda in Monasterio Lictenthalii egit cum Marchione Bedensi in cujus ditione Monasterium idem reperitur, et Ecclesiasticam disciplinam comemorat servandam ab Episcopis, et Regularibus quoad Monialium Monasteria.

Dilecto Filio Nobili Viro Ludovico Marchioni Badensi

Clemens PP. XIII.

Dilecte Fili Nobilis Vir, salutem, et Apostolicam Benedictionem

Ut dissentiones inter Episcopum, et Abbatem Tennebacensem, componere studest hortatur Marchionem Badensem, Monasterii Lictenthalii Patronum.

§. 1. Ea nobis opinio inest pietatis eximiæ, atque virtutis Nobilitatis tuæ, ut ejus esperiendæ occasionem ultro capiamus, idque eo lubentius, quoad nihil impetrare cupimus, quod sacris Ecclesiæ regulis non sit apprime conforme. Retulit Nobis in proxime, quam dedit, villicationis suæ ratione Ven. Fr. Franciscus Spirensis Episcopus, impediri se quominus jurisdictionem suam exerceat in Sanctimonialium Cisterciensium Lietenthalii cœnobium, obsistente Ordinis ejusdem Abbate Tennebacensi, qui omnem sibi arrogat potestatem, in sacrorum canonum, et Apostolicarum sanctionum contemptum, eaque propter rogavit, ut ex Apostolicæ servitutis Nostræ ministerio, quidquid agendum foret consuleremus. Equidem novimus, ascetærium illud non tam intra Badensis Ditionis tuæ fines existere, quam a piissimis Majoribus tuis fundatum, ejusque patrocinium, ac tutelam istius florentissimi Marchionatus moderatori, ac Domino esse commissam, atque ideirco, hasce Nobilitati tuæ literas dandas esse censuimus, ut tuis sub auspiciis hæc omnis Episcopum inter, et Abbatem dissentionis causa tollatur: ut vero id sine cujusquam injuria continget, Ecclesiasticæ, hac in re, disciplinæ regulas paucis attingere præstat.

Ecclesiasticam comemorat disciplinam quoad Episcoporum, et Regularium jurisdictionem in Monialium Monasteriis.

§. 2. Sunt ex una jura quedam Episcoporum propria, etiam in Monasteriis, quæ Regularibus Prælatis subjacent, exercenda: sunt ex altera Regularium Prælatorum privilegia a Romanis Pontificibus decessoribus Nostris concessa certis circumscripta limitibus, quos nefas est transgredi; juribus ergo suis utatur sic oportet Episcopus, ut Regularium privilegia non abroget, privilegiis vero sic Regularis Prælatus, ut Episcopi potestatem non spernat, quod si inter utrumque oriatur dissentio, Nostrum est præcipere ut ambo intra præscriptos fines contineantur, qui vero Advocatum ac Patronum gerit, illud præ cæteris spectare debet, ut ad sacrorum canonum normam, Monasterii regimen componatur: quæ nam porro sint tum Episcopi, tum Abbatis in istiusmodi regimine partes, pluribus quidem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Tridentini Concilii iterpretum sententiis, et Romanorum Pontificium decretis jam sæpius definitum fuit, quæ si fideliter ac rite serventur, quemedmodum fit in Germaniæ Diœcesibus, nulla erit dissidiorum occasio; atque hoc illud est, quod fieri modo petimus, Nobilitate tua interveniente, ut scilicet secundum præfinitam in Apostolicis Constitutionibus normam, concordia, et pax Episcopum inter, et Abbatem sanciatur, litium parcatur sumptibus, a Catholico populo offensiones amoveantur.

Marchioni Badensi plenitudinem divinæ gratiæ imploratur Pontifex.

§. 3. Illud demum Nobilitati tuæ persuasum volumus, nihil esse, quod optemus ardentius, nihil quod a bonorum omnium largitore Deo enixius petamus, quam ut præclarissimo generi tuo, masculinam tribuat sobolem, in quam, et Catholica Religio, et pulcherrima possessio ista, hæreditario jure pertranseant, tuoque sub regimine omnia discordiarum semina inter Ecclesiasticos præfocentur, et Fidei Catholicæ, et Ecclesiasticæ disciplinæ vigor, atque securitas constituantur ita, atque firmentur, ut apud vel posteros, vel successores tuos, omen, ac virtutem tuam perpetuo regnaturam omnes intelligant, damusque paternæ benevolentiæ pignus Apostolicam benedictionem, quam Nobilitati tuæ, lectissimæ Conjugi, ac universæ Familiæ peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die xx. Maij MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Dat. die 30 Maii 1761 Ann. III.

CCXXIII.

Facultatem concedit Monachis Ordinis S. Benedicti Congregationis Bavariæ ut non expectato triennii lapsu, comitia habere queant pro eligendo Supremo Præside in alterius precedentis, vita functi, loco.

Dilectis Filiis Præsidi et Religiosis vocalibus, ad comitia Generalia Congregationis Benedictinæ Bavariæ congregatis.

Clemens PP. XIII.

Dilecti Filii salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Etsi Nobis jampridem perspecta erat singularis observantia vestra in hac Apostolicam Sedem, et magna sedulitas in iis curandis, quæ Monasticam disciplinam respiciunt, nihilosecius tamen opinionis ejusmodi confirmandæ nova emergit occasio ex posterioribus literis vestris, quæ nuperrime ad Nos delatæ fuerunt: siquidem laudavimus captum a vobis consilium, non expectato trienni lapsu, cogendi quamprimum confœderatum Abbatum, Discretorumque comitia, ut in defuncti supremi Præsidis locum, alius sufficiatur, ne Congregatio vestra legitimo capite suo diutius careat: quamobrem facultatem quam postulastis, habendorum hoc anno comitiorum, lubenter concedimus, hortamurque, ut cœnobiticæ Familiæ vestræ eum moderatorem præponatis, qui et Christianæ pietati noviter promovendæ, et Monasticæ disciplinæ sedulo retinendæ, et Ecclesiasticis studiis pie, ac salubriter instituendis utilis, atque idoneus magis in Domino censeatur: quod quidem novo huic, quem adlecturi estis poterit facilius contingere ex eo, quod, ea, quæ postmodum proxime consequetur electio supremi Presidis, nisi post quadriennium habenda non erit; interea vero spiritum Sanctum, Nos quoque orare non omittemus, ut mentibus, et cordibus vestris tam gravi in negocio propitius adsit, atque ut idem ipse, ea a Christiano populo in hunc finem exoretur, per alias literas in forma Brevis, Indulgentias de Thesauro Ecclesiæ fuimus elargiti Monasterio Vesofontano, quo electores hac vice convenient, atque interea vobis Dilecti Filii Apostolicam Benedictionem peramanter largimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xxx. Maij MDCCLXI. Pontificatus Nostri anno Tertio.

CCXXIV.

Dat. die 10 Junii 1761. Ann. III.

Bina legata pia a Principe Hieronymo Pamphily relicta pro dotandis puellis orphanis, subveniendisque Miserabilibus familiis Civitatis Viterbii, prævia testamentariæ dispositionis derogatione, Conservatorio nuncupato *delle Zitelle sperse* ejusdem Civitatis applicantur, datis super erogatione peculiaribus normis.

Dilecto Filio Nostro, Jacobo S.R.E. Cardinali Oddi, Cathedralium Viterbiensis, et Tuscanensis, invicem perpetuo unitarum ex concessione, et dispensatione Apostolica, Præsuli.

Clemens Papa XIII.

Dilecte Fili Noster, salutem, et Apostolicam Benedictionem

Preces porrectæ pro commutatione testamentariæ dispositionis Principis Pamphily, et causæ hujus elargiendæ commutationis.

§. 1. Exposuisti Nobis quod tunc in umanis agens Hieronymus Princeps Pamphily, in suis sub quibus ab humanis decessit die VI. Decembris anni proximi preteriti in Civitate Viterbiensi, conditis codicillis, summam viginti millium scutorum monenæ Romanæ ad effectum dotandi puellas orphanas, subveniendique pauperibus familiis ejusdem Civitatis, ad tui tamen nominationem reliquit, et alias, prout in ipsius Hieronymi Principis codicillis uberius dicitur contineri; tu vero animo perpendens, quod si legatum hujusmodi juxta piam dispositionem ipsius Hieronymi Principis exequaris, magnus earumdem puellarum, ac multo magis familiarum miserabilium hujusmodi numerus, necessitatem tibi imponeret parvum auxilium, subsidiumque illis prebere, ita ut procul dubio dici potest, quod paucis elapis diebus, tam puellæ, quam familiæ prædictæ eadem inopia præmerentur, ac propterea proprium, consentaneumque esse existimas, prædictam viginti millium scutorum summam in tot bonis fructiferis tutis, et securis reinvestiri pro fundo, seu capitali Conservatorii puellarum dispersarum, vulgo *delle Zitelle sperse* nuncupat Civitatis prædictæ

in quo, non solum puellæ pauperes, et miserabiles, verum etiam illæ, quæ in evidenti periculo versantur ammittendi propriam pudicitiam, recipiuntur, asservantur, et aluntur, quod ita tenues reditus habet, ut decem septem, aut decem et octo puellas ad summum, servata etiam rei familiaris curatione in eo retineri, et ali possunt, quanto pro Civitate Viterbiensi hujusmodi numerus sexaginta, et ultra ea de causa haud sufficens existeret, quoniam in ea agriculæ illius territorii, qui pauperes, et miserabiles sunt sese receperunt, ac summa eorum egestas, ac facilitas conversandi magnum periculum pudicitiæ suarum puellarum adducunt, ita ut, si parvo fundo, seu capitali, quod idem Conservatorium de presenti possidet adderentur fructus, reditus, et proventus provenientes ex fundis, seu capitalibus hujusmodi legati viginti millium scutorum, dictis pauperibus puellis orphanis, et familiis miserabilibus distribuendorum, ac alterius legati mille scutorum annuorum per viginti annorum spatium singulis annis dicto Conservatorio persolvendorum itidem relicti, si dicta mille scutorum summa in tot bonis stabilibus singulis annis itidem reinvestirentur, tractu temporis annui fructus, reditus, et proventus hujusmodi Conservatorii, equidem in ipsa Civitate necessarii, ita majores existerent, et in maximum omnium illius pauperum familiarum levamen in perpetum cederent, et tot animæ, quæ propter inopiam, et pravam educationem vitiis toto animo sese dedere, pergunt, in tuto ponerentur, ac proinde facultatem licentiamque id exequendi per Nos tibi concedi plurimum desideras.

Pontifex, commutata testamentaria dispositione Principis Pamphily, bina legata ab eo relicta Conservatorio *delle Zitelle sperse* applicat, sub peculiaribus legibus.

§. 2. Nos piis votis tuis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere, nec non manutentioni pauperum familiarum, ac conservationi pudicitiæ puellarum consulere cupientes, ac codicillorum hujusmodi tenorem presentibus pro plene, et sufficienter expresso, et inserto habentes, tuis supplicationibus inclinati, circumspectioni tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut legatum scutorum viginti millium a memorato Hieronymo Principe relictum ad effectum dotandi puellas orphanas, subveniendique pauperibus familiis Civitatis prædictæ ad tui nominationem, tuique libitum, ut præfertur, eidem Conservatorio puellarum dispersarum, vulgo nuncupat *delle Zitelle sperse* ejusdem Civitatis, auctoritate nostra Apostolica pro tuo arbitrio, et prudentia gratis applices, et assignes, ita tamen ut tam prædicta, quam altera summa scutorum pariter viginti millium monetæ prædictæ, spatio viginti annorum consequenda, vigore alterius legati dicti Hieronymi Principis ad favorem ejusdem Conservatorii, sicut præmittitur, faeti, reinvestiatur, ac reinvestiri debeat in tot bonis stabilibus, seu censibus, mature perpensis prius per circumspectionem tuam, seu pro tempore existentem Episcopum, bonorum et censuum qualitate, natura, et securitate, ita tamen, ut mandatum pro solutione prætii bonorum, et censuum emendorum semper, et quandoque a Deputato dicti Conservatorii faciendum, sive a te, sive ab Episcopo pro tempore existente subscribi omnino debeat, alioquin emptio, et acquisitio pro tempore facta, seu facienda nulla sit eo ipso, et Locis Montium Cameræ Nostræ Apostolicæ non vacabilium, eorumque fructus, detractis expensis necessariis pro manutentione capitalium, ac Ministrorum ad id necessarium, erogentur in alendis, educandisque in supradicto Conservatorio tot puellis miserabilibus dictæ Civitatis Viterbiensis, præsertim orphanis per circumspectionem tuam, ac per pro tempore existentes Episcopos successores niminandis quot proportionabiliter ex dictis annuis reditibus ali, et educari poterunt, iisque dotandis in casu vel Matrimonii, vel Monachationis earumdem puellarum in summa scutorum quinquaginta, compræhensis tamen in dictis scutis quinquaginta, consuetis scutis viginti quoad illas puellas, quibus ab eodem Conservatorio in casibus prædictis dari solent, vel etiam in majori summa pro variis casum circumstantiis prudenti arbitrio tuo, seu pro tempore existentis Episcopi prædicti definienda, dummodo in totum non excedat summam scutorum centum, ad quem effectum debeat deponi per dictum Conservatorium, seu per illius Deputatos, aut administratores pro tempore existentes ex fructibus capitalium, ut petitur, acquirendorum, deponi summa biscentum scutorum in Monte Pietatis dictæ Civitatis, injuncto onere eidem Conservatorio, puellisque in eo pro tempore commorantibus quotidie recitandi Psalmum *De profundis* in expiationem animæ dicti Hieronymi pii Testatoris, celebrandique diem anniversarium ejus obitus cum Missa cantata, aliisque decem lectis, qua itidem die supradictæ puel-

læ, dummodo sufficientem ætatem habeant in ejusdem Hieronymi testatoris, suffragium, sacram Eucharistiam sumere teneantur.

Derogatio contrariorum.

§ 3. Non obstantibus supradicti Hieronymi Principis testatoris, etiam ultima voluntate, quam quod præmissa sufficienter, et expresse commutamus, ac Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum per præsentes non intendimus dictum Conservatorium, illiusque Institutum in aliquo approbare. Datum in Arce Gandulphi Albanensis Diœcesis, sub Annulo Piscatoris. Die x Junii MDCCLXI. Pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 10 Junii 1761 Anno III.

CCXXV.

Viterbiensi Episcopo facultates impertiuntur cedendi antiquum Episcopale Palatium favore Conservatorii *delle Zitelle sperse* ejusdem Civitatis, ad hoc ut major illarum numerum recipi, et ali in eo Conservatorio possit facilius, et comodius.

Dilecto Filio nostro Jacobo S. R. E. Cardinali Oddi, Cathedralium Viterbiensis, et Tuscanensis, invicem perpetuo unitarum ex concessione, et dispensatione Apostolica, Præsuli

Dilecte Fili Noster Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Contemporanea commutatio legatorum piorum Hieronymi Pamphily facta favore Conservatorii *delle Zitelle sperse* commemoratur.

§. 1. Exposuisti Nobis, quod hodie, seu nuper Nos ad supplicationem tuam, per alias Nostras in simili forma Brevis expeditas Literas, tibi facultatem applicandi, et reinvestiendi ad favorem Conservatorii puellarum dispersarum, vulgo *delle Zitelle sperse* nuncupat Civitatis Viterbiensis, non solum summam viginti millium scutorum monetæ Romanæ, a tunc in humanis agente Hieronymo Pamphily, ad effectum dotandi puellas orphanas, ac subveniendi familiis pauperibus Civitatis predictæ, ad tui tamen nominationem relictam, verum etiam aliam summam viginti millium scutorum parium a dicto Hieronymo Principe eidem Conservatorio assignatam, et a Conservatorio hujusmodi, spatio viginti annorum consequendam in tot bonis stabilibus, censibus, et locis montium Cameræ Nostræ Apostolicæ non vacabilium, fructusque annuos ex bonis prædictis provenientes impendendo in levamen, et augumentum dicti Conservatorii, in quo reciperentur tot puellæ, quot ex dictis fructibus ali, et educari possent, concessimas, et alias, prout in dictis Nostris Literis, quorum tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, uberius dicitur contineri.

Preces porrectæ pro cessione antiqui Palatii Episcopalis in Civitate Viterbii favore ejusdem Conservatorii pro majori numeri puellarum receptione

§. 2. Nunc vero tu mature perpendens, quod domus dicti Conservatorii ita angusta existit, ut octo, vel novem lectuli in qualibet camera, licet puellarum de presenti in eo existentium numerus viginti duarum minime excedat, retinentur, et sicuti, si dictum Conservatorium magni momenti summam in emptionem, et constructionem, et perfectionem alterius domus magis aptæ imprenderet, annui redditus minuerentur, et propositum, quod præoptatur alendi, educandique in dicto Conservatorio majorem puellarum pauperum et præsertim orphanarum numerum, quibus ipsa Civitas magis, magisque abundat, quæ quidem sive parentibus orbatæ, sive ratione paupertatis, sive incuria genitorum sine cura, et educatione relictæ, previo manifesto periculo amittendi pudicitiam per prædictam Civitatem vagantur, minime assequeretur, tu tot incomodis consulere intendens, consentaneum esse existimas, ut mensa Episcopalis Viterbiensis, quæ spatioso, ac commodo Palatio Cathedrali Ecclesiæ contiguo, quod Episcopi communiter habitare pergunt, satis provisa existit, alium Palatium ad predictam legitime spectans, Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Sixti ejusdem Civitatis adherens, ad favorem dicti Conservatorii cedat, eo magis, quod cessio hujusmodi Palatii nullum damnum, nullumque incomodum Episcopis afferre videtur, qui non assidue illud tam propter deficentiam commodorum necessariorum pro custodia Archiviorum, ac retentione Tabularii, vulgo Cancellaria Curiæ Episcopalis, quam propter distantiam a Cathedrali Ecclesia, in qua Episcopi sacras ecclesiasticas functiones peragere, et explere solent, inhabitant, imo in utilitatem tam eorumdem Episcoporum, qui ab onere peragendi in eo singulis annis necessarias reparationes excmpti erunt, quam etiam ejusdem Civitatis propter profectum dicti Conservatorii, per quem honestas, et educatio tot puellarum in tuto positæ veniunt, cederet, ac propterea facultatem donandi, et concedendi eidem Conservatorio Palatium hujusmodi tibi per nos impertiri summopere desideras.

Pontifex antiquis Episcopalis Palatii cessionem approbat.

§. 3. Nos supplicationibus tuis Nobis porrectis inclinati, circumspectioni tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut dictum Palatium Ecclesiæ Collegitæ Sancti Sixti, Civitatis Viterbii contiguum, ad mensam Episcopalem Viterbiensem spectans, eidem Conservatorio *delle Zitelle sperse*, ad effectum tamen inserviendi pro usu prædicti Conservatorii, ac pro habitatione puellarum inibi educandarum, auctoritate nostra Apostolica libere, et gratis concedas, dones, assignes, et incorpores, ad super præmissis quodcumque instrumentum necessarium et opportunum conficias, ac plenam, et amplam facultatem, licentiam et auctoritatem tibi super præmissis agendi, et exequendi, concedimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, et generalibus Conciliis editis Constitutionibus, et Ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum per præsentes non intendimus dictum Conservatorium, illiusque Institutum in aliquo approbare. Datum in Arce Gandulphi Albanensis Diœcesis sub annulo Piscatoris die x. Junii MDCCLXI. Pontificatus Nostri anno tertio.

Dat die 5 Junii 1761. Ann. III.

CCXVI.

De periculis imminentibus Germanicæ Ecclesiæ in fœdere pro pace ineundo, cum Bavariæ Duce agit, eumque hortatur, ut Religionem, et Ecclesiæ jura protueatur.

Vide hac super re superiores Pontificias Literas relatas hoc Tom. II. Num. CCXIV. CCXV. CCXVI. et CCXVIII.

Dilectissimo in Christo Filio Nostro Maximiliano Josepho Bavariæ Duci S. R. J. Principi Electori

Clemens PP. XIII.

Dilectissime in Christo Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem

Animi anxietatem pro imminenti Germanicis Ecclesiis periculum exprimit, et infelicem Catholicorum statum sub Acatholicis Principibus.

§. 1. Ex multis anxietatibus, quibus hac miserrima tempestate incessanter affligimur, una eademque gravissima est publicus rumor pacis, inter dissidentes bello Principes, non constituendæ, nisi Germanicis quibusdam Ecclesiis opima spolia adimantur ad eorum controversias finiendas: equidem, dilectissime Fili, tanto funestissimi hujus infortunii metu percellimur, ut mœrorem Nostrum quisque melius conjiccre, quam Nos explicare possimus; etenim, intuentibus Nobis vetera Catholicæ Religionis vulnera sanguine adhuc manantia, si tanta insuper calamitas accesserit, et Ecclesiastici Ordinis potentia, ac splendor adhuc imminuantur, ecquis non videt quantum futura sint novissima pejora prioribus: illud etiam Nobilitati tuæ exploratum est, quod molestiis, difficultatibus, ærumnis, Nostrisque commentis quotidie magis premantur, non tam Acatholicorum Principum Catholici subditi, quam iidem ipsi Principes Viri, qui ad Ecclesiæ matris gremium redierunt, quibus proinde votis, ac gemitibus flagitent, ut impune viam salutis tenere sibi liceat, et Catholicæ disciplinæ sacris libere uti.

Bavariæ Ducem hortatur ut pro Ducalis familiæ suæ Religione, detrimentum afferre Ecclesiasticis in Germania rebus non sinat.

§. 2. In hac amarissima cogitatione defixi, quid aliud possumus, quam manus Nostras levare in cœlum, Deumque effusis lacrymis apprecari, ne propter peccata Nostra impendentem hanc procellam, Dominicum agrum depopulari sinat, dein ad carissimos Romanæ Ecclesiæ Filios paternas voces convertere, iisdemque ortodoxæ fidei tutelam, Ecclesiarum patrimonia, uno verbo, Dei causam, ardentissime commendare, ut exerant singuli vires suas ad ejusmodi iniquissimam conditionem a novo fœdere pacis eliminandam: neminem vero præ cæteris decet magis, quam Nobilitatem tuam ad excidium hocce amoliendam adniti, agitur enim de Germanici corporis constitutione immutanda, cujus nobilissima pars est *Bavarica* Domus, constabiliti ordinis, antiquarumque sanctionum retinentissima: *eæ præterea tanto in discrimine versantur Ecclesiæ, quibus jamdiu Duces Bavarici præfuerunt, atque adhuc præesse possunt quæque idcirco præsidium tuum proprio quasi jure postulare videntur.* Age igitur, dilectissime Fili, macte animo, Majorumque tuorum, quæ domi habes exempla pulcherrima imitare, *inter quos Augustissimus Parens tuus, oblatom sibi conditionem ejusmodi, fortiter, ac generose repudiavit*, sicque demum constitue, nihil Deo gratius, nomini tuo gloriosius, ortodoxæ fidei utilius effieere te posse, quam si authoritate, opera, officiisque tuis sartas, tectasque eas servabis Ecclesias, quibus ut aliquando posteri

quoque tui præsidere queant, Deum enixis precibus orare non prætermittimus, damusque et singularis benevolentiæ, et fælicis auspicii pignus Apostolicam Benedictionem, quam nobilitati tuæ et lectissimæ Conjugi toto corde largimur. Datum in Arce Castri Gandulphi Albanen Diœcesis, sub Annulo Piscatoris die XIII. Junii MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Dat. die 13 Junii 1761 Ann. III.

CCXXVII.

Passaviensi Episcopo de imminenti Germanicarum Ecclesiarum periculo scribit, eumque hortatur, ut futura hæc damna a Religione, quantum illi permittitur, avertat.

Vide quæ notavimus superiori numero, qui ad hanc ipsam materiam se habet.

Dilecto Filio Nostro Josepho Domioico Tituli S. Petri in Monte aureo Præsbytero S. R. E. Cardinali de Lamberg nuncupato, Episcopo Passaviensi.

Clemens PP. XIII.

Dilecte Fili salutem, et Apostolicam benedictionem.

Pro impendentibus Germanicæ Ecclesiæ malis præconceptum exprimit dolorem

§. 1. Durum sane, ac pene incredibile in eam incidisse Nos temporum calamitatem, in qua de paco inter Christianos Principes concilianda, sermo institui nequeat, quin Ecclesiarum patrimonia dispertienda proponatur: ecce autem idem ille tristissimus rumor, qui Sa. Me. Benedictum XIV. decessorem Nostrum, omnesque Germaniæ Antestites tamdiu vexavit, rursus emersit in lucem, et quotidie increbrescit ad humilitatem quoque Nostram, aliosque dilectos Filios Nostros, ac venerabiles Fratres, novis gravioribusque animi angoribus cruciandos. Ac jnre quidem, meritoque contristari omnes insimul, ac ingemiscere oportet, nam si veteribus malis, quæ jamdiu lugemus, novum istud accesserit infortunium, et Episcopalis dignitas, juribus, ornamentis, opibusque suis denudata ad commissum sibi gregem tuendum, tegendumque imbecillior evaserit, satis compertum est quantum detrimenti Catholica Religio sit perceptura.

Quæ futuræ sint in Germania Catholicis, molestiæ quatenus Ecclesiæ juribus, opibusque priventur, exponit.

§. 2. Nostrum quidem non est ea, quæ Germanici corporis immutationem, rerumque publicarum perturbationem respiciunt latius persequi, melius enim quam Nobis tibi sunt cognita, sed illud dissimulare nequimus, Catholicos omnes non tam eos, quibus hæretici dominantur, quam ipsos etiam Principes Viros, majoribus in dies pressumiri difficultatibus, molestiis, pactionibus, ærumnis ad novos durioresque Catholicæ disciplinæ, et Ecclesiasticæ libertati compedes injiciendos; neque demum prætereundum est, curam hanc, atque sollicitudinem, non eos solum attingere, quibus procella isthæc proprius impendet, sed Præsules cunctos, et sacrorum Antistites, tum ex eo sanctissimæ unitatis vinculo, quo Ecclesiæ Christi arctissime copulantur, tum vero etiam propterea quod ubi turbo iste in Dominicam vineam semel, ac iterum irruere cœperit, non quiescet, donec et fructus, et palmites, et sæpes vastaverit omnes: adeamus igitur cum fiducia thronum Dei, fervidisque obsecrationibus, ac lacrymis, quæ sunt arma Sacerdotum, deprecemur, ne vertatur hæreditas nostra ad alienos, Domus nostræ ad extraneos, deinde satagat unusquisque pro viribus suis, et ardentissima illa charitate, qua Christi sponsæ conjungimur, cujus auferendæ, mimuendæve dotis agitur causa, ut excidium hocce qua auctoritate, qua precibus, qua officiis omnino amoliatur.

Sedulitate summa curasse, ne Germaniæ Ecclesiis injuriam patiatur, commemorat, auxiliumque a Passaviensi Episcopo sibi promittit.

§. 3. Porro ad Nos quod attinet, non ut gloriemur dicimus, sed Apostolico muneri Nostro ne defuisse videamur, vel a principio Pontificatus Nostri ad primos, quamvis suboscuros rumores, qui huc pervenerant datis ad summos Catholici nominis Reges efficacibus literis, et Apostolicis quoque nunciis, qui apud illos sunt, mandato Nostro intervenientibus, sedulo curavimus, ut hæc prolixe inculcarentur, at vero de illorum insigni pietate, ac religione fatendum est perpexisse Nos probe, eos intelligere non minus gravissimum orthodoxæ Religionis damnum, quam luctuosam rerum confusionem, quæ inde consequeretur; modo autem indicto Augustæ Vindeliciorum ad fœdera pacis concinnanda conventu, cum hic molestissimus rumor iterum invaluerit, Nosterque simul revixerit motus, eorum præsidium, et opem novis literis imploravimus, exemplum Sanctæ Memoriæ decessoris Nostri adamussim sequuti, qui cum præterea hunc in finem ad aliquos insigniores Germaniæ Anti-

stites studiosissimas dedisset literas, Nos quoque vestigiis ejusmodi inhærentes, pro ea, qua fulges, sublimi dignitate, ac ministerio, ut sollicitudinem adjuves Nostram, nullumque vel diligentiæ, vel officii genus periclitantibus Ecclesiis desiderari sinas, te quantum possumus hortamur, rogamus, et obtestamur in Domino, non quod de tua eximia pietate, ac Religionis tuendæ studio vel minimum dubitemus, sed quia pro imposita Nobis Apostolicæ servitutis munere non possumus, quin ubi communis est causa, commune periculum, communem etiam curam, sedulitatem, et operam exquiramus, damusque paternæ benevolentiæ pignus, Apostolicam Benedictionem, quam tibi dilecte Fili Noster, peramanter impertimur. Datum in Arce Gandulphi Albanen Diœcesis sub annulo Piscatoris die XIII. Junii MDCCLXI. Pontificatus Nostri anno tertio.

Nondum præcedentibus Literis expeditis, Passaviensis Episcopus, Summo Pontifici Germanicas res comendat, deque sedulitate sua testimonium prabet, quod Pontifici perjucundum evenit.

§. 4. Vix datis his literis, tuæ ad Nos pervenerunt, quibus ad hoc ipsum hortabaris, neque propterea a transmittendis supersedendum fore censuimus ut plane perspiceres, quantum ea quæ monuisti, ac prestitisti perjucunda Nobis accederint, hoc autem discriminis inter Fraternitatem tuam, aliosque ad quos scripsimus, intercesserint, ut quæ ipsis incitamento erunt, tibi honori, atque ornamento, quod pro ea, quam tenes amplissima dignitate, consilia Nostra præveneris, omemque curam, atque sollicitudinem impenderis ad earum Ecclesiarum, quarum nonnullæ Provinciæ sunt tuæ, pericula avertenda. Dum igitur debitas laudes, et gratias vigilantiæ tuæ persolvimus, Apostolicam Benedictionem iterum toto corde largimur.

CCXXVIII.

Dat die 14 Junii 1761 Anno III.

Damnatio, et prohibitio versionis Italicæ, operis Gallice scripti hoc titulo: *Exposition de la Doctrine Chretienne; ou Instructions sur les principales verités de la Religion*, editæ quinque Voluminibus, quorum primo titulus est. *Spiegazione del Simbolo della Fede Cattolica*; Secundo: *Esposizione Dominicale*; Tertio: *Esposizione del Decalogo*; Quarto: *Esposizione de' Sagramenti*; Quinto: *Esposizione de' Comandamenti della Chiesa, con la giunta di un trattato della giustifienzione,*

Vide quæ de perniciosorum Librorum prohibitione adnotavimus ultimo loco in hujus Continuationis Tom. I. Numero. LXXXIV. ubi de præcedentibus prohibitionibus sermo est.

Clemens Papa XIII.

Ad perpetuam rei Memoriam

Jam opus hoc Gallico Idiomate impressum, prohibitum fuisse Decreto 21 Novem 1757 exponit.

§. 1. Dum inter gravissima rei Catholicæ quotidie illata dispendia, ob quæ diu noctuque mœrentes angimur, eo potissimum nomine acerbius etiam dolemus, quo erumpens ubique perniciosorum librorum colluvies, animas pretioso Christi sanguine redemptas in discrimen adducat: multorum querela Nostrum et Sedis Apostolicæ pulsavit auditum, opus quoddam Gallice scriptum, et in plures tomos, sine nota auctoris, distributum, hoc titulo: *Exposition de la Doctrine Chrétienne, ou instructions sur les principales verités de la Religion*, etsi decreto Congregationis Indicis diei 21. Novem. MDCCLVII. confixum, nihilominus è Gallico in Italicum idioma versum, ac typis excusum, vulgatis huc illuc ex industria innumeris ejusdem exemplis, per omnium manus effræni licentia traduci. Novimus illico, et Nobiscum una norunt Apostolicæ Sedis mandatis obsequentes filii, versionem hujusmodi suapte natura declinare non potuisse prohibitionis jaculum, quo ictum jampridem fuerat primævum opus Gallica lingua scriptum; immotamque stare, regulam ab eadem Apostolica Sede toties aperte declaratam, opus nempe uno aliquo idiomate editum, atque proscriptum, quocumque alio versum sit, eadem proscriptione notari; nullumque versioni comparari præsidium, si illa pri-

vato tantum ingenio, non autem eorum, ad quos spectat, legitima auctoritate castigata comperiatur. Cura tamen Dominici gregis humilitati Nostræ concredita, sanæque doctrinæ custodia Nobis divinitus demandata, cujus Christo Domino, æternòque Pastori in districtissimo judicio sumus rationem reddituri, Nos admonuit, non oportere in alias vulgata, et adhuc perseverante prohibitione conquiescere; sed omnem conferendam esse sollicitudinem, ne oves, specie pietatis, quam opus exhibet, illectæ, et cortici fortasse, non hausta prorsus medulla, inæherentes, inficerentur, pravarum, et alias ab Apostolica Sede proscriptarum opinionum latitante fermento, neve cum bonis seminibus immixtas spinas contrectantes, suas sibi confoderent manus, et miserrime cruentarent. Porro impensiorem esse debere intelleximus paternam hanc Nostram sollicitudinem, quia opus prædictum *rudes in fide, et lacte quodammodo indigentes*, *docet* (ut ait Apostolus) *quæ sint elementa exordii sermonum Dei*; ideoque solertius cavendum ne obtentu pietatis, in errorem inducantur, *qui pro consuetudine exercitatos admodum non habent sensus ad discretionem boni et mali*.

Italicam modo versionem novo accepto theologorum consilio damnat, et prohibet

§. 2. Hanc itaque Italicam prædicti operis versionem, quinque constantem voluminibus, quorum primum hanc præferret Inscriptionem: *Esposizione del Simbolo della Fede Cattolica. In Napoli MDCCLVIII. nella Stamperia Simoniana con licenza de' Superiori*, Secundum: *Esposizione dell'Orazione Dominicale*; Tertium: *Esposizione del Decalogo*, ibidem, anno MDCCLIX eodemque prælo; Quartum: *Esposizione de' Sagramenti*; Quintum *Esposizione de' Comandamenti della Chiesa, con la giunta di un trattato della giustificazione*, eodem loco, anno MDCCLX iisdemque typis, ut titulus se habet, excusa, iterum expendi jussimus a Sacræ Theologiæ Magistris, quos ad illius examen specialiter delegimus; eorumque acceptis sententiis, auditisque in Congregatione Generali, coram Nobis die 28. Maii currentis anni habita, suffragiis Venerabilium Fratrum Nostrorum, S.R.E. Cardinalium contra hæreticam pravitatem Inquisitorum Generalium a Sede Apostolica specialiter deputatorum, iisque plene et mature perpensis, supradictam Italicam versionem, auctoritate Apostolica, tenore præsentium damnamus, et reprobamus, utpote continentem propositiones respective falsas, captiosas, male sonantes, scandalosas, periculosas, suspectas, temerarias, contrarias Apostolicis decretis, et Ecclesiæ praxi, et consentaneas propositionibus jam ab Ecclesia damnatis atque proscriptis; ejusdemque operis, tam Gallice scripti, quam Italice versi, sive præmissis, sive alio quovis titulo inscripti, ubicumque, et quocumque alio idiomate, seu quavis editione, aut versione, etiam sub prætextu cujuscumque correctionis, privato cujusvis ingenio factæ, aut faciendæ, hactenus impressi, aut imposterum (quod absit) imprimendi, novam impressionem, aut versionem, descriptionem, lectionem, retentionem, et usum, omnibus et singulis Christifidelibus, etiam specifica et individua mentione dignis, sub pœna excommunicationis per contrafacientes ipso facto incurrenda, prohibemus, et interdicimus: Volentes, eademque Apostolica auctoritate mandantes, ut quicumque opus prædictum, ejusve præfatam versionem, apud se habuerint, illud, et illam, statim ac præsentes litteræ eis innotuerint, locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquisitoribus tradere et consignare teneantur; hi vero sibi sic tradita exemplaria curent supprimere, ne ad aliorum manus perveniant. Ut autem eædem præsentes Litteræ ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quisquam earum ignorantiam allegare possit, volumus, et auctoritate prædicta decernimus, illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, nec non Curiæ Generalis in Monte Citatorio, et in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Cursosibus Nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibi affixa relinqui: Sic vero publicatas, omnes et singulos, quos concernunt, perinde afficere, ac si unicuique illorum personaliter notificatæ, et intimatæ fuissent: ipsarum autem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eamdem prorsus fidem, tam in judicio, quam extra illud, ubique locorum haberi, quæ haberetur iisdem præsentibus, si exhibitæ forent vel ostensæ. Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœcesis, sub Annulo Piscatoris die XIV. Junii MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CCXXIX.

Dat. die 4 Junii 1761 Anno III.

Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, et Episcopis Universæ Ecclesiæ Catholicæ de uniformi fidelium instructione in Catholica fide agit, et Cathechismi Romani præstantiam, et utilitatem, demonstrat, atque commendat.

Clemens PP. XIII.

Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, et Episcopis.

Venerabiles Fratres Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Quantum intersit fideles in Catholica doctrina erudire, et conservare ne incauti in errores dilabantur.

§. 1. In Dominico agro, cui excolendo, divina disponente providentia, præsumus, nihil tam vigilantem curam, et perseverantem requirit industriam, quam jacti boni seminis, Catholicæ nimirum doctrinæ a Christo Jesu, et ab Apostolis acceptæ, nobisque traditæ custodia; ne si pigro otio, et inerti desidia negligatur, dormientibus operariis, inimicus humani generis superseminet zizania; ex quo fiat, ut in die messis, potius quam condenda in horreis, inveniantur ea, quæ urenda sint flammis. Atque ad tuendam quidem semel traditam (1) Sanctis fidem Nos, vehementer excitat Beatissimus Paulus, qui Timotheo scribit, ut bonum (2) custodiat depositum, quod periculosa (3) tempora instarent, cum in Ecclesia Dei homines (4) mali, et seductores exsisterent, quorum opera adhibita insidiosus ille tentator, his erroribus incautas mentes conaretur inficere, qui sint Evangelicæ veritatis inimici.

Maximi detrimenti est si pravæ sententiæ contra Fidei puritatem introducantur.

§. 2. Verum si, quod sæpe accidit, quædam in Ecclesia Dei sese extulerint pravæ sententiæ, quæ adversis quidem sibi frontibus pugnantes, in eo tamen conspirent, ut Catholicæ fidei puritatem quoquo modo labefactent; tum vero difficillimum est, ea cautione inter utrumque hostem ita nostrum librare sermonem, ut nulli eorum terga vertisse, sed utrosque Christi hostes æque vitavisse, et condemnasse videamur. Atque interdum res est ejusmodi, ut facile diabolica falsitas, veri quadam similitudine, coloratis se tegat mendaciis, dum vis sententiarum brevissima adjectione, aut commutatione corrumpitur, et confessio, quæ operabatur salutem, subtili nonnunquam transitu vergat in mortem.

§. 3. Ab his propterea lubricis, angustisque semitis, quibus insistere, aut ingredi sine prolapsione vix possis, avertendi sunt fideles, ac præsertim qui rudiore sint ac simpliciore ingenio: nec per invia loca ducendæ sunt oves ad pascua: nec singularia quædam, etiam Catholicorum Doctorum, placita iis sunt proponenda: sed illa certissima Catholicæ veritatis nota tradenda est, doctrinæ universitas, antiquitas, et consensio. Præterea cum non possit vulgus ascendere (1) in montem, in quem gloria Domini descendit; et transcendens terminos ad videndum peribit; termini figendi sunt populo ab ejus Doctoribus per circuitum, ut ultra ea, quæ sunt ad salutem necessaria, aut summopere utilia, sermo non divagetur, et fideles Apostolico dicto pareant: non plus (2) sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.

Avertendi a pravis hisce sententiis fideles, sunt præsertim vero qui rudiore, et simpliciore ingenio pollent.

§. 4. Hæc cum probe intellexissent Romani Pontifices prædecessores Nostri, in id omnem suam operam contulerunt, ut non modo venenata germina subnascentium errorum anathematis gladio præciderent, sed etiam subcrescentes opiniones quasdam amputarent, quæ vel redundantia in Christiano populo, fidei uberiorem fructum impedirent, vel fidelium animis proximitate nocere possent erroris. Post quam igitur Tridentina Synodus, eas, quæ tum temporis Ecclesiæ lucem obfuscare tentaverant, hæreses condemnavit, et Catholicam veritatem, quasi discussa errorum nebula, in clariorem lucem eduxit; cum iidem prædecessores Nostri intelligerent, sacrum illum universalis Ecclesiæ conventum, tam prudenti consilio, tantaque usum esse temperantia, ut, ab opinionibus reprobandis abstineret, quæ Doctorum Ecclesiasticorum auctoritatibus fulcirentur; ex ejusdem sacri Concilii mente aliud opus confici voluerunt, quod omnem doctrinam complecteretur, qua fideles informari oporteret, et quæ ab omni errore quam longissime abesset. Quem librum *catechismi Romani* nomine typis impressum evulgarunt;

Ad quas pravas sententias vel removendas toto studio incubuerunt Romani Pontifices, prospexit que Tridentinum concilium Romani Catechismi evulgationem demandando.

(1) Judæ 3
(2) II Tim I 14.
(3) Ibidem III 1
(4) Ibidem v 13

(1) Exod XIX 12.
(2) Rom XII. 3.

dupliciter in ea re laudandi. Nam et illuc eam doctrinam contulerunt, quæ communis est in Ecclesia, et procul abest ab omni periculo erroris; et hanc palam populo tradendam disertissimis verbis proposuerunt, ita Christi Domini præcepto obtemperantes, qui Apostolos dicere (1) in lumine jussit, quod in tenebris ipse dixisset, et quod in aure audierant, super tecta prædicare, Ecclesiæque sponsæ obsequuti, cujus illæ voces = indica (2) mihi ubi cubes in meridie = ubi enim non sit meridies, atque ita perspicua lux, ut liquido veritas congnoscatur, facile pro ea recipitur falsitas propter veri similitudioem, quæ in obscuro difficulter a vero discernitur. Noverant enim fuisse antea, et deinceps futuros, qui pascentes invitarent, et sapientiæ, scientiæque uberiora promitterent pascua, ad quos multi confluerent, quia aquæ (3) furtivæ dulciores sunt, et suavior panis absconditus. Ne igitur seducta vagaretur Ecclesia post greges sodalium, qui et ipsi sint vagi, nulla stabiles certitudine veritatis, semper discentes, (4) nunquam ad scientiam veritatis pervenientes; idcirco quæ ad salutem tantummodo essent necessaria, et maxime utilia, clare in Romano Catechismo, et dilucide explanata, christiano populo tradenda proposuerunt.

Damna quæ obvenere ex successiva aliorum Cathechismorum publicatione, qui cum Romano Laudonus comparandi.

§. 5. Verum hunc librum non mediocri labore et studio compositum, omnium consensione probatum, ac summis laudibus exceptum his temporibus e Pastorum manibus propemodum novitatis amor excussit, cum alios atque alios Catechismos extulerit nullo modo cum Romano comparandos: unde duo mala extiterunt, quod illa fuerit in eadem docendi ratione prope sublata consensio, oblatumque pusillis quoddam scandali genus, quibus sibi ipsi jam non amplius esse videantur in terra labii (5) unius, et sermonum eorumdem: alterum, quod ex diversis variisque tradendæ Catholicæ veritatis rationibus ortæ sunt contentiones, et ex æmulatione, dum alius se Apollo, alius Cephæ, alius Pauli se dictitat sectatorem, disjunctiones animorum, et magna dissidia: quarum dissentionum acerbitate nihil ad Dei gloriam minuendam exitialius putamus, nihil ad extinguendos fructus, quos e Christiana disciplina æquum est fideles percipere, calamitosius. Itaque duplex hoc malum ut ab Ecclesia tandem amoliremur, illuc duximus redeundum, unde quidam parum prudenti consilio, nonnulli etiam superbia ducti, ut sese in Ecclesia jactitent sapientiores, jamdudum fidelem populum avocaverant; et eumdem Cathecismum Romanum, Pastoribus animarum iterum porrigendum existimavimus; ut qua ratione confirmata olim fuit Catholica fides, et in doctrina Ecclesiæ, quæ est columna (1) veritatis, fidelium mentes corroboratæ, eadem nunc a novis quoque opinionibus, quibus nec consensio, nec antiquitas suffragatur, quam longissime avertantur. Atque parabilior ut fieret liber, et maculis, quas operarum vitio contraxerat, emendatior, illum ad ejus exemplum, quem S. Pius V prædecessor Noster ex Tridentinæ Synodi decreto vulgavit, iterum omni adhibita diligentia excudendum in Alma Urbe curavimus; qui in popularem sermonem ejusdem S. Pii jussu conversus, et editus, propediem mandato itidem Nostro, typis impressus, denuo prodibit in lucem.

Romani Catechismi usum universæ Christianæ Reipublicæ Pastoribus, pro unica fidelium pabulo commendat.

§. 6. Quod igitur hoc Christianæ Reipublicæ difficillimo tempore, ad pravarum opinionum fraudes removendas, et veram sanamque doctrinam propagandam, stabiliendamque opportunissimum subsidium cura Nostra præbet et diligentia, vestrum est, Venerabiles Fratres, operam dare, ut a fidelibus recipiatur. Ac propterea hunc librum, quem veluti Catholicæ Fidei, et Christianæ disciplinæ norma, ut etiam in tradendæ doctrinæ ratione constaret omnium consensio, Romani Pontifices Pastoribus propositum voluerunt, vobis Venerabiles Fratres nunc maxime commendamus, Vosque etiam enixe in Domino cohortamur, ut jubeatis ab omnibus, qui animarum cusam gerunt, in informandis Catholica veritate populis adhiberi, quo tum eruditionis unitas, tum charitas, animorumque servetur concordia. Vestrum enim est tranquillitati omnium studere; quæ deniquo sunt partes Episcopi: qui propterea illuc intentos oculos habere debet, ne quisquam propter suos honores superbe agendo schismata faciat, unitatis compage disrupta.

Catholicæ Ecclesiæ pastores hortatur ut

§. 7. Nullum tamen aut certe exiguum hi libri fructum præbebunt uti-

(1) Matth. X. 27.
(2) Cant. I. 6.
(3) Prover. IX. 17.
(4) II. Tim. III. 7.
(5) Gen. XI. 1.

(1) I. Tim. III. 15.

idoneos seligant viros pro fidelium eruditione in Christianis doctrinis.

litatis, si qui eos proponere, et explanare audientibus debent, minus docendo sint ipsi idonei. Itaque permagni interest, ut ad hoc munus Christianæ doctrinæ populo tradendæ, homines deligatis, non modo sacrarum rerum scientia præditos, sed multo magis et humilitate, et sanctificandarum animarum studio, et charitate flagrantes. Tota enim Christiana disciplina non in abundantia verbi, non in astutia disputandi, neque in appetitu laudis et gloriæ, sed in vera et voluntaria humilitate consistit. Sunt enim, quos major quidem scientia erigit, sed a cæterorum societate disjungit; et quo plus sapiunt, eo a concordiæ virtute desipiunt: qui sapientia ipsa, Dei verbo admonentur: Habete (1) sal in vobis, et pacem habete inter nos ita enim sapientiæ sal habendum, ut eo proximi amor custodiatur, et infirmitates condiantur. Quod si a sapientiæ studio, a cura etiam proximi ad discordias vertantur, sal sine pace habent; non virtutis donum, sed damnationis argumentum; et quo melius sapiunt, eo deterius delinquunt; quos quidem damnat Jacobi Apostoli sententia illis verbis: Quod si zelum (2) amarum habetis, et contentiones sint in cordibus vestris, nolite gloriari, et mendaces esse adversus veritatem: non est enim ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica: ubi enim zelus est, et contentio, ibi inconstantia, et omne opus pravum. Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, et fructibus bonis, non judicans, sine æmulatione.

Vota pro pace, et spirituali unione fidelium, precesque Deo porrigit.

§. 8. Dum ergo Deum in humilitate cordis et afflictione animæ deprecamur, ut diligentiæ atque industriæ Nostræ conatibus, suam impertiat indulgentiæ, et misericordiæ largitatem, ne dissensio populum fidelem disturbet, utque in vinculo pacis, et in charitate spiritus, unum sapiamus omnes, unum laudemus, et glorificemus Deum, et Dominum nostrum Jesum Christum, Vos Venerabiles Fratres salutamus in osculo sancto; vobisque omnibus, itidemque cunctis Ecclesiarum vestrarum fidelibus, Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum in Arce Castri Gandulphi die XIV. Junii MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno III.

(1) Marc. IX. 49.
(2) Jacob. 14

CCXXX.

Dat. die 16. Junii 1761 Anno III.

Regulæ, atque Statuta Confraternitatis S. Sebastiani, et S. Barbaræ Virginis, et Martyris in Parochiali Ecclesia Bergensi, in Territorio et Principatu Monasterii S. Galli Ordinis S. Benedicti, Nullius Diœcesis Provinciæ Maguntinæ, confirmantur, et approbantur, cum concessione Indulgentiarum.

Clemens Papa XIII.
Ad futuram rei memoriam

Exordium

§. 1. Ad Pastoralis dignitatis fastigium, nullo licet meritorum Nostrorum suffragio, per ineffabilem Divinæ sapientiæ, atque clementiæ abundantiam evecti, ea, quæ a Christifidelibus quibuscumque pro salubri Confraternitatum pie, sancteque institutarum, uberesque pietatis fructus, Deo adjuvante, atque incrementum dante, proferre jugiter satagentium directione, felicique personarum illis adscriptarum in via mandatorum Dei progressu, provide, prudenterque constituta, et ordinata esse dignoscuntur, ut firma semper, atque illibata persistant, Apostolici muniminis Nostri præsidio, cum id a Nobis petitur, libenter constabilimus.

Confraternitas antiquitus erecta, per centum annos ingravescentibus in Germania hæresibus extincta, ad pristinum statum restituta fuit anno 1640.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Officiales, et Confratres Confraternitatis sub invocatione Sancti Sebastiani Martyris, ac Sanctæ Barbaræ Virginis, et Martyris, canonice ab immemorabili tempore in antiquissima Baroli Ecclesia Bergensi, in Territorio, et Principatu Monasterii Sancti Galli, Ordinis Sancti Benedicti, nullius Diœcesis, Maguntinæ Provinciæ, sub jurisdictione pro tempore existentis Abbatis ejusdem Sancti Galli sita, erectæ, quod postquam novi sectatores Lutherus, Zuinglius, et Calvinus pestiferum hæresis venenum, etiam in circumjacentes terras, et insuper adeo Sancti Galli prædicti territorium intulerant, ipsa Confraternitas per centum circiter annorum spatium suppressa, et fere extincta remansit, donec Anno MDCXL tunc existens ejusdem Sancti Galli Abbas, Confraternitatem prædictam ad suum pristinum statum, et decorem, pro eo, quem erga Catholicam fidem gerebat devotionis affectum, et zel restituere curavit, in qua utriusque sexus Christifideles ad hanc usque diem semper se se adscribi facere curarunt, et pergunt, pro felici,

prosperoque ipsius Confraternitatis regimine, et gubernio, salubrique pietatis, et Christianæ charitatis operum, quibus ipsi Confratres, et Consorores juxta laudabile eorum institutum assidue incumbunt directione, et perpetua conservatione, nonnulla statuta ab Ordinario approbata condita reperiuntur, tenoris, qui sequitur videlicet.

Refertur novorum statutorum tenor.

Leges, et Statuta Confraternitatis S. Sebastiani Martyris, et S. Barbaræ Virginis, et Martyris in Ecclesia Parochiali Bergensi

Confraternitati Præses perpetuus Parochus Ecclesiæ Bergensis præficiatur.

1. Cum omne corpus phisicum » suo capite carere non possit, ideo » etiam hæc devota fidelium Congre- » gatio, sub patrocinio Sancti Sebastia- » ni Martyris, et Sanctæ Barbaræ Vir- » ginis, et Martyris collecta, pro per- » petuo Præside, et Directore habeat » Rñdum Dominum Parochum, et Cu- » ratum dictæ Ecclesiæ Parochialis Ber- » gensis, pro tempore existentem, pe- » nes quem legitima sit potestas, non » solum fideles utriusque sexus, et » cujuscumque status, albo Fratrum, » et Sororum dictæ Confraternitatis in- » scribendi, sed etiam piam hanc Con- » gregationem juxta præsentium Statu- » torum tenorem regendi, et guber- » nandi.

Designatur finis ad quem Confraternitatis hujusce pia exercitia diriguntur.

2. Finis præcipuus, ad quem » omnis devotio, et singularium exer- » citiorum pietas, in hac Confraternitate » collimat, post Altissimi gloriam, » Sanctorumque Patronorum cultum, » est, salus animarum æterna, et » aeris salubritas, ut per interces- » sionem, et tutelam Beatissimorum » Patronorum Sebastiani Martyris, et » Barbaræ Virginis, et Martyris cle- » mentissimus Deus, a ditione Sancti » Galli evertere dignetur pæstilentiam, » omnesque morbos contagiosos atque » Fratres, et Sorores hujus Confrater- » nitatis a subitanea, et improvisa morte » liberare, eisque gratiam ultimorum » Sacramentorum una cum bona mor- » te, et felici transitu ad æternitatem » impertiri velit.

Pia exercitia a Confratribus exercenda, aggregationis die.

3. Ea die, qua quis in hanc Con- » fraternitatem suscipitur, et a R.D. » Præside albo Sodalium inscribitur, » Sancta Sacramenta Pœnitentiæ, et » Eucharistiæ digne, et devote susci- » piat, ut per misterynm reconciliatio- » nis, et immortalitatis alimoniam, » Deum sibi pro temporali, et æterna » vita propitium reddat. Eadem cura » peracta peccatorum humili confessio- » ne, accedat ad Sacræ Mensæ Com- » munionem die festo Sancti Sebastiani » Martyris, nec non Sanctæ Barbaræ » Virginis, et Martyris, præcipue, ut » ante mortem, Sanctissimo Altaris Sa- » cramento veluti Viatico, ad ultimam » Eucharistiam pro æternitate conforta- » ri, et muniri mereatur, singulis annis.

Festivæ solemnitates a Confratribus celebrandæ.

4 Ut Sanctis Patronis singularis » cultus, et honor exhibeatur in dicta » Ecclesia Parochiali Bergensi, veluti » loco huic Confraternitati designato, » singulis annis solemniter celebrabitur » Festum Sancti Sebastiani Martyris » die 20 Januarii, et Festum Sanctæ » Barbaræ Virginis, et Martyris die 4 » Decembris, qua utraque die Fratres, » et Sorores ibidem interesse studebunt » Concioni, et Sanctæ Missæ Officio, » sub quo publice adorationi, et de- » votioni exponetur in Ostensorio San- » ctissimum Altaris Sacramentum. Si » quis vero iisdem diebus in Ecclesia » Confraternitatis comparere non pote- » rit, saltem alibi Sanctæ Missæ Sa- » crificio assistere, piasque ad Deum » preces pro felici statu Confraternita- » tis, et sodalium incolumitate effun- » dere non negligat.

De annuis anniversariis pro Confratribus defunctis, deque oblationum confratrum erogatione.

§. 5. » Singulis annis in sæpedicta » Ecclesia Confraternitatis celebrantur » duo anniversaria pro defunctis Fra- » tribus, et Sororibus ex eadem soda- » litate, primum post Festum Sancti » Sebastiani Martyris, alterum vero post » Festum Sanctæ Barbaræ Virginis, et » Martyris, ad quæ, prævie denuncia- » ta, Sodales diligenter concurrere, et » pro Defunctorum requie piis preci- » bus, et oblationibus Deum exorare » satagent, oblationes vero omnes, quæ » in utriusque Patroni festo die, et in » anniversariis a fidelibus fiunt, appli- » cantur ipsi Confraternitati ad susti- » nendos sumptus anniversariorum, et » ipsius Ecclesiæ, dictis diebus.

Preces a Confratribus recitandæ statutis temporibus.

§. 6. » Ut Sodales jugiter memine- » rint devotionis, cui se addixerunt præ- » dicto cultu, et honoro Beatissimorum » Patronorum, Sebastiani, et Barbaræ, » singulis saltem septimanis ad eorum- » dem venerationem, pro obtinendo fi- » ne ipsius Sodalitatis, hoc est, aver- » tenda pæste, et impetranda cunctis » Sodalibus bona morte, devote recita- » bunt quinquies Orationem Domini- » cam, et salutationem Angelicam, cum » Symbolo Apostolorum, et devoto su- » spirio *Laudetur in æternum Sanctis-* » *simum Altaris Sacramentum.*

Devote colant Confratres An-

§. 7. » Quamvis omnes fideles te- » neantur, augustissimum Altaris Sacra-

gustissimum Eucharistiæ Sacramentum, et a blasphemiis se se abstineant

mentum magna fide, pietate, et amore prosequi, singulariter tamen hujusce Sodalitatis membra caveant, ne per sacrilegam sumptionem hujus tremendi simul et amabilis Misterii, per blasphemas usurpationes nominis Sanctissimi Sacramenti, per irreverentias in ejusdem præsentia, et Sanctissimo Missæ Sacrificio exhibitas, indignos se reddant fructu tam Divini, et potentis remedii salutis, et gratia sacri Viatici in mortis articulo: quin potius omni conatu se demonstrent insignes Sanctæ Eucharistiæ cultores, ut in vita, et in morte dulcissimum inde solatium, et Redemptionis fructus copiosissimos sentiant.

Studeant Confratres ut charitatis, et misericordiæ operibus vacent.

§. 8. » Sodales, utpote singulari fœdere in Domino conjuncti, ad opera charitatis, et misericordiæ corporalia, et spiritualia erga se multis incumbant; præsertim erga Infirmos, quos variis solatiis sublevare, et ut SS. Sacramentis in tempore provideatur curare studeant.

De comparticipatione inter Confratres bonorum operum a singulis gestarum.

§. 9. » Denique omnes Sodales, eo ipso, quod huic Confraternitati se associari petunt, bonorum operum, quæ intuitu istius Sodalitatis exercent, commuoem inter se participationem habeant, ut uno corde, et pari spiritu honorificent Dominum; et sub patrocinio, et tutela Sanctorum Patronorum, optatum hujus sodalitatis fines obtinere mereantur.

Quomodo ad horum statutorum observantiam Confratres teneantur.

§. 10. » Hæ tamen leges, et Statuta, neminem Sodalium sub ullo etiam venialis peccati reatu obligent, nisi in quantum alias Divina, aut humana lege fideles quosvis obstringunt. Si tamen aliquis in earum observatione negligens fuerit, sciat, se pro tempore omissionis, etiam comunis meriti participatione, aliisque dictæ Confraternitatis privilegiis, gratiis, et indulgentiis cariturum.

INDULGENTIÆ

Referuntur indulgentiæ, quibus dotatur hoc Sodalitium

» *Quæ pro sodalibus Confraternitatis SS. Sebastiani, et Barbaræ Virginis, et Martyris a summa S. Sedis clementia petuntur.*

1. » Indulgentiæ plenariæ pro die scriptionis singulorum Sodalium, si confessi, et Sancta Communione refecti fuerint.

2. » Indulgentiæ Plenariæ in Festo Sancti Sebastiani Martyris, et pariter in Festo Sanctæ Barbaræ Virginis, et Martyris, si confessi, et S. Communione refecti, Ecclesiam Confraternitatis visitaverint, ibidemque pias ad Deum preces pro exaltatione Sanctæ Ecclesiæ, extirpatione hæresum, et Catholicorum Principum concordia fuderint.

3. » Indulgentiæ Plenariæ in articulo mortis, si confessi, et S. Communione refecti fuerint; aut si id ipsum præstare non possint, de peccatis sui vere pœnitentes, ore, vel saltem corde SS. Nomina Jesus, et Mariæ devote invocaverint.

4. » Indulgentiæ septem annorum, et septem Quadragenarum, etiam Defuntis applicandæ, pro iis, qui solitis anniversariis Confraternitatis interfuerint.

5. » Item septem annorum Indulgentiæ, quoties Sodales, præscriptas hebdomadarias preces persolverint.

6. » Centum dierum Indulgentiæ, quotiesSodales devote pronunciaverint: *Laudetur in æternum Sanctissimum Altaris Sacramentum!*

7. » Centum dierum Indulgentiæ, quoties opus charitatis aliquod, cuicumque, Christiane exhibuerint; aut ægrotum visitaverint; aut pro defuncto Sodale oraverint; aut Sanctissimum Sacramentum, quum ad ægros defertur, pie comitati fuerint, aut devota oratione Sanctos Patronos Sebastianum, et Barbaram pro avertenda pæste, aut aliis morbis, aut pro impetranda, sibi, aut aliis bona morte, invocaverint.

» Ut ergo Hæc Pia Sodalitas, una cum legibus, et Statutis supra expositis, a Domino Nostro confirmetur, et Apostolica auctoritate, robur, et vigorem perpetuum accipiat; uoaque petitis Indulgentiis, aut aliis etiam donetur, quatenus fideles ad opera pietatis magis accendantur, humillime, et INSTANTISSIME supplicat et pro gratia etc. » P. J. Walset = Rmi Abbatis S. Galli Officialis in Spiritualibus Generalis.

Supra relata statuta, et indulgentiæ Apostolica auctoritate confirmentur, et approbantur.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti Exponentes Statuta hujusmodi, quo firmius subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent. Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si

quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinserta Statuta, sive Regulas, aut Leges, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritum.

§. 4. Decernentes, easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari; sique in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judiciari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctotate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Datum apud Arcem Gandulphi sub annulo Piscatoris die xvi. Junii MDCCLXI., Pontificatus Nostri anno Tertio.

Dat. die 17 Junii 1761. Ann. III.

CCXXXI.

Catholicum Hispaniarum Regem hortatur, ut Germanicarum Ecclesiarum damna in proximo ineundo fœdere pacis avertat, et pro nomine quo pollet, Catholicæ Religionis jura tueatur.

Consule Num. CCXXVI. supra relatum, adnotationemque in eo appositam.

Carissimo in Christo Filio Nostro Carolo Hispaniarum Regi Catholico

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo Fili Noster Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Catholici Reges ousilio semper fuere in defendendis Ecclesiæ juribus.

§. 1. Mediis in fluctibus in quibus versamur ob Ecclesiarum Germaniæ sollicitudinem, quarum aliquæ, ut calent quotidie magis rumores, in proximo fœdere pacis, patrimoniis dispoliandæ sunt, ad dissidentium bello Principum lites finiendas, magno Nobis solatio est de tua insigni pietate, et Catholicæ Religionis tuendæ studio diligentissimo cogitare: quapropter cum fieri possit, ut de mittendis Augustam Vindeliciorum Legatis deliberes, et quamvis hoc forte non inducas in animum, nihilominus Orthodoxæ Fidei causam, qua authoritate, qua officiis, mandatisque tuis juvare plurimum queas, idcirco de hoc iniquissimo consilio, Majestatem tuam necessarium duximus præmonere, nulla enim est Catholicæ Religionis causa, quæ præstantissimo Regi, qui singulari nomine Catholicus dicitur, sese commendari non postulet, quoque ea gravior est, eo firmius expectat auxilium.

Pluries heterodoxi Principes pertentarunt Germanicas Ecclesias veteribus juribus, et antiquissimis dominationibus expoliare.

§. 2. Et quidem Majestas tua ignorare non potest, extraordinarium hac pacis ineundæ specimen, non e repente nunc primo natum, sed ab hæreticis jam tum excogitari cæptum, cum vivente adhuc fælicis recordationis Carolo VII. Romanorum Imperatore electo, superiori bello colloquia pacis proponebantur; verum divina opitulante clementia, et non tam Apostolico San. Mem. Benedicti XIV. Decessoris Nostri Ministerio, quam Catholicorum Regum, ac Principum pietate obsistentibus, quibus gloriosissimus Parens tuus Philippus V est accensendus, rejecta fuit, et in eas tenebras, unde emerserat redire compulsa: postea quam vero in lucem hominum rursum erupit, vota Nostra Deo suppliciter nuncupavimus, ut a peccatis populi sui, indignationem suam everteret, neve sineret agrum, et Agricolas suos, tam acerbo infortunio divexari, dein vero laudati Decessoris Nostri vestigia sequentes, præsidium et opem quærimus carissimorum in Christo Filiorum Nostrorum, quos inter, cum eum teneas locum, qui præclarissimæ tuæ virtuti, regnandique sapientiæ debetur, Apostolicæ servituti Nostræ defuisse videremur, nisi patrocinium quoque tuum ad periclitantium Ecclesiarum delensam studiossime peteremus, siquidem valde timendum, ne sensim corruat in Germanicis Provinciis, Ortodoxæ Fidei cultus, si Episcopi iis destituantur juribus, authoritate, potentia, ac viribus, quæ ad Ecclesiæ Catholicæ tutelam, et incrementum, quam quod maxima conferre, non tam Germanici corporis singularis compages, quam plurium sæculorum experientia demonstrat.

Quantum periculi insit Romanæ Ecclesiæ, si Germanicarum oppressio permittatur.

§. 3. Quod si turbo iste, nonnullas semel, ac iterum Episcopales Sedes oppresserit, ingruet aliquando in cæteras, et Christi sponsam, nobili ac varietate circumdatam Dote, ac ornamentis om-

nibus denudabit. Vides ergo, carissime Fili, quanta, et qualis, sit ea causa, quam pietati, prudentiæ, tuique animi magnitudini commendamus, ac probe intelligis, quantam insimul, et meritorum apud Deum, et gloriæ apud Catholicos omnes messem ad colligendum paratam habeas, si dexteram tuam ad eas protegendas extenderis, quarum viduæ sunt aliquæ, et multis ærumnis, gravique hoc metu perculsæ, Nostrisque propterea vocibus, universæque Ecclesiæ in angulari unitatis centro, perfectissima charitate conjunctæ, præsidium, opem et commiserationem tuam deposcunt, atque interea tibi, carissime in Christo Fili Noster, Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum in Arce Gandulphi Albanensis Diœcesis die XVII Junii MDCCLXI. Pontificatus Nostri anno tertio.

CCXXXII.

Dat. die 5. Julii 1761 Anno III.

Ut Archivium Monachorum Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Montis Virginis, e Monasterio Montis Virginis, in quo asservabatur, ad aliud Monasterium *del Palazzo di Loreto* transferri possit, indulget, Custodemque nominat, cum qualitatibus Notarii Apostolici, eo in munere persistente.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Vetustum Archivium Montis Virginis, et in loco minus tuto positum, ad alium locum transferri pro scripturarum conservatione postulatur.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Abbas Generalis Monachorum Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Montis Virginis, quod in Monasterio dictæ Congregationis Montis Virginis Majoris nuncupatæ, vetustissimum Archivium, in quo quamplurima a Regibus Regni Neapolis jam dudum concessa, et a Ramanis Pontificibus prædecessoribus Nostris pluries confirmata privilegia, necnon documenta, scripturæque authenticæ, non solum ad ipsam Congregationem, verum etiam ad subditos, ratione jurisdictionis temporalis, et spiritualis, quam prædicta Congregatio in nonnullis sibi subjectis locis exercet, aliosque plures spectantia asservantur, quæ licet tam præteriti, quam moderni Abbates Generales, ac Monasterii prædicti Superiores, omnem curam, diligentiam, et solertiam pro illorum custodia, conservatione et manutentione semper, et quandocumque adhibere curaverint, et pergant, attenta illarum vetustate, ac loci madore, quippe quod idem Monasterium in cacumine Montis, spissa nive, majori anni parte contectum remanet, deperdantur, dictus Abbas Generalis ad evitandam integram, omnimodamque scripturarum, documentorumque hujusmodi jacturam, dictum Archivium ad alterum in Monasterium Congregationis prædictæ *il Palazzo di Loreto* nuncupatum, in extrema dicti Montis parte positum, in quo Abbates Generales tamquam Ordinarii nullius, ac Domini temporales, cum Vicario Generali pro tempore existente jurisdictionis prædictæ, aliisque Officialibus vulgo *la Curia* remanere solent, transferendi facultatem per Nos concedi summopere desiderat.

§. 2. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, ipsum Abbatem Generalem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem moderno Abbati Generali, ut ipse, quacumque prohibitione, sive per literas Apostolicas in simili forma Brevis expeditas, sive per Constitutiones ejusdem Congregationis, auctoritate Apostolica confirmatas, facta, qua cavetur, ne dictum Archivium a prædicto Monasterio Montis Virginis Majoris amoveri, sive scripturæ, et documenta prædicta ex Archivio hujusmodi, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Sedi Apostolicæ reservatæ, extrahi, et asportari possint, non obstante, cui per præsentes hac in parte dumtaxat derogamus, Archivium Monasterii Montis Virginis Majoris hujusmodi, omnesque scripturas, et documenta, librosque in eo de præsenti existentes, a Monasterio prædicto asportare, removere, et extrahere, illudque, et illa in dicto Monasterio *il Palazzo di Loreto* collocare, et reponere, firmis tamen quacumque prohibitione extraendi libros, scripturas, et documenta prædicta, ac pœnis ea super re impositis, libero, et licite possit, et va-

Pontifex facultatem impertitur transferendi archivium ad Monasterium *del Palazzo di Loreto*, Custodemque deputat, quem Notarium Apostolicum nominat munere eodem perdurante.

leat, auctoritate Apostolica, tenore præsentium facultatem tribuimus; ac dicto moderno, nec non pro tempore existenti Abbati Generali ipsius Congregationis canonice electo unum, sibi benevisum ipsius Congregationis Monachum, ad id idoneum repertum, qui scripturas, et documenta hujusmodi transcribere, exemplumque sumere, sive pro commoditate, et usu dictæ Congregationis, sive aliarum quarumcumque personarum ad quas pertinere possint, debeat, in Archivistam hujusmodi Archivi, ac durante officio Archivistæ hujusmodi, in Notarium Apostolicum faciendi, et deputandi, et casu, quo dictum Monachum in Archivistam, et Notarium Apostolicum electum a Monasterio prædicto, obtenta obedientia, discedere contingat, alium Monachum sibi benevisum, approbatum, idoneum repertum illius loco subrogandi, et substinendi facultatem, eadem auctoritate impertimur.

Fides habenda scripturis extractis ex Archivio per Custodem eidem præpositum.

§. 3. Ac insuper decernimus, et declaramus, quod quibusvis scripturis ab Archivio prædicto extractis, et per dictum Archivistam sic, ut præfertur, deputatum, durante munere sibi demandato, subscriptis, et sigillo dictæ Congregationis munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur in omnibus, et per omnia, perinde ac si scripturæ hujusmodi a publico, et approbato Notario subscriptæ essent.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes, easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, et Congregationis hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis, superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die III. Julii MDCCLXI. Pontificatus Nostri anno tertio.

CCXXXIII.

Dat. die 14 Junii 1761 Ann. III.

Moderantur Literæ Benedicti XIV quibus Custodia Ordinis Minorum S. Francisci Cappuccinorum in Polonia, erigi in novam Provinciam Polonicam permittebatur, novis additis providentiis pro pace, et concordia inter Religiosos viros servanda

Clemens XIII.

Ad futuram rei memoriam

Exordium

§. 1. Suprema Apostolicæ potestatis, providentiæque Nostræ erga omnes Christifideles, atque eos potissimum, qui a fluctibus sæculi erepti ad tranquillum Religionis portum confugerunt, adhibenda a Nobis cura maximopere postulat, atque exigit, ut omnem Pontificiæ benignitatis, auctoritatisque operam, consiliumque in hoc studiosissime collocemus, ut dissidiis, dissentionibus, partiumque studiis procul amotis, ac eliminatis, ubi opus esse constiterit, omnia inter viros, præsertim Religiosos, in pace fiant, et omnia ad Divinum cultum augendum, et regularem disciplinam confirmandam componantur, constabilianturque.

Exponitur erectio novæ Provinciæ Polonæ a Benedicto XIV. approbata.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus Filius Antonius de Zdzane, Frater expresse professus, ac primus Custos, seu Custos Generalis Provinciæ Poloniæ Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinorum nuncupatorum, quod alias fel. rec. Benedictus Papa XIV. prædecessor Noster, Custodiam Polonicam ejusdem Ordinis, in novam illius Provinciam Polonam nuncupandam sub nonnullis conditionibus erexit, constituit, et deputavit, per quasdam suas, in simili forma Brevis

expeditas literas tenoris sequentis, videlicet = Benedictus Papa XIV ad futuram rei memoriam. = Quæcumque » ad majorem regularis disciplinæ observantiam, et Religiosorum Ordinum » commodum, et incrementum in Domino conspicimus profutura, eadem » quo salubrius promoveantur, et promota facilius statuantur, ac statuta » perennius persistant, supremas Apostolicæ procurationis Nostræ partes, » grato, libentique animo interponere » non dedignamur. Nuper pro parte » charissimi in Christo Filii Nostri Friderici Augusti Poloniæ Regis illustris, » Nobis expositum fuit, quod dilecti » Filii Fratres Ordinis Minorum Sancti » Francisci Capuccinorum nuncupatorum Custodiæ Poloniæ, per exemplarem sæculi ædificationem, indefessosque pro animarum salute labores bono publico plurimum prodesse » pergant, ac in majorem Dei gloriam, » dictique Ordinis profectum, et observantiæ regularis incrementum magis, magisque in dies conferret, ac » cederet, si dicta Custodia Poloniæ in » novam ejusdem Ordinis Provinciam, » sub tamen iisdem conditionibus in » Capitulo dictæ Custodiæ Poloniæ, » quæ Provinciæ Bohemiæ Ordinis præfati ab usque anno MDCCXL. adjuncta, et ab ipsa Provincia gubernata » existit, die XI. Septembris proxime » elapsi anni in Conventu Cracoviensi » dicti Ordinis habito, inter dictos præ» dictæ Custodiæ Fratres ex una, ac » dilectum itidem filium Seraphinum » Capricollensem Fratrem expresse pro» fessum, et tunc temporis Ministrum » Provincialem memoratæ Provinciæ, » Bohemiæ, ac ejusdem Custodiæ Commissarium Generalem, nunc Ordinis » præfati Ministrum Generalem ex altera partibus initis, erigeretur. Nobis » propterea ipsius Friderici Augusti nomine fuit humiliter supplicatum, ut » in præmissis opportune providere, et » ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur piis » ejusdem Friderici Augusti Regis votis » hac in re quantum cum Domino » possumus benigne consulere, ac Fratres dictæ Custodiæ specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, » et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et » pœnis, a jure, vel ab homine » quavis occasione, vel causa latis, » si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, memoratam Custodiam Poloniæ Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Capuccinorum nuncupatorum in novam Provinciam deinceps Polonam nuncupandam, in qua » duæ tantum, et non plures, nempe » Polonorum, et Bohemorum nominentur, et vigeant Nationes, et ex dictis duabus Nationibus semper constare possit, et debeat. Sub Natione » Polonorum, omnes in quacumque » Provincia, et Regione eidem Friderico Augusto Regi subjecti nati; sub » Natione Bohemorum, omnes extranei, » seu extra terras Ditionis, et Dominii ipsius Friderici Augusti Regis natis comprehendantur, et comprehendi debeant, sub tamen conditionibus » infra exponendis, auctoritate Apostolica tenore præsentium erigimus, constituimus, et deputamus, ac Provinciæ Polonæ hujusmodi, sic ex memorata Custodia per Nos erectæ, non » solum omnes, et singulos Conventus, » qui sub ipsa Custodia Polona de præsenti numerantur, et qui construuntur, verum etiam omnes alios Conventus, qui intra limites Ditionis et » Dominii, dicto Friderico Augusto Regi Poloniæ subjecti, in posterum erigendi, et fundandi erunt, auctoritate et tenore præsentium, assignamus, » et constituimus. Præterea eidem novæ Provinciæ Poloniæ, nec non illius » pro tempore existentibus, Ministro » Provinciali, Definitoribus, Custodibus, » aliisque Superioribus, Fratribus, et » personis, ut omnibus, et singulis » privilegiis, prærogativis, honoribus, » proprio sigillo, aliisque insigniis, quibus aliæ dicti Ordinis Provinciæ, sub » regimine, gubernio, et administratione tam dicti Seraphini moderni, » quam pro tempore existentis Ministri » Generalis Ordinis præfati existentes, » ac Minister Provincialis, Definitores, » Custodes, aliique Superiores, Fratres, et personæ, ac præsertim ipsa » Provincia Bohemiæ, tam de jure, » usu, et consuetudine, quam alias » quomodolibet utuntur, fruuntur, et » gaudent, ac uti, frui, et gaudere » possunt, et poterunt in futurum, pari modo, et absque ulla prorsus differentia, ac sub eisdem legibus per » Constitutiones dicti Ordinis, auctoritate Apostolica confirmatas præscriptis, » præterquam quoad ea per Nos præ-

scripta suum sortientur effectum) uti, frui, et gaudere libere, et licite possint, et valeant respective, auctoritate et tenore prædictis concedimus, et impertimur. Conditiones vero, quæ a Fratribus dictæ Custodiæ Poloniæ, in Provinciam Polonam per Nos vigore præsentium crectæ, servari debent, attento consensu per eos jam præstito, servandi adjunctionem, unionem, et communicationem cum Provincia Bohemiæ, quatenus nova Provincia Polona cum illius subsidio, et directione, per aliquot annorum decursum pervenire valeat ad perfectum complementum, sunt sequentes, videlicet = Primo = Ut in primo, secundo, et tertio subsequentibus, de triennio in triennium celebrandis Capitulis Provincialibus dictæ novæ Provinciæ Poloniæ, semper eligatur in Ministrum Provincialem unus ex professoribus Provinciæ Bohemiæ, ex numero Guardianorum Bohemiæ Provinciæ in Polonia pro tempore existentium, vel etiam alius Alumnus dictæ Provinciæ Bohemiæ intra illius limites existens, omnibus qualitatibus, per dictas Constitutiones præscriptis, præditus, exceptis tamen illis, qui de præsenti munus Definitoris Provincialis in ipsa Provincia Bohemiæ explere pergunt.=Secundo.=Quod in eisdem tribus primis Capitulis Provincialibus dictæ novæ Provinciæ Poloniæ, Alumni Provinciæ Bohemiæ habeant jus pro duobus Definitoribus, quatenus in Capitulo Poloniæ de gremio, et Provincia eligi deberent, nisi postea aliter disponerent, et cederent, et quatenus Alumni Provinciæ Bohemiæ, in Capitulo Provinciæ Poloniæ sint certo eligibiles pro tempore adjunctionis, et communicationis utriusque Provinciæ, cedant Patres novæ Provinciæ Poloniæ, dictis Alumnis ProvinciæBohemiæ tresGuardianatus Conventuum, Varsaviensis, Cracoviensis, et Rozvvadoviensis, et si intra dictum tempus communicationis Provinciarum hujusmodi perficiantur Conventus Ryvaldensis, vel Rosiampolensis, aut uterque, etiam in illis possint esse Guardiani de Provincia Bohemiæ per tempus communicationis; quando vero pro futuro Capitulo Generali dicti Ordinis, quod juxta regularia ejus instituta anno MDCCLXI. benedicente Domino celebrandum erit, eligentur in Capitulo Provinciali novæ Provinciæ Poloniæ anno MDCCLIX. habendo Custodes, ac tunc eligendus erit, unus de natis, et unus de nonnatis Fratribus Provinciæ Poloniæ, Custos ad Capitulum generale hujusmodi, et quispiam, licet in Capitulo Provinciali vocem activam minime habeat, in Custodem eligi possit.=Tertio.=Quod singulis trienniis in dicta nova Provincia Poloniæ CapitulumProvinciale in mense Julio, vel Augusto, et quolibet anno, de duobus annis intermediis, supradictis mensibus Congregatio Definitorii omnino celebretur, et celebrari debeat, ut cum dicta Provincia Bohemiæ ordinate communicare queat. In his Capitulis, et Congregationibus, Minister Provincialis Provinciæ Bohemiæ prædictae pro tempore existens, in scriptis præsentare, seu nominare debebit professores suæ Provinciæ, ad explendum munus Guardiani habiles, et capaces pro Guardianatibus sæpedictæ novæ Provinciæ Poloniæ, assignatis memoratæ Provinciæ Bohemiæ, si aliqui, vel aliquis, sive propter revocationem ad propriam Provinciam (quæ Ministro Provinciali Provinciæ Bohemiæ pro tempore existenti libera, et integra manebit), sive ob absolutos Constitutionum annos, sive ob aliam causam judicio utriusque Provinciæ Ministri Provincialis cognoscendam, et approbandam, Guardianatus de supra expressis vacaret; quod si etiam per decursum anni, et dum adhuc sex menses superessent ad futurum Capitulum Provinciale, vel Congregationem, Guardianus ProvinciæBohemiæ prædictæ, diem clauserit extremum, vel prorsus aliqua de causa, vel ratione haud habilis fieret, vel ad propriam Provinciam revocandus fuerit, liceat Ministro ProvincialiBohemiæ cum Definitorio Provinciali modo sibi opportuno alium dictæ Provinciæ Bohemiæ Alumnum substituere Guardianum, et cum patentibus suis literis ad locum vacantem mittere. = Quarto.= Cum ad propagandam in Regno Poloniæ Religionem, seu Ordinem præfatum, ad habitum dicti Ordinis admissi reperiuntur, hucusque non nati in Regno Poloniæ, ac etiam ad Professionem per Fratres ipsius Ordinis emitti consuetam, et ad Ordines promoti ob defectum natorum in dicto Regno, et adhuc alii deinceps admittendi erunt; inter vero jam admissos, quamvis adhuc juvenes, egregii, et ad explenda, exercendaque officia idonei viri existant,

„ justum æquumque est, ut quemadmodum non nati in dicto Poloniæ Regno ad laboriosa dictæ novæ Provinciæ Poloniæ officia concurrunt, ita tamquam originarii, et in ipso Regno nati, dignitates et officia dictæ novæ Provinciæ consequantur, ut tam exteri, seu extra Regnum Poloniæ orti, jam ad habitum hujusmodi admissi, quam alii in posterum admittendi, si tamen habiles et capaces reperti fuerint, debitisque qualitatibus per Constitutiones prædictas præscriptis prædíti, ad officia et munia dictæ novæ Provinciæ Poloniæ, tamquam illius nati admitti possint, ac debeant, quatenus ad normam Provinciæ Romanæ ejusdem Ordinis, inter duas Nationes Polonorum, et Bohemorum, prima præsertim officia Provinciæ sic ex æquo dividantur, ut ex qualibet Natione assumatur unus Custos, et duo Definitores, Minister Provincialis autem de una, et altera alternative eligatur=Quinto=Utantequam quartum Capitulum Provinciale memoratæ Provinciæ Poloniæ habeatur, et totalis separatio dictæ novæ Provinciæ Poloniæ ab ipsa ProvinciaBohemiæ fiat, Commissarius generalis e Provincia Bohemiæ eligendus, nominandusque, tribus diebus ante diem electionis accedat ad locum celebrationis Capituli Provincialis, et diligenter agat, et accurate se se gerat, ut omnia in dicta Provincia Poloniæ inter natos in ipso Regno, et nonnatos, seu exteros, in pace fiant, ac regimen, gubernium, et administratio dictæ novæ Provinciæ inter eos remaneat, ut Superiores electi, partium studiis procul amotis, pacem, et concordiam in dicta nova Provincia stabilire, et confovere, ac Dei gloriam, et Religiosam observantiam promovere curent, et satagant=Sexto= Quod uterque Minister Provincialis pro tempore existens, illam inter se communicationem servare non prætermittant, ita ut si tractu temporis Minister Provincialis novæ Provinciæ Poloniæ, quibusdam Alumnis Provinciæ Bohemiæ, ad exercenda explendaque munia, seu officia suæ Provinciæ indigeat, illos expetat, et dictus Minister Provincialis, quantum poterit transmittat, Minister vero Provincialis Provinciæ Poloniæ nullum talem remittat, sed si quis remittendus foret, per Ministrum Provincialem Bohemiæ revocetur, submittet Minister Provincialis Bohemiæ requisitos ad Provinciam Poloniæ candidatos pro Novitiatu, et tales ac sponte ad ipsamPoloniæProvinciam venientes idoneos repertos, cum candidatis natis Polonis pariter idoneis, illum Minister Provincialis suscipere teneatur = Septimo=Ut Cathedra Germanica apud S.Benonem Varsaviæ, ad quam Professores Provinciæ Bohemiæ ante omnia subsidia alia, ab inclyta Confraternitate extraneorum, seu Germanorum expetiti fuerunt, et pro ea administranda, regendaque fuit missus dilectus etiam filius Liborius Grassivensis, et deinde Commissarius Generalis, fundationis dictæ Custodiæ Poloniæ in Provinciam, ut præfertur, a novis erectæ factus, donec communicatio utriusque Provinciæ prædictæ duraverit, Alumnis Concionatoribus Germanis de Provincia Bohemiæ, quoad totam administrationem reservata intelligatur =Octavo= Ut nullus Commissarius ex Provincia Bohemiæ ad Congregationes intermedias Provinciæ Poloniæ interea temporis, tribus primis dictis Capitulis Provincialibus durantibus peragendas accedere debeat, sed tamen unus de gremio actualis Definitorii dictæ Provinciæ Bohemiæ, accedat ad Capitula triennalia Provincialia proxime habenda, ac etiam ad quartum, in quo (nisi aliud, ad quos eo tempore spectabit, melius expediens visum fuerit) talis separatio facienda erit = Nono = Ut Commissarius generalis a Definitoribus Provinciæ Bohemiæ electus, et missus ad Provinciam Poloniæ, eo modo et auctoritate præsidere debeat, tam Capitulo Provinciali, quam Definitorio, uti usque nunc, et quamdiu Custodia Poloniæ existit, præsederat, præsidere valeat; et si aliquis defectus minus substantialis in illis irrepserit, qui bono Ordinis præfati instituto adversari agnoscat, supplere possit, et suppleat, dictusque Commissarius, si aliquem in Ministrum Provincialem dictæ Provinciæ Poloniæ, qui a loco Capituli Provincialis absens fuerit, eligere contingat, pro tempore Capituli omnia munia, et jura absentis Provincialis administret. =Decimo= Ut quando Minister Provincialis Provinciæ Poloniæ ad Capitulum generale dicti Ordinis Romam discessurus sit, quamdiu utriusque Provinciæ duret communicatio, in Vicarium Provincialem suæ Provinciæ substituat unum ex Definitoribus Provincialibus Provinciæ Bohemiæ, si

» vero in Domino judicaverit, ipsum Definitorem minime sufficientem esse, cum Ministro Provinciali dictæ Provinciæ Bohemiæ correspondeat, ut unum alium expertum Professorem ejusdem Provinciæ Bohemiæ mittat, et sic electus, et missus, officium Vicarii Provincialis memoratæ novæ Provinciæ Poloniæ explere, ex exercere valeat =Undecimo= Ut Minister Provincialis Provinciæ Bohemiæ, nomine suo, et totius Provinciæ, omni juri per decretum a toto Definitorio generali ipsius Ordinis anno MDCCXL. existente editum sibi attributo, a die decreationis et erectionis dictæ Custodiæ Poloniæ in Pruvinciam, remittat, ita ut ipsa nova Provincia Poloniæ subjecta remaneat eidem Seraphino moderno, et pro tempore existenti ejusdem Ordinis Ministro Generali =Decimo secundo= Attento quod Provincia Bohemiæ suam operam, sumque obsequium subsidiumque memorato Ordini, ac parvæ Custodiæ Poloniæ præstitit, ac præstare non desinit, illamque ad statum spectabilis Provinciæ produxerit, in signum gratificationis, quam ipsa Provincia Poloniæ erga Provinciam Bohemiæ habere pergit, ut a tempore totalis separationis utriusque Provinciæ hujusmodi, si forte aliquando ad petitionem et querelam quorumcumque dictæ Provinciæ Poloniæ Superiorum, et Fratrum, seu quacumque alia de causa, Ministro Generali Ordinis dicti pro tempore existenti, nota, Commissarius generalis supranumerarius ad componendas quascumque inter dictos Fratres ortas dissentiones, intra triginta annorum spatium mittendus sit, eo in casu unus ex Professoribus Provinciæ Bohemiæ eligatur, et ad ipsam Provinciam Poloniæ tamquam Commissarius extraordinarius mittatur=Decimo tertio= Ut dictus Seraphinus modernus Minister Generalis, ac Definitorium generale sæpedicti Ordinis, omnes Superiores dictæ Custodiæ in Provinciam erectæ, majores nempe Custodem et Consultores, qui in nupero dictæ Custodiæ Capitulo electi, constituti, et confirmati fuerunt, absque ulteriori alia electione in Superiores confirmare, nempe Custodem in Ministrum Provincialem, et Consultores in illo Ordine, quo nunc sunt, Definitores instituti in suis respective demandatis officiis remanere, et regimen dictæ novæ Provinciæ usque ad complementum triennii computandi a celebratione Capituli dictæ Custodiæ, nempe usque ad mensem Augusti MDCCLVI. quo tempore primum Capitulum Provinciale dictæ novæ Provinciæ Poloniæ celebrandum erit, gerere et absolvere respective valeant =Demum= ut Præsidentes, seu Superiores Hospitiorum antedictæ Custodiæ Poloniæ, in Provincia, vigore præsentium, erectæ, quæ uti Guardiani habentur in Capitulis Provincialibus dictæ novæ Provinciæ in posterum celebrandis, vocem activam et passivam ferre, et habere possint. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocunque spectabit, plenissime suffragari, et ab illis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his, a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die v. Octobris MDCCLIV. Pontificatus Nostri Anno XV.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Antoninus nomine dictæ Provinciæ Poloniæ assereret, conditiones in præinsertis literis appositas, contentas, expressas, eidem Provinciæ, illiusque Professoribus detrimentosas esse, ac propterea attento consensu a dilectis itidem filiis modernis Ministris Provincialibus utriusque Provinciæ Bohemiæ, et Poloniæ præstito, conditiones supradictas, ne perturbationes, inordinationesque, ac dis-

[a] Præcedentes Literæ Benedicti XIV. moderari ad normam Constitutionum Ordinis postulatur.

sidia inter utriusque Provinciæ prædictæ Alumnos oriantur, per Nos moderari, aliasque ad bonum regimen, et administrationem, ac pacem et concordiam in eisdem Provinciis confovendam stabiliemdamque tendentes, juxta regula et Constitutiones ipsius Ordinis, ac usum, et consuetudinem aliarum Provinciarum, a dilectis quoque filiis modernis Ministro Generali ipsius Ordinis, ac Definitoribus generalibus conditas assignari plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Erectio Provinciæ Poloniæ a Benedicto XIV. approbata confirmatur sub iis honoribus, quibus aliæ Ordinis Provinciæ pollent.

§. 4. Nos igitur ipsum Antoninum specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibus excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existat, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes; hujusmodi supplicationibus inclinati, erectionem et institutionem dictæ Custodiæ Poloniæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum, in novam Provinciam Polonam nuncupatam a memorato Benedicto prædecessore per præinsertas literas, sicut præmittitur, factas, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Ac eidem novæ Provinciæ Polonæ omnes et singulos Conventus, qui in toto Regno Poloniæ, ac Ditionibus et Provinciis eidem Regno annexis, quocumque nomine nuncupatis, jam erecti reperiuntur, et qui inibi erigendi erunt, auctoritate, et tenore præfatis assignamus, et constituimus, ipsique novæ Provinciæ Polonæ per eumdem Benedictum prædecessorem erectæ, et per præsentes nostras literas confirmatæ, ac illius pro tempore existentibus Ministris Provincialibus, Definitoribus, Custodibus, aliisque Superioribus, Fratribus, et Personis, ut omnibus et singulis privilegiis, prærogativis, honoribus, antelationibus, gratiis, proprio Sigillo, aliisque insigniis, quibus aliæ dicti Ordinis Provinciæ sub regimine, gubernio, et administratione tam moderni, quam pro tempore existentium Ministrorum Generalium ejusdem Ordinis, ac cæteri Ministri Provinciales, Definitores, Custodes, Superiores, et Fratres, ac Personæ aliarum Provinciarum Ordinis hujusmodi, tam de jure, usu, et consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere possunt ac poterunt, quomodolibet in futurum pari modo, et absque ulla prorsus differentia, uti, frui, et gaudere, libere et licite possint, et valeant respective, servatis tamen eisdem legibus, per Constitutiones Ordinis ipsius, auctoritate Apostolica confirmatas, auctoritate et onore prædictis concedimus, et impertimur.

Conditiones appositæ in Literis Benedicti XIV cassantur, et irritantur nonullæque aliæ approbantur observandæ a Provinciis Poloniæ et Bohemiæ.

§. 5. Conditiones vero omnes in præinsertis ipsius Benedicti prædecessoris literis contentas, expressas, volitas, et hucusque forsan observatas, auctoritate et tenore prædictis cassamus, annullamus et irritamus, ac cassas, irritas, et inanes, ac nullius roboris, et momenti fore et esse decernimus, ac in locum dictarum conditionum, per Nos ut præfertur cassatarum, annullatarum, irritarum, ac inanium, ac nullius roboris et momenti declaratarum, novas conditiones inter Provincias Poloniæ et Bohemiæ deinceps observandas, auctoritate et tenore præfatis proponimus, statuimus, ac observari debere præcipimus, volumus, et mandamus, nempe =Primo= Quod in Capitulo post conclusum præsentis Provincialis triennium, et semper deinceps electio Provincialis sit libera, nulla consideratione facta ad Nationalitates, sed ille præeligatur, qui secundum conscientiam Capitularium dignior et congruentior visus fuerit =Secundo= Quod ex quatuor Definitoribus eligendis duo sint ex Nationalibus, et alii duo de exteris seu non natis, professis tamen, seu incorporatis in illa Provincia, et pariter ex duobus Custodibus unus ex illis, et alter ex ipsis esse debeat =Tertio= Quod Guardianatus, et Vicariatus pro æquali numero, inter illos nempe, natos, et non natos (quorum nomine compræhenduntur omnes) qui in qualibet Provincia extra Regnum Poloniæ nati sint, distribuantur. Si vero propter imparem numerum contingat, omnimodam æqualitatem fieri non posse, minor numerus sit ex illa parte natorum, seu non natorum, ex qua fuerit actualis Provincialis=Quarto= Quod Pulpita, seu Cathedræ Prædicationis conferantur a Definitorio Provinciali indiscriminatim, nullo habito respectu ad Nationes, sed justa circumstantias, et qualitates Prædicatorum: Lecturæ vero tam Philosophiæ, quam Theologiæ inter natos, et non natos, pari numero conferantur =Quinto= Quod

quando visum fuerit Ministro Generali Commissarium deputare pro Provincia Poloniæ, vel illum mittere, non præcise futurus sit de Provincia Bohemiæ, sed liberum sit ei, vel Polonum deputare, vel alium ex qualibet Provincia mittere, prout melius in Domino sibi visum fuerit = Denique, = quod supradicta æqualis distributio Definitoratuum, Vicariatuum, et Lecturarum, fixa et immutabilis sit usque ad annum 1769., quo juxta ordinariam providentiam celebrandum erit Capitulum Generale, in quo considerato statu Provinciæ, et numero, qui tunc temporis erit natorum, et non natorum, cæterisque circumstantiis, prævideri poterit, circa continuationem, vel terminationem illius; modo enim eum nati, et non nati fere sint æquali numero, et probabiliter ita futuri sint per illud temporis intermedium saltem illi qui ad præfata officia eligi debeant, prudentissima videtur pro toto illo tempore memorata distributio, et insuper necessaria pro mutua securitate justitiæ distributivæ, pace, et concordia iter utramque partem.

Clausula sublata, decretum irritans, et contrariorum derogatio

§. 6. Decernentes, easdem præsentes literas semper firmas, et validas, ac efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus et singulis illis, quæ idem Benedictus prædecessor in memoratis suis literis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 7. Volumus autem, quod præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Procuratoris Generalis dicti Ordinis munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XIV. Julii MDCCLXI. Pontificatus Nostri anno Tertio.

CCXXXIV.

Dat. die 15 Julii 1761. Ann. III.

Confirmatio Statutorum quibus posthac regi debet corpus Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Discalceatorum in singulis Provinciis.

Clemens PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

Exordium

§. 1. In supremo militantis Ecclesiæ solio, per ineffabilem Divinæ clementiæ abbundantiam constituti, ea, quæ pro salubri Religiosorum Virorum sub suavi Christi jugo, arctiorisque disciplinæ instituto, vota sua Deo reddere, uberesque bonorum operum fructus, adspirante superni favoris aura, proferre jugiter satagentium directione, provide constituta, atque ordinata esse dicuntur, ut firma, atque inviolata persistant, Apostolici muniminis Nostri, cum id a Nobis petitur, præsidio libenter constabilimus.

Preces porrectæ pro confirmatione statutorum.

§. 2. Cum itaque, sicut dilectus filius Joannes Lutre Custos Provinciæ S. Gabrielis, et Vice-Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Discalceatorum nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecit, ad petitionem ab unione, seu congerie Provinciarum ipsorum Fratrum Discalceatorum, in Regnis Hispaniarum, Lusitaniæ, et Neapolis existentium, in Capitulo Generali dicti Ordinis, Murciæ Carthaginensis Diœcesis anno MDCCLVI. celebrato emissam, a Diffinitorio ejusdem Capituli commissum extiterit dilecto filio Petro Joannetto de Molina, præfati Ordinis tunc ex-Ministro Generali, et Commissario Generali Familiæ Ultramontanæ, ut pro condendis, compilandisque statutis, quibus præfata Provinciarum congeries, in posterum regi, et gubernari deberet, ex ipsis Fratribus, aliquot in Compromissarios, aliorum nomine eligeret, ac deputaret, qui hujusmodi Statuta conderent, et compilarent, Compromissarii vero, sicut præmittitur ad eodem Petro Joannettio electi, et deputati, munus eis demandatum adimpleverint, compilationemque hujusmodi Statutorum, approbante dicto Petro Joannettio jam ediderint, ipse vero Joannes, illa quo firmius subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent.

Statuta jussu Capituli Generalis condita,

§. 3. Nos ipsius Joannis votis hac in re, quantum cum Domino possu-

Apostolica auctoritate confirmantur, et approbantur.

mus, favorabiliter annuere volentes, et a quibusvis excommunicationis, interdicti, aliisque canonicis censuris, et pœnis, si quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, statuta præfata, sic ut præfertur condita, dumodo tamen sint in usu, ac licita, et honesta, et a Comissario Generali dicti Ordinis approbata, sacris canonibus, vel Concilii Tridentini decretis, vel Constitutionibus Apostolicis, et dicti Ordinis non adversentur, nec monopoliis ansam præbeant, auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis firmitatis robur adjicimus.

Clausula sublata, decretum irritans, et contrariorum derogatio

§. 4. Decernentes, easdem præsentes Literas, firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis ad quos spectat, et spectabit in futurum, inviolabiliter observari, sicque per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere: ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrariis facientibus, non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xv. Julii MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno tertio.

Quum hæc Pontificia Constitutio postrema sit hujus terti anni Pontificatus S. M. Clementis XIII. quoad materias Ecclesiasticas, gradum facimus ad alias, quæ temporalem prælaudati Pontificis potestatem respiciunt hoc eodem tertio anno, eamdem sequentes methodum quam in primo Tomo hujus Continuationis adhibuimus.

CCXXXV.

Dat die 21 Julii 1760. Ann. III.

Montem Secundum Annonæ in Civitate Bononiæ prius, a Clemente VIII. erectum, deinde vero ab Urbano VIII. reformatum, iterum erigitur, et reformatur, prævia confirmatione Constitutionis Urbani VIII, eique Monti nomen tribuitur *Montis secundi Annonæ secundo reformati*, peculiaribus additis statutis super impositione, ac solutione Datiorum, et Gabellarum pro dote ejusdem Montis.

Montem Annonæ *in Civitate*, et *Comitatu Bononiensi pro summa scutorum tercentum Mille, additis peculiaribus statutis erexit, et approbavit Clemens VIII. Constit. edit. Anno* 1592. *Maii* 11, *quæ est in Bullario Mainardii. Aliam, quoad præfatum Montem Annonæ pro Civitate Bononiæ constitutionem edixit prælaudatus Clemens VIII. Anno* 1593 *Junii* 25, *quæ in dicto Bullario Mainardii omissa fuit.* Montem secundum *Annonæ Bononiæ erexit Pontifex idem pro summa scutorum centum viginti quinque millium, illumque vendidit favore Marchionis Josephi Justiniano Nobilis Januensis, qui ideo, et* Mons Justinianus *dictus fuit, ut ex Const. Anni* 1593 *Octobris* 9. *quæ pariter in Bullario Mainardii omissa fuit. Extinctis quampluribus ex præcedentibus locis, ex* Monte secundo Annonæ, *illum iterum erexit, sub nomine* Montis secundi Annonæ Bononiensis Reformati *Urbanus VIII. Const. Anni* 1628. *Sept.* 25, *quæ in præsenti inserta habetur.*

Clemens Papa XIII.

Ad Futuram rei memoriam.

Exordium

§. 1. Ecclesiæ Catholicæ regimini meritis licet imparibus, divina dispositione præsidentes, illa, quæ a Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris ad commodum, utilitatemque ac incrementum Communitatum, Universitatumque, et hominum Status, et Ditionis Nostræ Ecclesiasticæ Subditorum provide emanasse noscuntur, ut firma semper, sarta, et tecta persistant Apostolici muniminis, cum id a Nobis petitur, patrocinio, libenter constabilimus.

§. 2 Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Syndici, et Assum- Refertur constitutio Urbani VIII. qua mo

secundus Annonæ Bononiæ erectus fuit.

pti Administratores della Gabella Grossa nuncupatæ Civitatis nostræ Bononiensis, quod alias fel: rec: Urbanus PP. VIII. prædecessor Noster, ut indigentiis Communitatis, et hominum Civitatis præfatæ tunc suæ consuleret, per suas in simili forma Brevis expeditas literas, Montem Secundum Annonæ nuncupandum, sub certis modo, forma, et conditionibus, ac oneribus tunc expressis, erexit, et instituit, tenoris sequentis videlicet » Urbanus PP. VIII. ad futuram rei memoriam. Alias fel: rec: Clemens PP. VIII. prædecessor Noster ad sublevendas aliqua ratione gravissimas necessitates, quibus Civitas Nostra tunc sua Bononiensis opprimebatur, unum Montem Annonæ Bononiensis nuncupandum pro summa scutorum sex, vel sex cum dimidio pro quolibet loco, super certis redditibus Datiorum, et Gabellarum, per eumdem Clementem predecessorem confirmatorum, sive etiam de novo impositorum, sive auctorum, cum decreto quod ad illarum solutionum tam Laici, quam Ecclesiastici tenerentur, erexit, et instituit, prout in suis Literis in forma Brevis sub Dat. xi. Maji MDLXXXXII., et xxiii. Junii MDLXXXXIII. plenius continetur. Deindo vero cum, Mons prædictus pro integra summa Scutorum trecentorum millium vendi non potuisset, sed tantummodo pro summa centum millium venditus fuisset, idem Clemens prædecessor, Montis prædicti partem non venditam, ac nonnullas ex dictis Gabellis, impositionibus, seu augmentis extinxit, et alium Montem Secundum Annonæ, sive Justinianum nuncupatum, locorum mille ducentorum quinquaginta pro summa Scutorum centum viginti quinque millium auri in auro, super redditibus, et emolumentis Gabellæ Grossæ nuncupatæ ejusdem Civitatis, aliorumque Datiorum, et Gabellarum eidem Gabellæ Grossæ adjunctorum per eumdem Clementem prædecessorem auctorum, impositorum, et sive confirmatorum, propagatorum, seu extensorum, cum eodem decreto, quod quicumque tam Laici, quam Ecclesiastici, et quantumlibet exempti ad illorum solutionem tenerentur, et alias sub certis modo, et forma, tunc expressis erexit, eidemque Monti Secundo erecto pro ejus fructibus, et congrua dote ad rationem Scutorum sex auri cum dimidio pro quolibet centenario seu loco, annuatim summam Scutorum octo millium centum viginti quinque similium, super omnibus, et quibuscumque reditibus, emolumentis, et obventionibus præfatæ Gabellæ Grossæ, per illius conductores, exactores, et Ministros, de bimestri in bimestræ pro rata solvendam, assignavit, applicavit, et appropriavit, omniaque dicti Montis Secundi loca, quondam Josepho Justiniano Nobili Januensi, pretio centum viginti quinque millium scutorum auri in auro, cum clausulis, pactis, obligationibus, et cautelis in Instrumento desuper celebrato expressis, vendita fuerunt, et venditio hujusmodi ab eodem Clemente prædecessore approbata, et confirmata fuit, prout in aliis dicti Clementis prædecessoris literis, in simili forma Brevis, sub Dat. ix Octob. MDLXXXXIII. desuper expeditis, quarum omnium, et singularum tenores præsentibus pro sufficienter expressis haberi volumus plenius continetur. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, successive de Anno MDCVII. ipsius Secundi Montis Annonæ loca ducenta terdecim affrancata essent, fel: rec. Paulus PP. V. etiam prædecessor Noster, per eum accepto, quod Civitas Bononiensis tunc temporis in maxima rei frumentariæ difficultate constituta erat, nec illi, ob promptæ pecuniæ defectum, de necessario frumento provideri poterat, per ejus in forma motus proprii cedulam desuper expeditam, ac in Camera Apostolica per acta Hieronymi Scanardi, tunc ejusdem Cameræ Notarii registratam, vice, et loco aliorum ducentorum tredecim locorum ipsius Montis jam extinctorum, alia ducenta terdecim loca similia Montis hujusmodi erexerit, eaque dicto Monti adjunxerit, et abinde citra loca ejusdem Montis hactenus diversis temporibus affrancata, et extincta sint, itaut ad præsens quadrigenta sexaginta loca hujusmodi in totum dumtaxat, ultra eorum fructus, qui ad rationem sex cum dimidio scutorum auri in auro pro quolibet loco persolvuntur, adhuc affrancanda, sive extinguenda remaneant, prædicta vero Civitas non modo pro affrancandis locis hujusmodi, verum etiam pro publicis Sedis Apostolicæ necessitatibus, ob præsentes bellorum motus mature subveniendum, non mediocri pecuniarum summa indigeat; Nos pro Pastoralis Of-

» ficii debito, necessitatibus, aliisque » præmissis quantum cum Domino » possumus providere volentes, motu » proprio, et ex certa scientia, ac matura » deliberatione, Nostris, deque Apostolicæ » cæ potestatis plenitudine, Montem » Secundum Annonæ Bononiensis reformatum nuncupandum non vocabilem » pro summa septingentarum, decem, » et novem millium, et ducentarum » librarum dictæ Monetæ Bononiensis » portiones, seu loca mille septingenta » nonaginta octo scutorum centum monetæ præfatæ pro quolibet loco, ac » libris quatuor ejusdem monetæ pro » quolibet scuto, computatis continentibus, qui quidem Mons redimibilis » sit, ita tamen ut illius redemtio, » aut extinctio non incipiat nisi elapsis » sex annis a die x. mensis Octobris » proxime futuri computandis, cum annuo redditu scutorum quinque similium pro quolibet loco, de bimestri » in bimestre in fine pro rata solvendo ab eadem die decima Octobris proxime futuri incipiendum, ad effectum » affrancationis, et extinctionis, ac subventionis prædictarum respective, tenore præsentium facimus, erigimus, » creamus, et instituimus, illique sic » erecto, et instituto pro ejus fructibus » et congrua dote ad rationem prædictam scutorum quinque pro quolibet » loco, et omnibus, et quibuscumque » tam Gabellæ Grossæ ejusdem Civitatis, quam aliis redditibus, et emolumentis, ac obventionibus, et membris eidem Gabellæ Grossæ concessis » adjunctis, et in prioribus Montium » erectionibus expressis, ac per Nos, » ut infra prorogatis, duranteque Monte hujusmodi, extensis ad annuam summam librarum ejusdem monetæ quadringentarum millium in circa ascendentibus, redditum annuum triginta » quinque millium nonagintarum, et » sexaginta librarum ejusdem Monetæ » Bononiensis, per conductores, Ministros, » seu exactores Gabellæ, ac redditium, » aliorumque præmissorum annis singulis, de bimestri in bimestre pro rata, ejusdem Montis Depositario, seu » personæ cui ordinatum fuerit, ut infra solvendam, et numerandam applicamus, appropriamus, et assignamus, et propterea eamdem summam » ab omnibus, et singulis dictæ Gabellæ Grossæ, aliisque prædictis redditibus, et introitibus, dismembramus, dividimus, et separamus, divisamque, dismembratam, et separatam, ac respective applicatam, appropriatam, et assignatam esse volumus, et mandamus, dictamque » summam ab omni prorsus onere, » impositione, gravamine, et restauro » etiam quocumque casu, etiam fortuito, et quantumcumque inexcogitabili, et evenire insolito eximimus, » et liberamus, ac liberam, immunem, et exemtam esse decernimus, » dictumque Montem, ac illius futuros creditores in omne jus, locum, » et actionem ipsius Civitatis, et Cameræ Bononiensis, quoad emolumenta » ac redditus prædictos, pro dicta summa, ac illius exactione, et consequutione in omnibus, et per omnia ponimus, substituimus, et subrogamus. » Volumus autem quod quæcumque » utriusque sexus personæ, cujuscumque » dignitatis, status, gradus, et conditionis existentes, quæ in Monte » hujusmodi, quamcumque pecuniarum » summam non tamen infra scuta centum similia, usque ad dictam summam librarum septingentarum decem, et novem millium ac ducentarum Monetæ prædictæ Bononiensis erogare, et ponere voluerint, pro pecuniis sic positis, fructus ad rationem » quinque pro quolibet loco annis singulis, et quolibet bimestri eorum » ratam, licite, et libere, sine aliquo conscientiæ scrupulo, seu restitutionis, » aut satisfactionis onere, percipere, et » habere, nec loca ipsa aliquo modo, aut ex quolibet delicto quantumcumque gravi, et enormi, præterquam » lesæ majestatis in personam Romani » Pontificis, aut alicujus ex Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, vel hæresis, confiscari, et publicari valeant, » sed ad eorum hæredes, et successores transeant, et de illis ad eorum » libitum in testamento, vel codicillis, aut quocumque contractu inter vivos, in quoscumque etiam illegitimos, et alios, ac in omnibus, et per » omnia juxta facultates, et privilegia » aliis similibus Montibus, et præsertim augumenti vini dictæ Civitatis per » fel. rec. Paulum IV., et alios Romanos Pontifices concessa, disponere valeant, quodque personæ super dicto » Monte suas pecunias, ut præfertur, » ponentes, Collegium inter se constituere, et Collegialia jura, et insignia » habere, exercere, statutaque, et ordinationes ad instar aliorum Montium » concedere, illaque mutare, et alterare, ac Notarium, et Camplonerium, » nec non alios, et quoscumque Officiales deputare, et ad eorum libitum

» amovere, omnibusque aliis juribus, » et immunitatibus, privilegiis, et exemtionibus, quibus Montes Fidei, Alumeriarum, Pacis, et alii Montes non » vacabiles Urbis utuntur, fruuntur, et » potiuntur, pariformiter uti, frui, et » potiri libere, et licite valeant, et pro » Montis hujusmodi, illiusque Collegii, et personarum cautela, et securitate ultra redditus prædictos omnia, » et singula alia Cameræ, et Civitatis » prædictarum bona mobilia, et immobilia ubicumque posita, et existentia, et jam si talia sint, quæ in obligatione generali non compræhendantur, perpetuo specialiter, et expresse, ac in solidum obligamus, et hypothecamus, ac obligata hypothecata esse volumus, et mandamus; ita ut, » deficientibus ex quacumque causa supradictis emolumentis dicto Monti, » ut præmittitur assignatis, Mons prædictus super omnibus aliis bonis, et » redditibus ejusdem Civitatis, et Cameræ Bononiensis intelligatur, et sit » erectus, impositus, et constitutus cum » omnibus supradictis, et infrascriptis » juribus privilegiis, pactis, et conditionibus. Decernentes insuper, Montem, ac Collegium, et personas hujusmodi, eorumque assignamenta, et » jura quæcumque, per Nos eis per præsentes data, concessa, et assignata, » etiam per Nos, et dictam Sedem, » autSuccessores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, quoad » eamdem summam librarum triginta » quinque millium noningentarum, et » sexaginta, alio unquam gravamine, seu » ordinario, vel extaordinario onere » affici, aut ratione cujuscumque pecuniarum summæ, etiam pro subventione onerum Romanæ Ecclesiæ, aut » Nobis incumbentium, seu ex quacumque alia etiam urgentissima, et » efficacissima causa pro tempore imposito, minui, aut ex eis aliquam partem auferri, vel retineri nullatenus » posse, vel debere; ac Collegium, » et illius personas ad probandum quod » pecuniæ in dicto Monte positæ, vel » aliqua eorum pars in extinctionem, » et ad sublevandas necessitates prædictas, et seu in utilitatem Romanæ » Ecclesiæ, vel Civitatis, et Cameræ » Bononiensis prædictarum fuerint versæ, minime teneri. Utque pretium » Montis hujusmodi ad effectum præmissum, quanto citius haberi valeat, » dilectis filiis Regimini, et Assumtis ab eodem Regimine deputatis, ac » aliis dictæ Gabellæ Grossæ, et aliorum redditaum hujusmodi Syndicis, » et Administratoribus, Montem prædictum, personæ, seu personis sibi benevisis, et pro pretio reperibili vendendi, et alienandi licentiam, et facultatem concedimus. Residuum vero dictarum librarum quadraginta » trium millium, quod, solutis annuatim prædictis libris triginta quinque » millibus nonigentis sexaginta, remanebit, volumus, singulo quoque anno, in emptionem locorum hujusmodi, vel alterius Montis investiri, ut lapsis præfatis sex annis, inserviant pro » amplianda extinctione locorum Montis hujusmodi, et quatenus aliquis » emptorum istorum locorum vellet intra sexennium, in quo Montis hujusmodi extinctio prohibetur, illa, » vel illorum partem vendere, tunc Assumptos, et Syndacos Administratores dictæ Gabellæ, cæteris emptoribus præferri volumus intra mensem a » die venditionis, seu venditionum computandum, volumusque etiam quod » Mons hujusmodi, ad beneplacitum Regiminia dictæ Civitatis, sive Assumtorum, Syndicorum, et Administratorum prædictæ Gabellæ redimi, » et extingui valeat, ita tamen ut redemtio, et extractio hujusmodi fieri nequeant nisi elapso sexennio a dicta die x. Octobris proxime futuri, » ut prefertur, computando, et deinde » omnino fieri debeat in una, seu pluribus vicibus per sortem, et extractionem, ut infra faciendam coram Vexillifero justitiæ Bononiensi, videlicet; » Si summa tunc ad affrancationem inserviens erit sufficiens pro exsolvendo integro credito primi extracti, totam dictam summam teneatur recipere pro quantitate tunc existenti; » si vero sit excedens, tunc pro summa excedenti secundus, et sic deinceps alii, quousque eruut factæ affrancationes pro summa tunc parata, » et existenti, qui secundus, et alii » subsequentes teneantur ordine successivo, et ipsi tunc recipere, et affrancare pro summa dicti residui, dummodo tamen non sint creditores in » majori summa scutorum mille, et » dictum residuum sit minoris quantitatis scutorum mille, quo casu eogi » non possint ad recipiendum, et affrancandum pro dicta minori summa, » sed tunc procedendum sit ad ulteriores extractiones aliorum nominum » creditorum, quousque tunc extrahantur Creditores minoris summæ Scutorum mille, volentes sic minorea

» Creditores extractos teneri, et ordine
» successivo cogi debere ad recipien-
» dum dictum residuum, donec to-
» tum erit expletum in francationi-
» bus intimatis, prout etiam volumus
» quousque singula vice extractos, qui
» ultra receptam portionem tunc para-
» tam, et modis, et forma ut supra
» receptam remanserint Creditores in
» ulteriori quantitate dicti Montis, ite-
» rum, et toties quoties contigerit,
» et opus erit, reimbursari debere ad
» effactum, ut semper in futuris ex-
» tractionibus eorum nomina reperian-
» tur reimbursata, donec in totum,
» modis, et forma ut supra erit fran-
» catum eorum creditum. Ut autem
» præmissa facilius adimpleri possint,
» eidem Gabellæ Grossæ, durante Mon-
» te hujusmodi per præsentes, ut præ-
» fertur erecto, augumenta, seu novas
» impositiones Gabellarum, seu Datio-
» rum omnium Mercium, quæ in Ci-
» vitate Bononiensi importantur, vel
» inde exportantur, pro tertia parte,
» nec non Canapis non laboratæ, quæ
» dicitur spadulata, et graffiata, gar-
» giolo, func, et stoppa, et aliarum
» Mercium, præterquam serici, et ope-
» rum omnium ex serico factorum,
» quæ ex dicta Civitate, et illius Comi-
» tatu extrahuntur, ad duplum ejus,
» quod prius solvebatur, vulgariter di-
» ctum il doppio Dazio, permissu di-
» cti Clementis prædecessoris auctorum,
» seu de novo impositorum, et primo
» Monti Annonæ olim applicatorum,
» et in secundi Montis erectione separa-
» torum, seu fortasse extinctorum, et
» deinde renovatorum, incorporamus,
» concedimus, et assignamus, ipsaque
» augumenta, seu novas impositiones
» ex nunc, donec hujusmodi Mons re-
» formatus nuncupandus in totum re-
» demtus, et extinctus fuerit, salva es-
» se volumus, et decernimus, et qua-
» tenus in secundi Montis erectione,
» aut alias illa, seu illas dictus Clemens
» prædecessor extinxerit, vel cujuscum-
» que temporis lapsu extincta fuerint,
» iterum Apostolica auctoritate per præ-
» sentes imponimus, et ut prius resti-
» tuimus; similiterque augumentum,
» seu Datium serici operis albi, alias
» eidem Gabellæ Grossæ, ad certum
» tunc expressum tempus forsan fini-
» tum, vel de proximo finiendum, con-
» cessum, durante ejusmodi Monte pro-
» rogamus, et eidem Gabellæ Grossæ
» quatenus opus sit, de novo concedi-
» mus, et assignamus, et incorpora-
» mus. Volumusque, et Apostolica si-
» militer auctoritate decernimus, quod
» augumenta, seu novas impositiones,
» aliaque Datia, et Gabellas hujusmodi
» omnes, et quæcumque personæ tam
» Seculares, quam Ecclesiasticæ, et
» a quorumvis ordinum etiam Mendi-
» cantium, ac Hospitalium, et Mili-
» tiarum Regulares, nec non quæcum-
» que Collegia, etiam Montis Alti, per fa-
» licis recordationis Sixtum Papam V.
» prædecessorem Nostrum erectum, et
» amplissimis privilegiis, exemptioni-
» bus, libertatibus decoratum, ac Uni-
» versitates, seu Communitates etiam
» quibuscumque privilegiis, indultis,
» gratiis, exemptionibus, immunitati-
» bus, libertatibus, prerogativis quan-
» tumvis amplissimis, ac quibusvis ver-
» borum formis, clausulis, et decretis
» conceptis, etiamsi in eis caveatur ex-
» presse, quod illis nullatenus, aut non
» nisi certis modo, et forma ibidem
» expressis servatis derogari possit, quæ,
» et quas illis, et cuicumque eorum
» quoad hæc nullatenus suffragari vo-
» lumus, æque, ac ceteri omnes sol-
» vere debeant, et teneantur. Præterea
» Exactoribus dictæ Gabellæ Grossæ ea-
» dem supradicta augumenta, seu no-
» vas impositiones, donec Mons hujus-
» modi in totum redemtus, et extin-
» ctus fuerit, et non ultra exigendi,
» ac in istum, et non alium usum
» omnino convertendi facultatem con-
» cedimus. Volumus etiam, et man-
» damus, quod totum, et integrum
» pretium ex venditione prædictorum
» locorum mille septingentorum nona-
» ginta octo per præsentes erectorum
» redigendum deponatur per emtores
» in actu ipsarum emtionum in Monte
» Pietatis Civitatis Bononien, vel in alio
» loco idoneo, tuto, et securo per Re-
» gimen, Assumtos, Syndicos, et Ad-
» ministratores prædictos suis risico, et
» periculo eligendo, inde non amoven-
» dum nisi arbitrio, ac de mandato,
» et voluntate Nostris, ad effectum il-
» lud in prædictis extinctione, aliisque
» rebus necessariis, et occurrentibus pro
» tuitione ditionis Status Ecclesiastici,
» et præsertim Civitatis, ac Territori
» Bononiensis convertendi; quodque ipso
» Monte extincto, eadem augumenta,
» seu novæ impositiones pariter eo ipso
» absque aliqua alia declaratione extin-
» cta sint, nec ulterius exigi a quo-
» cumque quovis prætextu possint, et
» debeant. Cæterum, ne circa exactio-
» nem augumentorum, seu novarum
» impositionum hujusmodi, aliaque,
» omnia, et singula præmissa, fraus,

» defectus, vel negligentia aliqua com- » mitti possit, Dilecto Filio moderno, » et pro tempore existenti, dictæ Ci- » vitatis Cardinali de Latere Legato, seu » Vice-Legato, vel Gubernatori com- » mittimus, et facultatem concedimus, » ut circa omnia, et singula præmissa, » modum prescribat capitula, seu or- » dinationes necessarias, et opportunas » ejus arbitrio, adiectis in contravenien- » tes pœnis sibi benevisis, coodat, quæ » Nos ex nunc, prout ex tunc, et e » contra, postquam condita fuerint, coo- » firmamus, et approbamus, ac ab » omnibus ad quos spectabit, observa- » re præcipimus, et mandamus. De- » cernentes, præsentes Literas de subre- » ptionis, vel obreptionis, seu nullita- » tis vitio, aut intentionis Nostræ, vel » alio quopiam defectu notari, impu- » gnari, invalidari, infringi, in jus, » vel controversiam revocari, ad termi- » nos juris reduci, aut adversus illas » quodcumque juris, gratiæ, vel facti » remedium impetrari nullatenus posse, » sed semper validas, firmas, et effi- » caces existere, et fore, suosque ple- » narios, et integros effectus sortiri, et » obtinere; Sicque, et non aliter per » quoscumque Judices ordinarios, et de- » legatos, etiam causarum Palatii Apo- » stolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ » Ecclesiæ Cardinales etiam de Latere » Legatos, sublata eis, et eorum cui- » libet quavis aliter judicandi, et inter- » pretandi facultate, et auctoritate ju- » dicare, et definiri debere, irritum- » que et inane quid quid secus super » his a quoquam quavis auctoritate, scien- » ter, vel ignoranter contigerit attenta- » ri. Non obstantibus fel. recor. Sym- » maci, quæ incipit: Non liceat: et » aliorum Romanorum Pontificum præ- » decessorem Nostrorum, ac Nostris, et » aliis Apostolicis, ac in Conciliis Ge- » neralibus editis Constitutionibus, et » Ordinationibus, nec non Civitatis, et » Districtus prædictorum, etiam juramen- » to, confirmatione Apostolica, vel qua- » vis firmitate alia roboratis Statutis, ac » consuetudinibus; privilegiis quoque, » indultis, exemtionibus, immunitatibus, » libertatibus, et Literis Apostolicis etiam » Mare magnum, et Bulla aurea nun- » cupatis, quibusvis etiam cujuscumque, » etiam Mendicantium, aut duodecim » Congregationum Ordinum, aut Mi- » litiarum, etiam Hierosolymitanæ Re- » gularibus, seu Secularibus cujuscum- » que dignitatis, status, gradus, ordi- » nis, conditionis existant, nec non » Sancti Stephani, et Sancti Bartholo- » mæi de Musiano Bononiensis Civitatis, » vel Diocesis, Sancti Benedicti, seu al- » terius ordinis ex prædictis invicem uni- » torum, et quorumcumque aliorum » Monasteriorum, Abbatiarum Commen- » datariis, seu Administratoribus, Con- » ventibus, et quorumcumque Castro- » rum, Terrarum, et Locorum etiam » a Civitate, Comitatu, et Districtu, et » illorum Jurisdictione ex quavis causa » quomodolibet dismembratorum, et » segregatorum Dominis, seu Comita- » bus, et Feudatariis, Censuariis, Livel- » lariis, Vassallis, et Universitatibus » per quoscumque Romanos Pontifices » prædecessores Nostros, ac Nos, et Se- » dem Apostolicam etiam per viam » Legis, et Statuti perpetui, et ex qua- » vis causa etiam onerosa sub quibus- » cumque tenoribus, et formis, ac cum » quibusvis etiam derogatoriis, aliisque » efficacioribus, et insolitis clausulis, » ac irritantibus, et aliis decretis, etiam » motu proprio, et ex certa scientia, » ac de Apostolicæ potestatis plenitu- » dine, etiam Concistorialiter, seu alias » quomodolibet concessis, et etiam ite- » ratis vicibus approbatis, et innovatis » ac Cancellariæ Nostræ Regulis, etiam » de non tollendo jure quæsito per Nos, » et prædecessores, ac successores No- » stros editis, et edendis; Quibus omni- » bus, etiamsi pro illorum sufficienti » derogatione de illis eorumque totis » tenoribus specialis, specifica, expres- » sa, et individua, ac de verbo ad ver- » bum non autem per clausulas gene- » rales idem importantes mentio, seu » quævis alia expressio habenda, aut » aliqua alia exquisita forma servanda » sit, et in eis caveatur expresse, quod » illis nullatenus derogari possit, teno- » res hujusmodi, eorumque causam, » et effectum, præsentibus pro sufficien- » ter expressis, ac de verbo ad verbum » insertis, nec non modos, et formam » ad id servandam pro individuo ad id ser- » vatis, habentes, illis, alias in suo ro- » bore permansuris, hac vice dumtaxat » specialiter, et expresse derogamus, » cæterisque contrariis quibuscumque. » Volumus insuper quod præsentium » literarum transumtis manu alicujus » Notarii publici subscriptis, et sigillo » dicti Montis, seu Collegi vel alterius » personæ in Dignitate Ecclesiastica con- » stitutæ munitis, eadem prorsus ubi- » que fides adhibeatur, quæ ipsis præ- » sentibus adhiberetur si forent exhibi- » tæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud » Sanctam Mariam Majorem sub Annulo » Piscatoris die XXIII. Sept. MDCCXXVIII.

» Pontificatus Nostri Anno Sexto M. A.
» Maraldus. Loco ✠ Sigilli.

Ex arbitraria exemptione eorum qui vectigalia persolvere tenebantur in Montis dotem assignata, insufficiens redditus factus fuit ad montis onera substinenda

§. 3. Intuitu vero hujus optime assignationis dotis eidem Monti ut præfertur factæ illius annui redditus summam annuorum fructuum Montistis Creditoribus debitorum persolvendorum excedere deberent, et dictus Mons de præsenti forsan jam integræ liber, et exemtus, redemtusque esset, si juxta tenorem literarum hujusmodi omnes, et quæcumque personæ tam Seculares, quam Ecclesiasticæ, et quorumvis ordinum etiam Mendicantium, et Hospitalium, ac Militiarum Regulares, nec non quæcumque Collegia etiam Montis Alti per rec: mem: Sixtum PP. V. prædecessorem itidem Nostrum erectum, et amplissimis privilegiis, exemtionibus, et libertatibus decoratum, ac Universitates, seu Communitates etiam quibuscumque privilegiis, indultis, exemtionibus immunitatibus, libertatibusque, sicut premittitur gaudentia in præinsertis literis contenta, expressa, et volita, quæ idem Urbanus prædecessor in suis literis prædictis voluit, et mandavit, ut solvere deberent, et tenerentur solutionem augumenti dictorum Vectigalium realiter, et cum effectu persolvissent, nec se ab illorum solutione sub emendicatis simulationibus exemissent, et sicuti aliquæ ex supradictis personis, seu Communitates, Universitates, Collegia, et Hospitalia hujusmodi re ipsa se se exemta fecerint, et assidue a solutione augumenti, seu novarum impositionum hujusmodi, si ut præmittitur, auctarum eximi pergunt, absque eo quod aliquod privilegium, quo ipsi gaudent, proferre, seu exhibere possint, ita ut de præsenti totum id quod ex fructibus, redditibus, et proventibus dictarum novarum impositionum percipitur vix sufficiens existit ad persolvendos annuos fructus compensativos Creditoribus Montistis debitos, et quanto citius haud sufficiens erit, quippe qui numerus eorum qui de facto absque ullo jure se se eximi curant, de die in diem augetur, et aliud damnum oriri videtur ex abusu jam irrepto ex mandatis pluries a negotiorum gestoribus earumdem personarum, et locorum hujusmodi subscriptis, per quæ tam semetipsos, quam alios etiam a solutione non solum novarum impositionum, seu augumento vectigalium ab ipso Urbano prædecessore volitarum, seu voliti, verum etiam antiquarum impositionum, seu Datiorum ad ipsam Gabella Grossa spectantium eximere audeant.

Preces porrectæ pro constitutionis Urbani VIII. omnimoda observantia.

§. 4. In hoc rerum statu exponentes præfati, qui nihil aliud exoptant, quam ut creditoribus Montistis accurate satisfactum sit de bimestri in bimestre, ac tractu temporis Mons præfatus redemtus, evadat, ad hoc, ut liberato, extincto, ac redemto, Civitas, Communitas, hominesque hujusmodi a solutione dictarum impositionum, seu Datiorum a dicto Urbano prædecessore volitorum, liberi, et exemti sint, et remaneant, ac propterea opportune sibi in præmissis a Nobis provideri, et ut infra indulgeri summopere desiderent. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantum consequendi, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas Urbani prædecessoris præfati literas, omniaque, et singula in eis quomodolibet contenta, expressa, ac ordinata auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, ac innovamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis vim, robur, et efficaciam adjungimus, ac easdem Urbani prædecessoris præfati literas, et in eis contenta hujusmodi, adversus quæmcumque non usum, seu desuetudinem, et inobservantiam, aut abrogationem, nec non quemvis abusum, et contrarium usum, contrariamque observantiam etiam forsan publicam, et notoriam, ac quantolibet tempore irreptam, et toleratam, in integrum, et pristinum statum, dicta auctoritate restituimus, reponimus, et plenarie reintegramus, ipsasque Urbani prædecessoris præfati literas præinsertas, ac omnia, et singula in eis contenta, et expressa inviolabiliter, et inconcusse observari præcipimus, et mandamus; ita tamen, ut nemini cujuscumque sit conditionis, status, gradus, ordinis, et qualitatis, quævis privilegia, aut exemtiones ad vectigalium, seu augumenti, et novarum impositionum, aliorumque datiorum, et gabellarum, in præinsertis memorati Urbani prædecessoris literis contentorum, seu expressorum solutionem removendam, seu retardandam liceat oponere, sitque excipientibus solutionem dictarum gabellarum novarum, impositionum, datiorum, et vectiga-

Urbani Constitutionem Pontifex confirmat, et innovat.

lium potestas ejusmodi exemptionum jura in devolutivo tantum experiendi, exceptis tamen iis, quorum privilegia præsidium habent possessionis tituli, quos ab illorum solutione eadem auctoritate exemtos esse declaramus, donec privilegia ipse, et consuetudines servatis, servandis, cognita in Judicio fuerint.

Neminem vectigalium solutione exemptum esse debere, jubet.

§. 5. Ordinis tamen servandi causa euctoritate, et tenore præsentis præcipimus, et mandamus, ut nec ipsis, qui pro exemtis haberi unquam possint qualiscumque fuerit eorum conditio, aut dignitas, eorumque exemtio, aut privilegium, facultas sit merces, seu genera, quæ dictis vectigalibus, datiis, gabellis, aut novis impositionibus per ipsum Urbanum prædecessorem volitis, et demandatis subjecta sunt introducendi, extraendique, sub pœnis arbitrio dilecti filii nostri Fabritii S. R. E. Præsbyteri Cardinalis Serbelloni nuncupati moderni, et pro tempore existentis in Civitate, et Comitatu Nostris Bononiensi, Nostri, et Apostolicæ Sedis de Latere Legati, præmissorum omnium in dictis Urbani prædecessoris, et nostris literis contentorum exequutoris indicendis, nisi extractionis solitas Bolletas vulgo nuncupatas, absque ulla solutione faciendas, tradendasque receperint. Volumus quoque, et auctoritate, ac tenore præsentis decernimus ut salva dicti Fabritii moderni, et pro tempore existentis iu Civitate, et Comitatu prædictis Bononiensi, Nostri, et Apostolicæ Sedis de Latere Legati auctoritate, facultas sit dictis exponentibus, seu pro tempore existentibus Administratoribus prædictis, aliquid, ut moris est, vectigalia, datia, gabelles, seu novas impositiones hujusmodi solventibus remittendi.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes easdem præsentes, et præinsertas memorati Urbani prædecessoris literas, ac in eis contenta quacumque, firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ec illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et inviolabiliter, ac inconcusse observari, et adimpleri sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiem causarum Palatii Apostolici Auditores, ac dictæ Sedis Legatos, ae Vice-Legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ idem Urbanus prædecessor, in suis literis prædictis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris die XXI. Julii MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CCXXXVII.

Dat. die 25 Septembris 1760. Anno III.

Privilegie alias a Summis Pontificibus concessa Universitati Hæbreorum, Turcarum, Græcorum, eliorumque Orientalium, negociationem in Civitate Anconitana exercentium, confirmentur, innovatis tantummodo nonnullis, quoad causas criminales, et solutiones novæ taxæ.

Clemens Papa XIII.
Ad futuram rei memoriam

Proœmium

§. 1. Ecclesiæ Catholicæ regimini, meritis licet imparibus, divina dispositione præsidentes, illa, quæ a Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris, ad commodum, utilitatemque eorum, qui licet a Christiana Fide sint alieni, in Sedis Apostolicæ ditiona tamen ex illius permissione commorantur, et conversantur, provide emanasse noscuntur, ut firma semper, atque stabilia persistant, Apostolici muniminis, cum id a Nobis petitur, præsidio, libenter constabilimus.

Quamplura privilegia, gratias, concessiones, et indulta, a Romanis Pontificibus concessa fuere Universitati Hæbreorum, Turcarum, Græcorum, aliorumque Orientalium, Negociationem in Civitate Anconitana exercentium.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit Universitas Hæbreorum, Turcarum, Græcorum, et aliorum utriusque sexus Mercatorum partium Orientalium in Civitate Anconitana commorantium, quod alias quamplures Romani Pontifices prædecessores Nostri, intuitu utilitatis, quam Civitas prædicta ex illorum mercaturæ, et negociationis commercio percipit, nonnulla privilegia, gratias, exemtiones, et indulta eis concesserunt, quæ quidem privilegia, concessiones, gratias, et indulta fel. rec. Paulus Papa V. prædecessor itidem Noster, sive per alias in simili forma Brevis expeditas literas, sive per ejus Mota propria, proprio charectere subscripta, et a tunc existente Generali Cameræ tunc suæ, nunc Nostræ Apostolicæ Thesaurario, debitæ exequutioni demandata, confirmavit, et ampliavit tenoris sequentis videlicet. » Paolo Papa V. a futura memoria » Essendo

Tenor Motus proprii Pauli V. quo privilegia alias Levantinis concessa confirmantur.

» solita la somma benignità della Sede
» Apostolica d' abbracciare, e di con-
» cedere favori, e grazie anco a quelli,
» i quali ancorchè alieni dalla Fede
» Cristiana, nondimeno per permissio-
» ne della detta Sede se ne stanno, e
» conversano nello stato di Santa Chie-
» sa, noi volentieri li confermiamo
» quelle cose, che dai Romani Ponte-
» fici Nostri prædecessori, e dalla stes-
» sa Sede per comodità loro li sono
» state concedute. Ora l'università degli
» Ebrei, Turchi, Greci, ed altri mercan-
» ti dell' uno, e l'altro sesso delle parti
» di Levante, i quali abitano la Nostra
» Città di Ancona, ed altri luoghi sog-
» getti alla Santa Romana Chiesa, po-
» co tempo è, ci ha fatto esporre, che
» altre volte Papa Paolo III. di fe: me:
» Nostro predecessore, per certe cause
» allora espresse, inclinato alle suppli-
» cazioni degli Ebrei, che erano allo-
» ra, de'Turchi, Greci, ed altri di det-
» ta Università, per alcune sue lettere
» concesse alli medesimi Ebrei, Turchi
» Greci, ed altri mercanti, che potesse-
» ro erigere in qualsivoglia luogo dello
» stato Ecclesiastico, dove occorresse,
» che loro abitassero, una Scuola, ove-
» ro Sinagoga libera delli detti Levan-
» tini, amovibile a loro volontà, l'im-
» perio, e superiorità della quale aves-
» se il solo Ebreo Lavantino; e la detta
» Scuola o Sinagoga così eretta, senza
» ricercar altra licenza di chi si voglia
» per trasferirla altrove, purchè non
» fosse vicina ad alcuna Chiesa, ne ap-
» portasse alcuno scandalo nella vici-
» nanza. E che li detti Ebrei, Turchi,
» Greci, o altri Levantini, tanto per
» guerre con gl'Infedeli, quanto per
» qualsivoglia altra causa con tutte le
» sue cose, e persone, siccome li pa-
» resse, liberamente potessero partirsi
» dalla detta Città, o da qualsivoglia
» altro luogo, nel quale essi abitasse-
» ro, avendone pagato il dazio ordi-
» nario; ne per cio o per qualsivoglia
» delitto, o per altra causa se li po-
» tesse far rappresaglia, eccettuando le
» cause nelle quali essi per se, o per
» altri fossero obligati. E che a nessuno
» o Cristiano, o Turco, o Moro, o Ebreo
» s' interdicesse, o proibisse, overo di-
» rettamente, o indirettamente si po-
» tesse proibire, che non comprassero
» le mercanzie da condursi dalli detti
» Ebrei Levantini, tanto nella detta Città
» quanto in qualsivoglia altro luogo del-
» lo Stato Ecclesiastico, ma a tutti fosse
» lecito comprare, senza paura di al-
» cuna pena, anco espressa nelli bandi
» publicati, o da publicarsi di com-
» missione di qualsivoglia Superiore,
» o Offiziale, eccettuando le cose co-
» munemente solite proibirsi, che non
» si conduchino da un luogo all' altro,
» senza certa licenza. E nissun Ebreo,
» Turco, Greco, o altro Levantino fosse
» tenuto ricettare Soldati, o dargli stan-
» za, o ad alcuna contribuzione per
» loro, overo che perciò potessero es-
» ser levati dalla sua abitazione, o es-
» sere astretti a mandar via alcuna delle
» cose sue, tanto massarizie di casa,
» quanto denari, purchè le loro abi-
» tazioni non fossero congiunte alle mu-
» ra della Città, o ad alcun luogo sos-
» petto; E che nessun Offiziale si po-
» tesse intromettere nelle cause tanto
» civili, quanto criminali di essi Ebrei,
» Greci, Turchi, ed altri Levantini,
» nelle quali si trattasse del loro interes-
» se, ma ogni commissione, e decisio-
» ne delle dette cause si dovesse fare dal
» Governatore di Ancona, o suoi Giu-
» dici, e del Console di essi Levantini,
» o suo Sostituto, la giurisdizione de'
» quali s' intendesse non in solido, ma
» congiuntamente. Ed il solo Console,
» o suo Sostituto dovesse conoscere le
» differenze vertenti tra essi Levantini.
» Le differenze poi vertenti tra essi Le-
» vantini, ed altri, le dovesse conosce-
» re il detto Governatore insieme col det-
» to Console, o suo Sostituto; ma nel-
» le cause criminali il detto Console si
» dovesse chiamare, ed ammonire, da-
» tali copia dell' intenzione della cau-
» sa, con termine competente a infor-
» marsi della cosa, ed a intervenire,
» se vorrà, per difesa dell' Inquisito,
» ed ogni atto, o processo altrimenti
» fatto, fosse di ragione nullo, ed inva-
» lido. E questo si avesse a intendere
» per quelli, che abitassero nella detta
» Città, e suo Territorio, e non altro-
» ve; al qual giudizio li detti Levanti-
» ni fossero soggetti, tanto se fossero
» attori, e convenissero altri, quanto se
» fossero essi rei, e fossero convenuti.
» E che li detti Levantini non potesse-
» ro essere astretti tanto per causa civile,
» quanto per causa criminale, ancor-
» chè ne venisse da imporsi pena cor-
» porale, se essa causa non avesse ori-
» ne, e contratto, o non si fosse com-
» messo nello Stato Ecclesiastico, ovve-
» ro espressamente non si fosse conve-
» nuto per Istrumento, o Polizia, che
» dove fossero ritrovati potessero essere
» astretti a pagare, eccettuando le cau-
» se contra il Cristiano. E concorrendo
» alcun maleficio, per causa del quale

» si avesse a imporre la pena della mor-
» te, li detti Giudici possino formar il
» processo, ed avendolo formato, e pu-
» blicato, mandar l' accusatore, li te-
» stimonj, e detto processo con il de-
» linquente a Roma, dove si dovesse
» terminare tal causa, eccettuando i te-
» stimonj, se non fossero ricercati dal
» Giudice da deputarsi nella Città di
» Roma, ed eccettuando le cause con-
» cernenti il servizio del Principe, e che
» ricercano prestezza; e perchè li detti
» Ebrei, Turchi, Greci, ed altri Le-
» vantini andavano, e ritornavano anco
» sotto li Bandi, e che dalli Offiziali de'
» luoghi occorreva farsi, aveva dichia-
» rato, che essi Levantini fossero ec-
» cettuati da ogni pena imposta, e da
» imporsi in simili Bandi, purchè non
» portassero armi nella Città, o luogo,
» nel quale si fossero fermati, e che
» non andassero di notte (oltre il soli-
» to) senza lume per certe cose, anco
» senza Bandi comunemente proibite.
» E che li detti Levantini, Ebrei, Tur-
» chi, e Greci s'intendessero non com-
» presi sotto l' imposizione delle deci-
» me, vigesime, ed altri pesi tanto or-
» dinarj, quanto straordinarj imposti
» alli Ebrei, o da altri Ebrei di tempo
» in tempo, ma liberi da quelli, ed
» esenti con le loro robbe, e persone,
» eccetto se apparisse chiaramente, che
» questi Levantini vi avessero eletto do-
» micilio, e vi avessero contrattato, ma
» non secondo la forma delli Statuti,
» ma della ragione commune. E che
» tutti li Levantini venendo da qualsi-
» voglia luogo per mare, o per terra con
» famiglia, e mercanzie, o senza, e
» portando la fede della sanità, potes-
» sero senz' altro pagamento, ed impe-
» dimento entrare in Porto, e Città, o
» luogo, ed ivi fermarsi, e liberamen-
» te andarsene dove volessero, avendo
» notificata però prima la detta fede al
» detto Governatore, o Deputati. Di più,
» che alli detti Levantini, Ebrei, Gre-
» ci, e Turchi non si potesse alterare al-
» cun Dazio ordinario, o accrescere al-
» cuno estraordinario tanto nelle rob-
» be, quanto nelle persone. E che le
» persone di Levante non fossero astret-
» te più che alla quarta parte di quel-
» lo, che guadagnassero nelle sensarie,
» nè potessero essere astrette, che non
» esercitassero questo esercizio di sen-
» sale. E che essi Ebrei, Turchi, Gre-
» ci, ed altri Levantini fossero assoluti,
» e s' intendessero liberi, e franchi da
» ogni pena di Legato, e dalle incorse
» per le Costituzioni, Bandi, Maleficj,
» o quasi Maleficj fra di loro, o da chi
» si sia di loro in qualsivoglia tempo,
» ed in qualsivoglia modo, e dalle per-
» petrate, fatte, o dette in genere, o in
» specie, direttamente, o indirettamen-
» te tanto cognite, quanto incognite,
» sicchè sopra ciò non potessero essere
» inquisiti per via di accusa, nemme-
» no dal Giudice per sua autorità, ma
» si avessero, e riputassero, come se
» quel giorno fossero nati, avendoli
» conceduto ogni indulgenza, e piena
» remissione anco nel foro contenzio-
» so. E che per sicurezza di essi Levan-
» tini il Governatore di detta Città fosse
» tenuto, ed obligato ogn' anno, sicco-
» me avevano usato ne' tempi passati,
» sotto pena pubblica, mandar Bandi,
» che nessuno dovesse dar molestia
» alli detti Ebrei, Greci, Turchi, ed
» altri Levantini, obligando alla pena il
» padre per il figlio, e nella Settima-
» na Santa (mentre stanno chiusi) li
» facesse guardare, acciò non fossero
» molestati in modo alcuno, purchè in
» quanto alla Settimana Santa (secondo
» l' uso) se ne stessero onestamente in
» Casa. Ed oltre ciò Pio IV, e Pio V.
» di felice memoria anco essi Nostri
» predecessori, addotti dalle preghiere
» dell' Università delli medesimi Ebrei,
» e Greci, e Turchi per diverse loro
» lettere, e con supplemento di difetti,
» se alcuni ve ne fossero intravenuti,
» e con decreti irritanti approvarono, e
» confermarono li Capitoli predetti, e
» come quelli concernono, leciti però,
» ed onesti, ed in quanto fossero in
» uso, e purchè quanto all' assoluzione,
» e remissione delle pene per occasio-
» ne de' Maleficj da essi commessi, non
» fossero delitti contro la Fede, o di
» lesa Maestà. Ultimamente Gregorio
» XIII. di ricordevole memoria pari-
» mente Nostro Predecessore, con sup-
» plemento, e decreti simili confer-
» mando, ed approvando li medesimi
» Capitoli per altre sue lettere statuì,
» ed ordinò, che quando da allora per
» per l'avvenire accadesse, che alcuno
» delli detti Levantini di tempo in tem-
» po morisse, del quale gli Eredi non
» fossero presenti, acciò quei beni non
» si dilapidassero, allora il loro Conso-
» le facesse fare per mano di Notaro
» pubblico, con la presenza de'Testimo-
» nj, e con l'assistenza di un Uomo da
» bene, da deputarsi dal Vescovo d'An-
» cona, l' inventario di tutte le cose,
» beni, danari, e crediti del detto de-
» fonto, quali dovessero rimanere nel-
» le mani del medesimo Console, sic-

» come era solito farsi, e che nè il Go» vernatore di detta Città, o di altro » luogo, ovvero che si voglia altro si » avesse a intricare, o interporsi in mo» do alcuno nelle predette cose, nem» meno potesse, nè dovesse sopra ciò » molestare, perturbare, o impedire » detto Console. E che nessun Ebreo Ita» liano, il quale pigliasse merci, o qual» sivoglia altre cose dalli detti Ebrei, » Greci, Turchi, ed altri Levantini, » o cha fosse loro debitore, potesse, » nè dovesse sopra ciò ottenere contro » li medesimi Levantini alcun benefi» cio di cinque anni, o di altra dila» zione dalla Sede Apostolica, o dal » Pontefice Romano, che è di tempo, » e che se l'avesse in tempo, nientedi» meno non gli giovi, nè se ne possa » servire, e non ostante quello si do» vesse procedere contro di lui tanto in » giudizio, quanto fuori, e farsegli » l'esecuzione, come se tale beneficio » non avesse ottenuto, e non ottenesse, » siccome in ciascuna di esse lettere più » pienamente si contiene. E finalmen» te fu esposto a Sisto V. di pia me» moria Nostro predecessore per parte » di detta Università, oltre le predette » cose, che sebbene al tempo di Pao» lo III., Pio IV., e Pio V. Nostri pre» decessori, nessun' altro, fuorchè il Go» veroatore, e Console predetto nelle » loro cause civili, e criminali s'intro» mettessero; nondimeno per il passa» to da molti Giudici della detta Cit» tà in pregiudizio delli medesimi » Ebrei, Greci, e Turchi non è stato » osservato. Al medesimo Sisto Nostro » predecessore si supplicò sopra di » ciò umilmente, ed inclinando alle lo» ro dimande tutti, e singoli capitoli, » concessioni, indulti, e decreti con» tenuti in essi, ma però li leciti, ed » onesti solamente, e purchè fossero » in uso gli approvò, e confermò, » statuì, ed ordinò, che d' allora in » poi per l' avvenire in perpetuo nelle » cause di essi solo concernenti al Fo» ro Spirituale, fosse Giudice di essi il » Vescovo di Ancona, o suo Vicario » Generale nelle cose Spirituali, con l'as» sistenza del Console di essi per più » facile intelligenza della lingua; E che » per il tempo da venire nessun'altro, » eccetto il Governatore, e Console pre» detti s'intromettessero nelle loro cau» se così civili, come criminali. E » successivamente la buona memoria » di Enrico del Titolo di Santa Pu» denziana Prete Cardinale Gaetano del» la Santa Romana Chiesa Camerlengo, » conforme alla Santa mente di Cle» mente VIII. Nostro Predecessore, co» mandò, che le lettere di Sisto V. pre» decessore si osservassero se bene sino » allora non fossero state in osservanza. » E di più all' istessi Ebrei Levantini, » e ad ognuno di loro concesse facoltà, » che quando gli occorreva far viaggio » per lo Stato Ecclesiastico, potessero » portare anco nelle Osteria Berretta, » o Cappello negro, senza incorso di » pena alcuna. Ed ultimamente Clemen» te PP. VIII. di felice memoria nelle » sue lettere publicate sopra la conces» sione de' privilegi, delle Immunità, e » Salvi condotti alli Mercanti, che ve» nivano, o stavano in Ancona, tra le » altre cose concedette alli Ebrei Le» vantini, che potessero valersi delli » Statuti, e Capitoli altre volte per il » detto Paolo III. concessi, o permessi » con le moderazioni, e limitazioni, » come più a pieno si contiene in di» verse lettere delli medesimi Nostri » predecessori. Ma perchè, siccome la » medesima supplicazione conteneva, » tutte le cose, che sono fermate con » il presidio dell' autorità Apostolica, » quanto più spesso si rinovano tanto » più sono valide, e ferme, perciò a » Noi per parte di essa Università umil» mente ci è stato supplicato, che ci » degnassimo secondo la benignità Apo» stolica aggiungere la forza dell' Apo» stolica fermezza. Noi dunque avendo » per inseriti, ed espressi nelle presenti » ciascuna delle lettere predette, e li » tenori di quelle, considerando, che » il commercio loro, giova non poco » allo Stato Nostro temporale, e spe» rando che essi per la conversazione » tra Cristiani, per illuminazione del» lo Spirito Santo abbino alcuna volta » da conoscer la via della verità, e la » Santa Fede, inclinati alle loro sup» plicazioni in questa parte umilmen» te presentateci; Per tenore delle pre» senti con autorità Apostolica, appro» viamo, e confermiamo tutti, e sin» goli capitoli, concessioni, indulti, e » decreti in essi contenuti, leciti pe» rò, ed onesti, e se bene non fos» sero posti in uso, ed a quelli ag» giungiamo forza di piena, ed invio» labile fermezza, e suppliamo tutti, e » singoli mancamenti tanto della ragio» ne, quanto del fatto, se pure alcu» ni forse in alcun modo vi fossero in» travenuti; E di più concedendo a » essi Ebrei, Turchi, Greci, e Mer» canti prefati maggiori favori, e gra» zie, statuimo, ed ordiniamo, che

» da quì innanzi in perpetuo, nelle Cau-
» se loro, quelle però, che concerno-
» no l' interesse dell' anima, sia lor
» Giudice il Vescovo d' Ancona, o il
» suo Vicario generale nelle cose Spi-
» rituali, con l'assistenza del Console lo-
» ro per più facile intelligenza della
» lingua; e che per l' avvenire nessun
» altro, eccetto il Governatore, e Con-
» sole predetti s' intrometta nelle loro
» cause tanto civili, quanto criminali.
» Decretando, che le presenti lettere,
» e qualsivoglie caso io esse contenuto
» noo si possa impugnere, invalidare,
» o notere in alcun tempo d'alcun vi-
» zio, che ci sia stata detta bugia, o
» tacciuta la verità, o di maucamento
» della Nostra intenzione; e così do-
» versi giudicare, e deffinire da qual-
» sivoglia Giudice, e Commissario, sia-
» no di che autorità si vogliano, aven-
» do a essi, ed a ciascuno di essi le-
» vata ogni facoltà, ed autorità di giu-
» dicare, ed interpretare altrimente, ir-
» ritando anco, e dichiarando di nes-
» sun valore, se sopra ciò da alcuno,
» sia di che si voglia autorità, scien-
» temeote, o per ignoranza fosse oc-
» corso atteotarsi, in contrario. Peril-
» chè per le presenti commettiamo, ed
» ordiniamo alli medesimi Governatori
» della Provincia Nostra della Marca
» d' Ancona, ed all' Auditore Generale
» delle cause della Camera Apostolica,
» ed al Vicario del Venerabile Nostro
» Fratello Vescovo di Ancona, che so-
» no adesso, e di tempo in tempo,
» che essi, o due, o vero uno di essi,
» dove, e quando sarà di bisogno, e
» quante volte per parte delli medesi-
» mi Ebrei, Turchi, Greci, ed altri
» Levantini, o di alcuno di loro, so-
» pra ciò saranno ricercati, solenne-
» mente per se, o per altro, o per
» altri, publicando tutti, e singoli ca-
» pitoli, concessioni, indulti, e de-
» creti, e le presenti lettere, e qualsi-
» voglia cosa in esse contenuta, e con
» ajuto di efficace difesa nelle cose pre-
» dette a essi, e a ciascuno di essi
» assistendo, facciano coll' autorità
» Nostra fermamente, come s' è detto,
» osservare le presenti lettere, e qual-
» sivoglia cosa in esse contenuta, e che
» detti Ebrei, Turchi, Graci, ed altri
» Mercanti predetti, e tutti, e singoli,
» quali io qualsivoglie modo compresi
» in esse lettere, pacificamente frui-
» schioo, e godino di quelle, noo per-
» mettendo che essi, o alcuno di es-
» si contro il tenore di quelle in qual-
» sivoglia modo da chi si voglia iode-
» bitamente siano molestati, perturba-
» ti, o inquietati, con il raffrenare qual-
» sivoglia contradittore, o ribelle per
» mezzo di pene, anco pecuniarie a
» suo arbitrio, ed alla fine per mezzo
» di Sentenze, e Censure Ecclesiastiche,
» ed altri rimedj opportuni di ragio-
» oc, e di fatto senz'altra appellazio-
» ne, ed anco fatti però, e servati
» sopra l'ever queste cose i legitimi pro-
» cessi, con aggravar le peoe, senten-
» ze, e censure predette, anco per più
» volte iterate, chiamato anco a que-
» sto, se sarà di bisogno, l' ajuto del
» braccio secolare. Non ostante le Co-
» stituzioni ed Ordinazioni Apostoliche,
» e tutte quelle cose, che li detti pre-
» decessori nelle dette lettere vollero
» noo ostare, e qualsivoglia altre co-
» se cootrarie. Date in Roma appresso
» S. Pietro sotto l' Anello del Pescato-
» re il dì xiii. di Maggio MDCVI. l'anno
» primo del nostro Pontificato = M. Ve-
» strio Barbiano = Luogo† dell'Anello =
» Constantinus Patritius Prothonotarius
» Apostolicus utriusque Signaturæ San-
» ctissimi Domini Nostri Papæ Refe-
» rendarius, ejusdemque Sanctissimi,
» et Reverendæ Cameræ Apostolicæ Ge-
» neralis Thesaurarius. Universitati Hæ-
» breorum Orientalium in Civitate An-
» conæ degentium, ejusque pro tem-
» pore factoribus viam veritatis agno-
» scere, et agnitam custodire. Cum nu-
» per pro parte dictæ vestræ Universi-
» tatis Sanctissimo Domino Nostro Do-
» mino Paulo PP. V. exposito, quod licet
» felicis record. Paulus III., Pius IV.,
» Pius V., Gregorius XIII., et Cle-
» mens VIII., ac ipsemet Sanctissimus
» Paulus V. varia, ac diversa privile-
» gia, immunitates, et exemptiones
» dictæ vestræ Universitati, præsertim
» circa solutiones Dohanæ Datiorum,
» et aliarum impositionum concesse-
» rint, confirmaverint, et ampliaverint
» respective, nihilominus moderni Do-
» hanerii dictæ Civitatis Anconæ, sub
» prætextu quod nonnulli dictæ vestræ
» Universitatis in dicta Civitete Anconæ
» orti sint, et alii domicilium in ea
» contraxerint, solitas solutiones Doha-
» næ illis augere, ac ad privilegiorum
» prædictorum observationem minime
» teneri prætedentes, primo judicium
» coram Reverendissimo Domino dictæ
» Civitatis Anconæ Gubernatore, a quo
» sententiam favorabilem reportastis,
» iotroduxerunt, et deinde in gradu ap-
» pellationis coram nobis, et postea in
» Camera Apostolica coram Rev. Domino
» Fedarico Cornelio dictæ Cameræ Cleri-

Tenor Decreti Exequtorialis Chirographi S. M. Pauli V. super privilegiis Levantinis concessis.

» co, a quibus prædictæ sententiæ confirmationem etiam obtinuistis, judicium, et causam hujusmodi prosequuti fuere, idem Sanctissimus, dictam vestram Universitatem specialibus favoribus, et gratiis, prosequens, volens litibus, et controversiis hujusmodi perpetuum silentium imponere, et quod occasione prædictorum et quovis alio prætextu, et colore præter, et contra formam dictorum privilegiorum ullo unquam tempore vos, aliosque prædictos, et Universitatem prædictam vexare, aut molestare, vel quidquam innovare quisquam in futurum audeat, vel præsumat, infrascriptum suæ Sanctitatis manu signatum chirographum Nobis direxerit, et præsentari fecerit tenoris, qui sequitur, videlicet. Monsignor Patritio Nostro Tesoriere Generale. Per parte dell' università dell' Ebrei, Turchi, Greci, e altri mercanti dell' uno, e l'altro sesso delle parti di Levante, commoranti nella nostra Città d'Ancona è stato esposto che sebbene da Paolo III., Pio IV, Pio V. Gregorio XIII., Sisto V., e Clemente VIII. Nostri predecessori di fel. record., ed anco da Noi nel principio del Nostro Pontificato gli sono stati concessi, confirmati, ed ampliati rispettivamente diversi loro privilegi, e principalmente intorno al pagamento delle Dogane per le Merci, che fanno venire di Levante in detta Nostra Città d'Ancona in diversi tempi dell'anno, ad ogni modo li moderni doganieri di detta Città pretendono di alterargli li pagamenti soliti sotto varj pretesti, e specialmenta perche molti di essi Ebrei non siano compresi nelli detti privilegi; atteso che alcuni siano nati in detta Città, ed altri per esservi stati molti, e molti anni, abbino in quella eletto domicilio, e percio non possino goderli di ragione, gli anno convenuti avanti al Guvernatore di detta Città, il quale inteso la parti, e servate le cose da osservarsi, abbia sentenziato a favore di essi Ebrei, dichiarando, che per le loro merci pervenute nel porto di Ancona tanto nel tempo della franchizia, quanto di fuori quello, siano tenuti pagare la gabella conforme al solito è consueto pagarsi in detti tempi, e non altrimente, ne per li detti pagamenti di dette merci venute, e che verranno se li debba dalli detti doganieri innovar cosa alcuna. Dalla qual sentenza essendosi per parte de doganieri appellato, a per l'appellazione, devoluta, ed introdotta la causa avanti di voi ver gl'Atti di Giovanni Ferrino Notaro della nostra Camera, finalmente dopo aver considerato bene le cose da considerarsi abbiata confirmata la detta Sentenza a favore delli medesimi Ebrei; e non volendosi detti Doganieri acquietare alla sudette due Sentenze hanno di nuovo appellato, e fatto commettere la causa a Monsigoor Cornaro Chierico di Camera, il quale non solo una, ma due volte proposta, e disputata la causa in piena camera, con aver sentiti tanto in voce, quanto in iscritti li Procuratori, ed Avvocati della parti, ha sentenziato, e confirmato le sudette due sentenze a favore delli medesimi Ebrei, come per gl'atti di Stefano Spada Notaro di essa Camera. Ora per parte dell' istessi ci è stato ancora supplicato, che acciò nè loro, nè suoi descendenti, siano mai per alcun tempo sopra di ciò molestati, e revocateli in dubio le grazie, e privilegj concessigli, vogliamo fargli grazia di confermargheli. Noi considerando, che la Santa Sede Apostolica, e detti Sommi Pontefici Nostri predecessori hanno comportato li detti Ebrei in detta nostra Città non solo per l'utile, che possono apportare alla Città col far di Levante venira diverse Merci di tempo in tempo, ma ancora principalmenta, perchè con il contrattare tra li Cristiani si può sperare, che siano per accorgersi a qualche tempo dell' errore loro, ed entrare nella strada della vera luce, abbiamo risoluto fargli ora la grazia, che dimandano; Però di certa Nostra scienza, e pienezza di potestà assoluta, avendo li tenori delli sopra detti privilegi, come sopra concesseli, e delle sentenze promulgata dal Governatore di Ancona, e da voi, e da Monsignor Cornaro, delli capitoli delle sudette Dogane, in evento, cha faccia bisogno, e tutte, e singola altre cose da esprimersi, per espressi nella presente di parola in parola, approviamo, e confermiamo le dette sentenze, e privilegi, ed avochiamo a Noi la detta causa, togliendo ogni e qualunque appellazione, ed imponiamo alli detti presenti doganieri, ed altri, che saranno pro tampora, sopra ciò perpetuo silenzio, a vogliamo, che sotto li sopradetti pretesti d' assar nati, overo d'aver contratto

Tenor chirographi S. M. Pauli V. de quo in præsenti decreto exequutorio agitur.

» domicilio in detta Città di Ancona » non siano più molestati contro la forma di detta sentenze, ma che quelle le siano sempre inviolabilmente osservate, e che sempre siano mantenuti nello stato, e grado, che si trovano, conforme dette sentenze, e privilegj; ordinando però a voi, che sopra ciò, ed a nome Nostro gli ne spediate vostre lettere patenti con le clausule, che vi pareranno, e piaceranno, e gli diate, o concediate ancora tutti quelli ordini, e provisioni, che giudicherete opportuni, che tale è mente Nostra, volendo, che contro le presenti, o quanto in esecuzione di esse farete, non si possa mai dare, ne dire de surrezzione, o difetto della Nostra intenzione, ma sia sempre valida, ed abbia forza, esecuzione, e vigore, ancorchè non sia messa, e registrata in Camera, e nelli suoi libri, e così, e non altrimente in ogni tempo da voi, ed altri Tesorieri pro tempore, e da qualsivoglia altri giudici ordinarj, Delegati, Auditori di Rota, Chierici di Camera, a della Camera istessa, o Cardinali, etiam Legati de Latere dobba esser giudicato, e diffinito con la clausula sublata, e decreto irritante. Non ostanti le cose predette, e qualsivoglia Costituzione, ordinazioni Apostoliche, decreti, atti, stile, e consuetudine, ed altre cose, che fossero in contrario, ed anco la Bolla di Pio IV, de registrandis, alle quali tutta, e singole, ancorchè di esse bisognasse fare speciale menzione, avendo nondimeno i loro tenori per espressi di parola in parola per questa volta sola, e per validità della presente espressamente deroghiamo. Dato nel nostro Palazzo di Monte Cavallo il di xxvii. Mag. MDCXX.

Prosequitur decretum exequutoriale supra laudati Chirographi

» Paulus Papa V. Nos ejusdem Sanctissimi Domini Nostri mandata, ut tenemur, exequi, ac debitæ exequutioni demandare volentes, et intendentes, auctoritate igitur nostri Thesaurariatus officii, ac in ejusdem præinserti Chirographi exequutionem, et vigore, et juxta illius formam, continentiam, ac tenorem vos, aliosque prædictos dictæ vestræ universitatis singulos, sub prætextu, quod in dicta Civitate Anconæ orti sitis, vel domicilium in ea contraxeritis contra formam, ac tenorem prædictarum sententiarum a modernis, et pro tempore existentibus dictæ civitatis Anconæ Dohaneriis molestari, perturbari, seu impediri minime posse, seu debere decernimus, atque declaramus, prædictaque privilegia, ac omnia, et singula capitula in eis quomodolibet contenta perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari mandamus, stricte propterea inhibendo mandantes R.P.D. dictæ civitatis Anconæ Gubernatori, cœterisque Judicibus, et officialibus quomodolibet nuncupatis, nec non prædictis Dominis Dohaneriis dictæ Civitatis Anconæ, nunc, et pro tempore existentibus, cœterisque, ad quos spectat, et spectare poterit quomodolibet in futurum, quatenus sub mille ducatorum auri de camera eidem Cameræ Apostolicæ in eventum contraventionis applicandorum, et in juris subsidium excommunicationis, præsentes nostras, ac omnia, et singula in eis, et dicto præinserto chirographo, ac sententiis, et privilegiis prædictis contenta quæcumque, inviolabiliter observent, et faciant ab aliis, ad quos spectat, observari, non audentes, neque permittentes vos, aut dictæ vestræ universitatis aliquem contra dicti chirographi, ac sententiarum in ea enunciatarum continentiam, ac tenorem ab aliquo sub quovis prætextu, causa, colore, vel ingenio indebite molestari, perturbari, vel impediri, non obstantibus omnibus iis, quæ idem Sanctissimus Dominus Noster in dicto Chirographo voluit non obstare. In quorum fidem præsentes manu nostra signatas exinde fieri, et per infrascriptum nostrum Cameræ Apostolicæ Notarium subscribi, sigillique nostri, quo in talibus utimur, jussimus, et fecimus appensione muniri. Datum Romæ ex Ædibus nostræ solitæ residentiæ, Anno a Nativitate Domini MDCXX. Indict. III. die vero XI. mensis Junii Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, et Domini Nostri Domini Pauli divina providentia Papæ V. Anno ejus decimosexto. Constantius Patritius = Felix de Totis = Registrata libro Diversorum Thesaurario fol. 1.

Decretum Exequutorium Literarum Apostolicarum super iisdem privilegiis a Paulo V expeditarum.

Constantius Patritius Prothonotarius Apostolicus utriusque Signaturæ Sanctissimi Domini Nostri Papæ Referendarius, ejusdem Sanctissimi, et Reverendæ Cameræ Apostolicæ Generalis Thesaurarius. Universis, et quarumcumqua Civitatum, Terrarum, Castrorum, et Locorum Status Ecclesiastici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediate, et immediate subjectorum RR. PP. DD. Gubernatoribus, eorumque Loca tenentibus, et Audi-

» toribus, nec non Commissariis, Vica-
» riis, Prætoribus, cæterisque Jusdicen-
» tibus, et officialibus quomodolibet
» nuncupatis, ac aliis omnibus, et sin-
» gulis, ad quos spectat, et spectare
» poterit quomodolibet in futurum, et
» quibus præsentes nostræ literæ exhi-
» bitæ, vel ostensæ fuerint salutem in
» Domino, et mandatorum nostrorum
» obedientiam. Noveritis nuper coram
» Nobis pro parte, et ad Instantiam
» Universitatis Hæbreorum Orientalium
» in Civitate Anconæ degentium com-
» paritum, et expositum, extitisse alias fe-
» licis record. Paulum III., Pium IV.,
» Pium V., Gregorium XIII., et Cle-
» mentem VIII. specialibus favoribus,
» et gratiis ipsos Orientales Hæbreos,
» etiamsi in dicta Civitate domicilium
» quoquo modo habuerint, seu contra-
» xerint prosequentes varia, et diversa
» privilegia, immunitates, et exemptio-
» nes Universitati ipsorum Hæbreorum,
» et eorum singulis, tam circa solutio-
» nem Dohanæ, Datiorum, et aliarum
» impositionum, ac emptionem, et
» venditionem mercium, quam etiam
» circa facultatem unam Scholam, seu
» Sinagogam ad ipsorum Orientalium
» Hæbreorum libitum in quolibet Sta-
» tus Ecclesiastici loco pro ipsorum Hæ-
» breorum, et aliorum usu, et com-
» modo erigendi, nec non licentiam,
» et facultatem eisdem, et eorum sin-
» gulis itinerantibus tamen, seu iter fa-
» cientibus per totum dictum Ecclesia-
» sticum Statum, biretum nigrum,
» seu Pileum etiam in Hospitiis, et Ta-
» bernis deferendi concessisse, ac etiam
» Sanctissimum Dominum Nostrum Pau-
» lum V. hujusmodi privilegia, et exem-
» ptiones per suas literas in forma Brevis,
» et sub Annulo Piscatoris expeditas am-
» pliasse, et confirmasse, quarum lite-
» rarum tenor est qui sequitur videlicet=
» Paulus Papa V. ad futuram rei me-
» moriam. Cum Apostolicæ Sedis beni- *Tenor Literarum Pauli V. super privilegiis Levantinis concessis in Civitate Anconæ*
» gnitas eos etiam complecti, et favo-
» ribus, et gratiis prosequi consueverit
» qui licet a Christiana Fide sint alie-
» ni, in Ecclesiastica tamen ditione ex
» dictæ Sedis permissione commoran-
» tur, et conversantur. Nos ea, quæ il-
» lis a Romanis Pontificibus prædeces-
» soribus Nostris, et ab ipsa Sede pro
» eorum commodis concessa sunt, li-
» benter confirmamus. Sane Universi-
» tas Hæbreorum, Turcarum, Græco-
» rum, et aliorum utriusque sexus Mer-
» catorum partium Orientalium Civi-
» tatem nostram Anconitanam, et alia
» loca Sanctæ Romanæ Ecclesiæ su-
» bjecta incolentium Nobis nuper ex-
» poni fecit, quod alias fel. record.
» Paulus PP. III. Prædecessor Noster ex-
» pressis causis tunc existentium Hæ-
» breorum, Turcarum, Græcorum, et
» aliorum dictæ Universitatis supplicatio-
» nibus inclinatus, eisdem Hæbreis,
» Turcis, Græcis, et aliis Mercatoribus,
» ut unam Scholam, seu Sinagogam
» ad eorum voluntatem amovibilem eo-
» rumdem Orientalium liberam, et cu-
» jus superioritatem, et imperium so-
» lus Hæbreus Orientalis haberet in quo-
» libet loco Status Ecclesiastici, in quo
» eis contingeret residere, erigere, et
» erectam, cujusvis licentia minime re-
» quisita, alio trasferendi, dummodo il-
» la vicina alicui Ecclesiæ non esset,
» neque in vicinia aliquid scandali ad-
» ferret, quodque dicti Græci, Turcæ,
» et Hæbrei, aut alii Orientales a di-
» cta Civitate, aut quovis alio loco, in
» quo ipsi residerent, tam ratione bel-
» li cum Infidelibus, quam ex quavis
» alia causa, soluto ordinario Datio, li-
» bere cum omnibus eorum rebus, et
» personis, prout eis videretur, rece-
» dere, nec propterea, aut ex quovis
» delicto, vel alia causa represaliari
» possent, exceptis causis, in quibus
» ipsi pro se, vel aliis essent obligati,
» et quod nemini sive Christifideli, si-
» ve Turcæ, aut Mauro, vel Hæbreo
» interdiceretur, aut prohiberetur, seu
» directe, vel indirecte prohiberi pos-
» set, quominus per dictos Hæbreos
» Orientales tam in dicta Civitate, quam
» quovis alio loco Status Ecclesiastici
» Merces conducendas emerent, sed
» omnibus emere integrum esset absque
» metu alicujus pœnæ etiam in pro-
» clamationibus de mandato cujusvis
» Superioris, seu Officialis publicatis,
» et publicandis expresse, exceptis re-
» bus communiter prohiberi solitis, de
» loco ad locum sine certa licentia con-
» duci, nullusque Hæbreus, Turca,
» Græcus, aut aliquis alius Orientalis
» teneretur recipere Milites, aut illis
» domicilium dare, aut ad aliquam con-
» tributionem teneri, aut propterea ab
» eorum habitationibus expelli possent,
» aut aliquæ eorum res tam de supel-
» lectilibus, quam pecuniis ejici, dum-
» modo habitationes eorum non essent
» conjunctæ mænibus Civitatis, vel ali-
» cui suspecto loco, et quod in causis
» ipsorum Hæbreorum, Græcorum,
» Turcarum, et aliorum Orientalium,
» in quibus de eorum interesse agere-
» tur tam civilibus, quam criminalibus
» nullus Officialis se intromittere posset

„ sed omnis dictarum causarum commissio, et decisio fieri deberet per Gubernatorem Anconitanum, seu illius Judices, et Consulem ipsorum Orientalium, aut ejus Substitutum, quorum jurisdictio non in solidum, sed conjunctim intelligeretur, et differentia inter ipsos Orientales solus Consul, aut ejus Substitutus, differentias vero, quæ inter ipsos Orientales, et alios respective verterentur dictus Gubernator cum dicto Consule, vel ejus Substitutus vocari, et moneri deberet, data sibi copia intentionis causæ cum competenti termino ad se de re informandum, et ad inquisiti defensionem, si voluerit, interveniendum, et omnis actus, seu Processus alias factus, ipso jure nullus, et invalidus existeret, et hoc intelligendum esset, quoad illos, qui in dicta Civitate, et illius Territorio, et non alibi degerent, cui Judicio dicti Orientales tam active, quam passive subjecti existerent, quodque dicti Orientales constringi non possent tam ob civilem, quam criminalem causam, etiam quod corporalis pœna veniret imponenda, dummodo causa ipsa originem, aut contractum non haberet, vel perpetratum non foret in Statu Ecclesiastico, aut expresse per Instrumentum, vel Cedulam conventum non fuisset, quod ubi reperti fuissent, ad solvendum cogi possent, exceptis causis contra Christianum; Et concurrenti aliquo maleficio, cujus causa veniret ultimum supplicium imponendum, dicti Judices possent formare Processum, illoque formato, et publicato accusatorem, et Processum ac Testes hujusmodi cum delinquenteRomam mittere, ubi talis causa terminari deberet, exceptis Testibus, nisi forent requisiti per Judicem in Urbe deputandum, et causis concernentibus servitium Principis, et celeritatem poscentibus; et quia dicti Hæbrei, Turcæ, Græci, et alii Orientales ibant, et redibant etiam sub bannimentis, quæ ab Officialibus locorum fieri contingerent, declaraverat, ipsos Orientales ab omni pœna per hujusmodi bannimenta imposita, et imponenda exceptos esse, dummodo per Civitatem, seu locum, in quo moram traxissent, arma non deferrent, nec noctu ultra solitum sine lumine irent, exceptis rebus etiam sine bannimentis communiter prohibitis; et quod dicti Orientales Hæbrei, Turcæ, et Græci sub decimarum, vigesimarum, et aliorum onerum tam ordinariorum, quam extraordinariorum impositis non compræhensi, sed ipsi cum eorum rebus, et personis ab illis liberi, et immunes intelligerentur, nisi clare appareret hujusmodi Orientales ibi domicilium elegisse, et contraxisse, non autem attenta forma Statutorum, sed Juris communis, quodque omnes Orientales Mari, vel Terra undecumque cum familia, et mercibus, vel sine ipsis venientes, et fidem sanitatis deferentes, possent Portum, et Civitatem, seu locum absque aliqua solutione, et impedimento ingredi, et inibi morari, et quo vellent libere se recipere, notificata tamen prius eadem fide dictoGubernatori, vel Deputatis. Præterea, quod dictis Orientalibus Hæbreis, Græcis, et Turcis datium aliquod ordinarium alterari, aut aliquod extraordinarium tam in rebus, quam in personis augeri non posset, neque ulterius personæ Orientales ad quartam partem illius, quod lucrarentur, cogerentur, neque cogi possent, quominus Proxenetæ artem hujusmodi exercerent, ipsique Hæbrei, Turcæ, Græci, et alii Orientales ab omni pœna legati, et per constitutiones, bannimenta, maleficia, vel quasi inter ipsos, vel quemlibet ipsorum quandocumque, et qualitercumque incursis, perpetratis, factis, vel dictis in genere, aut in specie directe, vel indirecte tam cognitis, quam incognitis absoluti essent, ac liberi, et franchi intelligerentur, ita quod desuper per viam accusationis neque ex officio inquiri possent, sed perinde haberentur, ac si ea die nati essent; concessis ipsis omni indulgentia, et remissione plenaria, etiam in foro contentioso, et pro ipsorum Orientalium securitate, Gubernator dictæ Civitatis teneretur, et obligatus existeret singulis annis, sicuti retroactis tunc temporibus consueverant, sub pœna publica proclamari facere, quod nemo deberet dictis Hæbreis, Græcis, Turcis, et aliis Orientalibus molestiam inferre, patrem pro filio ad pœnam obligando, et in Hebdomada Sancta dum clausi manent, illos, ne aliquo modo molestari possent, custodiri facere, dummodo quoad hebdomadam Sanctam de more se domi honeste continerent, per quasdam suas concessit; et deinde piæ memoriæ Pius IV, et Pius V, etiam

» prædecessores Nostri eorumdem Hæ-
» breorum, Græcorum, et Turcarum
» Universitatis precibus adducti, capi-
» tula prædicta, et prout illa concer-
» nunt, licita tamen, et hoaesta, et
» quatenus in usu essent, et dummo-
» do quoad solutionem, et remissionem
» pœnsrum occasione maleficiorum per
» eos perpetratorum non essent deli-
» cta contra Fidem, vel crimina læsæ
» Majestatis per diversas eorum Lite-
» ras, etiam cum suppletione defectuum,
» si qui in eis intervenissent, et irri-
» tantibus decretis approbarunt, et con-
» firmarunt; Deinde rec: mem. Gre-
» gorius PP. XIII. similiter prædeces-
» sor Noster eadem capitula cum sup-
» pletione, et decretis similibus con-
» firmando, et approbando, per alias
» suas literas statuit, et ordinavit, quod
» quando ex tunc in futurum contin-
» geret aliquem ex dictis Orientalibus
» pro tempore decedere, quorum hæ-
» redes non essent præsentes, ne bona
» dilapidarentur, tunc eorum Consul
» curaret fieri Inventarium per manus
» Notarii publici in præsentia Testium,
» et assistentia unius probi Viri ab Epi-
» scopo Anconitano deputandi de omni-
» bus rebus, bonis, pecuniis, creditis
» dicti defuncti, quæ deberent rema-
» nere in manibus ejusdem Consulis,
» prout solitum erat fieri, quodque nec
» Gubernator dictæ Civitatis, vel al-
» terius loci, aut quivis alius se super
» præmissis ullatenus immiscere, vel
» interponere, neque dictum Consulem
» super his molestare, perturbare, vel
» impedire posset, nec deberet; quod-
» que nullus Hæbreus Italicus, qui ac-
» ciperet merces, aut quasvis alias res
» a dictis Hæbreis, Græcis, Turcis,
» et aliis Orientalibus, vel qui esset
» eorum debitor, aliquod beneficium
» quinquennalis, vel alterius dilationis
» contra eosdem Orientales desuper ob-
» tinere posset, neque deberet, et si
» a Sede prædicta, aut pro tempore
» existente Romano Pontifice obtineret,
» nihilominus illud sibi nullatenus suf-
» fragaretur, nec eo uti posset, illo-
» que non obstante contra ipsum in
» Judicio, et extra, perinde ac si tale
» beneficium non obtinuisset, vel obti-
» neret, procedi, et exequutio fieri de-
» beret; Et demum piæ mem. Sixto
» PP. V. etiam prædecessori Nostro pro
» parte dictæ Universitatis ultra præ-
» missa exposito, quod licet tempore
» Pauli III., et Pii IV., ac Pii V. præ-
» decessorum prædictorum nullus alius
» præter Gubernatorem, et Consulem
» prædictos in eorum causis civilibus,
» et criminalibus se intromisisset, ni-
» hilominus retroactis temporibus illud
» a nonnullis Judicibus dictæ Civitatis
» in eorumdem Hæbreorum, Turca-
» rum, et Græcorum præjudicium vio-
» latum fuerat; Idem Sixtus præde-
» cessor, eorum hac in parte humili-
» ter porrectis supplicationibus incli-
» natus, ea omnia, et singula capi-
» tula, concessiooes, indulta, et de-
» creta in eis contenta, licita tamen,
» et honesta, et quatenus essent in usu,
» approbando, et confirmando statuit,
» et ordinavit, quod ex tunc deinceps
» in perpetuum in eorum causis forum
» Poli concernentibus dumtaxat, esset eo-
» rum Judex Episcopus Anconitanus, seu
» illius in Spiritualibus Vicarios Genera-
» lis cum assistentia eorum Consulis fa-
» ciliori linguæ intelligentia, quodque
» in posterum nullus alius, præter
» Gubernatorem, et Consulem prædi-
» ctos se in eorum causis tam civili-
» bus, quam criminalibus intromisce-
» ret, et succesive bon: mem: Henri-
» cus tituli Sanctæ Pudentianæ Presby-
» ter Cardinalis Cajetanus Sanctæ Ro-
» manæ Ecclesiæ Camerarius juxta rec.
» mem. Clementis PP. VIII. etiam præ-
» decessoris Nostri Literas Sixti V. præ-
» decessoris observari mandavit, etiam-
» si eo usque usu receptæ non fuissent;
» Et ulterius eisdem Hæbreis Levan-
» tinis, et cuicumque illorum conces-
» sit, ut quandocumque per Statum
» Ecclesiasticum iter facerent, et in
» Hospitiis Biretum, aut Pileum ni-
» grum impune deferre valerent; Et
» tandem rec. memoriæ Clemens Pa-
» pa VIII. prædecessor Noster in suis
» literis super concessione privilegio-
» rum, immunitatum, et salvicondu-
» ctus pro Mercatoribus Anconam ve-
» nientibus, vel ibi commorantibus
» editis, inter alia Hæbreis Orientalibus
» concessit, ut Statutis, et Capitulis eis
» alias per dictum Paulum III. conces-
» sis, seu permissis, cum moderatio-
» nibus, et limitationibus tunc ex-
» pressis uti valerent, prout in di-
» versis eorum prædecessorum lite-
» ris plenius continetur. Cum autem,
» sicut eadem expositio subjungebat,
» ea firmiora sint, quæ Apostolicæ au-
» ctoritatis præsidio sæpius muniuntur,
» Nobis propterea, ipsius Universitatis
» nomine humiliter supplicatum fuit,
» ut præmissis Apostolicæ firmitatis
» robur adjicere, de benignitate Apo-
» stolica dignaremur. Nos igitur præ-
» sentibus pro expressis habentes, ac

» considerantes illorum commercium » Statuti Nostro temporali aliquantulum prodesse, ac sperantes, eos per » conversationem inter Christianos, Spiritus Sancti illuminatione viam veritatis, et Sanctam Fidem aliquando » agnituros, eorum in hac parte Nobis humiliter porrectis supplicationibus inclinati, ea omnia, et singula capitula, concessiones, indulta, et decreta in eis contenta, licita tamen, et honesta, etiam si usu » recepta non sint, Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, » illisque plenariæ, et inviolabilis firmitatis robur adjicimus, omnesque, » et singulos tam juris, quam facti » defectus, si qui forsan intervenerint, » quomodolibet in eisdem supplemus, » nec non Hæbreos, Turcas, Græcos, » et Mercatores prædictos amplioribus » favoribus, et gratiis prosequentes, statuimus, et ordinamus, quod ex nunc » deinceps in perpetuum in eorum causis forumPoli concernentibusdumtaxat, » sit illorum Judex Episcopus Anconitanus, seu illius in spiritualibus Vicarius Generalis cum assistentia eorum » Consulis pro faciliori linguæ intelligentia, quodque in posterum nullus » alius præter Gubernatorem, et Consulem prædictos se in eorum causis » tam civilibus, quam criminalibus » se intromisceat: Decernentes præsentes literas, et in eis contenta quæcumque ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, seu » intentionis Nostræ defectu notari, » impugnari, aut invalidari non posse; sicque per quoscumque Judices, » et Commissarios quavis auctoritate » fungentes, sublata eis, at eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, » judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a » quoquam quavis auctoritate scienter, » vel ignoranter contigerit attentari. » Quocirca eidem Gubernatori Provinciæ nostræ Marchiæ Anconitanæ, et » Curiæ Causarum Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, ac Vicario » Venerabilis Fratris Anconitani Episcopi nunc, et pro tempore existentibus per præsentes committimus, » et mandamus, quatenus ipsi vel duo, » aut unus eorum per se, vel alium, » seu alios omnia, et singula capitula, concessiones, indulta, et decreta, ac præsentes literæ, et in eis contenta quæcumque, ubi, et quando » opus fuerit, ac quoties pro parte » eorumdem Hebreorum, Turcarum, » Græcorum, et aliorum Orientalium, » seu alicujus eorum desuper fuerint » requisiti solemniter publicantes, eisque, et eorum singulis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate Nostra » præsentes literas, et in eis contenta quæcumque, ut præfertur, firmiter observari, ac ipsos Hebreos, » Turcas, Græcos, et alios Mercatores prædictos, ac omnes, et singulos, quos ipsæ literæ quomodolibet » concernunt, illis pacifice frui, et » gaudere, non permittentes eos, seu » eorum aliquem per quoscumque, contra illorum tenorem, quovis modo indebite molestari, perturbari, vel inquietari, contradictores quoslibet, et » rebelles per pœnas etiam pecuniarias » sibi visas, et demum per sententias, censurasque Ecclesiasticas, et » alia opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita compescendo, nec non legitimis super his » habendis servatis processibus, pœnas, » sententias, et censuras prædictas » etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Non » obstantibus constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non » omnibus illis, quæ dicti prædecessores in dictis literis voluerunt » non obstare, cœterisque contrariis » quibuscumque. Datum Romæ apud » Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XVIII Maji MDCVI. Pontificatus Nostri anno primo = M. Vestrius » Barbianus = Fuimusque pro parte Universitatis Hæbreorum prædictorum » instanter requisiti, quatenus privilegia, immunitates, et exemptiones » prædictas observari mandare dignaremur. Quocirca nos attendentes, requisitionem hujusmodi fore justam, et » rationi consonam, vobis omnibus, et » singulis supradictis, et vestrum cuilibet » insolidum, auctoritate nostri Thesaurariatus officii, tenore præsentium committimus, et in virtute sanctæ obedientiæ stricte præcipiendo mandamus, quatenus sub mille ducatorum auri Cameræ Apost. applicandorum, ac mandati exequutivi pro illis, » et in juris subsidium excommunicationis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis respective, » debeant, et ipsorum quilibet debeat » dictas præinsertas literas Apostolicas, » omniaque, et singula privilegia, immunitates, et exemptiones in eisdem »

Sequitur decretum Exequutoriale prædictarum Literarum

» literis enunciata, et contenta invio-
» labiliter, et ad unguem observasse,
» et adimplevisse, ac per quos spectat,
» et spectara poterit quomodolibet in
» futurum observari, et adimpleri fe-
» cisse, curasse, et mandasse, ac præ-
» sentibus nostris, dictisque præinsertis,
» literis Apostolicis, et in eis contentis
» quibuscumque in omnibus, et per
» omnia paruisse. Et insuper inhiben-
» do expresse præcipimus, et manda-
» mus omnibus, et singulis sua com-
» muniter, vel divisim interesse pu-
» tantibus, ne in exequutione præsen-
» tium nominandis, et cognominandis,
» sub jam dictis pœnis audeant, seu
» præsumant, ac ipsorum aliquis au-
» deat, seu præsumat dictos Orientales
» Hæbreos contra formam, ac teno-
» rem dictarum præinsertarum litera-
» rum Apostolicarum privilegiorum ip-
» sis in eisdem literis concessorum
» molestare, vexare, perturbare, seu
» impedire, aut aliquid desuper inno-
» vare, seu attentare, ac innovari, at-
» tentari, molestari, vexari, pertur-
» bari, seu impediri facere, permit-
» tere, vel curare per se, vel alium,
» seu alios quovis prætextu, causa,
» colore, vel ingenio; et si quis in
» præmissis se fore gravatum sense-
» rit etc. compareat Romæ in Judicio
» coram Nobis etc. alioquin contra ino-
» bedientes ad pœnarum prædictarum
» incursus declarationem, et exequutio-
» nem procedemus, et procedi man-
» dabimus justitia mediante. In quo-
» rum fidem præsentes manu nostra
» signatas exinde fieri, et per infra-
» scriptum nostrum Camaræ Aposto-
» licæ Notarium subscribi, sigillique
» nostri, quo in talibus utimur, jus-
» simus, et fecimus appensione muni-
» ri. Datum Romæ ex Ædibus nostræ
» solitæ residentiæ anno a Nativitate
» Domini millesimo sexcentesimo vi-
» gesimo Indictione tartia die vero XII.
» Junii Pontificatus Sanctissimi in Chri-
» sto Patris, et Domini Nostri Domi-
» ni Pauli Divina Providentia Papæ V.
» anno ejus decimo sexto = Constantius
» Patritius = Felix de Totis = Registrata
» Libro diversorum Thesaurario fol. iij.

In relatorum privilegiorum sequelam Levantinorum Consulem nominavit S. M. Clemens X

Interea temporis quod dicti Roma-
ni Pontifices, privilegia, et indulta hu-
jusmodi concesserunt, alii itidem Roma-
ni Pontifices, Consules dictarum Natio-
num elegerunt, et nominarunt, præ-
sertim Clemens PP. X., et Alexander.
PP. VIII. tenoris sequentis, nempe.
» Foris = Dilecto filio Stephano Antonio
» Baniucasa Civi Anconitano = Intus ve-»
» ro. Clemens Papa X. Dilecte Fili sa-
» lutem, et Apostolicam benedictionem.
» Sinceræ tuæ in Nos, et Apostolicam
» Sedem fidei et devotionis affectus
» Nos inducit, ut te specialibus favo-
» ribus, et gratiis prosequamur. Cum
» itaque Officium Consulatus Nationum
» Portugalliæ, et Levantinæ in Civi-
» tate Nostra Anconitana per obitum
» quondam Luciani Benincasa Civis
» Anconitani Genitoris tui, illud, dum
» viveret, obtinebat, vacaverit, et va-
» cet ad præsens. Nos specialem tibi
» gratiam facere volentes, teque a qui-
» busvis excommunicationis, suspen-
» sionis, et interdicti, aliisque Eccle-
» siasticis sententiis, censuris, et pœnis à
» jura, vel ab homine quavis occasio-
» ne, vel causa latis, si quibus quomo-
» dolibet innodatus existis, ad effectum
» præsentium tantum consequendum,
» harum serie absolventes, et absolu-
» tum fore censentes, supplicationibus
» tuo nomine Nobis super hoc humi-
» liter porrectis inclinati, tibi Officium
» Consulatus Nationum Portugalliæ, et
» Levantinæ hujusmodi, ac Insulæ
» Pathmos, et quarumcumque aliarum
» Insularum, Civitatum, Oppidorum,
» et locorum totius Ditionis Turcarum
» Tyranni, ac etiam Persarum Regis,
» siva Magni Sultani, sive Sophi, aut
» alias quomodolibet vulgo nuncupati,
» existentium cum auctoritate, facultati-
» bus, potastatibus, jurisdictionibus, pri-
» vilegiis, præminentiis, salariis, amo-
» lumentis, honoribus, et oneribus so-
» litis, et consuetis, ac eisdem modo,
» et forma, quibus dictus Lucianus, il-
» lud, dum viveret, obtinebat, et exer-
» cebat, auctoritate Apostolica tenore
» præsentium ad Nostrum, et Sedis
» Apostolicæ beneplacitum concedimus,
» et assignamus, illudque tibi conces-
» sum, et assignatum fore, et esse de-
» cernimus. Mandantes dilecto filio mo-
» derno, et pro tempore existenti di-
» ctæ Civitatis Gubernatori, nec non di-
» ctarum Nationum Prioribus, et Offi-
» cialibus, ac personis, cœterisque, ad
» quos spectat, seu quomodolibet spe-
» ctare in futurum poterit, in virtute
» sanctæ Obedientiæ, ac sub pœnis ar-
» arbitrio Nostro imponendis, quatenus
» Te in Consulem dictarum Nationum,
» et ad ipsius Consulatus Officium hu-
» jusmodi, ejusqua liberum exercitium,
» nec non honores, facultates, salaria,
» et emolumenta, aliaque præmissa, ju-
» xta tenorem præsentium recipiant, et
» admittant; Teque in illo continuare
» permittant, ac Tibi da salariis, et

» emolumentis præfatis debito tempore cum effectu respondeant, et ab aliis responderi curent, et faciant, non permittentes Te super præmissis, vel eorum aliquo per quoscumque contra præsentium tenorem indebite molestari, aut inquietari, irritumque, et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, dictæque Civitatis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et Litteris Apostolicis Consuli dictæ Insulæ Pathmos, ac quibusvis aliis personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis specialis, specifica, et expressa mentio habenda esset, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xxiii. Decembris MDCLXXI. Pontificatus Nostri Anno secundo. I. G. Slusius Loco ✠ Annuli Piscatoris. = Foris

Itemque Levantinorum Consulem nominavit S. M. Alexander VIII.

Dilecto Filio Marchioni Stephano Antonio Benincasa Anconitano. Alexander Papa viii. Dilecte Fili Salutem, et Apostolicam Benedictionem. Sinceræ Tuæ in Nos, et Apostolicam Sedem fidei, et devotionis affectus Nos inducit, ut specialibus favoribus, et gratiis prosequamur. Volentes itaque Tibi gratiam facere specialem, Teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus Tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Tibi Officium Consulatus Nationum Portugalliæ, et Levantinæ, ac Insulæ Pathmos, ac quarumcumque aliarum Insularum Civitatum, Oppidorum, et locorum totius Ditionis Turcarum Tyranni, ac etiam Persarum Regis, sive Magni Sultani, sive Sophi, aut alias quomodolibet vulgo nuncupati existentium in Civitete nostra Anconitana cum auctoritate, facultatibus, potestatibus, jurisdictionibus, privilegiis, præeminentiis, salaris, emolumentis, honoribus, et oneribus solitis, et consuetis, auctoritate Apostolica, tenore psæsentium ad Nostrum, et Sedis Apostolicæ beneplacitum concedimus, et assignamus, illud Tibi concessum, et assignatum fore, et esse decernimus. Mandantes dilecto filio moderno, et pro tempore existenti dictæ Civitatis Gubernatori, nec non dictarum Nationum Prioribus, et Officialibus, ac personis, cæterisque, ad quos spectat, seu quomodolibet spectare in futurum poterit, in virtute sanctæ Obedientiæ, ac sub pœnis arbitrio Nostro imponendis, quatenus Te in Consulem dictarum Nationum, et ad ipsius Consolatus Officium hujusmodi, ejusque liberum exercitium, nec non honores, facultates, salaria, et emolumenta, aliaque præmissa, juxta tenorem præsentium recipiant, et admittant, Teque in illo continuare permittant, ac Tibi de salariis, et emolumentis prædictis debito tempore cum effectu respondeant, et ab aliis responderi curent, et faciant. Non permittentes Te super præmissis, vel eorum aliquo per quoscumque contra præsentium tenorem indebite molestari, aut inquietari, irritumque, et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, dictæque Civitatis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, at consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis Consuli dictæ Insulæ Pathmos, ac quibusvis aliis personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis specialis, specifica, et expressa mentio habenda esset, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis qui-

» buscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo » Piscatoris die xvii. Dec MDCLXXXX. » Pontificatus Nostri anno secundo. » J. F. Cardinalis Albanus. Loco ✠ Annuli Piscatoris.

Preces porrectæ pro supra relatorum privilegiorum confirmatione quæ Pontificia auctoritate fuere rursus confirmata paucis adjectis exceptionibus

§. 3. Cum autem Universitas prædicta quo præinserta privilegia firmius subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret. Nos igitur Universitatem prædictam amplioribus favoribus prosequi volentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinserta privilegia, gratias, exemptiones, ac indulta a dictis Romanis Pontificibus concessa, et a memorato Paulo prædecessore Nostro confirmata, et ampliata confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, hac tamen conditione, ut in causis criminalibus cujuscumque personæ ex dictis Nationibus, illarum processus, seu acta quæcumque per pro tempore existentem tam dilecti Filii Magistri Vincentii Mariæ Altieri moderni ac pro tempore iisdem existentis dictæ Civitatis Gubernatoris Locumtenentem Criminalem, prout transactis temporibus, et pluribus ab hinc annis, absque eo quod Consul præfatarum Nationum nominatus, vocatus, intimatus, aut auditus sit, peracta, et gesta fuerint, in posterum quoque peragantur, prosequantur, et fine debito terminentur, ac insuper ut dicti Hæbrei, Turcæ, Græci, cœterique in dictis literis quarumcumque partium Orientalium hujusmodi nominati et expressi, ac contenti ad solutionem novæ Taxæ, seu impositionis, sive Vectigalis, aut Gabellæ super cujuscumque mercis genere, et specie postquam Appaltus, seu Locotio, aut Afflictus Tabacci ademtus, et remotus fuit, si ad eamdem solutionem cœteri dictæ Civitatis Mercatores tenentur, etiam teneantur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes, easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab aliis inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ idem Paulus Prædecessor in præinsertis literis voluit non obstare, cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxv. Septembris MDCCLX, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CCXXXVII.

Dat. die 21 Julii 1760 Anno III.

Collegii Umbri, et Nicætæ Lassi in Urbe, Statuta a Cardinali Protectore concinnata, Apostolica auctoritate approbantur, et exequutioni comittuntur.

Clemens Papa XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium

§. 1. Ecclesiæ Catholicæ regimini, meritis licet imparibus, divina dispositione præsidentes, ea, quæ pro salubri Collegiorum, in quibus adolescentes propriæ salutis cupidi, pietatis, bonarumque literarum studiis operam dant sedulam, directione, feliciqne progressu pie, prudenterque constituta, atque ordinata esse noscantur, ut firma semper, atque illibata persistant Apostolici muniminis præsidio, cum id a Nobis petitur, libenter corroboramus;

Institutionis Collegii Nicetæ Lassi in Urbe refertur historia

§. Alias siquidem Nobis exposuit dilectus filius Noster Jacobus S. R. E. Presbyter Cardinalis Oddi nuncupatus Collegii Umbriæ, et Nicetæ Lassi etiam nuncupati apud Nos, et Apostolicam hanc Sanctam Sedem Protector, quod tunc in humanis agens Joannes Karolus Lassi in suo, sub quo ab humanis decessit Anno MDCLXXXIII condito Testamento mandavit, ut ex bonis suæ hæreditatis unum Collegium in Alma Urbe Nostra sub nomine *di Niceta Lassi* suæ genitricis erigi deberet, in quo reciperentur, et alerentur novem Juvenes, quorum tres ex Fulginatensi, alii tres ex Narniensi respective Civitatibus, et reliqui tres ex Terra *Colvalenza* originem ducerent, et si cuti tunc temporis annui fructus, redditus, et proventus dictæ suæ hæreditatis pro manutentione præscripti Collegialium numeri minime sufficiebant, voluit ut fructus hujusmodi reinvestirentur donec, et quousque ad præmissum effectum sufficerent; Anno vero

MDCCV cum annui redditus hujusmodi hæreditatis summam quingentorum triginta quatuor scutorum, et obulorum sexaginta monetæ Romanæ constituerent, fel: rec: Clemens Papa XI. Prædecessor Noster ad Supplicationem bo: mæ: Josephi dum vixit S. R. E. prædictæ Presbyteri Cardinalis Sacripanti nuncupati ejusdem Collegii Protectoris proprium, atque consentaneum esse existimavit, ut Collegium hujusmodi pro sex dumtaxat Collegialibus in antecessum aperiretur; ea tamen lege, ut ex dicta summa centum scuta paria singulis annis, ac illorum annui fructus, et fructus fructuum semper reinvestiri, ac augeri deberent donec, et quousque summam pro manutentione trium aliorum Collegialium congruentem constituereot, sicuti ipse Joannes Karolus mandavit;

Refertur unio novi Collegii Nicetae Lassi cum alio Umbriae nuncupato, et praecedenter in Urbe erecto.

§. 3. Et quia tunc temporis aliud Collegium in Alma Urbe prædicta institutum reperiebatur, quod Umbriæ vocabatur, in quo Juvanes propriis sumptibus, ac cum subsidio aliarum personarum se se alere pergebant, ipse Clemens Prædecessor jussit, ut duo Collegia hujusmodi unirentur, et Collegium Umbriæ, et Nicetæ Lassi nuncuparentur; cum autem in vim dicti demandati multiplici, annui redditus dicti Collegii Lassi ita adaucti essent, ut novem Juvenum manutentioni superessent, ipse Jacobus Cardinalis, et Protector summopere cupiebat, ut juxta dispositionem ejusdem Joannis Karoli Testatoris facultatem augendi, ac insimul recipiendi tres alios Collegiales concederemus, et id tam juxta mentem, et voluntatem ejusdem Joannis Karoli Testatoris, quam ipsius Clementis Prædecessoris, qui voluerat, ut, statim ac annui redditus prædicti summam congruentem pro manutentione aliorum trium Juvanum constituerent, nominatio dictorum trium Collegialium fieri deberet, et ita numerus a dicto Joanne Karolo Testatore præscriptus completus existeret, consentaneum erat. Nos hujusmodi expositionibus inclinati, facultatem hujusmodi eidem Jacobo Cardinali, et Protectori per Nostrum rescriptum tribuimus, ac insuper impertiti fuimus, ut postquam ipse Jacobus Cardinalis, et Protector, tres alios Collegiales ab iis, ad quos spectat electos, et nominatos in dicto Collegio recceperit, quidquid pro illorum assignatione superest ex annuis redditibus adauctis ad summam centum circiter scutorum parium, ad multiplicum relioquere valeret, ad effectum in meliorem statum redigendi fabricam dicti Collegii, ac illud, dictorumque Collegialium numerum tractu temporis adaugendi.

Regulae, et constitutiones pro recto unitorum Collegiorum gubernio Cardinalis Praefectus condidit.

§. 4. Nuper vero ipse Jacobus Cardinalis, et Protector, regulas, et constitutionas in prosperum dicti Collegii regimen, et administrationem, bonamque Collegialium in eo pro tempore existentium tum in literis tum in moribus institutionem conducontes jam ea de causa cooditas, quo firmius subsistant, et serventur exactius per Nos confirmari plurimum desiderat; tenor autem regularum hujusmodi est, qui sequitur, videlicet.

Refertur tenor constitutionum, et regularum,

Giacomo del Titolo di Santa Prassede » della S. R. C. Prete Cardinal Oddi » per la Divina Misericordia Vesco- » vo di Viterbo, e Toscanella, e » Protettore del Collegio dell'Umbria.

Introduzione alle regole, ed' origine, » e stabilimento del Collegio dell'Um- » bria, e di Niceta Lassi.

» Essendo ad ognuno manifesto il » grand' utile, che riceve la Gioventù » dalla fondazione de' Collegii, ne qua- » li può agevolmente apprendere la pie- » tà, e le scienze: è anche ugualmente » noto esser necessario, che i sudetti » Collegii siano forniti di buone rego- » le, e costituzioni, perchè si manten- » ghano i Giovani nel loro dovere, e non » deviino in minima parte dal camino » della virtù. Quindi è, che fin dall' » anno 1735 essendo di quel tempo » Protettore del Collegio dell' Umbria, » e di Niceta Lassi il Sig. Cardinale Ac- » coramboni, ed essendo egli assente » da Roma per la dimora, che faceva » nel suo Vescovado d' Imola, gover- » nava lo stesso Collegio Monsignor » Carlo Sacripante, come Deputato di » esso, ed ordinò, che si stendessero » le regole adattate al medesimo, le » quali furono stese con tutta la mag- » giore attenzione, e sono state sem- » pre puntualmente osservate. Volendo » ora Noi, che abbiamo l' incarico di » Protettore, provedere per quanto ci » è possibile alla buona direzzione del » detto Collegio, abbiamo non solo nuo- » vamente approvate le sudette regole » mà abbiamo ancora aggiunti alle me- » desime alcuni pochi ordini, e dilu- » cidazioni, che abbiamo creduto con- » venire alla quiete del Collegio, ed » al vantaggio de Giovani.

» Prima però di stendere la accen- » nate regole, abbiamo stimato oppor-

» tuno di dare un breve raguaglio dell' » origine di questo Collegio, e delle » cose ordinate dal suo Fondatore, ac- » ciò i Giovani, ed anco i Ministri pos- » sano più agevolmente uniformarsi al- » la di lui mente, ed al loro dovere. » Giovan Carlo Lassi nel suo ultimo » testamento rogato in Roma il dì pri- » mo Novembre 1683 istituì suo uni- » versale Erede un Collegio da erigersi » in quest' Alma Città, il quale doves- » se portare il nome di Niceta Lassi » sua Madre, e si dovessero alimenta- » re in esso nove Giovani, cioè trè di » Foligno, trè di Narni, e trè della » Terra di Colvalenza con quelle con- » dizioni, e regole, che sono espres- » se in detto suo testamento, e che » si devono mantenere nel suo pieno » vigore. Perchè poi il suo asse ere- » ditario non era sufficiente ad alimen- » tare i sudetti nove Giovani, ordinò, » che si ponesse a moltiplico fino a tan- » to che si fosse reso capace a tal man- » tenimento. Nel 1705 essendo giunta » la rendita a Scudi 534: 60: il Sig. » Cardinale Giuseppe Sacripante pensò » ad anticipare l'apertura del detto Col- » legio con ottenere la grazia dalla S. » M. di Clemente XI. allora Regnan- » te, che si aprisse per soli sei Giova- » ni, e che si lasciassero della sudet- » ta rendita Scudi 100 per seguitare » con essi il moltiplico fino a tanto » che fosse giunto a poter mantenere » gli altri trè Giovani voluti dal Testa- » tore. Si ottenne la sudetta grazia con » tutte le necessarie cautele, e con tut- » ti li consensi degl' interessati, e per- » chè nel 1702 era stato aperto altro » Collegio in Roma col nome di Col- » legio dell' Umbria, il quale si man- » teneva con il pagamento, che face- » vano li Convittori, e con varie con- » tribuzioni, che v' aggiungevano al- » cuni particolari della medesima Pro- » vincia, fù ottenuta anche la grazia, » che s' unisse a questo quello di Nice- » ta Lassi col nome di Collegio dell' » Umbria, e di Niceta Lassi. Essendo- » si ora fatto il moltiplico non solo » sufficiente per mantenere li nove Gio- » vani, ma anche capace da potersi con- » tinuare lo stesso moltiplico colla me- » desima somma di Scudi 100, che so- » pravvanzano per poter poi con il ias- » so del tempo ampliare la fabrica del » Collegio, ed aumentare il numero » dei Giovani in benefizio della Pro- » vincia.

» Quindi in virtù non meno della » disposizione del Testatore, e della » mente della S. M. di Clemente XI. ; » che del rescritto ottenuto sotto il gior- » no 12 Luglio 1760 dal Regnante Som- » mo Pontefice Clemente XIII. abbia- » mo ordinato a quelle persone, cui » spetta l' elezione degli altri trè Gio- » vani a norma della menzionata di- » sposizione, che procedeno all' ele- » zione medesima, onde alla nuova » apertura de' studj resti compito il nu- » mero degli Alunni in detto Collegio.

REGOLE

E

COSTITUZIONI

Pel Buon governo del Collegio dell' Umbria, e di Niceta Lassi fatte per ordine di Monsig. Illmo, e Rmo Carlo Maria Sacripante Deputato del medesimo Collegio l' anno 1735, poi Cardinale, e Protettore di esso, con aggiunta di alcuni ordini, e dilucidazioni fatte stendere dall' Emo, e Rmo Cardinale Oddi Protettore dello stesso Collegio nel 1760.

Capitolo I.

Del Protettore, e Deputato

» Gio: Carlo Lassi, oltre quello » che si è detto di sopra, ordinò nel » suo testamento, che il governo, e » sopraintendenza di questo Collegio da » lui istituito col nome di Niceta Las- » si sua Madre, dovesse affidarsi al » Procuratore Generale pro tempore del- » la Compagnia di Gesù con le più » ample facoltà; surrogando in luogo » suo, in caso di renuenza, i PP. di » S. Maria in Campitelli. Nessuno di lo- » ro vol'e assumersi una tale incom- » benza, cosicchè fù appoggiata la di- » rezione, e il governo del Collegio » ad un Cardinale col nome di Protet- » tore con la deputazione di un Prela- » to, che fosse a quegli di sollievo, e » facesse in di lui mancanza le sue ve- » ci. Il Cardinal Protettore quantunque » secondo il testamento, secondo le » regole, e secondo l' osservanza, ab- » bia in facoltà di disporre tutto sen- » za la minima dipendenza, ed a suo » arbitrio, ciò non ostante negli affa- » ri più rilevanti, che per tali vengo- » no da lui giudicati, è solito di non » risolvere, senza sentirne il parere del-

» la Congregazione dell' Umbria, che » viene a formarsi dalle persone civili » di essa Provincia, le quali sogliousi » preventivamente intimare: la qual » Congregazione viene destinata dal Cardinal Protettore ed in di lui mancanza dal Prelato deputato. Il Protettore deve essere uno de Cardinali » della Provincia dell' Umbria, in caso, che vi siano, con' avere riguardo all' anzianità nell' elezione.

CAPITOLO II.

Del Rettore

» I. Dovrà il Rettore abitare di » continuo nel Collegio, nè potrà mai » pernottare fuori di esso, senza l' espressa licenza del Cardinal Protettore, o del Deputato.

» II. Inoltre dovrà il Rettore invigilare, e sopraintendere al buon governo di tutto il Collegio, alla puntuale osservanza delle infrascritte regole, facendole leggere a tavola almeno ogni trè mesi.

» III. Saguendo in Collegio qualche disordine, dovrà il Rettore renderne subito informato il Protettore, » o il Sig. Deputato.

» IV. Attese le scarse rendite » del Collegio, dovrà attendere a fare » le sue provisioni per tempo con tutta quella economia, e risparmio che » sia possibile.

» V. Invigilare sopra la buona » educazione de Giovani, e sopra il » profitto di essi, e darne a Superiori quelle relazioni o buone, o cattiva secondo il loro merito.

CAPITOLO III.

Del Prefetto

» I. Sarà Uffizio del Prefetto dare il segno della levata due ore e mezza prima del suono della Campana » del Collegio Romano, eccetto di mezz' » ora meno, quando l' averanno i Grammatici in Collegio Romano per la vacanza della settimana, mà nei giorni di Festa, e di Vacanza darà il segno più tardi.

» II. Dovrà la mattina levarsi per » tempo all' ora prescritta; prima di » ogni altro vestito, dia il segno col Campanello, affinchè si levino tutti unitamente, per fare immediatamente » le solite orazioni, e meditazioni in » cappella.

» III. La sera, compito l' esercizio spirituale, osservi prima, se » siano tutti a letto, con esser l' ultimo a porvisi, e procuri, che si osservi il silenzio si nel vestirsi della » mattina, che nello spogliarsi della » sera.

» IV. Osservi intorno allo studio, » se adempisca ognuno il suo uffizio, » nè permetta, che si facciano cose non » appartenenti al medesimo, come lo » studio fuor dei scritti, o dei libri » spiegati, nè in detto tempo dia licenza a veruno, se non in caso di » grande urgenza.

» V. Per ragione del suo uffizio » dovrà riferire puntualmente al Sig. » Rettore, o Superiori maggiori, i mancamenti, l' inosservanza delle regole, come anche il profitto, incapacità, disubidienze, ed impertinenze » dei Collegiali, per gravemente punirsi in' ogni contravenzione, le penitenze però dovrà rimetterle al Sig. » Rettore, eccetto il caso, che in assenza di lui, richiedesse leggiera, » presentanea mortificazione.

» VI. Si servirà del silenzio con » chi gridasse forte in Collegio, o riuscisse troppo ciarlone, e molesto agli » altri.

» VII. Procuri sì in casa, che » fuori, che li Collegiali vadano ben » composti, e modesti colla norma » d' una buona educazione, e pietà » cristiana, precedendo esso con l' esempio.

» VIII. Mutandosi la Campana » del Collegio Romano, mutarà l' ora » dello studio a proporzione, facendo » il giorno quel tanto di studio si dovrà fare, e la sera compire il rimanente, crescendo sempre lo studio, » o diminuendo, secondo la mutazione della campana.

CAPITOLO IV.

Del Ripetitore.

» I. Il Ripetitore farà la sua ripetizione con tutta attenzione, e diligenza, procurando di spiegare con » chiarezza, e adattarsi alla capacità » di ciascuno, avendo riguardo sempre ai più deboli, e trovando qualcuno, che strapazzi lo studio, si nel » fare le ripetizioni dei scritti, come » nelle composizioni, o spiegazioni domestiche, con tutta fedeltà per obbligo del suo uffizio ne faccia inte-

» so il Rettore, acciò possa castigare » la loro negligenza.

» II. Noti con tutta diligenza in » un libretto, a ciò destinato, per poi » presentarsi dal Prefetto nel fine del » mese ai Superiori, tutti gli errori di » quelli, che vanno alle scuole inferio- » ri, per esserne i negligenti castigati » in questo metodo, cioè i Rettorici » sopra un errore, gli Umanisti sopra » due, e così regolarmente degli altri.

Capitolo V.

Circa la Pietà.

» Gli Alunni, e Convittori del Col- » legio dell'Umbria sono stati sempre lo » specchio, e l'esempio del Collegio » Romano colla loro pietà, e mode- » stia, ed applicazione grande allo stu- » dio, portandosi in maniera, che fac- » ciano onore alla direzione immediata » de'Superiori, di loro stessi, e della » loro Patria. Per mantenersi dunque » in questo buon concetto osserveranno » le seguenti regole.

I. Quando entreranno in Colle- » gio, dovranno con loro commodità » fare la confessione generale di tutta » la vita passata al Confessore assegna- » to per i Collegiali, acciò essendo egli » informato dei loro bisogni, possa me- » glio istruirli, ed indirizzarli.

II. Si confesseranno poi almeno » ogni quindici giorni dal medesimoCon- » fessore, seppure non vi fosse qualche » festa più solenne, nel qual caso si » potrà trasferire. Frequenteranno pure » i SSmi Sagramenti le Feste solenni » del Signore, e della SSma Vergine; » si esorta ancora a recitare l'uffizio » della medesima per mera divozione, » per ottenere dalla SSma Vergine una » parziale protezzione, e sentiranno la » Messa ogni giorno.

III. Ogni anno faranno con ogni » esattezza, e puntualità gli Esercizj » Spirituali, in questo tempo oltre la » diligente riforma de' loro costumi, » potranno fare la Confessione generale.

IV. Quando anderanno nelle » Chiese, o per le Feste, o per udir le » Prediche, staranno in fila uniti insie- » me, e vi staranno con quella mode- » stia, che ricerca la santità del luogo, » che però si guarderanno di parlare » frà loro, e molto più con li esteri, nè » si scosteranno dalla vista del Sig. Pre- » fetto, non alzandosi prima, che sia » dato loro il segno.

V. Il tempo di Quaresima, per » togliere ogni abuso di andare suolaz- » zando in quà, e in là per mera cu- » riosità, e senza alcun profitto, an- » deranno alla Predica per lo più al » Gesù, come Chiesa più commoda, » dovendosi anche questa gratitudine a » Padri Gesuiti, dai quali ricevono le » virtù, e la buona educazione.

VI. In Collegio Romano staranno » uniti fra loro, senza mescolarsi con » esteri, o altri Collegiali, il simile si » dice per le strade, e luoghi publici.

» Tutti i Venerdì dell' anno, spe- » cialmente nell'Avvento, ed in tempo » di Quaresima osserveranno il lodevo- » le costume di fare la Disciplina in » memoria della Passione di Nostro Si- » gnore coll' osservanza nel Sabbato del » digiuno.

Capitolo VI.

Disciplina, e metodo quotidiano

I. Ogni mattina dato il segno dal » Sig. Prefetto, tutti si leveranno pun- » tualmente con silenzio, e riassettato » ciascuno il proprio letto, panni, e » tutte le altre sue cose, senza strepito, » genuflesso a qualche divota Immagi- » ne reciterà l'Angelus Domini colle » tre Ave Maria, e tre Pater, ed Ave » alla SSma Trinità, ringranziandola » de benefizi ricevuti: per le sudette » cose si dà di tempo un quarto d'ora.

II. Il medesimo si osservi anche » la sera nell'andare a letto, racco- » mandandosi inoltre una cristiana mo- » destia sì nel vestirsi, che nello spo- » gliarsi.

III. Dato il segno dell' Orazione » tutti si porteranno in Cappella per » farla unitamente, la quale sarà d'un » quarto d'ora, o poco più, sì la mat- » tina, che la sera, procurando ognuno » trovarsi pronto al luogo assegnato, » rispondere tutti con voce chiara, e » distinta.

IV. Terminata l'Orazione della » mattina, vi sono immediatamente due » ore di studio, eccetto di mezz' ora » meno in caso della vacanza della » settimana, dopo lo studio si da un » quarto di tempo per colazione, e » vestirsi. Nelli giorni di Festa, e di » tutta vacanza, la mattina si tralascia » lo studio, e si leveranno più tardi » del solito, ma niuno si leverà prima » che sia dato il segno, se non per » causa di urgente bisogno.

V. Si assegna per onesta ricreazione tanto dopo pranzo, che dopo cena, un' ora, nel qual tempo niuno starà in Dormitorio, o stanza se non fosse per causa di studio, e con licenza, ma terminata, che sarà l'ora ognuno si ritirerà alla sua stanza, o scanzia in silenzio, spendendo utilmente quel tempo, che avvanza.

VI. Ai luoghi comuni non si vada mai in due, e senza il segno prescritto, procurandosi da ognuno d' andarvi prima dello studio, acciò non venghano distratti in tempo di esso.

VII. Tutto il tempo, che corre dal fine della ricreazione della sera fino al fine dello studio della mattina, quando vi è, e quando non vi è, fino al fine dell'Orazione della mattina, tutto è tempo di rigoroso silenzio. Il medesimo si osservi in Refettorio, in Dormitorio, e in Cappella.

Capitolo VII.

Circa l' Ubbidienza.

» Sappiano gli Alunni, che il primario, e principal Superiore di questo Collegio è il Protettore, o il Deputato pro tempore, a cui il Fondatore, conforme si è enunciato nel primo Capitolo, ne hà data la totale cura, lasciando in suo arbitrio il formare, e moderare quelle regole, che potrà credere più opportune, e confacenti all'educazione de' medesimi; poi viene il Sig. Rettore, il quale deve per obbligo del suo ufficio presiedere, ed invigilare all' osservanza, alla custodia, al mantenimento degli Alunni secondo le istruzioni avute da' Superiori maggiori. Il Prefetto deve col buon esempio precederli tanto in casa, che fuori, con procurare di averli sotto gli occhi; a questo dunque devono ubbidire, portare il rispetto, e riverenza, ed ossequio dovuto.

» II. Chi perdesse il rispetto al Rettore, o Prefetto, ne sparlasse, non volesse osservare le regole, non esser corretto, o non fare la penitenza, che gli venisse ingiunta, sarà severamente castigato con digiuni, ed altre pene maggiori, anche ad espulsione dal Collegio, di arbitrio, secondo le circostanze dei casi, e lo stesso si praticherà contro chi proferisse parole oscene, o facesse atti, e discorsi simili.

» Il mettere sù gli altri, il seminar Zizanie frà essi, e il Sig. Rettore, o Sig. Prefetto, il farsi capo popolo, sarebbe delitto gravissimo, e da castigarsi con tutto rigore. Ma quando si sentissero di alcuna cosa gravati, senza farsi rei di aver perduto il rispetto, potranno ricorrere a Superiori maggiori.

» IV. Niuno anderà a far visite, o sbrigare qualche negozio senza espressa licenza del Sig. Rettore, il quale potrà mandarlo, se venga accompagnato da persona fedele, e sicura, non dovendosi dare il caso, che un Collegiale vada solo per la Città.

» V. Niuno anderà a pranzo fuori di casa senza espressa licenza, quale si concederà di rado, e solamente con Parenti stretti, molto meno pernottare fuori di Collegio.

» VI. Niuno parlerà con Forastieri, se prima non averà ottenuta licenza dal Sig. Rettore, e molto meno introdurli in Dormitorio, o in Camera, e niuno vada alla scanzia, o camera del compagno senza licenza.

VII. Niuno ardisca entrare in cucina, o refettorio, anzi nè manco trattar col cuoco, e con altri senza licenza del Rettore, o Prefetto.

» VIII. Quando anderanno, o torneranno da scuola, o anderanno a spasso nessuno ardisca rider forte, gridar con compagni, pavoneggiarsi, ovvero fermarsi per comprare cosa alcuna, sentir buffoni, accostarsi a circoli, ma di tutto passo, colla debita modestia vadano, dove hanno destinato il cammino. Il medesimo si osservi quando passaranno per le piazze, e strade pubbliche, senza fermarsi a discorrere con chi che sia.

» IX. Quando usciranno insieme per andare a spasso ne domanderanno ogni volta licenza al Sig. Rettore, e anderanno indistintamente in quel luogo, che dal medesimo sarà loro assegnato, con che si ritrovino un quarto prima dell' Ave Maria in Collegio.

» X. Niuno giuochi senza licenza del Rettore, a cui spetterà assegnare il giuoco, e la ricreazione, con che si guardino dalli schiamazzi, contrasti, nè giuocheranno di denari, o altra cosa simile, ed equivalente, ma giuocheranno per puro spasso, e divertimento.

» XI. Si proibisce in Collegio qualunque giuoco strepitoso, come di palla, boccie di legno, ed altre simili sorte, e ancora qualunque stre-

» pito, o rumore, come anco lo stare » affacciato alle Fenestre.

» XII. Quando escono di casa, » niuno resti in Collegio, se non per » mera necessità, e con permissione del » Sig. Rettore, restando serrato in una » stanza, eccetto in caso di malattia » dovesse essere visitato dal Medico.

» XIII. Aspetteranno il cenno, » che darà loro il Prefetto per partire » dal Collegio, o dalle Chiese, e subi- » to s'avvieranno senza farsi aspettare, » e nelle altre cose ancora procurino di » usar con lui il rispetto, ed ubbidien- » za, che gli devono.

» XIV. Nel camminare per le stra- » de, quando non fossero luoghi disabi- » tati, vadano sempre in fila, e uniti col » suo compagno assegnatoli, quale po- » trà mutare il Rettore ogni volta, che » giudicherà necessario: parlino con » voce bassa, e ciascuno col suo com- » pagno, non camminino con troppa » fretta, ne vadano in luoghi troppo » frequentati, e lontani.

» XV. Anderanno con abito de- » cente, e polito, ma non troppo va- » no, e attillato, proibendosi affatto » d' introdurre nuove mode, usanze » nuove con scandalo, e pregiudizio » degli altri, non porteranno i capelli » troppo lunghi, ed indecenti, e però » ogni tanto se li faccino tosare. In casa » vadano sempre con zimarra, e beretta » nera.

» XVI. Ciascheduno avvisi il Ret- » tore del difetto del compagno per pu- » ro zelo di porgervi provvedimento, » che oltre il fare uffizio di carità, sa- » rà tenuto segreto, facendo diversa- » mente sarà tenuto complice.

» XVII. Si guardino da contra- » sti, e litigj fra loro, e molto più da » gare, o puntigli con altri colleghi, » portando a tutti il rispetto, col di- » stinguersi da quelli col maggiore spic- » co nella pietà, nella modestia, nello » studio, perchè in questo consiste la » vera superiorità.

» XVIII. Avvertano di mantenere » il buon nome del Collegio, parlan- » done bene, mentre vi stanno, e quan- » do ancora ne sono usciti, dovendo- » si da Essi questa gratitudine all' edu- » cazione, che ne riccvono, e se han- » no qualche dissapore, o disgusto non » lo palesino agli Esteri, a quali non » tocca formarne il giudizio, niuno » palesi le cose, che occorrono in Col- » legio.

» XIX. Parole equivoche, mot- » ti indecenti, libri poco modesti, de- » vono fuggirsi da Collegiali, quanto » la peste.

» XX. Procurino di stare in Dor- » mitorio con tutta quella polizezza pos- » sibile, e però terranno le cose loro » ben composte, e aggiustate, letto, » vesti, scanzie, e sedie, e quando » escono di camera riponghano ogni » cosa per ordine non tenendo libri fuo- » ri superflui, o altro, molto meno » panni sporchi sopra sedie, letto, o » scanzia, ma il tutto si ponga in luo- » go decente, si per quel che richie- » de la polizia, ed il decoro, come » anche per l' edificazione degli Este- » ri, che venissero a vedere il Colle- » gio; si proibisce di pulirvi scarpe, » buttarvi capelli, lacerarvi carta, o » altro, ma il tutto si faccia fuori di » esso.

» Si procurerà da ognuno aver qual- » cuno, che abbia cura di loro, e del- » le cose, che loro abisognano, acciò » non siano obbligati a girare con per- » dimento di tempo, e del loro decoro.

Capitolo VIII.

Dello studio, e delle Vacanze

» I. Si persuadano bene i Colle- » giali, che non possono trascurare lo » studio senza scrupolo, della loro co- » scienza, perchè o sono Alunni, e so- » no mantenuti a questo fine dal Te- » statore, acciò s' abilitino colle virtù, » e colle scienze a giovare alla patria, » o sono Convittori, e sono mantenu- » ti con molto incommodo delle loro » case, a questo fine di farsi soggetti » capaci d'esser di decoro, e di utile » alle loro Famiglie.

» II. Tutti i giorni di scuola vi » sarà la ripetizione la mattina, acciò » siano resi capaci a potersi fare onore, » e quando nei giorni di scuola la piog- » gia impedisse l'andare al Collegio, » devono per quel tempo, che stareb- » bero in scuola, trattenersi a studia- » re in casa almeno un'ora e mezza, » non convenendo si perda quel tempo.

» III. Il tempo assegnato per lo » studio sarà due ore la mattina, e due » ore la sera unitamente, e a propor- » zione della mutazione della campa- » na si mutarà. Sara uffizio dell' Eb- » domadario intuonare nel principio del- » lo studio *actiones nostras* etc., con » l' *agimus* in fine di esso, e la solita » orazione nel uscir di casa.

» IV. Avendo scuola i soli Gram- » matici, gli altri andaranno per tutto

» quel tempo in Libraria della Minerva, se non vi sono dispute, o accademie in Collegio Romano.

» V. Gli alunni dentro il mese di agosto devono fare l'esame delle materie udite, e studiate in Collegio Romano, e a Grammatici oltre l'esame, si darà loro la composizione da farsi, e quando per la dissaplicazione allo studio, o per la debolezza dell'ingegno, o per la poca sanità fossero giudicati insufficienti a poter continuare con profitto la loro carriera, debbano essere rimandati alle loro case per non tenere quel luogo inutilmente occupato contro la mente del Testatore, il che molto più si deve fare con quei Collegiali, che riuscissero dissubidienti, inquieti, e incorreggibili, e chi poi avesse strapazzato notabilmente lo studio, sarà ancora penitenziato.

» VI. Si permette a soli Teologi potere studiare *jure suo* Legge, se abbiano questo commodo in Collegio; a Filosofi non si permette, se pure qualcuno non fosse di maggiore ingegno, di maggiore applicazione, e pietà, che per premio meritasse da Superiori una tal licenza.

» A studio staranno con gran silenzio, ed in positura decevole, nessuno terrà temperino, ma occorendo il bisogno, potrà il Prefetto supplire alle loro indigenze.

» VII Dopo Pasqua lo studio si fà il giorno, e si permette ad' ognuno studiare alla sua scanzia unitamente in Dormitorio, il che anche si osservi con quelli, che avessero le stanze, e si avvertisce di non far cosa alcuna, che non appartenga allo studio, come di scrivere, o leggere libri, anche indifferenti, e terranno le scanzie serrate.

» VIII. Il tempo d'Estate si permette qualche poco di riposo, mà non in letto, secondo il tempo, che vi framezzarà per lo studio, avvertendo ognuno in detto tempo di stare con tutto il silenzio per non essere di disturbo, e fastidio agli altri, e quando vi sono Convittori, potrà il Rettore ripartire le stanze, a quelli però, che si saranno portati bene sì nello studio, che nell i pietà avvertendo di non serrarsi mai dentro, ma solo a porte ribattute, e la sera ne avrà la chiave in mano il Prefetto.

» IX. Non si permette in veruna maniera a Collegiali il comporre versi volgari, nè il tener libri di poesie volgari, perchè oltre, che questo studio diverte assai da studj più serj, e più importanti, per i quali sono mantenuti in Collegio, può portare gran pregiudizio a buoni costumi, onde sappiano, che se si trovano appò di loro simili libri, o Teatrali, Romanzi, e poco modesti, si procederà con ogni rigore.

» X. Si permette il Natale un lecito divertimento di giuocare anche de quattrini, cominciando la sera della Vigilia di Nostro Signore fino a tutta l'ottava di esso, e gli ultimi trè giorni di Carnevale.

» XI. Si permette il Giovedì grasso con altri trè giorni di andare a vedere la Corsa, senza girare, come anche alle Commedie (non però venali) conforme la consuetudine, una sera ad ogni Convitto, oltre quelle si faranno al Collegio Romano, in detto tempo lo studio della sera si farà il giorno.

» XII. Vacarà lo studio la Vigilia del Natale del Signore, la sera con le trè Feste susseguenti, l'ultimo giorno dell'anno, il Giovedì grasso con gli altri trè giorni di Carnevale; vacarà ancora il Giovedì, Venerdì Santo, giorno di Pasqua, e prima Festa di Resurrezione, e di Pentecoste, il giorno del Corpus Domini, e di S. Pietro, nel qual giorno si permette ancora di andare a vedere la Girandola, in luogo loro assegnato dai Superiori.

» XIII. In Refettorio precederà la benedizione, e seguirà il rendimento di grazie, alle quali risponderanno tutti con voce alta, ed intelligibile, e però è necessario, che tutti l'imparino, osservaranno un silenzio esatto, fuorchè in quei giorni, ne' quali secondo l'ordine dei Superiori, e la consuetudine del Collegio, si suol dispensare. Mangiarà ognuno la sua parte, nè donaranno ad' altri la loro, nè prenderanno quella del compagno, non portaranno, o mangiaranno in tavola cibi particolari, senza espressa licenza del Sig. Rettore, nè veruno potrà portare robe mangiative, mà stare a quello, che darà il Collegio, nè portarà via cosa alcuna da tavola.

» XIV. Chi non si trovarà a tavola all'ora solita con gli altri, non solo non mangiarà, mà accadendo più volte, sarà penitenziato.

» XV. Non si permette a veruna

» Collegiale tener senza licenza robba » da mangiare, anche venutagli di Casa nelle scanzie, o casse, quali può » *libitu suo* il Rettore visitare, o far » visitare, mà il tutto consegnaranno » in mano del medemo per dispensarla in tavola, e molto meno si permette comprare, o far comprare robba comestibile.

» XVI. Nessuno venda, o compri robba da altro Collegiale, anco » sotto pretesto di donazione, mà occorrendogli qualche cosa necessaria se » la faccia comprare con licenza. Non » sia permesso a veruno d' introdurre » dentro il Collegio sotto qual siasi titolo, o pretesto, senza espressa licenza dei Superiori. Sì in casa, che » fuori non vi sia chi ardisca contrastare, o contendere con gli altri, toccarsi neppur per ischerzo; non tenghano armi di sorta alcuna, carte da » giuocare, o altro simile, per il che » essendo trovati rei, saranno severamente castigati.

» XVII. Si proibisce finalmente » ogni altra cosa meno, che lecita, e » onesta, e contro ogni buona ed esatta regola di convivere, e acciocchè » niuno possa allegare l' ignoranza delle sudette regole del Collegio, le sentirà leggere ciascuno nel suo primo » ingresso, e susseguentemente ogni trè » mesi, secondo parerà necessario al » Sig. Rettore; chiunque poi le trasgredirà, soggiacerà alle pene maggiori, » o minori, secondo la qualità del delitto a giudizio dei Superiori, e dovrà fare queste penitenze con molta » prontezza, e rassegnazione, che se » qualcuno dopo essere stato più volte » avvisato, corretto, e penitenziato dei » suoi difetti, specialmente un poco » più gravi, non si correggesse, sarà » mandato via dal Collegio. Per ultimo » sarà ad ognuno di regola la viva voce del Rettore, il quale potrà in alcuni casi arbitrare secondo la sua » prudenza.

Capitolo IX.

Del Cuoco

» I. Il Ministro di Cucina dovrà » non solamente cuocere con attenzione e pulizia le vivande, mà anche scopare ogni otto giorni il Dormitorio, » e ogni quindici le Stanze, e tener pulito il Collegio tutto: ubidirà a quanto gli sarà commandato per bisogno » del Collegio, per il che non uscirà » senza licenza del Rettore in tempo, » che sieno i Collegiali in Casa, attesso il bisogno, che possa aversi di esso: Mutarà nei giorni soliti la biancheria, farà le pietanze senza parzialità, acciocchè ognuno abbia il suo » dovere, gli avvanzi dovranno servire per i poveri; non piglierà mai » domestichezza con Collegiali, nè trattenersi in discorsi non necessarj, nè » tenergli mano in comprargli robba » mangiativa, o altro di nascosto, cuocergli, o darla del Collegio contro la » volontà del Superiore, sotto pena d'esser licenziato, nè mai li chiami in » Cucina, e quando vi andassero, ne » renda inteso il Rettore, o Prefetto.

» II. Non introdurrà in Cucina » Forastieri di sorte alcuna, sotto qualsivoglia titolo, o pretesto, e trovandosi in questo mancante, sarà licenziato.

» III. Procurerà, che a tempo » debito siano ben condizionate le vivande, dandosi il segno prima col » Campanello all' ora prescritta.

» IV. Quando sentirà suonare il » Campanello, andarà ad aprire, e se » vien chiamato qualche Collegiale, ne » faccia prima avvisato il Rettore, o » Prefetto.

» Consegnerà, e riceverà li panni della Lavandara a piedi le scale » del Collegio, terrà conto della biancheria, ed utensili del Collegio, che » a lui saranno consegnati, per renderne conto in ogni caso.

» VI. Serrerà il portone del Collegio ad un' ora di notte, nè sarà lecito a veruno dopo dett' ora star fuori sensa licenza = Dat. in Roma questo dì 9 Luglio 1760.

G. Card. Oddi Protettore.

§. 5. Nos igitur piis ejusdem Jacobi Cardinalis, et Protectoris votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, præinsertas regulas, et constitutiones, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjcimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus. *Regulæ, et Constitutiones supra relatae confirmantur, et approbantur Apostolica auctoritate*

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter, et inconcusse observari, sicque *Clausula sublata, et decretum irritans*

in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die vigesima prima Julii millesimo septingentesimo Sexagesimo, Pontificatus Nostri anno Tertio.

D. C. Passioneus.

Dat. die 25. Decemb. 1760. Ann. III.

CCXXXVIII.

Terdecim Nobilium Familiarum aggregatio Civitati Tolentini pro publicis Muneribus Communitatis obeundis, attenta veterum Familiarum extinctione approbatur, et confirmatur.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Veterum familiarum Nobilium extinctio, ad novarum agregationem coegit

§. 1. Alias pro parte dilectorum filiorum Communitatis, et Hominum, seu publicorum Repræhesentantium, aut Consiliariorum Civitatis nostræ Tolentini Congregationi Venerabilium Nostrorum S. R. E. Cardinalium Consultationibus Civitatum, Terrarum, et Locorum Status Nostri Ecclesiastici, auctoritate Apostolica præpositorum exposito, quod non obstanta, quod ipsi exponentes, alias, nempe die XXII. Octobris MDCCXLVI. ab eadem Cardinalium Congregatione, propter exstintionem nonnullarum Familiarum Nobilium, quæ inter publicos Repræhesentantes, seu Consiliarios relatæ, seu dictæ Civitatis Consilio adscriptæ existebant, reductionem muneri sexaginta familiarum hujusmodi ad quadraginta dumtaxat sibi concedi obtinuissent, nihilominus, cum de præsenti supervenerit nuperrima deficientia aliarum ex dictis familiis, ac timendum etiam sit, ne alii publici Repræhesentantes, seu Consiliarii propter eorum provectam ætatem deficiant, ipsaque Communitas tractu temporis eo in statu reperiatur, ut nec numerum quadraginta completum habeat, ea de causa provida præventione die XXVI. Junii proximæ elapsi in unum congregati decrevissent, adscribendas, et aggregandas esse Consilio ejusdem Civitatis tresdecim alias familias sub nonnullis conditionibus in actis dicti Consilii descriptis, et memoratæ Cardinalium Congregationi exhibitis, constituentes alium gradum distinctum ab aliis Familiis Nobilibus de præsenti publica officia, et munia exercentibus, et qui jus habent illa respective in posterum explendi ratione eorum antiquitatis, et quasi possessionis eorum Majorum; exempla igitur sectanctes aliarum Civitatum, quæ privilegio ejusmodi distinctionis gaudent, cujus ipsa Civitas Tolentina indiget, facultatem adscribendi dictas familias Consilio prædicto sibi concedi plurimum desiderabant. Emanavit ab eadem Cardinalium Congregationa Decretum tenoris sequentis, videlicet = *Sacra Consulta habita sub die* XXIII. *Mensis Septembris, prout occasione supradictæ instantiæ, visa relatione Gubernatoris Marchiæ rescripsit, prout sequitur, videlicet = Pro approbatione Resolutionis Consilii. In quorum Fidem etc. Dat. ex Ædibus Sacræ Consultæ hac die* XIX. *Mensis Novem. MDCCLX. T. Rufus P. Secretarius = Loco ✠ Sigilli* = Cum autem sicut eadem exposito subjungebat, exponentes præscripti quo decretum hujusmodi firmius subsistat, et servetur exactius, Apostolicæ, confirmationis Nostræ patrocinio, communiri summopere cupiant; Nobis propterea humiliter supplicare fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nova agregatio a S. Consulta approbata, Apostolica auctoritate confirmatur

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excomunicationis, suspensionis, et interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tamen consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, decretum præinsertum, aggregationem earumdem tredecim familiarum ad numerum publicorum Repræhesentantium, seu Consiliariorum dictæ Civitatis, sicut præmittitur, ab illius Consilio decretam comprovans, nec non omnes conditiones a dicto Consilio in aggregatione hujusmodi appositas, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui

desuper intervenerint, supplemus, et sanamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis præfatorum Cardinalium.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 3. Decernentes, easdem præsentes Litteras, firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit, plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, et causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Civitatis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et Litteris Apostolicis, ex dictæ Civitati, ejusque Magistratui, seu Consiliariis, aut publicis Repræhesentantibus, ac Comunitati, et Hominibus, aliisque personis quibuslibet in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, quibus omnibus, et singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xv. Decembris MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CCXXXIX.

Veteri supressa methodo super venditione pellium inter Universitates Lanionum, alteramque nuncupatam *de' Vaccinari* de Urbe, novas servandas regulas præscribit.

Monsig. Antonio Casali Chierico della nostra Camera, e Presidente delle Dogane, e Grascia.

Reponuntur querelae ab Universitate Lanionum Urbis factae circa methodum in pellium venditione de praeterito servatam

§. 1. Avendo fatto a Noi ricorso l' Università de' Macellari di questa Nostra Città di Roma, rappresentandoci, che fino dalla stagione del Carnevale del passato anno 1760 restasse terminato il contratto per tre novenni fra la detta loro Università, e l' altra de' Vaccinari osservato, come che stabilito con la partecipazione, ed autorità de' Presidenti vostri Predecessori circa il prezzo delle pelli de' Bestiami soliti macellarsi in Roma, quale in tre classi diviso, ancorchè ne' due posteriori novennii si accresesse un bajocco, e respettivamente in altro mezzo bajocco sopra di ogni classe, tutta volta soffrendo la stessa arte notabilissimo danno dalla prefissione de' tre prezzi con la norma sin ora prattitcata dalla tradizione di tali pelli si Agnelline, che Vaccine Macellate, ripartite nelle tre distinte classi, che più specialmente resteranno individuate, come in appresso, ci supplicava pertanto di degnarci di ordinare un particolare esame di simile materia, per non soggiacere alle spese di una lunga, e dispendiosa lite, ed avendo Noi sopra di tale istanza richiesto il vostro prudente sentimento, colla solita ingenuità ci riferiste, che in seguito delle vostre facoltà erano state da voi intese le ragioni di ambe le Università dedotte tanto in voce, che in scritto dai loro Difensori, e che le medesime pel tempo passato, dopo molti litigi nella compra, e vendita respettiva delle dette pelli avevano usato il metodo di accoppiare quelle di Agnello colle altre di Vaccina, dividendole in tre distinte classi denominate, una di *Pareggio*, l' altra di *Rinterzo*, e l'ultima di *Raddoppio*, e che sebbene in vigore delle ordinarie facoltà della vostra Presidenza avreste potuto procedere alla nuova tassa del prezzo, nulladimeno, conoscendo la rilevanza dell' affare, che meritava una seria ponderazione, ed esame, ci proponeste, per esimere le dette Università da un lungo, e dispendioso litigio, di deputare una Congregazione particolare, per il che Noi aderendo al vostro religioso suggerimento, ed avocando la causa da qualunque Tribunale, deputammo tal Congregazione composta del Rmo Cardinal Camerlengo, e dai Monsignori Negroni Nostro Uditore, Piccolomini Chierico Decano della Nostra Camera, da voi come Presidente della Grascia, e da Monsignor Braselli Uditore del detto Emo Cardinal Camerlengo, affinchè procedesse alla cognizione di tale controversia, sommariamente, e rimossa qualunque appellazione, ed adunatasi la stessa Congregazione il dì 5 del corrente Marzo, udite le ragioni diffusamente addotte dai rispettivi Difensori, abbia con sentimento concorde presa la

Peculiaris Congregatio veteris methodi suppressionem proposuit, novamque observandam substituit.

seguente risoluzione = *Methodum nuncupatam di Pareggio, Rinterzo, e Raddoppio esse abolendam, pretiumque pellibus tam Agninis, quam Vaccinis in futurum esse separatim apponendum a D. Grasciæ Præside, interim vero taxandum ad rationem obulorum viginti pro qualibet pelle Agnina, et obulorum triginta septem pro qualibet Decina Pellium Vaccinarum, etiam pro tempore Quadragesimali, duraturum spatio annorum quinque, qui pro incœptis habeantur a Paschate anni præteriti 1760, et ad eumdem D. Grasciæ Præsidem pro exequutione, etiam cum facultate stipulandi Instrumentum ex officio, prævia expeditione Chirographi, et amplius* =

Pontifex suprema sua auctoritate ea quæ a peculiari Congregatione proposita fuere, confirmat, et approbat.

§. 2. Ed avendoci Voi fatto il ragguaglio di tale inquisizione, e quella riconoscendo giusta, e ragionevole, ci siamo determinati in tutte le sue parti approvarla, e commettervene la pronta esecuzione. Pertanto col presente Nostro Chirografo, in cui abbiamo per espresso lo stato della detta controversia, il tenore delli stabilimenti, e risoluzioni sin ora prese sopra la tassa de' detti prezzi, del suddetto metodo sin' ora praticato, delle facoltà alla vostra Presidenza competenti, delle ragioni tanto dedotte, che non dedotte dalle dette Università, e della sopradetta risoluzione, e qualunque altra cosa qualsivoglia necessaria ad esprimersi, e degna di specifica, ed individua menzione, di Nostro Motu-Proprio, certa scienza, e con la pienezza della Nostra Suprema Apostolica Potestà, approviamo, ed intieramente, e totalmente in tutte le sue parti confermiamo la sopra registrata risoluzione presa sotto il dì 5 del corrente Marzo dalla suddetta Congregazione particolare, come sopra deputata, ed in seguito di quanto è stato risoluto dalla medesima, abolendo, ed affatto togliendo, e sopprimendo il detto metodo fin ora praticato dalle dette Università nella vendita, e consegna delle pelli di Agnello, e Vaccina, chiamato di *Pareggio*, *Rinterzo*, e *Raddoppio*, ordiniamo, ed ingiungiamo a Voi, ed alli Presidenti pro tempore della Grascia vostri successori, che sempre in avvenire, ed in qualunque tempo dobbiate porre e stabilire alle pelli macellate, sì di Agnelli, che di Vaccina il prezzo distinto, e separato, che crederete equo, e ragionevole e regolato entro i limiti del dovere, a proporzione di quanto potrà ciascuna specie meritare. Volendo che a tale prezzo si debba dalli Uomini delle dette Università onninamente stare, togliendo loro qualunque ricorso, ed appellazione in contrario, e frattanto, secondo quanto nella detta Congregazione è stato risoluto, vi ordiniamo, ed ingiungiamo, che per il corso degli anni cinque già principiato da Pasqua di Resurrezione dello scorso anno 1760, e da terminare con la scadenza della Quadragesima dell' anno 1765, compresevi anche le pelli degli animali, che si macelleranno nel tempo Quadragesimale di cadaun anno, tassate, e stabilite a tenore di quanto è stato fissato, e stabilito nella stessa Congregazione il prezzo stabile, e fisso in ragione di bajocchi venti per caduna pelle di Agnello di ogni specie, computata col solito ragguaglio, giusta lo stile dell' arte, e di bajocchi trentasette per qualunque decina di libre delle pelli Vaccine macellate, nella qual guisa, si dovrà inviolabilmente continuare durante il suddetto Quinquennio, non ostante anche qualunque stabilimento, e contratto si fosse forse fatto in contrario, ed a tale effetto, qualora le suddette Università, o alcuna di esse ricusasse di stipulare il pubblico Istromento, con accettare il sopra prefisso stabilito prezzo, e la sopra descritta risoluzione, procederete voi alla stipulazione predetta ex Officio, ed obbligherete li beni, e persone delle stesse Università all' osservanza totale di quanto viene come sopra ordinato, anche nella più ampia forma della Nostra Camera Apostolica, publicherete Editti, ed Ordini, anche penali, e prenderete tutti li opportuni espedienti, affinchè resti eseguito tutto ciò, che è stato risoluto nella detta Congregazione, e che viene da Noi approvato, ingiungendovene l'esecuzione col presente Chirografo, communicandovi al suddetto fine, oltre le vostre ordinarie, tutte, e singole altre facoltà necessarie, ed opportune, per essere tale la mente, e volontà Nostra espressa

Clausula sublata, decretum irritans.

§. 3. Volendo, e decretando che il presente nostro Chirografo, ammettendosi, e registrandosi in Camera a tenore della Costituzione di Pio IV Nostro Predecessore *de Registrandis*, vaglia, e debba avere il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla Nostra semplice sottoscrizzione, e che non gli si possa mai opporre di surrezzione, orrezzione, nè di verun'altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, e che così, e non altrimenti debba sempre nella apposizione de' prezzi de pellami, dopo scaduto il corren-

te quinquennio giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da voi, e dalli Presidenti della Grascia vostri Successori, dal Rmo Cardinal Camerlengo, dalla Piena Camera, e da qualunque altro Giudice e Tribunale, benchè collegiato, e composto delli Rmi Cardinali, togliendo loro, ed a ciascuno di essi la facoltà, ed autorità di giudicare, definire, decidere, ed interpretare diversamente, dichiarando d' adesso preventivamente nullo, ed invalido tutto ciò, che facesse in contrario, non ostante che non sia stato chiamato, citato, nè sentito Monsignor Comissario della Nostra Camera, non ostante il metodo tra le arti per l' avanti osservato, e le medesime citate, ed intese solennemente abolito, non ostante ancora la regola della nostra Cancelleria *de jure quæsito non tollendo*, e qualsiano Costituzioni, ed Ordinazioni Apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, leggi, statuti, e specialmente, in maniera che la specialità non pregiudichi alla generalità, ne' all' incontro questa a quella; e finalmente non ostante qualunque uso, stile, consuetudine ed ogni altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendo il loro tenore quì per espresso, e di parola in parola inserto, all'effetto predetto specialmente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro Palazzo Quirinale questo di 11 Marzo 1761.

Derogatio contrariorum

CLEMENS PP. XIII.

CCXL.

Dat. die 28 Julii 1761. Ann. IV.

Indulgentia plenaria etiam defunctis applicanda conceditur Christifidelibus visitantibus Ecclesias Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Cappuccinorum, vel alias in quibus Comunio generalis sollicitudine dictorum Fratrum peragitur, una ex Dominicis cujuscumque mensis, in Provinciis Helvetiæ, aliarumque in hac concessione expresse enunciatarum.

Clemens XIII.

Universis Christifidelibus præsentes Literas inspecturis salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Ad augendum Fidelium Religionem, et Animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, qui aliquam Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Cappuccinorum nuncupatorum Provinciarum Helvetiæ, Austriæ anterioris, Flandriæ Belgicæ, et Insulensis, Valloniæ, Leodicensis, Tyrolensis, cum Custodia Trydentina, Bavariæ, Franconiæ, Bohemiæ, Poloniæ, Viennensis, Styriæ, Coloniensis, et Rheonanæ, seu quamcumque aliam Secularem Ecclesiam in dictis Provinciis existentem, in qua communio generalis, sollicitudine dilectorum Filiorum Fratrum ejusdem Ordinis, de licentia Ordinariorum respective locorum, et quoad Ecclesias sæculares, de illarum Rectorum consensu, in una ex Dominicis cujuslibet Mensis, etiam respective agetur, eisdem Dominicis devotæ visitaverint, ibique Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, ac pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, et S. Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem, quam etiam Animabus Christifidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicare possint, misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus ad Septennium tantum valituris. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium, aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint; Utraque præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate costitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVIII. Julii MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno IV.

Dat. die 29 Julii 1760 Ann. IV.

CCXLI.

Abrogata veteri methodo electionis Ministri Provincialis Provinciæ Franciæ, seu Parisiensis, Ordinis Minorum S. Francisci Cappuccinorum, nova, pro electionibus futuris, methodus statuitur, approbatur, et observari mandatur.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam

Recensentur incomoda derivantia ex vigenti methodo habendi Discretos, seu Socios Guardianorum in Comitiis pro electione Provincialis Provinciæ Franciæ, seu Parisiensis.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt, dilecti Filii Diffinitorium Provinciale, cæterique Professores Provinciæ Parisiensis, seu Franciæ, Ordinis Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum, quod ipsi experientia compertum habent, quod ex consuetudine, quæ in ipsa Provincia viget, eligendi ex omnibus illius Conventibus unum Discretum, seu Socium, qui una cum Guardiano ad Capitulum Provinciale pro electione novi Ministri Provincialis, Diffinitorum, aliorumque Officialium juxta Regularia Provinciæ prædictæ instituta, de triennio in triennium in Conventu dicti Ordinis Civitatis Parisiensis nuncupato *il Convento della Strada di S. Onorato di Parigi* ad effectum sua suffragia ferendi accedere solent, magna damna, et incommoda proveniunt, quippe quia tempore celebrationis dicti Capituli Provincialis, ipsa Provincia coacta remanet ad educendos duos Professores ex quolibet Conventu, in quibus et majori eorum in parte, sex dumtaxat Fratres in Sacro Presbyteratus Ordine constituti reperiuntur; quapropter si duo ex ita parvo numero in sacro Presbyteratus Ordine constituti detrahantur, Conventus prædicti in eo statu consequenter remanent, ut tempore celebrationisCapituli Provincialis hujusmodi Communitates, et Conventus prædicti incolis, habitatoribusque locorum in quibus Conventus prædicti fundati existunt, spirituales curas, in quibus ipsi habitatores spem habent, exhibere nequeunt, ac insuper consuetudo hujusmodi duplum majusque incomodum afferre solet non solum beneficis, seu benefacientibus dicti Ordinis, verum etiam illius Conventibus intermediis, qui Guardianum, et Discretum prædictos recipere debent, ac multo magis eidem Conventui Parisiensi, qui loco quadraginta duorum Vocalium gravatus remanent octuaginta quatuor, et id si semper fuit grave, de præsenti vero propter imminutionem eleemosynarum attentis præsentium temporum calamitatibus magis magisque in angustiis vexatur. Ac propterea exponentes prædicti ad tollenda damna, et incommoda, quæ ipsa Provincia ex eorumdem Discretorum, seu Sociorum electione experitur, usum, et consuetudinem eligendi Discretos, seu Socios præfatos in eadem Provincia abrogari summopere desiderant, prout alias in aliis dicti Ordinis Provinciis ab hac Sancta Sede abrogatum fuisse memoratur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Sublatis Discretorum suffragiis in electione Ministri Provincialis Provinciæ Franciæ, nova pro electionum prædicta methodus subrogatur in posterum observanda.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, usum, et consuetudinem in Provincia Franciæ, seu Parisiensis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Capuccinorum vigentem eligendi Discretos, seu Socios ad Capitula Provincialia celebranda cum voce, seu suffragio, auctoritate Apostolica tenore præsentium, annullamus, cassamus, abrogamus, et abolemus. Præterea auctoritate, et tenore prædictis volumus, præcipimus, statuimus, et mandamus, ut sublatis Discretis, seu Sociis prælatis ad Capitula Provincialia in ipsa Provincia Franciæ, seu Parisiensis pro tempore habenda Minister Provincialis, Diffinitores Provinciales, Custodes, et Guardiani actuales, nec non omnes, et singuli Ex-Provinciales, ex-Definitores loco Discretorum subrogatorum hujusmodi tamquam vocales cum voce, et voto accedere debeant, et teneantur, et concurrant.

Clausula sublata, decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et

definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis, et Provinciæ hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roborotis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et oliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, opprobatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis olias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et exprese derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut eorumdem Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in Ecclesiastico dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscotoris die vigesima nona Julii millesimo, septingentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Dat. die 30 Jul. 1761 Anno IV.

CCXLII.

Confirmatio Laudi seu Compromissi inter Episcopum, et Cononicos Cathedralis Ecclesiæ Saguntinæ, quo controversiæ cunctæ jurisdictionoles inter partes conciliantur, et definiuntur.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam

Hispaniarum Rex Catholicus ad controversias inter Episcopum, et Canonicos conciliandas, Compromissarios Ecclesiasticos viros adhibendos fore insinuavit.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt Venerabilis Frater Franciscus Episcopus Seguntinus, ac dilecti Filii Capitulum, et Canonici Cathedralis Ecclesiæ Seguntinæ quod cum alias Cla: Me: Ferdinandus dum vixit, Hispaniarum Rex Catholicus certior factus esset, inter dictum Franciscum Episcopum ex una, et Capitulum, et Canonicos hujusmodi ex altera partibus nonnullas controversias, et dissentiones super prærogativis, et jurisditionibus ortas esse, et vigere, ad illas dirimendos, componendasque, quo expensæ evitarentur, in animum amborum partium inducere curavit, ut sibimetipsi Ferdinando Regi gratum, acceptumque foret, si exponentes præfati, e medio sublatis forensibus tricis, irreptas dissentiones, et controversias personis Ecclesiosticis, ac in dignitate Ecclesiastica constitutis compromitterent, quæ ipsos contentiones, et controversias sine strepitu, et figura Judicii amicabiliter componerent, dirimerent, ac deciderent.

Regiae voluntati obsequentes partes, ad Compromissariorum electionem, dubiorumque concordationem devenere

§. 2. Ipsi exponentes, habita de præmissis notitio, studiis, et voluntati ejusdem Ferdinandi Regis obsequentes unonimi consensu, peractis prius respective procuratoriis literis, oc concordatis dubiis, Venerobilem itidem Frotrem Romualdum Episcopum Abulensem, tunc Thesaurarium, et Canonicum Metropolitonæ Ecclesiæ Toletonæ, ac dilectum pariter filium Andream de Zerezo, et Nieua Commissarium Generalem Cruciatæ in orbitros, seu Compromissarios elegerunt, qui mature perpensis dubiis, ac rationibus hinc inde deductis nempe.

Tenor dubiorum a Compromissariis definiendorum

» Dubium I. Pretendit primum » Episcopus, curam Animarum Ecclesiæ Parochialis Soncti Petri esse, et » residere tam octu, quam hobitu, in » mojori Cappellano, cum iste sit verus, et præcipuus Porochus cum jurisdictione ordinaria, quam recipit ex » institutione Canonica, quæ, prævio » examine, et ad formam Pianæ Constitutionis eidem confertur ab Episcopo una cum hac dignitate majoris Cappellani, cui non solum est » adnexa, et conjuncta, sed etiam radicitus innixa omnimoda cura ejusdem Parochiæ, quemadmodum constat ex fundatione hujusmodi Cappellaniæ, hujusque erectione in dignitatem, et declaratur etiam præcipua lege stotutaria, qua explicantur onera, munus, et Ministeria ejusdem, quæ ad curam Animarum spectant, Capitulum autem Sanctæ hujus » Ecclesiæ nullum habere jus ad curam animarum, neque radicale, neque remotum, eo, quod acta illa, » quæ exercuit, sunt æquivoca, et destituta quacumque proprietate, quia

» Decimæ, aliaque emolumenta hujus » generis ab eodem Capitulo percipiun- » tur titulo prorsus extraneo ab jure » Parochiali, velut ex donatione, aut » concessione Episcoporum, absque » eo, quod ipsi faveat titulus aliquis » unionis, adnexionis, electionis, aut » incorporationis juris Parrochialis ad » Ecclesiam Cathedralem, nec ipsi fa- » veat exercitium ad curam animarum » totius corporis Capituli, aut alicujus » ipsius individui ejusdem nomine, et re- » præsentatione, cum hujusmodi Ani- » marum cura semper fuerit propria, » et adfixa in Majori Cappellano tam » ante, quam post ejus erectionem, » seu elevationem ad dignitatem, et » Membrum Capituli = Responsio Ca- » pituli = Capitulum negat tamquam » contraria juribus sibi debitis illa suppo- » sita, et asserta, quæ sibi opponuntur ab » Episcopo in præmisso dubio, atque » intendit, unicam, et solam Ecclesiam » Parochialem hujus Civitatis esse, et » fuisse Ecclesiam Cathedralem ex ipsius » origine, et Sacellum Sancti Petri lo- » cum esse postremo ab eodem Capi- » tulo propria voluntate designatum ad » commodiorem usum functionum Pa- » rochialium: Capitulum esse proprium » Parochum, a quo exercitæ fuerunt » principaliores, et præeminentiores » functiones, quæ non repugnant cor- » pori Capitulari: Cappellanus vero » major est solus administer, cujus » oneri injunctum est exercitium cu- » ræ Animarum, nomine ipsius Capi- » tuli cum debita, et respectiva subor- » dinatione: ideoque utriusque relatio- » nis virtute, Capitulum potuit retinere, » et collocare in suo Archivio ad ma- » jorem securitatem Libros Parochiales » jam completos, et solum relinque- » re Cappellano Majori, suisque Lo- » cumtenentibus Libros Annuales ad » rationes, sive partitas describendas » cum facultate utendi Libris jam in » Archivio repositis in casibus neces- » sariis. Hæc omnia cum exequuta fue- » rint per Capitulum, locum habere » non debuit restitutio spolij cum cen- » suris.

» Dubium II. Item prætendit Epi- » scopus, quod Locumtenentes Cappel- » lani Majoris, qui ad facilius exercen- » dam curam Animarum, et assiduam » administrationem Parochiæ S. Petri » ab eodem eliguntur, debeant in fu- » turum permanere eodem modo, et » forma, qua nunc existunt, et gene- » raliter receptum est in sua Diœcesi, » idest, quod Cappellanus Major no- » minare debeat, et suo arbitrio eli- » gere illos Locumtenentes, quos sibi » necessarios esse intellexerit absque » interventu Episcopalis dignitatis, ita » tamen, quod per solam nominatio- » nem, et electionem curam Ani- » marum exercere non valeant, etiam- » si ad Confessiones audiendas appro- » bati fuerint, nisi primum Episcopus » eorum sufficientiam probaverit, et » qualitates personarum perspexerit, » quas si ad hujusmodi Ministerium » aptas invenerit, licentiam, et ap- » probationem concedet = Responsio » Capituli = Capitulum prætendit, quod » tertius Locumtenens, et Sacrista Ec- » clesiæ Parochialis, quos Episcopus » eligit cum emolumentis contra ejus- » dem Capituli voluntatem, subsistere » non debeant: et si aliquando aliqua » ex causa contigerit, ut eos augere » necesse sit, et in casibus dimissionis, » obitus, insufficientiæ, aut aliis si- » milibus, ad Capitulum, sive Majo- » rem Cappellanum, ipsius nomine, eo- » rum pertineat electio, cujus virtute, » et absque titulo in scriptis ad præ- » sentationem necessario, et absque eo, » quod Episcopus illos approbet, que- » madmodum usque adhuc observatum » fuit, inservire possint ipsius Capitu- » li Ministri, qui habeant, aut habe- » re curent necessarias facultates ad » Confessiones audiendas, sicuti gene- » raliter observatur, et usque in præ- » sens servatum semper fuit.

» Dubium III. Item prætendit » Episcopus, quod Cappellanus Major, » si facultates suas alicui delegaverit, » casu, quo absens fuerit, aut ratione » alicujus impedimenti præsentiæ suæ » personalis in Ecclesia Parochiali, cum » hujus generis delegatio, quemadmo- » dum usque adhuc factum fuit, sit » universalis, ad effectum, ut delega- » tus zelum habere valeat super Lo- » cumtenentes, et Parochiam, et pos- » sit omnia Sacramenta administrare, » quo fuit, ut hujus delegationis vir- » tute substitutus Delegatus omnes vi- » ces habeat majoris Cappellani, ille, » qui sic Delegatus fuerit, præsentare » se debeat cum delegatione, seu de- » signatione in scriptis a Majori Cap- » pellano confecta, ut Episcopus illum » agnoscat, et cum de ipsius Delegati » qualitatibus sibi constiterit, approba- » tionem, et licentiam concedat ad exer- » citium delegationis adimplendum, eo » quod hoc proprium sit Spiritualis Po- » testatis Episcopi, eo fortioris rationis » fundamento, quo ampliores sunt fa-

» facultates hujus Substituti, quam illæ sunt facultates, quas habent Locumtenentes. Insuper intendit, quod hujusmodi delegatio fieri debeat a Cappellano Majori tantumodo, veluti proprio Parocho, non autem a Capitulo, in quo facultates non resident delegandi, eo quod careat quacumque relatione, sive conceptu Parochi = Responsio Capituli = Capitulum contendit, quod Cappellanus Major delegare possit quemcumque ad particulares actus, exceptis iis, qui ad Forum pœnitentialem pertinont, et casu quo Major Cappellanus absens sit, remanere debeat cura, et gubernium Parochiæ in persona aliqua Capitulari, quæ approbata fuerit ad Confessiones audiendas, absque eo, quod necessitatem habeat alterius licentiæ ad exercitium, præterquam ipsius Capituli. Ulterius, quod si Cappellanus major impeditus fuerit, aut ob censuras, sive aliud Canonicum impedimentum, ad Capitulum spectet, aliquam personam designare cum respectivis qualitatibus, eo modo, et forma, quo inconcusse egit in similibus circumstantiis, et ex consequenti nullum debuit impedimentum opponi Doctori Francisco Qutierez Canonico, et Cathedratico Vespertino Sacræ Theologiæ, ne S. Rocchi novenam perageret, et processionem in primis ipsius Vesperis, quam annuatim Civitas solet celebrare, quamque eidem commendaverat; neque præcipere Doctori Balthassari de Justa Canonico Pœnitentiario, ut se abstineret ab exercitio functionum Parochialium, quæ sibi injunctæ fuerant dum Cappellanus Major absens erat, minusque huic prohiberi debeat cum excommunicatione latæ Sententiæ delegatio suarum facultatum absque permissione, licentia, et opprobatione Episcopi; neque etiam impedimentum apponere sub eadem pœna, ne Parochiam regeret, et administraret, Doctori Francisco Xaverio Canonico, et Cathedratico Matutino, ad hujusmodi effectum electo per Capitulum, eo quod Cappellanus Major censuris innodatus reperiebatur.

» Dubium IV. Prætendit Episcopus, quod in qualibet persona, in qua residere existimetur cura animarum Parochiæ hujus Civitatis, sive in Cappellano Majori, quemadmodum vere residet, sive in Capitulo, ut prætendit, esse debeat absolute, et immediate subordinata Potestati Spirituali, quæ residet in Episcopo, non autem in Capitulo, a quo emanare non potest eadem Spiritualis potestas ad hujus exercitium in Locumtenentibus, neque Delegatis, cum intelligatur, quod ejus generalis superioritas locum habeat ad omnes actus, et facultates quocumque tempore ad quascumque personas, in quibusvis casibus, et rebus, quæ ad majorem Dei cultum, spirituale bonum, et curam Animarum pertinent = Responsio Capituli = Capitulum prætendit, quod absque ullo præjudicio superioritatis, et generalis curæ, quæ pertinent Episcopo, sibi spectet tamquam proprio Parocho immediata administratio, sive intendentia Parochiæ in toto eo, quod spectat ad majorem directionem, et gubernium ejusdem, zelum, et dispositionem, et ad magis exactum implementum functionum Parochialium, administrationem Sacramentorum, ad pasculum Spirituale, et cætera, quæ ad curam Animarum pertinent suorum Parochianorum, et ad totum id, quod possunt, atque debent agere, curare, et zelum habere omnes Parochi in suis respectivis, et propris Ecclesiasticis Parochialibus.

» Dubium V. Item Episcopus intendit, quod in perpetuis ac temporalibus Vicariis Ecclesiarum Parochialium, quæ unitæ reperiuntur Mensæ Capitulari suæ hujus Ecclesiæ, non sufficiat nuda, et sola nominatio Capituli, ut hac sola, et hoc tantum titulo sic nominatus curam Animarum exerceat, etiamsi ad Confessiones audiendas approbatus reperiatur, sed quod obtinere præcise debeat approbationem Episcopi, hujusque licentiam ad novum Ministerium, et curam Animarum exercendum, et ad gubernium Parochiæ, quæ sibi commendatur, ad cujus effectum licentiam in scriptis concedet, quemadmodum fieri solet in Ecclesiis Collegiatis da Berlanga, et Medinæcœli, quæ ex se habent curam Animarum ex privilegio Bullarum Apostolicarum = Responsio Capituli = Capitulum cum distinctionem faciat inter Vicarios perpetuos, et temporarios, intelligit, quod istis, eo quod titulum non habeant, et sint simplices Ministri Famulativi, ad nutum amovibiles, sufficiat simplex, et nuda nominatio, ut, obtenta licentia ad Confes-

» siones audiendas, munus suum exercere valeant, ut usque in præsens actum fuit, et cum utrumque, idest nominationem, et licentiam haberet audiendi confessiones Joseph Condalo, qui inserviebat Ecclesiæ Parochiali S. Jacobi, et S. Vincentii, atque loci de Barbatona, Episcopus non potuit illum removere, ob defectum formalis tituli, minusque in eam Parochiam immittere D. Mattheum Vrutia absque citatione Capituli, cujus erat jus privativum etiam nominandi personam sæcularem, absque interventu, et requisitione consensus, aut licentiæ Episcopi. Sed cum in deputatione Vicariorum perpetuorum servata fuerit forma a Constitutione Piana præscripta, quæ incipit = *ad exequendum*, quælibet novitas transgressionem induceret ipsius observantiæ, et subesset vitio nullitatis ob clausulam *sublata*, *et Decretum irritans*, quod in ea continetur.

» Dubium VI. Item prætendit Episcopus, quod in eisdem Vicariis, quo tempore vacaverint, nominatio Oeconomorum, et congruæ consignatio, privative pertineant ad Episcopalem Dignitatem juxta facultates a Tridentino sibi concessas; ideoque fortiori ratione in Parochia S. Petri cum unita, et adnexa non sit Ecclesiæ Cathedrali: idem intelligi debet in vacationibus majoris Cappellaniæ, quæ distinguit, et dividit, in uno ex individuis Capituli, actus illos, qui ex legibus Statutariis sunt Capitulares, et adnexi eidem *majoris Cappellani dignitati*.= Responsio Capituli = Capitulum intendit, quod in vacationibus Vicariarum perpetuarum, et in casibus necessariis sibi pertineat designare Locumtenentes Confessarios, qui inserviant Ecclesiis sibi unitis, quousque necessitas perduret; providet enim, Vicarios Ecclesiis eisdem, atque etiam stipendia in illis assignare, aut tradere consuevit, quia ita inconcusse semper et ex immemorabili tempore praticavit absque contradictione: et quod Episcopus, cum Capitulum ad curam Animarum nominaverit Parochum Ecclesiæ *de Rienda* in Locumtenentem Parochiæ *de Paredes* eumdem designare non potuit in Oeconomum ad formam, quæ servatur in Ecclesiis Parochialibus, quæ prævio concursu conferuntur. Et quod fuit magis animadvertenda ejus remotio, et nova deputatio in Locum Vicarj Parochiæ *Fordelrrabano*, eo quod notitiam Episcopus habuerat nominationis factæ per Capitulum in personam primi electi. Quodque majori ratione locum habere non potest deputatio Oeconomi in temporalibus Vicariis, et in Majori Cappellania, quia non verificatur, vera earum vacatio, neque curæ Animarum, quæ residet in Capitulo, a quo absque ulla mora nominatæ semper fuerunt idoneæ personæ, quæ eisdem inserviant, et personam Capitularem eligit, ut digne convenit ad majorem Cappellaniam, quæque satisfaciat, et exerceat functiones Parochiales, et Capitulares, ad quas tenetur, qui eamdem Cappellaniam possidet, quique adnotet, et rationem reddat omnium emolumentorum, et jurium Parochialium, quæ tam certa sunt, quam incerta, quæque augentur, æque ad fructus Præbendæ.

Dubium VII. Item prætendit Episcopus, quod Capitulum concors esse debeat cum suo Episcopo in designatione publicarum supplicationum, quas ob publicas necessitates, et causas, Civitas ab eo postulet, tam per se ipsam, quam ad instantiam Societatis Agricolarum, qui eas frequenter solicitavit, absque eo, quod Capitulum eas possit admittere, nec certum responsum dare quousque Episcopum certiorem non fecerit, et cum eo consenserit, quemadmodum præcavetur, et præcipitur in Directoriis, quibus Capitulum dirigitur, et confirmatur ipsius legibus Statutariis: et hæc praxis est omnium Ecclesiarum, et declaratum fuit ab amplissimo Rege, suoque Regio consilio Castellæ multis in casibus, qui novissime contigerunt, et præsertim in Ecclesiis Cæseraugustana, et Palentina, non obstante consuetudine, quam ipsarum Capitula allegabant. Item, quod indictio Processionum, quæ fient ob causam publicam, pertinere debeat ad privativum jus suæ dignitatis, incipiant, aut non, ab intra Ecclesiæ Parrochialis, aut alterius Ec clesiæ Regularis = Responsio Capituli = Cum super hujus dubii materia nulla usque adhuc novitas intervenerit, Capitulum in ejus declarationem opponit praxim, quam servavit, quamque prætendit servari debere; eo quod sit rationi conformis. Rogationes privatæ ad serenitatem, aut pluviam obtinendam, quæ communiter fiunt a Capitulo ad instantiam tantummodo Præfecti, sive Majordo-

» mi Confraternitatis Sanctæ Barbaræ, » esse solent duo Novenæ Missarum » privatarum in Altaribus S. M. Majo- » ris, et S. Liberatæ Patronæ cum ali- » quibus precibus in Choro post Mis- » sam Conventualem, et si persistatRo- » gationum causa, adjungitur tertia No- » vena Missarum ad Altare SSmi Cru- » cifixi, nuncupati Misericordiarum, » absque interventu Capituli ad quam- » libet earum, cum unice pendeat ab » eo earum concessio, eo quod unice » etiam ob eo pendeant expensæ, quæ » fiunt ad eas paragendas, quas cum » admiserit, publicantur Misso Nuncio » ad Judices Civitatis, qui *Alcades* nun- » cupantur, ut ex hac notitia Fideles » inde possint suis precibus concur- » rere ad clementiam Divinam im- » petrandam in necessitatibus illis, quæ » dictas Rogationes excitant, quæ ne- » cessitates, si ob durationem, gravio- » res fiunt, Capitulum mandare solet, » ut Imago Beatæ Virginis processio- » naliter trasferatur, ex cella, siveTro- » no, in quo sita est, ad Altare Ma- » jus, et Novena, quæ antea recitaba- » tur, hoc casu cantari solet, et ali- » quando canitur hymnus *Salve Regina* » post Vesperas. Cum autem hæc fiant » cum præsentia Capituli statimac ad » ea peragenda consensum præbet, cer- » tiorem facit Episcopum, misso ad » eum Procuratore Generali, si forte di- » gnetur sua presentia has actiones di- » gniores facere. Processiones vero, quæ » a Capitulo fiunt aliæ non sunt, quam » illæ Rogationum, quæ *Litaniæ vo- » cantur*, Corporis Christi, aliæque » quatuor ex dotatione od Ecclesias S.Ja- » cobi, S. Vincentii, S. Antonii *Porta » Cœli* in suis respective diebus, et ad » Beatam Virginem sub titulo *de los » Huertos* die Sancti Simeonis et Judæ, » atque etiam ad Eremitorium S. Roc- » chi die ipsius Festo, ad preces Civi- » tatis, et cum hujusmodi Processiones » ordinariæ fiant, eo quod præscriptos » dies, horas, et Ecclesias habeant, » ad quas fiunt nihil propterea de ipsis » indicendum est, eo quod peractæ » fuerunt uniformiter absque prævio » consensu, et licentia, ut fieri solet » a Parochis in similibus circumstantiis. » Processiones extraordinariæ, et quæ » propriæ sunt publicæ, ad quas con- » currunt Clerus, et Parochi extranei » ab Ecclesia Cathedrali cum suis Cru- » cibus, sunt in hac Civitate insuetæ, » et quando intervenit causa ad eas pe- » ragendas, id contigit communi con- » sensu Episcopi, atque Capituli, ut » majori commoditate, et sine impe- » dimento fieri possint. Et casu, quo » a Regularibus, aut Confratribus, Pro- » cessiones fieri decernatur, in quibus » Capitulum non interveniat, et ad eas » peragendas licentia obtineatur, cum » præcise per territorium Parochiæ » ipsius Capituli transire debeant, et » ipsius Crux erecta etiam interesse, et » dirigi ad propriam Ecclesiam, debent » etiam licentiam, sive facultatem pe- » tere a Capitulo, quemadmodum us- » que adhuc exequutum fuit ad formam » concordiæ cum ipsis initæ.

Dubium VIII. Item prætendit » Episcopus, quod ad expositionem pu- » blicæ venerationis SSmi Sacramenti » in quacumqueParochia, Ecclesia, aut » Æremitorio hujus Civitatis, Episcopo » tantummodo petenda sit licentia, eo » quod ad ipsum solum pertineat co- » gnitio, et judicium earum causarum, » quæ sufficientes sint ad prædictam li- » centiam concedendam = ResponsioCa- » pituli. = Intendit Capitulum, quod cum » fiet expositio SSmi Sacramenti, si- » ve alia functio extraordinaria in Ec- » lesia, quæ ad ipsam spectet, præter » licentiam ordinariam in casibus ne- » cessariis, petenda etiam licentia ab » eo sit quacumque occasione, qua ex- » positio agenda sit. Ideoque nullum » afferri debuit impedimentum Abba- » tissæ S. Jacobi, ut eam licentiam pe- » teret, veluti alias fecerat uniformi- » ter, et absque contradictione a tem- » pore erectionis conventus, et etiam » dum erat Domus Reclusionis, vulgo » *Beaterio* neque imponenda erat ea- » dem censura, ne dictam licentiam » peteret, neque minus Confraternitati » Beatæ Mariæ Virginis sub titulo *de la » Salud* Parochiæ de Barbatona, ne ex- » positionem ageret in Festo, quod ce- » lebrat, pront eam agere debebat juxta » stipulationem cum eadem Confrater- » nitate contractam.

Dubium IX. Item cum in hac » Civitate una existat Parochia suppres- » sa, quæ Sancti Jacobi nuncupatur, » cujus Ecclesia commissa est curæ » Monialium Filiationis Ordinariæ, quæ » eadem Ecclesia utuntur, et in ea Cho- » rum habent ad Officia Divina persol- » venda, et curam gerunt nitoris Di- » vini cultus, et Sacri ornatus, quibus » de rebus particularem Visitationem » accipiunt, et cum Capitulum nomi- » nare soleat unum ex Canonicis cum » titulo administratoris hujus Ecclesiæ, » cum ad rem nullam referatur hujus- » modi titulus, eo quod mixta ad-

„ ministratio bonorum temporalium „ commendata sit alteri personæ, et „ bona, quæ ad Fabricam pertinent, „ ordinariæ visitationi subjaceant eo- „ dem modo, quo reperitur Ecclesia „ Parochialis S. Vincentii, et attento, „ quod cura rei spiritualis non sit pæ- „ nes Capitulum, eo quod Ecclesia ista „ Parochum habeat distinctum, et se- „ gregatum, prætendit Episcopus, quod „ Administrator a Capitulo nominatus, „ se intermiscere non possit in aliquo „ actu administrationis Sacramentorum „ in Funeralibus, Celebrationibus, aliis- „ que actibus, qui contineant æquivo- „ cationem, aut confusionem, cum ju- „ ribus Parochialibus = Responsio Ca- „ pituli „ Prætendit Capitulum, Ec- „ clesias S. Jacobi, et S. Vincentii suas „ esse, atque proprias tam in Spiritua- „ libus, quam in temporalibus virtute „ perpetuæ unionis, qua extintæ fue- „ runt, et unitæ propriæ Mensæ Ca- „ pitulari, Apostolica auctoritate; Ec- „ clesiam S. Jacobi non esse commis- „ sam curæ Conventus Monialium *Fi- „ liationis Ordinis*, quæ nullum jus for- „ male habent ad illam, eo quod ipsis „ tantummodo concessa fuit, eaque utun- „ tur præcario modo ad officia Divi- „ na peragenda, non autem ad extra- „ ordinarias functiones, absque prævia „ licentia Capituli, quam semper po- „ stulavit, idque Conventus recogno- „ scit, et fatetur: et quod in hac Ec- „ clesia, et in ea S. Vincentii nullus est „ Parochus distinctus, et nullo tempore „ in ipsis fuit aliquis vere Parochus, „ quia quocumque tempore unicus, et „ universalis Parochus fuit hujus Civi- „ tatis Capitulum, quod post unionem „ solum nominavit aliquem Presbyte- „ rum ad nutum amovibilem eo præ- „ cipuo fine, ne officia Divina, et ob- „ sequia prætermitterentur, eodemque „ fine, et ad majores functiones pera- „ gendas in Ecclesia S. Jacobi nomina- „ vit aliquem ex Dignitatibus, aut Ca- „ nonicis titulo administratoris, a quo „ inconcusse celebratæ fuerunt absque „ interventu, et sub ordinatione aliqua „ Cappellano majori, aut alteri per- „ sonæ cum ex consequenti hujus no- „ minationis, ad administratorem præ- „ dictum zelus spectet status dictarum „ Ecclesiarum, bonorum Fabricæ, et „ expensarum, quibus supplere debet „ in earum defectu mensa Capitularis, „ nec non reparationibus, ordinariis „ expensis, et emolumentis Sacristiæ, „ qui eisdem inservit. Impediendus pro- „ pterea non fuit sub pœna censurarum „ Ignatius Scrantes, Canonicus admi- „ nistrator, ne Presbyteri functiones age- „ ret in Vesperis Conceptionis, aliisque „ functionibus subsequentibus, neque „ Officia funerum persolveret cuidam „ Moniali, quemadmodum absque ul- „ la contradictione exequutum semper „ fuit a dictarum Ecclesiarum Admi- „ nistratoribus.

„ Dubium X. Item prætendit „ Episcopus, quod Visitationem age- „ re possit Ecclesiæ suæ Cathedralis ad „ formam Tridentini Concilii, Ecclesiæ „ non exemptæ, Eccles. Parochialis S. Pe- „ tri, quemadmodum a suis antecessori- „ bus factum fuit: quodque visitare etiam „ potest hospitalia, et loca pia, Cap- „ pellanias, vincula, seu pia legata, alias- „ que fundationes, etiamsi erectæ sint „ intra ambitum Cathedralis, prout hæc „ omnia sibi jure competunt. = Respon- „ sio Capituli. = Quoad visitationem hu- „ jus S. Ecclesiæ, etiam respectu, quod „ sit Parochialis, cum præsumatur, hu- „ jusmodi visitationem fieri in præju- „ dicium exceptionis, qua gaudet, et „ contra auctoritatem rei judicatæ, cum „ a diuturno jam tempore ex commis- „ sione SSmi Dñi Nostri pendeat in Tri- „ bunali Sac. Rotæ, quapropter cum „ materia, quæ in duabus partibus præ- „ missi dubij continetur, ad litem per- „ tineat, existimat Capitulum, quod „ amplissimi Regis intentio ad eam non „ extendatur; dum in hoc statu repe- „ ritur, et excluditur exceptione litis „ pendentiæ, absque eo, quod præju- „ dicium afferre possit, quod aliqua „ visitatio ordinaria verificetur, quoad „ Parochiam spectat, quæ nunquam ad „ aliud sese extendit, quam ad Libros „ ejusdem Parochiæ. Quo vero ad id, „ quod in tertia parte dubii contine- „ tur, Capitulum minime negat Epi- „ scopo jus visitationis, solumque con- „ tendit, quod hæc fieri debeat, ut „ usque adhuc etenim quoad Cappel- „ lanias erectas in hac Ecclesia, qua- „ rum est collator Apostolica auctori- „ tate, eligit, aut præsentat Jurepa- „ tronatus, quæ quidem onus habent „ residentiæ, aut præcipuæ servitutis „ in Ecclesia, aut in Choro, et quod „ ad Loca Pia etiam, quorum admi- „ nistratio, directio, et gubernium ad „ ipsius Capituli munus spectat, et spe- „ ctavit usque adhuc, cum ad hu- „ jusmodi effectum administratores no- „ minaverit, a quibus redditionem ra- „ tionis accipit, et annuatim etiam re- „ spective Visitatores, nominat, qui „ de eorum statu perquirant, et qua

» ratione satis fiat fundationibus, et » quidquid pro meliori eorum complemento utilius, meliusque videatur.

» Dubium XI. Praetendit item » Episcopus, quod in omnibus actibus » tam intra, quam extra Chorum Capitulo praesideat, absque ulla disputatione, et controversia, propterea, » quod in vacationibus Canonicatuum, » qui de officio nuncupantur, ad hoc » Capitulum Edicta promulgare valeat, » consentire debet cum suo Episcopo, » quo ad diem, qualitates, et requisita, quibus promulgari debent, et » ab eodem Episcopo subscribi debent, » ejusque nomen initio Edictorum proponi, simulque Capituli, ut consuetum est in omnibus Cathedralibus Ecclesiis Hispaniarum. Insuper, quod » cum Episcopus praesens sit in exercitationibus, quae ad praedictos Canonicatus consequendos fieri solent, » ob praerogativam praesidentiae opponi » illi debeat Mensa, Campanula, indeque gubernare actum exercitationum, » eique praesidere = Responsio Capituli = » Capitulum in ea necessitate reperitur » negandi, quod Episcopus sibi in aliquo actu praesederit tam intra, quam » extra Chorum, eo quod in omnibus » actibus id exequutum fuit a Decano ex » fundamentali statutaria Lege hujus » Ecclesiae constituta Apostolica auctoritate, et ex consequenti Decanus corrigit, et poenam imponit iis, qui loquuntur, et delinquunt in Ecclesia, » atque Divina Officia perturbant, mulctas, et poenas imponit pro mensura » delicti, absque figura judicii; nam » ea delicta, quae figuram judicii postulant, eorum cognitio ad Judices Concordiae spectat. Ab eodem Decano licentiam, et obsequium petitur, et » exhibetur in Choro, in Processionibus, » aliisque actibus, etiamsi praesens sit » Episcopus. Ideoque praetendit Capitulum, ut manuteneatur in quieta, » ac pacifica hujusmodi possessione, et » in ea etiam evulgandi Edicta, sola » ipsius determinatione, et nomine, » eaque subscribendi unius Dignitatis, » et unius Canonici nomine eodem modo et forma, et cum eisdem requisitis, quibus usque adhuc Edicta evulgata fuerunt.

» Praetensiones Capituli = Cum » in dubiis ab Episcopo propositis quaedam non contineantur, idest, quoad » Doctrinam edocendam in Cappella » S. Petri, quoad Claves Ecclesiae, et » Praefectum, vulgo Majordomo, sive » Cappellanum hospitalis S. Matthei, » quibus de rebus provisionalia quaedam fuerint interposita, quibus Capitulum se praejudicatum sentit, neque in suis dubiis illa contineantur, » de quibus judicium, prout de jure fieri » debet = Primo = praetendit propterea, » quod Canonici, vulgo de officio, aliique, quos Capitulum designaverit, » et nominaverit ad explicandam Fidelibus Christianam Doctrinam, hoc » ipsis non prohibeatur, quemadmodum prohibitum fuit sub poena censurarum tempore elapsae Quadragesimae Canonicis Lectorali, Poenitentiario, et Cathedraticis Sacrae Theologiae » Primario, et Vespertino = Secundo =. » Quod cum ad Thesaurarium pertineat » Claves Ecclesiae retinere, et Famulo » Sacrarii claudere, et aperire ejusdem » januas, cogendus hic non fuit ad » tradendam unam ex primis clavibus » Sacristae praedictae Cappellae Sacrarii. » Ideoque conveniens est, ut eidem restituatur, ut ab eodem aperiantur, » et claudantur in casibus necessariis; » et aeque etiam, ut eidem tradantur » Claves minimarum januarum, vulgo » *posticos*, ut eas Locumtenentibus curae animarum aperiat pro majori securitate, et custodia Ecclesiae, qui » habeant commodum facilemque in » dicta Cappella ingressum, absque ulla dependentia in casibus alicujus necessitatis, et administrationis Sacramentorum nocturno tempore = Tertio = Non pertinere ad Praefectum, » vulgo Majordomo, sive Cappellanum » majorem, ejusque Locumtenentes, » nec ad Capitulum pertinere praecise nominationem Cappellani, sed unius » hospitalarii Laici ad fines fundationis » exequendos, et ad id, quod eidem » ab Administratore injunctum fuerit » pro bono Hospitalis, et pauperum. » Et cum alia novaque dubia pacis amore non exhibeat, nullum propterea » sibi praejudicium inferendum esse » protestatur, ut jure suo uti possit, » quando, ubi, et quocumque loco sibi conveniat.

» Responsio Episcopi. = Respondet » Episcopus ad praecedens Capituli §. 1, » et quoad praecipuum dubium explicationis Christianae Doctrinae in Ecclesia Parochiali S. Petri satis fit ab » Episcopo eo Decreto, quod hujus rei » causa dedit: et quoad Claves, et januas, quae pertinent ad majorem Cappellanum, suosque Locumtenentes, » ut ingressum habere possint ad dictam Ecclesiam Parochialem, ad sepulturas, resque alias, et usus, et

» quoad assistentiam in hospitali S. Matthei, et administrationem Sacramentorum pauperum in eo degentibus, » cum hæc dubia, seu puncta immediate pertineant dicto Cappellano Majori, Episcopus ejus jura servare intendit, et æque protestatur super iis » se responsnrum, totoque eo, quod in » antecedenti dubiorum paragrafo continetur, coram arbitris Judicibus.

Sequitur tenor Laudi electorum Compromissariorum

» Dicti vero arbitrii, seu compromissarii suum compromissum publicarunt tenoris sequentis, videlicet

» In Regio Monasterio Sancti Laurentii dell' Escuriale Ordinis Sancti Hieronymi die 5 Januarii anni » 1761 simul uniti, et congregati Illmi » Domini D. Romualdus Velarde e Cienfuegos Episcopus Abulensis Regius » Consiliarius, et D. Andreas de Zerezo, » e Nieva Abbas S. Vincentii, Dignitas, » et Canonicus S. Toletanæ Ecclesiæ, » Primatis Hispaniarum, pariter Regius Consiliarius, et Commissarius » Apostolicus Generalis S. Cruciatæ, et » cæterarum gratiarum in eisdem Regnis, ad declarandum, et resolvendum dubia ipsis compromissa ab Illustrissimis Dominis D. Francisco » Diaz Santos Bullon Episcopo, et Domino Seguntino pariter Regio Consiliario ex una parte, nec non a Decano, et Capitulo ejusdem Ecclesiæ » ab altera, publico mediante Instrumento unanimiter a dictis partibus » stipulato ac subscripto die 27 Januarii anni 1757 per acta Josephi Arbeteta Scribani Numerarii ejusdem Civitatis, inhærentibus Regiæ insinuationi ad hunc effectum ipsis factæ, » et eisdem Illmis DD. Judicibus Compromissariis communicatæ, ut munus libentius acceptarent, cujus vigore ipsis collata fuit potestas procedendi tamquam arbitros, et arbitratores ad resolutionem dubiorum in » dicto Instrumento insertorum, et expressorum: accepta ab ipsis Judicibus prædicta facultate, auditisque » partibus in omnibus, et singulis earum prætentionibus, rationibus, et » allegationibus, et redacto negotio, » seu controversia ad statum conclusionis, seu Definitionis, viso Processu coram me Secretario Regis Domini Nostri, Scribano Cameræ Commissariatus Generalis S. Cruciatæ nominato ad transcribendum, et absolvendum eadem acta: Dixerunt, quod » secundum id, quod ab eisdem actis » resultat, et attentis causæ meritis, » utendo prædictis facultatibus, quas » iterum, quatenus opus fuerit, acceptabant, declarare, ac resolvere debebant, nec non declararunt, et resolverunt in hunc modum videlicet ».

» I. Prædicti Illmi DD. Judicantes, prout judicant, prædictam S. Ecclesiam, qualitatem habere vere Parochialis ac distinctæ, ac separatæ ad » instar aliarum Parochialium ejusdem » Diœcesis, et hanc esse eam ipsam, » quæ denomintaur Sancti Petri, dum in » præsentiarum Cappella ejusdem invocationis destinata est ad exercitium » principalium functionum Parochialium: et habita desuper relatione ad » id, quod ulterius resultat ex processu: Declarabant, oc declararunt, curam habitualem dictæ Parochiæ residere penes prædictum Capitulum ejusdem S. Ecclesiæ: curam vero actualem, seu ejus exercitium residere penes Cappellanum Majorem cum propria auctoritate, ut sine subordinatione, ac dependentia dicti Capituli » quoad actus, et functiones concernentes prædictum exercitium curæ » animarum. Et in sequelam prædictorum, et sine animo alterandi, seu » innovandi per hanc declarationem, » possessionem, et pertinentiam jurium » prædicti Capituli, et Cappellani Majoris in concernentibus Decimas, aliaquæ emolumenta debita prædictæ Parochiali, et quocumque modo convenientia curæ ejusdem, imo ea jura in eo statu, et esse relinquendo, » in quo erant dum præsentes controversiæ, quæ compromisso causam « dederunt, emersere. Similiter declararunt, facultatem et respective onus » custodiendi, ac retinendi omnes et » singulos Parochiales Libros, tam currentes, quam absolutos, spectare ad » prædictum Cappellanum Majorem in » loco per ipsum idoneo judicando in » dicta S. Ecclesia, ad effectum illius » libere utendi in casibus necessariis, » juxta exigentiam Curæ Parochialis. » Cum hac tamen conditione, ut quoties ipse deliberet eosdem Libros collocare in alio situ dictæ S. Ecclesiæ » Cathedralis extra prædictam Cappellam S. Petri, præcedere debeat ad » hunc effectum beneplacitum Capituli, cui etiam præservarunt Illmi DD. » ipsius jura tam super titulo administratoris Fabricæ ejusdem S. Ecclesiæ, » quam super mortuariis decedentium » in Civitate, nec non relative ad alias » functiones haud concernentes prædictum curæ exercitium, ad hoc ut eisdem juribus uti valeat, salva semper

» auctoritate, quæ in prædictis, et secundum eorum qualitatem de jure competit Illmo Episcopo.

» II. Quod duo substituti, quos Cappellanus major retinere tenetur ad servitium curæ animarum prædictæ Parochiæ dictæ S. Ecclesiæ, debeant in quocumque casu præcise nominari a prædicto Cappellano majori, et non obstante, quod licentiam habeant excipiendi Confessiones, nihilominus nominationem præsentare debeant Illustrissimo Episcopo ad effectum obtinendi ab ipso approbationem ad memoratum exercitium, ad quod se intrudere nequeant ullatenus sine dicta approbatione: eamdem approbationem reportare debeant ii omnes, quibus a Cappellano majore quacumque de causa commissa fuerit, aut delegabitur tota cura animarum ad illa exercenda, quotiescumque ejusmodi commissio, seu delegatio excedat spatium quindecim dierum: Quoties vero hujusmodi commissio, seu delegatio, et exercitium non excedant dictum spatium quindecim dierum, poterunt sic ut supra delegati exercere hoc munus, dummodo habeant necessariam licentiam exadcipiendas Confessiones, seu illam obtineant absque ulla alia licentia Illmi Episcopi, salva tamen eidem facultate prohibendi ejusmodi delegatis exercitium curæ, quotiescumque eos judicaverit inidoneos, seu indignos ejusmodi exercitii «.

» III. Quod substitutus, seu delegatus a Cappellano Majori in casu ejus absentiæ, infirmitatis, aut alterius cujusvis impedimenti non prohibentis, jus et exercitium nominandi, debeat esse unus ex individuis Capituli. Et in casu negligentiæ, seu incapacitatis prædicti Cappellani Majoris nominandi substitutum, seu delegatum in prædictis casibus, possit nominatio fieri, a Capitulo, in persona pariter individui Capitularis. Et sic nominatus, seu nominati a Cappellano Majori, seu a Capitulo exercere debentes ultra spatium quindecim dierum, debeant se præsentare coram Illmo Episcopo ad obtinendam nominationis approbationem, sine qua nequeant se ingerere in prædicto exercitio, quantumvis muniti sint licentia ad excipiendas Confessiones, quæ tamen licentia sufficere tantum debebit ad prædictum exercitium quindecim dierum, dummodo hoc ipsum specialiter non prohibeatur ab Illmo Episcopo, quia inidoneum illum reputaverit.

» IV. Quod non obstante, et sine præjudicio ordinariæ auctoritatis Illmi Episcopi in respicientibus curam Animarium omnium Parochialium suæ Diœcesis, decet, et convenit Capitulo, tam ob pertinentiam curæ habitualis suæ S. Ecclesiæ, quam etiam quia in eadem Ecclesia Parochiales functiones exercentur, procurare, ac zelum habere, ut cura animarum prædictæ Ecclesiæ diligenter, et exacte exerceatur pro ratione, et modo magis proficuo bono spirituali animarum, monendo ad hunc effectum in eo quod opportunum existimabunt Cappellanum Majorem, et ejus substitutos, et procurando quatenus oporteat, ut impellantur ad implendum proprium munus ab auctoritate Ordinaria, quin tamen unquam Capitulum compellere possit propria auctoritate.

» V. Quod Vicarii tam perpetui quam admovibiles a Capitulo nominandi in Ecclesiis Parochialibus Capitulari Mensæ unitis, compræhensis etiam illis S. Vincentii, S. Jacobi, nec non de Barbantona approbari debeant ab Illmo Episcopo, ita ut sine hac approbatione exercere nequeat prædictos Vicariatus, licet licentiam aliunde habeant Sacramentales excipiendi Confessiones.

» VI. Quod vacante Cappellania Majori, Capitulo facultas competat nominandi unum ex suis Individuis, qui serviat, et exerceat Cappellaniæ onera, et functiones, quousque provideatur. Eadem facultas competat eidem Capitulo deputandi personas ad inserviendum Vicariatus perpetuos Parochialium suæ mensæ unitarum, durante vacationis tempore, cum hoc tamen, ut nominati tam ad Cappellaniam majorem, quam ad Vicariatus unitos Mensæ, antequam incipiant servitium, seu exercitium curæ Animarum, obtinere teneantur approbationem ab Illmo Episcopo, cui jus erit in casu omissionis seu negligentiæ, apponendi, seu deputandi viros ab ipso idoneos judicandos, eisque assignandi justam congruam portionem, cum hac tamen conditione, ut ad servitium Cappellaniæ Majoris deputari necessario debeat unum ex individuis Capitularibus. Et quotiescumque cessaverit servitium, seu exercitium Vicariorum amovibilium, liceat patiter Capitulo illud delegare il-

» lis Sacerdotibus, quos idoneos judicaverit, et quoties hi deputabuntur ad prædictum servitium Parochiale sine temporis determinatione, aut ultra spatium quindecim dierum, obtinere similiter teneantur approbationem Illmi Episcopi ad inchoandum, et præstandum prædictum servitium, non obstante, quod facultatem aliunde habeant excipiendi confessiones, quæ tamen facultas eis sufficere debeat, quoties eorum deputatio non excedat spatium quindecim dierum, nisi ex aliqua particulari causa prohibeatur ad Illmo Episcopo.

» VII. Quod Capitulum facultate gaudeat decernendi per se ipsum, et sine ullo Episcopi consensu, aut scientia Rogationes, et Processiones faciendas in Districtibus Ecclesiæ Cathedralis, nec non Ecclesiarum, et Cappellarum ipsi Capitulo, seu Ecclesiæ Cathedrali subordinatarum, sine tamen interventu aliorum Sacerdotum, seu Communitatum præter Capitulum ipsum, suosque Inservientes, et hoc ex quacumque causa indicantur, etiam extraordinaria et respiciente publicum bonum: et hac eadem facultate gaudeat quoad celebrationem Processionum, et Rogationum jam statutarum, et consuetarum, etiamsi fiant extra prædictas Ecclesias, et Cappellas, earumque territoria, etiam cum assistentia aliarum Communitatum, et Cleri, dummodo nullæ intercedant novitates quoad dies earumdem Rogationum, et Processionum, nec non relative ad iter eundo, et redeundo faciendum, sive etiam quoad Ecclesias, seu Cappellas, ad quas diriguntur; nam in quacumque ejusmodi alteratione, seu novitate accedere necessario debebit assensus Illmi Episcopi. Processiones, vero, et Rogationes a capitulo faciendæ extra territoria suæ Ecclesiæ Cathedralis, suarumque Ecclesiarum, et Cappellarum unitarum, sive cum assistentia Cleri, vel Communitatum extranearum, quoties non sint ex ordinariis, et consuetis, et exequi nequibunt a Capitulo sine assensu Illmi Episcopi, qui similiter consensus requiratur quoad alias Processiones, et Rogationes haud solitas, et ordinarias faciendas ab aliis Communitatibus in prædicto territorio. Et quamvis ad sartum, tectumque servandum jus Parochialitatis prædictæ Ecclesiæ Cathedralis in eisdem Processionibus, seu Rogationibus faciendis, sine interventu Capituli, a Regularibus, seu Confraternitatibus intra territorium Parochiale ejusdem Ecclesiæ, concedere valeat Illmus Episcopus licentiam ad eas celebrandas, quin valeat Capitulum earum impedire exequutionem Nihilominus peti debeat ejusdem Capituli permissio quæ adhuc ab Episcopo non obtenta, sufficiet relative tantum ad ingressum, transitum, et celebrationem in prædicto territorio.

» VIII. Quod sine præjudicio auctoritatis Illmo Episcopo competentis quoad Venerabilis Sacramenti publicam expositionem sine ejus licentia non facienda in quacumque Ecclesia, peti quoque debeat permissio Capituli ad prædictam expositionem faciendam in Ecclesiis Civitatis subordinatis Ecclesiæ Cathedrali, ita ut, ea non petita, expositio exequi non possit, licet Capituli denegatio impedire non debeat effectum licentiæ ab Episcopo concedendæ, quotiescumque justis de causis concessio fiat ab Episcopo cum expressa conditione, quod exequatur non obstante dissensu Capituli.

» IX. Quod non obstante nominatione a Capitulo facta, seu facienda Vicarij amovibilis in Ecclesiis S. Jacobi, et Barbatona, possit nihilominus idem Capitulum, Canonicum deputare, qui invigilet, et superintendat servitio, et regimini ipsarum, cique delegare facultatem faciendi Mortuaria, et officia funebria Monialium Santi Jacobi, nec non celebrandi Missas in festis solemnioribus, demumque faciendi reliquos actus a Parochis delegabiles simplicibus sacerdotibus, quin necesse habeat obtinere approbationem Illmi Episcopi ad exercitium prædictarum facultatum.

» X. Quod Illmo Episcopo jus competat præsidendi in omnibus actibus, quibus cum Capitulo concurrit tam intra, quam extra Chorum, cum auctoritate ad ordinandum quid quid in eis observari debeat, et ad corrigendum extrajudicialiter, ac gubernative defectus, et excessus commissos, et cum prælatione quoad Decanum, sine tamen exclusione auctoritatis huic competentis, quam exercere poterit quotiescumque non adversetur Ordinationibus ab Episcopo factis, seu faciendis. Et quod in concursibus Præbendarum appellatarum *d' Officio*, licet ad Decanum pertineat moderari, ac regere horo-

» logium, et tintinnabulum, ut hactenus observatum est, nihilominus id intelligi debeat, cum subordinatione voluntati Illmi Episcopi, quocumque demum modo eam manifestaverit.

» XI. Quod quoties in Capitulo agi debeat de expeditione Edictorum pro provisione Præbendarum *di officio*, certioretur Illmus Episcopus eo prorsus modo, qui observatur cum vocatur ad electionem. Quod si Illmus Episcopus intersit, prout interesse potest Capitulo, in quo deliberatur de expeditione prædictorum Edictorum, hoc in casu Edicta expedientur cum inscriptione, seu intestatione nominis ejusdem Illmi Episcopi, ac Decani, et Capituli, nec non cum subscriptione ejusdem Episcopi, et duorum Capitularium. In casu vero, quo Illmus Episcopus Capitulo non intersit, tunc in expeditione prædictorum servari debeat forma hactenus observata.

» XII. Quod Capitulum deputare nequeat personas ad explicandam Doctrinam Christianam in prædicta Parrochia Ecclesiæ Cathedralis, se opponando provisionibus hac super re captis, seu capiendis ab Illmo Episcopo, neque in præjndicium juris Cappellano majori competentis, cui quidem ex officio hæc incumbunt, et cui jus est adhibere personas idoneas ab ipso judicandas in suum auxilium ad instructionem suorum Parochianorum, quæ quidem personæ exercere se poterunt in hoc ministerio, etiam sine licentia Illmi Episcopi, dummodo ab ipso habeant prædicaudi facultatem.

» XIII. Quod quotiescumque Cappellanus major, ejusque substituti, commodum, facilemque habeant ingressum ad prædictam Cappellam Sancti Petri, quibuscumque horis diurnis, et nocturnis proprii ministerii, claves Ecclesiæ Cathedralis retineantur, et custodiantur ab illis personis, quæ hactenus illas retinere, et custodire consueverunt, ac debent.

» XIV. Quod Capitulum non teneatur nominare pro assistentia pauperum Hospitalis S. Matthei Personam Ecclesiasticam, quæ in eo inserviat curæ Animarum, neque propterea necessaria sit approbatio Illmi Episcopi ad dictum munus exercendum.

» Per hanc autem determinationem ab ipsis Illmis DD. Judicibus compromissariis firmatam, et subscriptam, et abstinentibus quidquam declarare super dubio concernenta visitationem S. Ecclesiæ Cathedralis, Parochiarum, et operum Piorum prædictæ Civitatis, attenta deficientia facultatum ob renuentiam Capituli compromittendi super hac Controversia; itemque reservando Cappellano majori, qui nec compromissit, nec ullam partem fecit in hac discussione jura ipsi quomodocumque competentia super statutis, et resolutis in hoc laudo: Ita declararunt, ac resolverunt, et quod certioretur de hoc compromisso utraque pars ad hoc ut qnoad exequtionem propriis juribus utantur ubi, et modo ipsis competente. Ad quem effectum eis tradatur copia, seu autantica certificatio ab ipsis petenda per me præsentem infrascriptum Secretarium. Quorum omnium fidem facio = Romualdus Episcopus Abulensis = Don Andreas de Fereco e Nieüea = D. Josephus Faustinus de Medina =

Petitio pro Apostolica confirmatione supra relati Laudi

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat dicti exponentes, quo præinsertum Compromissum ab ipsis unanimi consensu admissum, receptumque, super quo publicum per acta ejusdem Faustini Josephi publici in oppido Matriti Toletanæ Diœcesis Notarii die VII. Martii proxime elapsi confici curarunt Instrumentum, firmius subsistat, et servetur exactius, Dilecto Filio Magistro Josepho Herreros Capellano Nostro, et Causarum Palatii Apostolici Auditori dederunt in mandatis, quatenus compromissum prædictum, nec non publicum ea super re confectum Instrumentum, ac omnia, et singula in ea contenta nt a Nobis confirmarentur, supplicaret.

Summus Pontifex Laudum hic relatum Apostolica auctoritate confirmat, et observari mandat

§. 4. Nos igitur dictos exponentes, eumdemque Magistrum Josephum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinsertum Compromissum a supradictis Romualdo Episcopo, ac Andrea Commissario generali super, et de memoratis controversiis, et dissentionibus factum, ac per dictos Exponentes admissum, ut preferetur, ac publicum

inde super illo confectum Instrumentum, autoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, omnesque, et singulos juris, et facti etiam substantiales defectus, siqui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes, præsentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac eisdem modernis, ac pro tempore existentibus Episcopis Seguntinis, ac Capitulo, et Canonicis Ecclesiæ Cathedralis Seguntinæ in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, et ordinationibus, ac dictæ Ecclesiæ etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoquæ indultis, at Literis Apostolicis, Superioribus, et personis sub quibuscumqua tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusquæ, et aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, at singulis illorum tenores præsentibus pro pleno, et sufficienter expressis, ac de varbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die trigesima Julii millesimo, septingentesimo, sexagesimo, primo, Potificatus Nostri anno quarto.

CCXLIII

Dat. die 1 Aug. 1761 Anno IV.

Poloniæ Regi Illustri significat, favore Clementis ejus quintogeniti demandasse expeditionem Brevis eligibilitatis, ad hoc ut ad tres Ecclesias nominari possit Episcopus, nempe Monasteriensem, Paderbonensem, et Hildesiensem prævia contrariarum præcedentium prohibitionum derogatione.

De Canonica prohibitione quoad collationem plurium Ecclesiarum eidem Episcopo, habentur Literæ ad Cardinalem Ducem Bavariæ relatæ hoc II. Tom. sub. num. CXCIV. pag. 82. Literas eligibilitatis ad Hildesiensem Ecclesiam assequendam, quoties suffragia electorum in eum convenirent dederot Archiepiscopo Trevirensi prout videre est hoc II. Tom. sub. n. CCVII pag. 104.

Carissimo in Christo Filio Nostro Augusto Poloniæ Regi Illustri.

Clemens Papa XIII.

Carissime in Christo Fili Noster salutem, et Apostolicam Benedictionem

Ad gratificandam pietatem Regiae Poloniae Familiae literas eligibilitatis indulget, et praecedentes prohibitiones revocat.

§. 1. Nihil est quod Nobis gratius contingat, quam insigni Majestatis tuæ pietati, tuæque lectissimæ soboli, ad Clericalem habitum jam assumptæ, posse gratificari, eaque propter, si paternæ benevolentiæ Nostræ, et Apostolicæ benignitati confidis, opinionem tuam minime falli præsentes literas commonstrabunt: lætati ergo maxime fuimus, ubi posterioribus literis tuis accepimus, tria Canonicorum Ecclesiarum Cathedralium Collegia, Monasteriensis nempe Paderbonensis, Hildesiensis in dilectissimum in Christo Filium Nostrum Clementem, tuum quintogenitum, Episcopum designandum suffragiis pluribus conspirare, hancque ob causam, ut Majestatis tuæ votis annueremus, revocatis quas prius dederamus, eligibilitatis, ut vocant, literis ad quascumque Germaniæ Ecclesias sic tamen, ut uno ac altero Episcopatu accepto, cessaret illico facta potestas, novas confestim scribi mandavimus, quibus eidem dilectissimo Filio tribueretur facultas, ut nuncupari posset Episcopus non duarum Ecclesiarum dumtaxat, sed trium illarum scilicet, quas supr meminimus, derogantes in præsenti rerum circumstantia, pro hac vice tantum, fælicis re-

cordationis Clementis XII Pontificis Maximi Decessoris Nostri Decreto de tribus Ecclesiis insimul a nemine retinendis.

Peculiares alios circumstantias exprimit, quibus ad indulgendum motus fui. Summus Pontifex

§. 2. Hæc autem ut perquam lubenter, ac cito perficeremus, animum Nostrum in primis moverunt tam eximia Majestatis tuæ merita in Catholicam Fidem, et singularis in hanc Apostolicam Sedem observantia, tum vero etiam præconcepta spes virtutis, atque pietatis novi istius Ecclesiasticæ Disciplinæ candidati, quem cum evadere cupimus Ecclesiasticæ Militiæ Rectorem, ac Ducem, qui non tam Regio sanguine, quam Christianarum virtutum exercitatione, aliisque Ecclesiasticis dotibus, purissimæ Christi Sponsæ ornamento sit, atque præsidio. Illud etiam in hac asperrima temporum conditione valde Nos consolatur, quod sic prospectum iri putamus Wesphaliarum Ecclesiarum securitati, et Majestatem tuam, ac Regalem Familiam omnem, qua potentia, ac fortitudine, qua authoritate, et officiis affacturam, ut in proximo ineundæ pacis fœdere, nullum persentiant detrimentum, atque interea Majestati tuæ, ac Regali Soboli Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ die prima Augusti MDCCLXVI. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Dat. die 5 Aug. 1766. Ann. IV.

CCLXIV.

Ne vagi, titularesque tantum Episcopi absque evidenti necessitata creentur, vetitutum esse ex Canonica, et maxime ex Tridentina sanctione, significat Poloniæ Regi Illustri, nequa proinde illius votis obsecundare potuisse de tribus titularibus in Poloniæ Regno creandis, sed tantum adjutoram Prismaliensi Episcopo concedere paratum esse.

Carissimo in Christo Filio Nostro Augusto Poloniæ Regi Illustri.

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo Fili Noster Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Rationes exponit cum titulares Episcopos easque evidenti necessitate sure prohibeat Canonica disciplina

§. 1. Etsi Majestatem tuam ex pluribus cognovisse minime dubitamus, quam facilis, ac propensa fuerit hactenus paterna charitas Nostra ad tibi, quoad Sedis Apostolicæ dignitas, ac ratio sinit, gratificandum; nihilosecius quæ postulantur non omnia semper a Nostro pendent arbitrio, sed prius attente, secundum Canonicas regulas, expendenda sunt, atque libranda. Cum igitur apud Venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales Congregationis Concistorialis facta petitio de tribus Episcopis Titularibus per istud Nobilissimum Regnum noviter creandis de more perpenderetur, judicaverunt ii, gratiæ huic non esse locum, obsistentibus partim, quæ in Tridentino Concilio de vagis Episcopis enunciantur, partim eorum numero, qui isthic jam extant, justoque metu ne ad hæc in alias quoque regiones similia inducantur exempla. Quæ cum Nobis relata fuissent Venerabilium Fratrum Nostrorum sensus, atque consilia non potuimus non probare.

Ad Regem Poloniæ gratificandum, se se Adjutorem elegisse pro Prismaliensi Diœcesi Pontifex significat.

§. 2. Verumtamen considerantes insigna Majestatis tuæ merita in Catholicam Religionem, ac sincera benemerendi tui voluntate permoti, istius judicii rigorem aliquantisper sic mitigandum esse censuimus, ut quod omnibus Regali commendatione tua munitis concedi non poterat, uni saltem tribueremus; quocirca adlegimus dilectum Filium Sacerdotem Ignatium Kreyeanous Kium Canonicum Prismiliensem, quem opportunum atque utilem Diœcesi illi juvandæ arbitramur, cum ob gravem ætatem Venerabilis Fratris Michaelis Episcopi Prismiliensis tunc vero etiam, quod is Vicecancellarii istius Regni munere distentus, apud Gregem suum continentur, excubare non potest; eaque propter Ven. Fratri Archiepiscopo Ephesino Nostro, et Apostolicæ Sedis Nuncio mandavimus, ut consueta de ejus meritis ac virtutibus inquisitionibus acta conficeret. Gratam igitur habeat, petimus, hanc Apostolicæ benignitatis indulgentiam, sibique persuadeat Majestas tua, Nos hæc eo animo significasse, ut novum ac in re accipere argumentum illius intimæ, ac vere paternæ, qua te in Domino complectimur, charitatis, Apostolicam Benedictionem Nostro Majestati tuæ, ac universæ Regiæ Soboli amantissime impertientes. Datum Romæ etc. die v. Augusti MDCCLXVI. Pontificatus Nostri anno quarto.

Dat die 15 Aug. 1761 Anno IV.

CCXLVI.

Gratum animum significat Badensi Duci pro illius studio, quo curat dissentiones componere ortas inter Spirensem Episcopum, et Abbatem Tennebacensem, super jurisdictione exercenda in Monasterio Licteothalii, seu Lucidæ Vallis.

De hac ipsa re adsunt Epistolæ aliæ ad Badensem Ducem superius a nobis relatæ sub. num. CCXXII. pag. 216. hujus Tom. II.

Dilecto Filio Nobili Viro Ludovico Marchioni Badensi.

Clemens Papa XIII.

Dilecte Fili Nobilis Vir, salutem, et Apostolicam benedictionem.

Quam de tua pietate, et observantia vere Filio digna præconceptam antea opinionem habebamus, comprobaverunt posteriores literæ Nobilitatis tuæ die secunda præteriti mensis Julii conscriptæ, confirmabitque felix, uti confidimus, exitus tractationis concordiæ de Asceterio Lucidæ Vallis inter Ven. Fratrem Spirensem Episcopum, et dilectum Filium Abbatem Tennebacensem, tuis sub auspiciis Apostolicæ auctoritatis calculo sanciendi; quamobrem laudavimus captum a te consilium communicandi literas Nostras cum Spirensi Episcopo, ut quæ tibi per dictum Abbatem detrimenta inferuntur, tecum aperiret, expectabimusque lubenter, ut quæ hinc, et inde afferuntur, quemadmodum adpromittis, Nobis exponas; nihil enim aliud optamus, ac volumus, sicuti alias prescripsimus, quam ut ea, quæ Sac. Canones, et Apostolicæ Constitutiones præcipiunt de potestate Episcopi in Cænobia Sanctimonialium Regularibus subjecta, serventur ex una, ex altera vero quæ a Summis Pontificibus privilegia Regularibus concessa fuere, ac nondum revocata, minime violentur, atque interea Nobilitati tuæ, ac dilectissimæ Conjugi Apostolicam Benedictionem Nostram, omnium prosperitatum auspicem, peramanenter largimur. Datum Romæ etc. xv. Augusti MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno quarto.

CCXLVII.

Dat die 15 Aug 1761 Ann. IV.

De eodem argumento scribit Episcopo Spirensi, cumque sollicitat ut controversiæ statum Sanctæ Sedi referat, a qua opportunæ sumi possint provvidentiæ.

Venerabili Fratri Christophoro Episcopo Spirensi.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem.

Nuperrimæ literæ quas ad Nos dedit Dilectus Filius Nobilis Vir Ludovicus Marchio Badensius ad eam controversiam quod attinet in juribus tuis in Lucidæ Vallis Asceterium, cujus prævertendæ causa, Nostras ad eum in tui gratiam jampridem scripseramus, in magnam spem Nos erexerunt, fore ut eodem interdicente Apostolicæ auctoritatis calculo transigi queat, et Episcopi, ac Abbatis jura utrinque sanciri, suisque justis limitibus circumscribi: quapropter cum audierimus eumdem dilectum Filium Nobilem Virum communicavisse tecum literas Nostras, ejus quoque responsum tibi significandum esse censuimus, ut quinam sint obices Jurisdictioni tuæ per dictum Abbatem oppositi quamprimum benevole illi aperias, quo possit totius controversiæ statum Nobis referre, quemadmodum pollicetur, ut rationum momentis hinc inde perpensis, quid de ineunda concordia statuendum sit, possimus inspicere, atque interea benevolentiæ Nostræ testimonium ac pignus accipito Apostolicam Benedictionem, quam tibi Ven. Frater, peramanter largimur. Datum Romæ etc. xv. Augusti MDCCLXI. Pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 3 Sept. 1761 Ann. IV.

CCXLVIII.

Decretum Congregationis Cardinalium Negociis, et Consultoribus Episcoporum, et Regularium prepositæ, quo reformationes, nonullorum capitum Constitutionis ordinis SSmæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Discalceatorum approbantur, Apostolica auctoritate confirmatur, et roboratur.

Clemens Papa XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

Reformatur Constitutionis capita, quae a Diffinitorio Generali reformata fuerant.

§. 1. Nuper pro parte Dilectorum Filiorum Diffinitorii Generalis, ac Fratrum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Discalceatorum nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Negotiis, et Consultationibus Episcoporum, et Regularium præpositæ exposito, quod ipsi exponentes experientia compertum habebant, quod nonullæ ejusdem Ordinis Constitutiones sine gravibus inconvenientibus, et Fratrum gravamine ad usum deducibiles minime erant, ac nonnulla earum Constitutionum capitula reformatione indigebant, prout juxta votum Dilecti Filii] Nostri Joannis Constantii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ prædictæ Diaconi Cardinalis Caracciolo nuncupati, ipsius Ordinis apud Nos, et Apostolicam hanc Sedem Protectoris reformaverant sequenti modo = Primo = decre- „ vit Diffinitorium, resolutiones Capituli „ Conventualis minime determinandas „ esse a cunctis Sacerdotibus, sed a sa- „ niori ac nobiliori Communitatis par- „ te, quam assignabit Provincialis cum „ suo Provinciali Diffinitorio: Sic tamen, „ ut Religiosi usque nunc Professi re- „ maneant cum voto in Capitulis Con- „ ventualibus; reliqui vero, qui postmo- „ dum fuerint Professi in prædictis Ca- „ pitulis votum non habeant = Item de- „ crevit diffinitorium, matutinum, cum „ laudibus dicendum esse in Collegiis ho- „ ra quarta post meridiem, et singu- „ lis indefectibiliter diebus studiis li- „ terarum vacandum ab ora sexta usque „ ad septimam cum dimidia, tam iotra „ cursum, quam extra cursum litera- „ rum, et immediate post sumendam „ esse cœnam, aut refectiunculam so- „ litam in diebus jejunii = Item decre- „ vit, quod cuncti, qui fuerint Supe- „ riores Generales Ordinis aut Familiæ „ in toto pariter Ordine, aut Familia „ cos, qui tales non fuerint. præcedant „ in actibus Communitatis, demptis „ actualibus Prælatis, et quod extra do- „ mum, meliorem locum obtineant = „ Item qui fuerint Diffinitores Genera- „ les Ordinis, aut Familiæ, præcedant „ cos, qui tales non fuerint, in toto „ Ordine aut Familia. Qui fuerint Mi- „ nistri Provinciales, eos qui tales non „ fuerint intra Provinciam suam. Qui „ fuerint Diffinitores Provinciales, Re- „ demptores, Procuratores Generales „ Curiæ Pontificiæ, aut Regiæ, Mini- „ stri Conventuales, Sacræ Thelogiæ „ Lectores, Secretarii Generales, qui „ fuerint, nec non Prædicatores, qui „ sunt aut fuerunt cum Litteris patcu- „ tibus Patrum Provincialium, et tem- „ pus a lege requisitum, ut possint eli- „ gi in Prælatos, laudabiliter expleve- „ rint, hi omnes præcedant ordine quo „ nominati sunt cæteros omnes, qui „ prædictis muneribus non fuerint fun- „ cti. Si autem plures codem munere „ functi in cadem Communitate fuerint „ reperti, antiquior in professiooe mi- „ nus antiquum præcedat. Hoc idem re- „ spective servandum est quoad melio- „ rem locum, dum nostri e domo exie- „ rint:= Item decrevit Ifinitorium quod „ nostri Patres Magistri Generales, qui „ fuerint, habeant privilegia, et exem- „ tiones, quas leges nostræ concedunt „ actualibus S. Theologiæ Lectoribus, „ actualibusque Diffinitoribus Generali- „ bus Ordinis excepto loco, quem de- „ bent habere, ut supra dictum est = „ Item decrevit Deffinitorium, quod hi, „ qui fuerunt Diffinitores Ordinis, aut „ Familiæ, nec non qui fuerint Mini- „ stri Provinciales, Lectorum privile- „ giis in Ordine, Familia, aut Provin- „ cia sua respective gaudeant. Qui fue- „ rint Diffinitores Provinciales, Redem- „ ptores, Procuratores Generales Curiæ „ Pontificiæ, aut Regiæ, et Secretarii „ Generales, qui per novem annos fue- „ rint Sacræ Theologiæ Lectores, aut „ Prædicatores a suis Provincialibus as- „ signati, exempti sint ab offieiis com- „ munis tabulæ, excepto humilitatis „ officio, et a matutinis media nocte „ recitandis, exceptis solemnibus sive „ classicis. Prædicatores autem actua- „ les non modo teneatur ad conciones, „ quæ ex lege, aut more statutæ sunt „ in nostris domibus, verum etiam ad „ eas, quas Patres Ministri eis assi- „ gnaverint. Monemus tamen Patres Mi- „ nistros, ut hae in re prudenter sc „ gerant. Ac propterea plurimum cu- „ picbant, ut prædictæ reformationes

„ per eamdem Cardinalium Congrega-
„ tionem approbarentur, et confirma-
„ rentur. Emanavit ab ipsa Cardina-
„ lium Congregatione Decretum teno-
„ ris sequentis, nempe = *Sacra Con-*
„ *gregatio Eminentissimorum, et Re-*
„ *verendissimorum S. E. R. Cardina-*
„ *lium Negotiis, et Consultationibus*
„ *Episcoporum, et Regularium præpo-*
„ *sita, attenta relatione Emi Carac-*
„ *ciolo de Sancto Bono præfati Ordinis*
„ *apud Sanctam Sedem Protectoris, ac*
„ *Patris Procuratoris Generalis, refe-*
„ *rente Regia Celsitudine Eminentissi-*
„ *mi Ducis Eboracensis Ponentis, supra*
„ *scripta Decreta Diffinitorii Generalis*
„ *in currenti anno MDCCLXI. ema-*
„ *nata benigne approbavit Romæ* XXI.
„ *Augusti MDCCLXI. = C. A. Car-*
„ *dinalis Cavalchini = S. Bonaccorsi*
„ *Secretarius.*

Postulatio pro Decreti Congregationis adprobatione, quod Pontificia auctoritate roboratur, et observari mandatur

§. 2. Cum autem, sicut dilectus Filius Modernus Procurator Generalis ejusdem Ordinis, nomine memorati Diffinitorii Generalis, Nobis subinde exponi fecit ipse, Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, et servetur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere cupiat; Nos ipsum Procuratorem Generalem hac in re, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, a jure, vel ab homine, quavis, occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet, innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Clausula sublatæ, et decretum irritans atque contrariorum derogatio

§. 3 Decernentes, easdem præsentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quamvis auctoritate, scienter, aut ignoranter contigerit, attentari; Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die III. Septembis MDCCLXI. Pontificatus Nostri anno quarto.

CCXLIX.

Dat. die 7 Sept. 1761 Ann. IV.

Suppressio Conventus Monialium S. Olallæ de Meridia Militiæ S. Jacobi de Spatha, nec non alterius S. Petri de Broxas ejusdem Ordinis atque incorporatio et unio primi cum Conventu S. Crucis Vallisoletanæ, et secundi cum Conventu S. Spiritus de Alcantera ab Hispaniarum Catholico Rege facta, tamquam Administratore perpetuo Militiæ præfatæ S. Jacobi de Spatha, et de Alcantera, Apostolica authoritate approbatur, confirmatur, et exequi mandatur, datis peculiaribus regulis pro exequutione.

Hispaniam Regi tamquam Administratori perpetuo Militiæ S. Jacobi de Spatha facultas tributa fuit eligendi Priorem Conventuum Militiæ, quoties vocules eorum suffragiis in electionem Prioris minime convenerint, per hujus Pontificis Const. diei 15 Sept. 1758 relat. Tom. I. sub N. XI. pag. 35.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Recensentur incommoda, ex actuali separatione quatuor Monasteriorum derivantia

§. 1. Nuper pro parte Carissimi in Christo filii Nostri Karoli Hispaniarum Regis Catholici Nobis expositum fuit, quod postquam ipse Karolus Rex, qui Militiarum Sancti Jacobi de Spatha, et de Alcantera administrator perpetuus, auctoritate Apostolica deputa-

tus existit, acceperat, quod in oppido, Civitate nuncupato de Meridia, territorio ejusdem Militiæ S. Jacobi Conventus sub invocatione SantæOlallæ nuncupatus Religiosarum ipsius Militiæ, erectus, fundatusque, reperitur tam pauper, et egenus, ut illius Religiosæ, quæ de præsenti septem dumtaxat, et quatuor Ancillæ Sæculares, vel Laicæ in eo numerantur, et a Communitate nullum aliud auxilium, alimentumque, quam lumen, panem, et aquam unice recipiant, attenta annuorum Conventus hujusmodi redditunm tenuitate, qui summam undecim millium noningentorum sexaginta novem Regalium monetæ illarum partium de præsenti minime excedunt, et quorum major pars in Divini Cultus servitium, in ministros, et illos inservientes, aliasque expensas necessario faciendas impenditur, et dividitur, quippe quæ Religiosæ, ipsius Conventus propriam Ecclesiam minime habent, ac Parochiali Ecclesia contermina utuntur, proprioque Conventu carent, dum conjunctio nonnullarum ædium Fabricæ parum tutæ, continuis, dispendiosique reparationibus subjectæ, et in loco haud commodo, ac insalubri cœlo positarum, ipsum Conventum nonstituit, eaque de causa, tempore, quo Cla. me. Philippus II. dum vixit earumdem Hispaniarum Rex Catholicus in humanis agebat, sermo habitus fuit pro assignatione alterius loci, in quo novus Conventus construi deberet, ut Religiosæ hujusmodi collocari valerent; ac etiam in Civitate Vallisoletana alius Conventus existit earumdem Religiosarum sub titulo Sanctæ Crucis, in quo de præsenti reperiuntur tresdecim Religiosæ expresse Professæ, duæ Novitiæ, et quinque ancillæ, non itapauper prout alius de Merida, sed satis talis, ut illius Religiosæ magna difficultate existere possint, attento, quod illius annui redditus summam viginti millium quingentorum viginti quinque Regalium monetæ prædictæ vix constituunt, quando Religiosæ ejusmodi Conventus totidem alia summa indigent, eo magis quod secundo dictus Conventus ita vetus, ac dirutus, et Religiosarum Cellæ indecentes, et incommodæ remanent, et reperiuntur, ac demum existunt in Villis de Alcantara, et de Broxas nuncupatæ duo alii Conventus Militiæ de Alcantara Religiosarum dictæ Militiæ, primus quidem sub Invocatione Sancti Spiritus, in quo septem dumtaxat Religiosæ reperiuntur, annuos redditus decem, et septem millium sexcentorum quinquaginta Regalium paris monetæ, alter vero sub titulo S. Petri, in quo quinque Religiosæ totam Communitatem solummodo constituunt, vix annuos redditus novem millium Regalium parium habent, gravati oneribus, et expensis necessariis pro servitio Ecclesiarum et manutentione Ministrorum, aliorumque inservientium, et dependentium, qui majorem utriusque Conventuum hujusmodi annuorum redditnum partem absumunt, ac præter, et ultra hujusmodi incommoda Conventus de Broxas ita angustus est, ut non obstante parvo Religiosarum numero, quæ semper in eo remanserunt, Religiosæ ipsæ magno cum notabili incommodo vivere pergunt attento, quod Fabrica hujusmodi Conventus deterior facta est, ita, ut ad illum aliquo modo tutum reddendum quamplurimæ, et magni momenti expensæ assiduo faciendæ veniunt, ac hujusmodi Conventus Religiosæ Ecclesia etiam carent, ac in illius supplementum simplex Oratorium habent, quod alias ad usum Locutorii vulgo Parlatorio destinatum fuerat, et etiamsi transactis temporibus fabrica Ecclesiæ inchoata fuerit, nihilominus ab ipso initio, ac de præsenti imperfecta remanere conspiciatur, ac certior factus, quod attento præsenti quatuor Conventuum statu necesse erat, pro illarum manutentione, et conservatione, intuitu illorum Religiosarum qualitatis, generis Nobilitatis, nec non statutorum, ut convenientes annui redditus assignarentur, et cum effectu donatio aliorum bonorum stabilium facienda, et summa magni momenti pro Fabricis tam Conventuum prædictorum, quam illorum respective Ecclesiarum concedenda, et impendenda esset, quodque claræ itidem memoriæ Ferdinandus Sextus, dum pariter vixit ipsarum Hispaniarum Rex Catholicus, consideratis itaque cum commiseratione tot urgentibus causis, cognita etiam impossibilitate necessarii subsidii mature quoque perpendens, quod si Conventus prædieti, et illorum Religiosæ usque nunc se se servari potuerunt alienæ a quibusvis discriminibus, id solum evenerat propter frequentes ingentesque eleemosynas, auxiliumque, quæ ex annuis redditibus ad Mensam Magistralem Militiarum hujusmodi spectantibus, aliisque effectibus distributæ, et suppeditatæ fuerant etiamsi Conventus prædicti ad Juspatronatus Regium minime pertinaant, sed dumtaxat idem Ferdinandus Rex id expleverat uti Superior, et Administrator perpetuus omnium Mili-

tiarum hujusmodi, acinsoper idem Ferdinandus Rex repetitas cognitiones, et justificationes super hujusmodi grave, et sollicitum uegotium inquirere non prætermiseret, ac de præmissis omnibus ea, quæ par erat, prudentia, studio, et diligentia una cum consilio Ordinum mature examinare curaverat, posthabitas nonnullas consultationes compertum habuit totum id, quod expositum erat, veritati niti, et comprobatum remanere, consideratis insuper gravibus incommodis, ac notis periculis, quibus dictæ Religiosæ manifeste expositæ existebant, quippe quæ absque Conventibus, in quibus commode ac tuto consistere, absque Ecclesiis, in quibus Sacras Functiones cum decentia, ac solemnitate Divino cultui convenientes peragi facere, absque redditibus ad victum, vestitumque necessariis, quibus se se juxta earum statum, ac dignitatem decentius exhibere, ac vivere absque sufficienti in omnibus Conventibus prædictis numero, quo Communitatem servare possent, reperiebantur.

Quae fuerint remedia concepta a Ferdinando VI. Hispaniarum Rege ad quatuor Monasteriorum levamen, atque auxilium

§. 2. In hoc rerum statu pro unione, incorporatione, et aggregatione primodicti Conventus S. Olallæ de Merida Conventui S. Crucis Vallisoletanæ memoratæ Militiæ Sancti Jacobi de Spatha, ac secundodicti Conventus Sancti Petri de Broxas memorato Conventui S. Spiritus de Alcantera ejusdem Militiæ de Alcantera, attento, quod Conventus S. Spiritus, et S. Crucis hujusmodi in optima existimatione, et celebritate tam propter amplitudinem fabricæ in meliorem formam constructæ, et comparatæ, quam propter loca, ubi existunt nempe Civitatis Vallisoletanæ, et Villæ de Alcantera, que Capitalia sunt utriusque territorii tum in spiritualibus, tum in temporalibus præter, et ultra alias extimatione dignas circumstantias, quæ in sæpedictis Conventibus de Meridia, et Broxas minime habentur, suum consensum præbuit, illasque decrevit, ac indixit; In vim vero hujusmodi consultationis, et decreti, non obstante quod Religiosæ primodictorum duorum Conventuum decreto hujusmodi repugnassent, ac per interpositas personas illud adversari fecissent, et unio, et incorporatio earum respective Conventuum cum aliis secundodictis Conventibus, ad decretum prædictum inde editum nullum existeret, nihilominus cum contradictio peracta inanis, ac nullius roboris, et momenti habita, et existimata fuerit, dictus Ferdinandus Rex, mandavit, ut ab Apostolica hac Sancta Sede facultas, et licentia in præmissis necessaria obtineri deberet, quo primodicti duo Conventus secundodictis aliis Convantibus unirentur, et incorporarentur, ac unio, et incorporatio hujusmodi debitæ exequutioni mandaretur.

Nil melius prospiciendum esse Monasteriorum utilitati; constitit quam per binorum suppressionem, illorumque bonis alus incorporationem.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat ipse Karolus Rex vestigiis ipsius Ferdinandus Regis in eisdem præmissis insistere cupiens unionem, incorporationemque primodictorum Conventuum secundodictis Conventibus per Nos concedi, et demanderi summopere cupiat, dum unio, et incorporatio hujusmodi ad nil aliud, quam ad commodum, utilitatemque primodictorum Conventuum, et illorum respective Religiosarum pertinet, quoniam ex unione, et incorporatione prædicta in quolibet ex secundodictis Conventibus numerus Monialium ita completus remaneret, et existeret, ut perfecta Communitas constitueretur, et dici poterit, ac annui utriusque Conventus hujusmodi redditus una eum consuetis eleemosynis pro decenti Religiosarum manutentione, et essistentia sufficerent, eo magis si consideretur, quod distributio effectuum, et redditunm, quos dictæ Religiosæ ex Magistrali Mensa ad præsens percipiunt, inter quatuor Conventus faeienda venit, sequuta unione, et incorporatione prædicta inter duos Conventus tantum in posterum dividenda erit, et facile tunc spes haberi potest, ut superextantes annui redditus, et fructus in reparationibus, et augmentum Fabricarum secundodictorum Conventuum impendi, et erogari possint. Nobis propterea dictus Karolus Rex humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Pontifex propositam a Catholico Rege suppressionem respectivamque unionem approbat, datis pro hujus exequutione peculialibus regulis

§. 4. Non igitur piis ipsius Karoli Regis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere cupientes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Conventum Sanctæ Olallæ nuncupatum Oppidi Civitatis etiam nuncupatæ de Merida Sancti Jacobi de Spatha, nec non Conventum Sancti Petri Villæ de Broxas respective Militiarum de Alcantera, auctoritate Apostolica, tenore præsentium supprimimus, extinguimus, et abolemus ac nunc pro tunc, et quando præsentes Nostræ Literæ suum sortitæ fuerint effectum, prædictos duos Conventus pro suppressis, et abolitis, et extinctis esse, et fore decernimus, volumus, et mandamus. Insuper Religiosas Conrentus Sanctæ

Olallæ prædictæ Militiæ Santi Jacobi de Spatha Conventui S. Crucis Civitatis Vallisoletanæ ejusdem Militiæ, ac Religiosas conventus Sancti Petri de Broxas Militiæ de Alcantera Conventui Sancti Spiritus Villæ de Alcantera ipsius Militiæ, nec non bona mobilia, et immobilia in quibusvis rebus consistentia, ex undecumque provenientia, census, domos, vineas, possessiones, annuosque fructus, redditus, proventus, jura, actiones, onera, privilegia, ac supellectilia sacra, et prophana quæcumque ad Conventus Sanctæ Olallæ, et Sancti Petri prædictos respective quomodocumque spectantia, et pertinentia, ac pro usu, commodo, et utilitate illorum Religiosarum, empta, donata, et acquisita, ac relicta quovismodo tam Conventui Sanctæ Crucis, quam Conventui S. Spiritus prædictis, auctoritate, et tenore præfatis perpetuo transferimus, unimus, et incorporamus, et annectimus, ac Religiosas Conventus Sanctæ Olallæ, ac Conventus SanctæCrucis, nec non illius Sancti Petri de Broxas, et Sancti Spiritus de Alcantera duos dumtaxat Conventus in posterum, ac illorum respective bona quæcumque mobilia, et immobilia in quibusvis rebus consistentia, et undecumque provenientia, ac census, domos, vineas, possessiones, illorumque annuos fructus, redditus, proventus, jura, actiones, credita, onera, privilegia, suppellectilia sacra, et prophana prædicta, unita, incorporata, ac annexa fore, et esse, auctoritate, et tenore præsentis decernimus, statuimus, volumus, et declaramus. Ac insuper Religiosas conventus Sanctæ Olallæ de Merida ad Conventum Sanctæ Crucis Vallisoletanum Militiæ S.Jacobi de Spatha, aliasque Religiosas Conventus Sancti Petri de Broxas ad Conventum Sancti Spiritus Villæ de Alcantera prædictæ Militiæ, absque eo, quod Religiosæ hujusmodi in unoquoque ex dictis duobus Conventibus existentes ad secundoduos dictos Conventus transferendæ, in novo Conventu, in quo transferri contingat, novum Novitiatum, seu probationis annum peragere teneantur, auctoritate, et tenore hujusmodi transferimus, et transferendas esse præcipimus, ac ipsis Religiosis primodictorum Conventuum Sanctæ Olallæ, et Sancti Petri, in virtute sanctæ obedientiæ translationem de earum respective personis faciendam mandamus, ita tamen, ut translatio earumdem Religiosarum Rhedis, seu lecticis comitantibus honestis matronis, ac si commode fieri possit proximioribus consanguineis ipsarum Religiosarum transferendarum, ac illarum respective superioribus, seu aliis Viris gravibus honestæ vitæ, et famæ recta via, et sine ulla ad extraneum locum diversione fiat, et si contingat per viam pernoctare, vel cibum sumere, id in aliqua honesta domo, non vero in publicis tabernis, assistentibus semper dictis matronis, seu consanguineis, sequatur, et in reliquis ea omnia, quæ circa hujusmodi Religiosarum translationem per Sacros Canones, Concilium Tridentinum, et Apostolicas Constitutiones præscripta sunt, religiose serventur, demum memoratæ Religiosæ sic transferendæ, postquam ad dictos Conventus respective translatæ fuerint, sub obedientia, visitatione, et correctione tam in spiritualibus, quam in temporalibus eidem Karolo, seu pro tempore existentibus ipsarum HispaniarumRegibus uti administratoribus perpetuis Militiarum prædictarum, ac illarum superioribus, et ordinum consilio remaneant, et remanere debeant, et tenantur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5 Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, et Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, ac Conventuum, et Militiarum hujusmodi etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis, privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et

innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die septima Septembris millesimo septingentesimo, sexagesimo Primo, Pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 11 Sep 1761 Ann. IV

CCXLIX.

Venerabilem Dei Servum Gregorium Barbadigum S.R.E. Cardinalem, et Episcopum Patavinum inter Beatorum numerum adscribi, et publico venerari, atque pie coli, Constitutione hac prescribitur.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam.

Venerabilis Barbadigus Clementi XIII, in Patavino Episcopatu Praedecessor fuit.

§. 1. Inter assiduas tribulationum angustias, quibus catholica angitur, et vexatur Ecclesia, et juges lacrymas, quibus animarum quotidie misero pereuntium jacturam deplorat, superna Dei bonitas mœrorem piæ matris solari, et lacrymas abstergere non desinit triomphis filiorum suorum, qui carnis spretis illecebris, diabolicis superatis insidiis, et terroribus sæculi conculcatis, præclaram de selpsis, de mundo, de infernali hoste victoriam retulerunt. Ex horum numero fuit memoria nostra Dei Servus Gregorius Cardinalis Barbadigus, cujus eximiam peractæ vitæ sanctitatem, dum adhuc in minoribus essemus, singulari semper veneratione prosequuti sumus, assumpti postea in Cardinalium Collegium, et Ecclesiæ Patavinæ præfecti ejus sanctissima opera, quæ in virtute Domini fortiter gessit, cum illustria adhuc ibi superessent eorum vestigia, et monumenta, propius, et quasi Nostris ipsis oculis inspeximus, et admirati sumus. Quare, cum ad B. Petri cathedram imperscrutabili divinæ clementiæ consilio immerentes, et inviti evecti fuerimus, et cum sub Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris diligenter servatis omnibus, quæ juxta ecclesiasticos canones, et Apostolicas constitutiones servanda erant, causa Servi Dei, cœlesti incœpta auxilio, secundo cursu progrederetur, et felicem, Deo annuente, ominaretur exitum, Apostolicæ Nostræ servitutis officium esse duximus, tantum virtutis lumen amplius latere minime pati; sed supra candelabrum ponere, ut luceat omnibus, qui in domo Dei sunt, et præcipue Ecclesiarum Pastoribus, ut in custodiendo Dominico grego eximia ante oculos habeant exempla virtutum, quibus sectandis urmentur ad pugnam, coronentur ad gloriam.

Vita, et virtutes Venerabilis Servi Dei breviter exponuntur.

§. 2 Is enim claris parentibus ortus, nobilitatem generis, virtutum præstantia superavit. Clericali militiæ adscriptus, per omnes ecclesiasticos ordinum gradus, humilis, et modestus, et quales Dei Sacerdotes esse decet, ad sublimem Episcopatus, et deinde Cardinalatus honorem ascendit, et exemplo divini Magistri, qui ne rex fieret, se abscondit, Cardinalibus in Apostolicis comitiis conspirantibus, vim quodammodo fecit, non ut Pontifex fieret sed ne Pontificatum coactus acciperet. In Pastorali autem munere obeundo Sanctum Carolum Borromæum sibi imitandum proposuit, ejusque virtutes in se mirabiliter expressit. Nam in omnibus se exhibuit sicut Dei Ministrum; in solandis miseris impigrum, in sublevandis egenis munificum, in promovenda Christiana cathesi sollicitum, in instituendo erudiendoque Clero eximium, in revocandis errantibus anxium, in tolerandis injuriis mitem, in demerendis inimicis singularem, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis, in charitate non ficta. Hac enim divina virtute incensus, mundanis omnibus, et vita ipsa pro gloria Dei, et salute animarum contempta, cœlestia cupiens, et terrena fastidiens, bonus Pastor ovibus anis in semita Domini, in via salutis præivit. Itaque bono certamine decertato, cursu consummato, et fide servata, mercedem laborum suorum, et coronam justitiæ a Principe Pastorum relaturus, mortalibus relictis exuviis, migravit in Cœlum.

Sacra Rituum Congregationibus bene discussis censuit, Venerabilem Dei Servum in Beatorum numerum esse accensendum.

§. 3. Cum itaque mature, diligenterque discussis, atque perponsis per Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum, processibus de Apostolicæ Sedis licentia confectis super vitæ sanctitate, et virtutibus tam theologicis, quam moralibus in gradu heroico, quibus idem Servus Dei Gregorius Cardinalis Barbadigus Episcopus prius Bergomensis, postea Patavinus multipliciter claruisso: nec non miraculis, quæ ad ejus intercessionem, et ad ma-

nifestandam hominibus ipsius sanctitatem a Deo patrata fuisse asserebantur, eadem Congregatio coram Nobis constituta, auditis etiam Consultorum suffragiis, uno spiritu, unaque voce censuerit posse, quandocumque Nobis videretur, prædictum Servum Dei Beatum declarari cum solitis indultis.

Pontifex Venerabilem Dei Servum, Beati nomine nuncupari, ejusque Corpus et Reliquias venerari a Fidelibus jubet.

§. 4. Hinc est, quod nos piis, atque enixis charissimorum in Christo filiorum nostrorum Regum, aliorumque sublimium catholicorum Principum et potissimum dilectorum Nobis filiorum nobilium virorum Ducis, et Reipublicæ Venetorum, nec non quamplurium ex venerabilibus fratribus Archiepiscopis, et Episcopis, et dilectis filiis Capitulis, et Canonicis Metropolitanarum, et Cathedralium Ecclesiarum, tum etiam Generalium Præsidum Ordinum Regularium, publicarum Accademiarum, Collegiorum, aliorumque ecclesiasticorum, et sæcularium cœtuum supplicationibus Sedi Apostolicæ, et Nobis humiliter porrectis inclinati, de memoratæ Congregationis Cardinalium consilio, et assensu, auctoritate Apostolica, tenore præsentium ad majorem Dei gloriam, et Ecclesiæ quidem universæ, præsertim tum ordinis Episcopalis, in quo tanta cum laude Servus Dei se gessit, tum dignitatis Cardinalitiæ, cujus decus fuit, et ornamentum, indulgemus, ut idem Dei Servus Gregorius Barbadigus in posterum Beati nomine nuncupetur, ejusque corpus, et reliquiæ venerationi Fidelium (non tamen in processionibus circumferendæ) exponantur: imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, et de eo quotannis die XVIII. mensis Junii recitetur Officium, et Missa de communi Confessoris Pontificis cum Orationibus a Nobis approbatis juxta rubricas Breviarii, et Missalis Romani. Porro recitationem Officii, et Missæ celebrationem hujusmodi fieri concedimus dumtaxat in Civitate Venetiarum, ubi natus est, et in Diœcesibus tam Bergomensi, quam Patavina, quibus Episcopus præfuit ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus tam Sæcularibus, quam Regularibus, qui ad horas canonicas tenentur: et quantum ad Missas attinet etiam ab omnibus Sacerdotibus ad Ecclesias, in quibus festum peragetur, confluentibus.

Quae peragenda sunt primo Beatificationis anno praescribuntur

§. 5. Præterea primo anno, a datis hisce literis, in Ecclesiis Civitatum, et Diœcesum antedictarum solemnia Beatificationis ipsius Servi Dei cum Officio, et Missa sub ritu duplici majori, die ab Ordinariis respective constituta, postquam in Basilica nostra S. Petri in Vaticano de Urbe celebrata fuerint eadem solemnia (pro qua re diem xx. currentis mensis assignamus), pariter celebrandi facimus potestatem.

Derogatio contrariorum, et fides habenda transumptis

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, ac decretis de non cultu aditis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu Secretarii dictæ Congregationis Cardinalium subscriptis, et sigillo Præfecti ejusdem Congregationis munitis, eadem prorsus fides ab omnibus, et ubique tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xi. mensis Septembris MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

CCL.

Dat. die 11 Sep. 1761 Anno IV.

Qui ex Ordine Minimorum S. Francisci de Observantia Reformati Religiosi viri Sacras Missiones in Albania et Macedonia viginti Annis peregerint adnumerari Secretariis Generalibus indulgetur, facta tamen lege, ut ultimum teneant locum inter Provinciæ Patres.

Literæ Clementis IX. diei 10 Septembris 1668 de quibus in præsentibus sermo est non reperiuntur impressæ in Bullario Mainardi.

Clemens Papa XIII.
Ad futuram rei memoriam

Referuntur causae praesentis concessionis

§. 1. Inter animi Nostri desideria, illud potissimum cordi Nostro inhæret, ut fructus, quos Sacer Minorum S. Francisci Ordo in agro militantis Ecclesiæ afferre non desinit, non solum provisione Nostra succrescant, verum etiam, sublatis ab eis impedimentis, multimodis afferantur incrementis. Cum itaque sicut Venerabiles Fratres Nostri S.R.E. Cardinales, negociis Propagandæ Fidei præpositi, Nobis nuper exposuerunt, Missiones Albaniæ, et Macedoniæ quibus Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum inserviunt, idoneis ut plurimum Operariis deficiant, eo quod Fratres Ordinis præfati ad illas accedentes, post duodennium comple-

tum, ad proprias Provincias, absque ullo laborum suorum præmio redire cogantur, ac proinde religiosi eorum labores, aliquo honoris præmio decorari debere videantur.

Fratribus minoribus de Observantia per viginti annos in Missionibus operam navantibus gradum Secretarii Generalis tribuit

§. 2. Nos ex commissæ Nobis cœlestis dispensationis munere, illorum honorificentiæ consulere cupientes, ac Cardinalium præfatorum supplicationibus Nobis super hoc porrectis inclinati, Fratribus dicti Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, sacras in Albaniæ, et Macedoniæ partibus Missiones peragentibus, qui per spatium viginti annorum in præfatis Missionibus se laudabiliter gesserint, ejusque rei testimonia, cæterorum Missionariorum sive majoris illorum partis habuerint, ut omnibus, et singulis privilegiis, prærogativis, præeminentiis, favoribus, gratiis, et indultis, ac præcedentiis, quibus Fratres dicti Ordinis, qui Secretarii Generales fuerint, dumodo tamen Patribus Provinciæ nullo modo præcedant, sed ultimum locum, semper post ipsos obtineant, ac firma semper ac intacta manente regula, in quibusdam, felic. rec. Clementis Papæ IX. prædecessoris Nostri Literis contenta, pro illis, qui post duodennium tantum expletum a Missionibus abscesserint die 10 Septembris 1668 expeditis incipientibus *Crediti* tam de jure, usu, et consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere libere, et licite possint ac valeant in omnibus, ac per omnia, perinde ac si Secretarii Generalis munere perfuncti fuissent, auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Attestatio Ordinariorum requiritur.

§. 3. Cum hac conditione tamen, quod Missionarii præfati Ordinis, attestatum habeant Ordinariorum locorum, ubi sacras exercuerunt Missiones.

Clausula sublata, et decretum irritans,

§. 4. Decernentes, easdem præsentes literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, ac pro tempore quomodocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, ejusque Provinciarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenoribus, pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes; illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XI. Septembris MDCCLXI. Anno IV. Pontificatus Nostri.

CCLI.

Dat. die 12 Sept. 1761. Ann. IV

Quantum a Trydentini Concilii sanctionibus adversetur, Episcopos titulares constituere, absque Clero, absque Populo, et absque sede, significat Principi Montis Maurentiaci talem Episcopatum postulanti pro Religioso Viro meritis aliunde præclaro.

Retulimus supra Num. CLXXVI. alias Epistolas hujus Pontificis prælaudato Principi Montis Maurentiaci requirenti Episcopatum titularem pro ipso Religioso Viro, cui annuere Pontifex haud duxit, Ecclesiæ neque necessitate, neque utilitate probata, ut videre est hoc Tom. II. pag. 46.

Dilecto Filio Nobili Viro Principi Montis Maurentiaci.

Clemens PP. XIII.

Dilecte Filii Nobilis Vir, salutem, et Apostolicam Benedictionem

Non omnia quae a Pontifice postulantur, ab ejusdem pendent voluntate, sed ad Sacrorum Canonum normam sunt expendenda

§. 1. Non est incognita Nobis, neque prænobilis familiæ tuæ conditio, neque tua in hanc Apostolicam Sedem fides, et observantia, eaque propter dari Nobis occasiones vehementer optaremus desideriis tuis gratificandi: sed pro ea, qua polles, prudentia, intelligere te minime dubitamus, non omnia quæ a Romano Pontifice postulantur, ex arbitrio solius voluntatis pendere, verum ad Sacrorum Canonum normam quamplura diligenter sunt expendenda: etsi igitur literis tuis

plenam adhibuerimus fidem, plurimumque lætati simus in Domino, quod dilectus Filius Crysostomus Ordinis Carmelitici Excalceatorum sedulam Catholicæ Religionis cultui navet operam in Amstelodamensi sacello Gallicæ Legationis, et in verbi Dei prædicatione potissimum excellat, non idcirco tamen titulo Episcopi, ut vocant, in partibus Infidelium potest insigniri.

Tridentinum Concilium abhorret ab Episcopis titularibus, absque Clero, populo, et sede, nisi gravis necessitas, vel evidens Ecclesiae concurrat utilitas.

§. 2. Quam odiosi sint Tridentino Concilio ejusmodi Antistites neque Clerum, neque Populum, neque sedem permanentem habentes, satis compertum, atque idcirco non sine gravi necessitate, vel evidenti Ecclesiæ utilitate creandi, maxime vero nisi prius honesto patrimonio dotati fuerint, ad vitam, ac dignitatem sine dedecore sustinendam; quæ cum deficiant in præsenti rerum circumstantia, summopere dolemus, non posse Nos, uti voluntas esset, petitionibus tuis annuere, hæc eadem significabimus Venerabili Fratri Nostro Enrico Cardinali Episcopo Tusculano Duci Eboracensi, si cum hac de re Nobiscum sermonem instituere contigerit. Cæterum jubeas volumus dictum Crysostomum tranquillo esse animo, ad Nos enim quod spectat, sedulo cavebimus, ne quid hac de re ad ejus Regulares Prælatos emanet, atque interea paternæ benevolentiæ Nostræ pignus accipito in Apostolica Benedictione quam tibi, Dilecte Fili Nobilis Vir, peramanter largimur. Datum Romæ etc. die XII. Septembris MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno quarto.

CCLII.

Dat. die 24 Sep. 1761 Anno IV.

Concordia, qua, intercedente Catholico Rege, lites inter Episcopum, at Capitulum Cathedralis Cartaginensis in Hispania extinctæ fuere, Apostolica auctoritate confirmatur, et approbatur.

Litteræ Apostolicæ octavo Kalendas Januarii præsentis anni expeditæ, de quibus in præsentibus mentio est, non repertæ fuere usque adhuc, adeoque suo loco minimæ relatæ, quas tamen si invenire datum erit, referemus in Appendice.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Concertationum status exponitur.

§. 1. Nuper pro parte Carissimi in Christo filii Nostri Karoli Hispaniarum Regis Catholici Nobis expositum fuit, quod alias Venerabilis Frater Didacus Episcopus Carthaginensis, postquam compertum habuerat, quod sex Dignitates, septem Canonici (Canonicatu, et Præbenda Tribunalis Inquisitionis adversus hæreticam pravitatem in illis partibus auctoritate Apostolica instituto, perpetuo unitis, et incorporatis minime comprehensis) nec non octo integri, et duodecim dimidij portionarij nuncupati, totum Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Carthaginensis constituebant, quodque servitium dictæ Ecclesiæ a Cappellanis, et Musicis satis, a Capitularibus vero prædictis pariter præstabatur, ad effectum eorumdem Capitularium numerum augendi, prout Divini cultus servitium, et dictæ Ecclesiæ celebritas requirebant, auctoritate ordinaria ex annuis fructibus, redditibus, et proventibus ad quatuor ex dictis sex Dignitatibus (exceptis Decanatu, qui inibi major exstitit, et sexta Scolastria nuncupata, quæ juxta concordata inter Sedem Apostolicam, et cl. me. Ferdinandum, dum vixit, earumdem Hispaniarum Regem Catholicum ultimo loco inita, liberæ dispositioni, et collationi reservata etiam existit) et ad septem Canonicatus, et Præbendas, nec non ad integras octo, et duodecim dimidias portiones hujusmodi spectare, et pertinere certam dictorum fructuum, redditnum, et proventuum ab unaquaque ex dictis dignitatibus, Canonicatibus, Præbendis integris, et dimidiis portionibus quantita-

tem dismembrarit, disjuuxit, et separarit, ac ex fructibus, redditibus, et proventibus sic a Dignitatibus, Canonicatibus, Præbendis, integris ex dimidiis portionibus, ut præfertur, dismembratis, disjunctis, et separatis, quatuor alias dignitates, aliosque septem Canonicatus, et Præbendas, et quatuor integras, et alias tres novas dimidias portiones erexit, instituit, et fundavit; ea tamen adjecta conditione, ut tres dimidiæ portiones per ipsum Didacum Episcopum, sicut præmittitur, de novo erectæ, et institutæ organorum modulatori, concentus moderatori, ac cæremoniarum Magistro semper assignandæ essent, ac dictis quatuor Dignitatibus, ac septem Canonicatibus, et Præbendis, nec non quatuor integris, at tribus dimidiis portionibus sic de noro erectis, et institutis, ac fundatis pro eorum respective annua dote, fundo, at assignatione, omnes, et singulos annuos fructus, redditus, at proventus a memoratis quatuar Dignitatibus, Canonicatibus, et Præbendis, integrisque, at dimidiis portionibus dismembratos, sejunctos, et separatas respectire cuilibet ex dictis Dignitatibus, Canonicatibus, integrisque, et dimidiis portionibus sic de novo erectis, perpetuo concessit, applicavit, et assignavit, ac insuper et ad præmissum affectum nonnulla alia ad servitium Chori, ac perceptionem distributionum quotidianarum pertinantia, ac onera in posterum adimplenda, ac demum modum in provisionibus, et collationibus dictarum Dignitatum, Canonicatuum, integrarum, et dimidiarum portionum de novo, ut præferertur, erectarum tam ad ejusdem Karoli Regia, quam aliorum pro tempore existentium earumdem Hispaniarum Regum, juxta concordata prædicta, quam ad sui, et pro tempore existentium Carthaginensium Episcoporum, et Capituli ejusdem Ecclesiæ nominationem observandum, præscripsit, et declaravit, quæ quidem omnia per ipsum Didacum Episcopum ordinaria auctoritate acta, gesta, præscripta, ordinata, et declarata ad supplicationem ipsius Karoli Regis, Nos per quasdam Nostras sub Plumbo decimo octavo Kalandas Januarii datas Litteras, Pontificatus Nostri anno tertio confirmavimus, at approbarimus, ac quoscumqua etiam substantiales defectus, si qui desuper in præmissis intervenissent, supplevimus, et sanavimus, et alias prout in dictis Nostris Litteris plenius dicitur contineri.

§. 2. Verum quia in dictis Nostris Literis quoad lites, quæ inter dictum Didacum Episcopum ex una, et Capitulum dictæ Ecclesiæ ex altera partibus tam quoad Musicam, et Musicos, Cantorem, et Subcantorem, quam quoad totum id, quod supererat ex Præbenda Præceptoria nuncupata vulgo *Avanzi Arretrati della Prebenda Precettoria*, ac illorum satisfactionem, et solutionem vigebant, de illis nulla mentio, nihilque in præmissis dispositum, ignoratumque fuit, litesque hujusmodi in statu, et terminis, in quibus reperiebantur, remanserant; ipse Karolus Rex credens illas dirimere, et componere tum Didaco Episcopo, tum Capitulo præfatis dedit in mandatis, ut intra duos menses inde computandos, inter se convenirent, et si contigeret intra dictos duos mensas partes prædictas inter se concordes minime esse, Musica extincta, et suppressa remaneret, licet negotium huiusmodi actum, gestumque fuerit, nihilominus nec intra, nec post præscriptum, definitumque tempus propter irreptas hinc inde difficultates confectum, absolutumque remanserit; ipse vero Karolus Rex nunc subortas difficultates per se ipsum mature perpendere curavit, ac cum extimaverit, si pollicitationes pro parte dicti Didaci Episcopi eidem Capitulo factæ, ac multo magis aliæ ipsimet Karolo Regi, ut Musica in dicta Ecclesia assidue peragatur, oblatæ admitterentur, illas in publicam quietem, et Fabricæ ipsius Ecclesiæ utilitatem fore cessuras, ea de causa idem Karolus Rex ad sedandas, componendasque vigentes lites, proprium, et consentaneum esse duxit, statuere quosdam articulos, seu conditiones, aut quamdam concordiam inire tam ab ipso Didaco, et pro tempore existente Episcopo Carthaginensi, quam a Capitulo prædictis deinceps observandas, tenoris sequentis videlicet.

Hispaniarum Rex studia sua adhibuit ad concertationes has terminandas.

» I. Ut modernus Episcopus, » ejusque successores, Fabricæ perpetuo » solvant ipsius Musicæ causa Octo millia » Regalium vulgo Reali quolibet an» no, incipiendo a Kalendis Janua» rii præsentis Anni 1761., eaque fixa, » atque invariabilia tam si accrescerent » quam si dimminerentur redditus Di» gnitatis, vel Fabricæ, aut salaria Mu» sicorum.

Referuntur capitula perficiendae conciliationis ab Hispaniarum Rege proposita

» II. Ut eadem de causa ipse » modernus Episcopus solvat eidem » Fabricæ duodecim millia Regalium » similium pro quolibet anno retroacto» rum, a tempore, quo ipse Episcopa-

» li dignitate Carthegena fruitur ad finem usque anni proxime elapsi 1760.

» III. Ut redditus trium dimidiarum portionum, qui juxta dispositionem supradictæ Bullæ noviter disponebatur, arigendas esse favore Organistæ, Magistri Cappellæ, et Magistri cæremoniarum, prævia eorum suppressione, ramanere debeant favore ejusdem Fabricæ, a qua in posterum dictis tribus individuis stipendia solventur prout usque ad hac perfungi solita fuit.

» IV. Ut similiter remanere debeant favore Fabbricæ redditus dimidiæ portionis Beneficialis *de Lorca* statim ac vacaverit dignitas Cantoris, ut dispositum fuit in Bulla dictæ confirmationis.

» V. Ut in hujusmodi suppositione usque ab hoc tampore in futurum, solvere debeat dicta Fabrica integra Musicis salaria in posterum decurrenda, et quidquid a præterito debitum, et insolutum sit, comprahansis hoc in numero Subcantoribus, Magistro Cappellæ, Organista, et cæremoniarum Magistro, quin noc pro decursis, nec decurrendis, neque Episcopus, nequa Capitulum solvant usque ab initio hujus anni 1761 plusquam respective supra expressum fuit, etiamsi Fabrica dilationem patiatur in percipiendis redditibus dictarum trium dimidiarum portionum supprimendarum, at dimidiæ portionis Beneficialis *de Lorca*.

» VI. Ut actualis Cantor solvere debeat tantummodo centum quadraginta ducatos, quos usque adhuc persolvit, et vacante dignitate Cantoris, sortitoque effectu dismembrationis dimidiæ portionis Beneficialis *de Lorca* favore Fabricæ, nil solvant ejus successores.

» VII. Ut Capitulum per se solum deinceps nominet omnes Musicos, at Subcantores, et unicuique eorum respectiva salaria assignet, quæ unica a Fabrica solvanda erunt, verum hujuscemodi salaria neutiquam augeri possint ultra quam eis assignatum fuit in primo ingressu, nequa ipsis aliud accessorium lucrum vulgo *Ajuda de Costa* præberi, neque jubilationem cum salario absqua Episcopi pro tempora approbatione.

» VIII. Ut modernus Episcopus solvera debeat omnes expensas factas in expeditiona dictæ confirmationis, aliarumque in expeditiona præsentis gratiæ faciendarum.

» IX. Ut spectantibus ad Seminarium Sancti Fulgentii omnibus redditibus, fructibus, at administratione Præbendæ Præceptoriæ, quibus ex nunc frui integre debet juxta Instrumentum divisionis, et Bullam confirmationis, ad beneficium ejusdem Fabricæ remaneant redditus quatuor millium tercentorum sexaginta septem Regalium, quos confessum fuit Capitulum annatim reddere capitalia vulgo *Las Fincas* empta ab ipso Capitulo ex redditibus, qui superfuerunt ex dicta Præbenda Præceptoria; atque etiam centum octoginta millium Regalium parum plus minusve, quæ juxta ipsius Capituli assertionam deposita, atqua existentia habere dabet in suis capsis provenientia ab ipsis redditibus capitalium impositorum superextantibus supradictis, ad hoc ut prædicta Fabrica possit iis mediis satisfacere Musicis stipendia, quæ sit debita, et decursa, ac decurrenda, donec et usque gaudeat, et perfruatur integre fructibus, et redditibus prædictarum trium dimidiarum portionum supprimendarum, et dimidiæ portionis Beneficialis *de Lorca* «.

§. 3. Cum antem sicut eadem exposita subjungebat ipse Karolus Rex articulos, seu conditiones, aut concordiam hujusmodi, quo firmius subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret. Nos piis ejusdem Karoli Regis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere, ac quascumque lites, et dissentiones præsertim inter Ecclesiasticas personas vigentes dirimere, et componere cupientes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita relatione dilecti filii Magistri Josephi Simonetti Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum *S. R. E.* Cardinalium Concilii Tridentini interpetrum Secretarii Nobis facta, præinsertos articulos, seu conditiones, aut concordiam ab eodem Karolo Rege initam, tametsi illa tenori, at dispositioni earumdem Nostrarum Literarum, aliqua in parte adversetur, auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque, et illi inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris et facti defectus etiam substantiales, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus.

Preces porrectae fuere pro relatorum capitulorum Pontificia approbatione, quam precibus Pontifex dedit.

§. 4. Decernentes easdem præren-

Clausula sublata, et decretum irritans. tes literas semper firmas validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sedis prædictæ Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpetrandi facultate, et auctoritate iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigarit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus dictis Nostris literis, aliisque Constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, ad dictæ Ecclesiæ, illiusque Capituli etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quaris firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis, Superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innoratis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XIV Septembris MDCCLXI Pontificatus nostri anno quarto.

CCLIII.

Dat. die 16 Sep 1671 Ann IV.

Doletur quod Apostolici Nuncii jurisdictio violetur in appellationibus ab judicatis in prima instantia interpositis, hortaturque Trerirensem Antistitem, ut impedimenta a Trevirensi Curia allata removere curet, et Ecclesiasticam protueatur disciplinam.

Literæ in quibus et de Limburgensi Præpositura agitur, et de submovendis causis conquestionum inter Curiam Trevirensem, et Apostolicum Nuncium Coloniensem, relatæ superius sunt hoc Tom. II. sub n. CCVII pag. 104.

Venerabili Fratri Joanni Philippo Archiepiscopo Trevirensi S.R.I. Principi Electori.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem.

§. 1. Ex iis, quæ ab initio Pontificatus Nostri usque adhuc tibi exhibuimus paternæ benevolentiæ argumentis, equidem sperabamus, duros et amaros nuncios de ista Trevirensi Curia ad Nos quotidie afferendos non fore; nam ut omittamus, quæ de Limburgensi Sacerdotio latiûs alias Fraternitati tuæ perscripsimus in aliis quas tibi postmodum dedimus literis de Coloniensi Nuncio quidquam leniter attigimus, firma spe freti, quod Nostra facilitate, et Apostolicæ Sedis indulgentia captus ejus dignitatem in Apostolico Nuncio per Administros tuos violari permissurus non esses: Sed quæ postmodum non sine magno animi Nostri dolore rescivimus, de hoc prolixius scribere adigunt, ne Apostolicæ servitutis muneri, quod Nobis imposuit Deus, deesse turpiter videamur. — Praecedentium querelarum causas commemorat.

§. 2. Audivimus, Commune quodam Wolwart nominatum, minis, et pecuniaria mulcta prohibitum, ne causam, pro Ludi-Magistro apud se retinendo, in secunda instantia coram Apostolico Nuncio prosequeretur: idem contigisse Capitulo Collegiatæ Sancti Floreni Confluentiæ in alio Prædii cujusdam judicio, quod Collegium istud Ecclesiasticum sibi pertinere ajebat, demum Sacerdotem Joannem Gerardis, quia ad Apostolicum Nuncium appellaverit, sacris fuisse interdictum, quæ quidem — Quæ nova patrentur in Ecclesiasticae disciplinae perniciem enumerat.

agendi ratio levibus adeo adminiculis vult excusari, ut facile omnes intelligant, initum isthic consilium, appellationes omnes ad Apostolicum Nuncium per vim ac metum impediendi: numquid igitur Clerus, ac Populus tuus solo primæ Instantiæ judicio, quod Locorum Ordinariis a Tridentina Synodo attributum est, contentue esse debebit? Numquid is, qui læsus est, vel qui se læsum putat in prima instantia, confugere nequibit ad Apostolicam Sedem, quæ isthic per Coloniensem Nuncium repræhesentatur, an potius cogendus erit ab eodem in eumdem Judicem appellare, vel amarissimo silentio rationum suarum momenta comprimere? Numquid tandem quam dedit Ecclesiæ tuæ misericors Deus sæcularem potentiam, convertes ad Apostolicæ Sedis antiquissima jura, et decora minuenda?

Hortatur Treviren sem Antistitem ut removeat injusta impedimenta, et disciplinam Ecclesiasticam protueatur

§. 3. Non possunt hæc in Archiepiscopum tui similem cadere; sunt enim, et Ecclesiasticis regulis adversa, pietati, et prudentiæ tuæ indecora, et commisso Populo, et Clero ærumnosa; comprime igitur ea, qua polles auctoritate ejusmodi ausus, ac novitates quas pro injuncto Pastorali officio nefas esset dissimulare, quum magnum te Sacramentum obstringat, ad Apostolicæ Sedis dignitatem tuendam in mentem revoca; teque sic ostendito, ut Ecclesiæ omnium Matris, atque Magistræ benevolentia, omnes te dignum existiment: atque interea Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Frater, peramanter largimur. Datum Romæ etc. die xvi. Septembris MDCCLXI Pontificatus Nostri anno quarto.

CCLIV.

Dat. die 5 Oct 1761 Ann. IV.

Prævia moderatione Litterarum Benedicti XIV super adimplemento onerum perpetuorum missarum in Ecclesiis Fratrum Ordinis S. Francisci de Paula Minimorum, servari mandatur quod ante dictas Literas in præfato Ordine observabatur in Provincia Messanensi tantum.

Literæ Benedicti XIV. de quibus mentio fit in præsensibus, non reperiuntur impressæ in Bullario prælaudati Pontificis.

Clemens Papa XIII.

Ad Futuram rei memoriam.

Refertur dispositio Literarum Benedicti XIV. super adimplemento onerum perpetuorum.

§. 1. Exponi nobis nuper fecit dilectus Filius modernus Corrector Provincialis Provinciæ Messanensis Ordinis Fratrum Sancti Francisci de Paula Minimorum nuncupatorum, quod alias fel. rec. Benedictus Papa XIV. prædecessor Noster per suas sub plumbo anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Septingentesimo quadragesimo nono tertio Kalendas Septembris, Pontificatus sui anno X. expeditas Literas, quarum initium est « Paternæ sollicitudinis etc. certis de causis animum suum moventibus adductus, inter cætera, motu proprio, ac certa scientia, et matura deliberatione suis, concessit, et indulsit, ut omnia, et quæcumque onera perpetua missarum, et suffragiorum eidem Ordini, ejusque Ecclesiis, Conventibus, vel Domibus in quacumque mundi parte existentibus per quascumque personas tam per ultimas voluntates, quam per contractus inter vivos nuncupatos, et sub quacumque obligatione usque tunc relicta, et in futurum per voluntates, et contractus hujusmodi etiam relinquenda, ac per easdem Ecclesias, Conventus, vel Domos suscepta, et perpetuis futuris temporibus suscipienda adimpleri deberent per quinquaginta annos in specie a die susceptionis computandos, et deinde finito dictorum quinquaginta annorum, spatio adimpleri valerent in genere, seu sub generalitate missarum, et suffragiorum ejusdem Ordinis, quibus de Apostolicæ, qua in spiritualis Ecclesiæ thesauri dispensatione fungebatur auctoritatis, et potestatis plenitudine equipollente omnino tribuit suffragij fructum, atque valorem, quem haberent, æedem missæ, vel

suffragia particulariter, et in specie celebrata modis, et formis per ipsos Benefactores præscriptis, et ad Altaria etiam privilagiata per eos designata, adeout illis suffragaretur, et animabus ipsorum, perinde ac si pro eisdem Benefactoribus tam vivis, quam defunctis missæ, et sufragia hujusmodi particulariter, et in specie dietim, vel respective statutis diebus, locis, atque temporibus, sive ad altaria designata, celebrata, et recitata, eisque respective applicata fuissent, et alias prout in dictis memorati Benedicti prædecessoris literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expressum, et insertum haberi volumus, prout fusius dicitur contineri.

Enumerantur incomoda derivantia præsertim in Provincia Messanensi ab observantia præfatarum Apostolicarum Literarum.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebant dictus Corrector Provincialis cousiderans, quod populi dictæ Provinciæ, tenorem, et dispositionem earumdem literarum juxta suum proprium sensum forsan minime compræhendunt, magno cum Provinciæ prædictæ, illiusque Conventuum damno, eleemosynas, largitiones, et donationes pro fundationibus onerum missarum relinquere, et assignare jam jam omiserint, et hujusmodi damnum Conventus Civitatis Messanensis inter cæteros, præsertim pati videatur, tum propter Civitatis prædictæ depopulationem ob epidemicam loem, quæ Civitatem prædictam anno MDCCXLIII. afflixit, itaut domus ad illum spectantes minime locantur, et si locari contingat, illæ quanti minimi locari debent, tum propter combustionem anno MDCCXLV passam, in qua alterum ex Dormitoriis, et totum Sacrarium hujusmodi Conventus, nec non supellectilia sacra, et prophana conflagarunt, ex dura itaque necessitate, ac etiam ex positione quod literæ præfatæ facultativæ, non autem præceptivæ existunt, ejusmodi Conventus Messanensis Fratres quædam perpetua Missarum onera, ut antea recipere, et acceptare coacti fuerint, et ad illa in posterum observanda, et adimplenda se se obligaverint, postmodum suborto inane dubio inter eos, qui legata hujusmodi fundarunt super dispositione memoratarum literarum, declararunt se se peractos contractus rescindere velle, nisi Fratres supradicti memoratis Benedicti prædecessoris prædicti literis derogari fecerint, alii vero, qui ad novas fundationes faciendas jam parati erant, hujusmodi exemplo se se ab illis exequendis abstinent, nisi prius literis prædictis derogatum sit, dictus vero Corrector Provincialis urgentibus necessitatibus propter ingruentes temporum, ac hujusmodi Conventus necessitates oppressus, facultatem saltem pro dicto Conventu Messanensis retinendi, et adimplendi ea jam fundata, aliaque in posterum fundanda onera perpetua recipiendi eisdem modo, et forma, quibus antea onera prædicta recipiebantur, admittebantur, et retinebantur, sibi a Nobis concedi plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Supramemoratæ Literæ Benedicti XIV abrogantur in Provincia Messanensi tantum.

§. 3. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac dicti exponentes, et Conventus Messanensis hujusmodi Fratrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, attentis infrascriptis peculiaribus circumstantiis, ac visis Informatione, et voto dilecti filii Joannis Baptistæ Couchers dicti Ordinis Vice Procuratoris Generalis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium indulgemus, ut quoad onera Missarum perpetua post memoratas ejusdem Benedicti prædecessoris litteras hactenus acceptata, vel quæ in posterum sub perpetuitatis conditione a piis Fidelibus memoratoConventui Messanensi tantum offerri contigerit, idem omnino servari possit, et liceat, quod ante prædictas literas quoad onerum perpetuorum acceptationem in dicto Ordine servari consuevit, perinde ac si dictæ literæ non emanassent. Firmis tamen manentibus tam generalibus de celebratione Missarum, quam specialibus pro ipso Ordine ab Ap. hac S. Sede emanatis Decretis.

Clausulæ solitæ, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes, easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel igoaranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§. Non obstantibus ejusdem Benedicti prædecessoris, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis, Superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibus, at aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum in Arce Gandulphi sub Annulo Piscatoris die quinta Octobris millesimo septingentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 13 Oct. 1761 Ann. IV.

CCLV.

Pontificiæ Sedis indulgentias erga Ecclesiasticas personas, incitamento esse debere ad excolendas Ecclesiasticas disciplinas, protuendaque Religionis jura, significat Clementi, Illustris Poloniæ Regis filio.

Dilectissimo in Christo Filio Nostro Clementi, carissimi in Christo Filii Nostri Augusti Poloniæ Regis Illustris, Nato, e Ducibus Saxoniæ.

Clemens PP. XIII.

Dilectissime in Christo Fili Noster, salutem, et Apostolicam Benedictionem

Egregiæ indolis tuæ ad Christianæ pietatis officia, et bonarum artium studia proclivis apprime conscii, eas tibi ex Apostolica benignitate facultates indulsimus, quas et Wastphalicarum Ecclesiarum tutelæ, ac securitati, et Regalis Domus ornamento, ac decori convenire sumus in Domino arbitrati: qua in re perficienda non tam carissimi in Christo Filii nostri Augusti Poloniæ Regis Illustris, piissimi secundum carnem parentis tui desideriis ac votum obsecundare, quam te magis, magisque in dies ad excolendam Christianæ institutionis disciplinam, complectendasque scientias Ecclesiastico Viro dignas, non incitare modo, sed propemodum inflammare voluimus. Etenim si Regiis natalibus, et splendidissimo generis tui lumini hæc conjungantur, incredibile dictu, quantum inde exempli, utilitates, ac præsidii ad Dei cultum promovendum, et Catholicos Populos in vias mandatorum Domini dirigendos, emanare queat. Gratum interea summopere accidit, quod paternæ voluntatis Nostræ benevolentiam expertus, gratias egeris; gratissimum vero, quod eos piæ devotæque mentis sensus tuis in literis expresseris, quibus ostenderes, omnem te spem ac fiduciam in eo reponere, in cujus manu cuncta sunt posita: hunc igitur uti postulas, enixe rogamus, ut vel a juvenilibus annis bonitatem, scientiam ac disciplinam te doceat, neque dubites, dilectissime Fili Noster, quin iis, qui primum, quærunt regnum dei et justitiam ejus, reliqua omnia facile non adijciantur, cujus auspicii constituimus vadem Apostolicam Benedictionem, quam tibi ex intimis præcordiis depromptam toto corde largimur. Datum in Arce Castri Gandulphi Albanen Diœcesis sub Annulo Piscatoris die XIII. Octobris MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

CCLVI.

Dat. die 19 Oct. 1761 Anno IV.

Capitulo, et Canonicis Cathedralis Hildesiensis prorogat tempus ad Episcopi electionem retardatam ex peculiaribus suparadventis impedimentis.

De hac eadem materia habetur alia Epistola relata hoc Tom. II. sub Num. CCXVII. pag. 119.

Dilectis Filiis Capitulo, et Canonicis Ecclesiæ Cathedralis Hildesiensis

Clemens PP. XIII.

Dilecti Filii salutem, et Apostolicam Benedictionem

Delatis ad Nos precibus vestris, ut in aliud novum trimestre prorogare fas esset Hildesiensis Episcopi electionem, cum audierimus, ac summopere doleamus *adductum fuisse Decanum vestrum in alienom Regionem*; et ca-

dem perdurare impedimenta, quæ vos hactenus detinuerunt, quominus consueto more Antistitem vestrum per Capitularia suffragia designaretis, iisdem ex Apostolica benedictione indulsimus, terminum prorogantes a die sexta Novembris anni MDCCLXI. usque ad diem sextam Februarii Anni MDCCLXII. ita ut nullum inde juribus vestris detrimentum obvenire queat. Interea Deum Opt. Max. enixis precibus exorare non intermittimus, ut ex abundantia miserationum suarum diuturnas hasce calamitates a cervicibus vestris avertat, detque, isti nobilissimæ Ecclesiæ dignum atque, idoneum sponsum posse tandem aliquando nancisci, atque ut idipsum vos quoque faciatis, quantum possumus hortamur in Domino, monemus, ac flagitamus Apostolicam Benedictionem nostram vobis peramanter largientes. Datum in Arce Castri Gandulphi Albanen Diœcesis sub annulo Piscatoris die XIX. Octobris MDCCLXI. Pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 3 Nov. 1761. Ann. IV.

CCLVII.

S. R. E. Cardinalibus in Consistorium coadunatis comemorat vetus institutum cooptandi in Sacrum Collegium dalectos Viros ex omnibus Christiani Orbis partibus, novosque in præsens cooptandos designat.

Venerabiles Fratres.

Vetus Romanæ Ecclesiæ institutum, et Tridentini Concilii disciplinam commemorat, de seligendis in Universo Christiano Orbe Cardinalibus.

§. 1. Cum veteris moris sit, institutique Ecclesiæ Romanæ, ex omnibus Orbis Christiani partibus delectos Viros in Card. collegio cooptari, idque etiam suadeat Concilium Tridantinum, ut Ortodoxæ Reipublicæ universæ rationibus prospiciatur; Nos exempla prædecessorum Nostrorum imitantes, Sacrisque Canonibus inhærentes, ne quid prætermittamus, quod ad publicam utilitatem pertinere videatur, imminutum Vestrarum Fraternitatum numerum novis nominibus ex Nationibus diversis augere decrevimus. Sed, quod ita rei magnitudo, et gravitas postularet, Patrem luminum, a quo omne datum optimum, et omne donum perfectum descendit, oravimus prius, ac obsecravimus, ut Nobis luce sua, atque præsidiis auxilio esse velit.

In nove Cardinalium electione selegisse diem S. Clementi Pontifici sacrum, significat, et novos designat Cardinales.

§. 2. Tantæ autem rei expediendæ hunc potissimum Sancto Clementi prædecessori ac Patrono Nostro sacrum præstituimus diem, Sanctissimi hujus Pontificis, fortissimique Martyris patrocinio confisi, divinitus impetraturos Nos fore, ut ii, quos deligemus, pietate, zelo, ac doctrina sua ad hoc tantum onus ferendum, quod est impositum infirmitati nostræ, adjuvare Nos possint. Ad majorem igitur Omnipotentis Dei gloriam, Sanctæque Romanæ Ecclesiæ utilitatem, ac decus, Cardinales creare, et declarare intendimus Venerabiles Fratres, et dilectos respective Filios.

Bonaventuram De Corduba Spinula de la Cerda, Archiepiscopum Neocæsariensis Ecclesiæ in partibus Infidelium, et Indiarum Occidentalium Patriarcham.
Christophorum De Migazzis de Valle a Solletturin, Archiepiscopum Viennensem Austriæ.
Antonium Clairiadum De Choiseul Beaupré, Bisuntinæ Ecclesiæ Archiepiscopum.
Joannem Franciscum Josephum Rochechovart, Episcopum Laudunensem.
Franciscum Christophorum ab Hutten in Stolozemberg, Spirensis Ecclesiæ Episcopum.
Henrichettum Virginium Natta, Ordinis Prædicatorum, Episcopum Albensis Ecclesiæ.
Joannem Molino, Episcopum Brixiensem.
Ludovicum Constantinum de Rohan, Ecclesiæ Argeotinensis Præsulem.
Cornelium Caprara Almæ Urbis Nostræ Gubernatorem, et
Balthassarem Cincium Basilicæ Principis Apostolorum Canonicum, et Congregationis super Consultationa Negociorum Status Nostri Ecclesiastici Secretarium.

Quid Vobis videtur?

Auctoritate Omnipotentis Dei, Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, ac Nostra, creamus, et declaramus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales.

Cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis, et opportunis.

In Nomine Pa✠tris, et Fi✠lii, et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Dat die 24 Nov. 1761 Anno IV.

CCLVIII.

Novo electo Episcopo Conceptionis de Chile in Indiis Occidentalibus significat per literas præsentes præfatæ Ecclesiæ præpositum fuisse ad nominationemCatholici Regis, eique præcipit ut comissum sibi opus acceptet, eumdem absolvendo a quocumque juramento, vel voto de non acceptando quacumque dignitate.

Clemens PP. XIII.

Dilecte Fili salutem, et Apostolicam Benedictionem

Nominationem ad Episcopatum de Chile significat, et Chatholici Regis desiderium ne a nominatione dissentiat

§. 1. Cum Nobis hodie, seu nuper in Consistorio Nostro secreto ad præsentationem carissimi in Christo Filii Nostri Karoli Hispaniarum Regis Catholici, te, qui ut asseritur Frater expresse Professus Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum in Sacro Presbiteratus Ordine, ac Guardianus Collegii Apostolicarum Missionum Villæ de Chillan in Indiis Occidentalibus, nec non Missionarius Apostolicus existis, ob tuorum exigentiam meritorum in Episcopum Cathedralis Ecclesiæ Conceptionis de Chile in iisdem Indiis, quæ de Jurepatronatus ejusdem Karoli Regis ex privilegio Apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum, esse fore dignoscitur, per obitum ultimi illius Episcopi de præsenti vacantis præfecimus, et Pastorem, curam, regimen, et administrationem ipsius Ecclesiæ tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie, comittendo. Verum quia pro parte dicti Karoli, Nobis expositum fuit, quod ipse veretur ne tu ad præfectionem hujusmodi tuum consensum præstiturus sis, cupit propterea opportune sibi in præmissis a Nobis provvideri.

Præcipit Pontifex ut præfectioni in Episcopum consensum præstet, et Ecclesiæ possessionem illico suscipiat.

§. 2 Nos piis ejusdem Karoli Regis votis hac in re, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, teque a quibusvis excomunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum præsentium tantum assequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati; Nos in illo qui dat gratias, et largitur præmia confidentes, quod dirigente Domino actus tuos Ecclesia præfata sub tuo felici gubernio regetur utiliter, et prospere dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus, et temporalibus suscipiet incrementa, tibi ita exigentibus necessitatibus istarum partium, harum serie in Domino hortamur, et monemus, ut tuæ in Episcopum Ecclesiæ Conceptionis de Chile hujusmodi præfectioni per Nos, ut præfertur factæ consensum omni mora, et dilatione postpositis præstes, et commissum tibi onus acceptes, illudque ad honorem Omnipotentis Dei, Santæque Romanæ Ecclesiæ utilitatem, et animarum salutem fideliter exercere procures. Jugum Domini, tuis impositum humeris, prompta devotione suscipiens, curam, et administrationem præfatas, sic exercere studeas, sollicite, fideliter, et prudenter, ut Ecclesia ipsa Gubernatore provido, et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque præter æternæ retributionis præmium, nostram, et Sedis Apostolicæ gratiam, et benedictionem exinde uberius consequi merearis.

Absolvit a quocumque voto de non acceptando ulla dignitate.

§. 3. Ac propterea tibi quodcumque votum quomodolibet emissum, et quaotiscumque vicibus reiteratum de non acceptando ulla dignitate, vel munere Ecclesiastico extra tuum Ordinem, nec non juramentum, si quod tu forsan ea super re præstiteris, ad præmissum effectum, auctoritate, ac tenore præfatis in utroque foro relaxamus.

Contrariis derogat.

§. 4 Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac dictæ Ecclesiæ, ac ordinis præfati etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuctudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et exprssse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXIV Novembris 1761 Pontificatus Nostri Anno IV.

Dat. die 10 Dec. 1761. Ann. IV.

CCLIX.

Ne recursus ad appellationes Fratrum Ordinis SS̃mæ Trinitatis Redemptionis Captivorum haberi debeant contra statuta Ordinis, et peculiare S. Congregationis specialis decretum jubet sub nullitate, aliisque pœnis.

Clemens PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium

§. 1. Sacrosancti Apostolatus Officium, quod inscrutabilis Divinæ Sapientiæ, atque climentiæ altitudo humilitati Nostræ, meritis licet imparibus, committere dignata est, salubriter exequi jugi vigilantia satagentes, in ea præcipue curam sollicitis studiis incumbimus, ut Christifideles Altissimi obsequiis sub suavis Religionis jugo mancipati, sublatis iis, quæ Regulari eorum observantiæ, atque disciplinæ detrimentum afferre noscuntur, juxta Regularia eorum instituta prospere dirigantur, illisque firmiter insistentes, multipliciter in dies, benendicente Domino, proficiant incrementis.

Exponitur Constitutionum Ordinis dispositio circa appellationes, et recursus in Causis criminalibus quibus consonat Rescriptum Sac. Cong particularis a Sixto V. deputatæ.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Procurator Generalis nomine etiam dilectorum itidem filiorum Generalis, et Diffinitorii Generalis Ordinis Fratrum SS̃mæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Discalceatorum nuncupatorum, quod per Constitutiones ejusdem Ordinis auctoritate Apostolica confirmatas, et approbatas cautum prohibitumque existit Fratribus dicti Ordinis a correptione, et pœnitentia Regulari, ad externum Judicem recurrere, et appellare, statutusque est ordo servandus in causis Criminalibus, vel cujuscumque alterius conditionis pro recursibus, et appellationibus earumdem Causarum a Ministro scilicet, seu Superiori locali ad Provincialem, a Provinciali ad Diffinitorium Provinciale, a Diffinitorio Provinciali ad Generalem, a Generali denique ad Diffinitorium Generale cujuscumque respective Familiæ ex duabus, quibus prædictus Ordo componitur; consonat hæc dispositio Constitutionum prædictarum cum quodam particulari tunc existentium S. R. E. Cardinalium Congregationis a fel. rec. Sixto Papa V. prædecessore Nostro deputatæ anno MDLXXXVII edito Decreto tenoris sequentis videlicet » Quoniam » nonnulli Regulares vagandi studio, » sive dum imminentem admistorum » criminum pœnam ex suis Constitu- » tionibus, aut alias debitam sibi me- » tuunt, falsa, et commentitia grava- » mina causati, non ad immediate sui » Ordinis Superiores, scilicet a grava- » mine Prioris ad Provincialem, a Pro- » vinciali ad Generalem, a Generali ad » Protectorem, prout cujusque Religio- » nis Constitutiones disponunt, sed ad » hanc Romanam Curiam absque licen- » tia sæpius fugiunt potius, quam re- » currant, ex quo Ordinum disciplina » relaxatur, Prælati contemnuntur, et » ipsi in dies audaciores evadunt, pla- » cuit Sacræ Regularium Congregationi » ex ordine SS̃mi statuere, ut si quis » Regularium in posterum temere le- » viori ex causa Almam Urbem, seu » Curiam absque Superioris licentia, » et supradicta forma adire præsum- » pserit, ad suos eosdem Superiores, se- » veriorique prætermissa pœna plecten- » dus mittatur »

In præfatarum dispositionum contemptus inolevit abusus recurrendi ad Urbem, nondum etiam prolato judicio in prima instantia

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dictus Procurator Generalis, præmissis non obstantibus, compertum habeat, quod aliqui dicti sui ordinis alumni Constitutionum memoratarum, aliarumque a Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris super præmissis editarum immemores, suæ Regularis professionis per eos emissæ parvipendentes, vel potius conculcantes dum se aliquo crimine gravati sentiunt, de quo Superiores dicti Ordinis judicare, pœnamque condignam imponere debent, ad externos Judices confugiunt prætextu recursus, et appellationis, antequam per superiores suos gradatim juxta earumdem Constitutionum formam, et dispositionem illorum causæ recognitæ sint, et judicatæ, quod non raro accidit etiam ante sententiam, seu cognitionem a Ministro, seu Superiori locali in prima Instantia cum præjudicio Regularis disciplinæ, ac subditorum obedientiæ debitæ suis Superioribus, qui violenter coguntur adire Tribunalia externa, contentionesque suscitare, et quod pejus est, aliqui ex dictis Alumnis memorati Ordinis ad Tribunalia sæcularia confugere non verentur maximo cum spretu Superiorum suorum, non minus quam Sæcularium scandalo, ac propterea sibi, dictisque Generali, et Diffinitorio Generali omni ratione adnitendum proposuerint, ut quælibet via præcludatur tot gliscentibus malis, et abusibus, et debita, exactaque Regularis observantia in dicto ordine, et respectiri subditorum erga Sedem prædictam, et suos

Superiores conservetur, et sicuti exciderit, restituatur, opportunum in præmissis remedium adhiberi, et alias salubriter a Nobis, ut infra provideri summopere desiderent, prout alias ab hac Sancta Sede pro nonnullis ordinibus Regularibus provisum fuisse memoratur,

Pontifex et Ordinis Constitutiones, et supra laudatæ Congregation. decretum servari jubet in omnibus Appellationibus, et recursibus, sub nullitatis nota, aliisque poenis.

§. 4. Nos, qui aliunde ex diutina rerum experientia probe novimus, quot, et quanta Regularibus Ordinibus ex prædictarum, et similium Ordinationum inobservantia, et infractione eveniant incommoda, ipsorum Procuratoris Generalis, Generalis, et Diffinitorii Generalis piis postulatis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinsertum ejusdem Congregationis Cardinalium decretum cum omnibus, et singulis in eo contentis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, ac innovamus, et quatenus opus sit omnibus, et singulis memorati Ordinis Professoribus nunc, et pro tempore existentibus, ac futuris temporibus, in casibus, in quibus Fratribus dicti Ordinis de jure, vel vel juxta illius Constitutiones appellare, aut recursus habere, licet, id non aliter deinceps fieri posse, nisi gradatim a Ministro, seu Superiori locali ad Provincialem, a Provinciali ad Diffinitorium Provinciale, a Diffinitorio Provinciali ad Generalem, ac denique a Generali ad Diffinitorium Generale dicti Ordinis itaut causæ appellationis hujusmodi antequam ab eodem Diffinitorio Generali cognitæ, et diffinitæ fuerint extra dictum Ordinem deferri, et agitari nequeant, quam quidem legem non solum in appellationibus, sed in quibusvis recursibus, et quærelis, ac causis inter dictos Ordinis hujusmodi Professores quoquomodo agitandis inviolabiliter observari, sub nullitatis omnium actorum, aliisque pœnis per memoratas dicti Ordinis, aliasque Apostolicas Constitutiones contra inobedientes præscriptis, et in illis contentis ipso facto absque alia declaratione incurrendis auctoritate Apostolica prædicta, et hujusmodi tanore interdicimus, prohibemus, ac præcipimus quoque, et mandamus demum omnibus Romanæ Curiæ Tribunalibus, ac Judicibus, et quibusvis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregationibus, nec non Sedis Apostolicæ Nunciis nunc, et pro tempore existentibus, ne Fratrum dicti Ordinis recursus, aut appellationes super cujuscumque causæ cognitione admittant, causasque ipsas cognoscant, nisi prius eis constiterit, illas juxta præinsertum decretum, ac Constitutiones prædictas per illius Ordinis Superiores, præscripto Ordine servato cognitas, et definitas fuisse, sub pœna nullitatis actorum inde sequutorum, auctoritate, et tenore præsentis itidem harum serie interdicimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes, easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac dictæ S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, et Sedis prædictæ Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu Procuratoris Generalis di-

cti Ordinis, subscriptis, et sigillo Ordinis, prædicti munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die x Decembris MDCCLXI, Pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 1 Dec. 1760 Anno IV.

CCLX.

Favore Mensæ Archiepiscopalis Ferrariensis confirmatur, et de novo conceditur privilegium extrahendi, et adsportandi extra statum Ecclesiasticum absque solutione gabbellæ frumentum, aliasque segetes.

Constitutiones Clementis VIII. diei 24 Octobr. 1598 itemque Benedicti XIV. Octavo Idus Jun. 1748 11 Sept. 1749 et XII. Kal. Febr. 1553 de quibus in præsentibus est mentio, non reperiuntur impressæ neque in Bullario Mainardi, neque in alio Benedictino.

Clemens Papa XIII.
Ad futuram rei memoriam

S. M. Benedictus XIV. libero comercio prospexit Status Ecclesiastici, et adsportationi extra statum Ecclesiasticum earum rerum, quæ in dicto libero comercio includebantur.

§. 1. Alias fel: rec: Benedictus Papa XIV. prædecessor Noster per quamdam suam Anno Incarnationis Domini Millesimo septingentesimo quadragesimo octavo Idus Julii editam Constitutionem, cujus initium est = Quo die = liberum commercium in omnibus Provinciis, Civitatibus, Oppidis, Terris, et Locis status tunc sui nunc Nostri Ecclesiastici in eadem Constitutione minime exceptis sub quibusdam providis legibus, et conditionibus constituit, concessit, et impertitus fuit, confirmando itidem, et renovando omnes, et singulas Generales Romanorum Pontificum prædecessorum suorum, et Nostrorum Constitutiones diversis temporibus editas, quibus sive earumdem rerum in dicta liberi commercii Constitutione contentarum sub certis modo, et forma tunc expressis extractio ex ipso statu vetita fuerat, sive solutiones vectigalium, et onerum Cameræ tunc suæ, nunc Nostræ Apostolicæ, seu aliis in casibus præmissæ extractionis, aut respective pro transitu vel introductione debitorum volitæ, et demandatæ reperiebantur.

Quomodo laudatus Pontifex responderit iis, si privilegio extractionis liberæ pollebant et ad removendos hac in re abusus.

§. 2. Et cum facile intellexisset, quod pro hujusmodi Constitutionum, et legum implemento ad communem alioquin utilitatem, et equabile Ditionis Ecclesiasticæ regimen, necessario magna et multiplicia obstacula opponebantur ex parte complurium sive personarum, sive Societatum, et Corporum, quibus extrahendi licentia, ac exemptionum, et immunitatum privilegia variis rationibus titulis, et formis a prædecessoribus prædictis concessa, et confirmata existebant, voluit pariter, et mandavit, ut singularum hujusmodi concessionum, atque privilegiorum tituli, formæ, qualitates, et tenores ad accurati examinis trutinam in Congregatione Camerali ab ipso Benedicto demandata exhiberentur, et de eorum privilegiorum subsistentia, et vigore judicari deberet an approbandi, vel reijciendi essent, et quoniam in Ferrariensi Ducatu, et Provincia complura hujusmodi privilegia a Romanis Pontificibus prædecessoribus tunc suis, nunc Nostris antiquitus concessa, et confirmata adesse afferebantur, de quorum firmitate, atque etiam amplitudine aliter a prætensis privilegiatis, aliter vero a Ministris dictæ Cameræ, aliisque publicorum onerum exactoribus, et creditoribus judicabatur, idcirco dicta Congregatio Cameralis ad illorum discussionem præcipuo studio intendens, ejusdemque Benedicti prædecessoris mandatis, et ordinationibus inherens per quinquennii, et ultra spatium super eisdem privilegiis diversa decreta condidit; quæ scilicet pro singulorum natura, partim in Alma Urbe coram eadem Congregatione, partim Ferrariæ coram designatis rerum Cameralium curatoribus expensa, convenire merito censuit, ac nonnulla statuit in præmissis, atque decrevit, prout latius continetur in Schedula motus proprii ipsius Benedicti prædecessoris super dictorum Decretorum approbatione, et confirmatione, inde confecta, et subscripta, quam postmodum per aliam suam Constitutionem incipientem = Circumspecta Romani Pontificis providentia = Anno Incarnationis Domini MDCCLIII. duodecimo Kalendas Februarii confirmavit, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expressum, et insertum haberi volumus, prout fusius continetur.

Recensetur privilegium indultum super hac extractione libera, sub nonnullis tamen legibus favore Militaris Ordinis S. Joannis Hierosolymitani.

§. 3. Et sicuti idem Benedictus prædecessor ab onere exhibendi titulos, sive privilegia similia, cum aliquibus ejusmodi similibus privilegiis gaudentibus dispensasse crediderat, attentis eorum peculiaribus prærogativis, ac præcipue cum Hospitale Sancti Joannis Hierosolymitani, nihilominus per quasdam suas in simili forma Brevis

dia xi Septembris MDCCXLIX expeditas Literas, privilegium a rec: mem: Pio Papa IV prædecessora itidem Nostro eidem Hospitali, ejusque Magno Magistro, Prioribus, Bajulivis, Præceptoribus, seu Commendatariis, ac Militibus extrahendi, transferendi, et asportandi extra Statum Ecclesiasticum frumentum, ordeum, vinum, oleum, legumina, et quoscumque fructus, ec etiam pecunias, quæ ex Prioratibus, Bajulivatibus, Præceptoriis, seu Commendis, membris, domibus, Granciis, aliisque prædicti Hospitalis bonis, et locis provenirent, libera, et exepta ab omni pedagio, datio, seu tracta alias concessum sub certis modo, et forma in dictis literis expresso confirmavit, et approbavit, et quatenus opus esset, privilegium prædictum tunc et pro tempore existentibus Magno Magistro, Prioribus, Bajulivis, Præceptoribus, seu Commendatariis, Militibus, aliisque Fratribus ipsius Hospitalis de novo concessit, impertitus fuit, et innovavit; volnitque autem, atque decrevit, et declaravit, ut ejusmodi Hospitale, ejusqua Magnus Magister, Priores, Bajulivi, Præceptores, Commendatarii, Milites et Fratres eodem extractionis privilegio, ut præfertur, confirmato, innovato, et concesso, nullo modo, nullove pacto unquam uterentur, ac uti possent, et valerent intra integrum trium Mensium spatium, quo durante, per memoratam suam super mutuo commercio Constitutionem quæcumque translatio, exportatio, atque extractio frumenti, aliarumque rerum in eadem Constitutione expressarum ad quemcumque alium locum ejusdem Status Ecclesiastici extra Provinciem, et Legationam, in qua colliguntur, inhibita remanet.

Et Mensa Archiepiscopalis Ferrariensis pollebat privilegio liberæ extractionis, quod tamen confirmari Benedictus post memoratas in id evulgatas Constitutiones

§. 4 Ita Mensa Archiepiscopalis Ferrariensis, quæ in antiqua, et immemorabili, et hue usque observata consuetudine, et possessiona remanebat extraendi, asportandi, et transferendi frumenta quæcumque, seu omne genus frumentorum, etiam vulgo ut dicitur *Marzatelli* extra Statum Ecclesiasticum prædictum, attenta confirmatione a dicto Benedicto prædecessore ad favorem aliorum, qui simili privilegio fruebantur facta, prævia exemptione ab onere exhibendi in ipsa Congregatione Camerali titulos, sive privilegia sibi alias concessa se se abstinuit ad comparendum, et exhibendum titulos, et privilegia sibi concessa, et competentia, ac potius acquievit, seu contenta fuit remanere in ipsa pacifica possessione, qua usque tunc fruebatur, et gaudebat, ac utebatur tam exemptionis, quam extractionis suarum rerum ad Annonam spectantium extra dictum Statum Ecclesiasticum, spem habens, quod RomaniPontifices pro tempora existentes minime dedignarentur ipsimet Mensæ eadem privilegia, conservare quæ aliis personis tam in genere, quem in specie confirmata videbantur.

Eminentissimus Crescentius Archiepiscopus Ferrariensis privilegii extractionis confirmationem tamquam titulo oneroso acquisiti postulavit.

§. 5. Propterea dilectus filius Noster Marcellus S. R. E. Presbyter Cardinalis Crescentius nuncupatus, Metropolitanæ Ecclesiæ Ferrariensis ex concessione, et dispensatione Apostolica Præsul, cui quamplurimis ab hinc annis magna cum sui nominis laude præesse dignoscitur, plurimum cupiens mensam Archiepiscopalem prædictam tutam, et securam reddere ab omni molestia, et quacumque difficultate quæ adversus antiquam possessionem exemptionis, et facultatis extrahendi hujusmodi pro parte tam modernorum, quam pro tempore existantium Thesaurarij, aliorumque Ministrorum Cameræ Apostolicæ prædictæ excitari possunt, Nobis supplicavit, ut mensam Archiepiscopalem prædictam in antiqua possessione, qua uti pergit ejusmodi extractionis, et exemptionis remanere debere, ac insimul declarare, initia dictæ possessionis deduci debere ex titulo oneroso a fel. rec. Clemente Papa VIII. prædecessore quoque Nostro per suas literas in Civitata Ferrariensi die XXIV. Octobris MDXCVIII. expeditas in actu devolutionis confirmato, de benignitate Apostolica dignaremur.

Pontifex privilegium extractionis confirmat tamquam oneroso titulo acquisitum, peculiaresque observandas normas præscribit.

§. 6. Nos ejusdem mensæ Archiepiscopalis, quam paternis complectimur effectibus, indemnitati, intuitu etiam meritorum ipsius Marcelli Cardinalis, et Archiepiscopi consulere cupientes, ac vestigiis eorumdem Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum inhærentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione, Nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, vetustissimum, ab immemorabili tempore, et huc usque observatum privilegium, seu possessionem, qua mensa Archiepiscopalis Ferrariensis gravisa fuerit, et gaudet super facultate extrahendi frumenta, segetes, bladas, legumina, et alia similia rerum genera etiam vulgo *Formentoni*, et *Marzatelli*, aliosque fructus extra statum Ecclesiasticum prædictum absque ulla solutione datii, seu gabel-

læ, aut pedagij confirmamus, et approbamus, dictumque privilegium, seu immemorabilem, et hinc usque observatam possessionem privilegii hujusmodi validum legitimum, ac uti proveniens ex titulo oneroso, ac ab eodem Clemente prædecessore in actu devolutionis per memoratas suas literas confirmatum, et innovatum esse decernimus, et declaramus, et quatenus opus sit, eidem Mensæ Archiepiscopali Ferrariensi, ac pro ea ejusque moderno, et pro tempore existenti Archiepiscopo, seu Administratori privilegium hujusmodi extrahendi frumenta, segetes, bladas, legumina, aliosque fructus vulgo *Formentoni*, et *Marzatelli* nuncupatos, illaque sive per Terram, sive per Mare extra dictum statum Ecclesiasticum singulis annis asportandi, seu asportari fraciendi in quacumque regione (exceptis tamen in partibus Infidelium, et S. R. E. prædictæ hostibus) eisdem modo, et forma, quibus dicta mensa Archiepiscopalis, sive Archiepiscopi, et Administratores huc usque usa est, et usi fuerunt, ac de præsenti gaudet, ac prout a memorato Benedicto prædecessore eidem Hospitali Sancti Joannis Hierosolymitani, illiusque Magno Magistro, ac Prioribus, et Bajulivis, Præceptoribus, seu Commendatariis, militibus, aliisque Fratribus concessum fuit, itidem de novo motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concedimus, impertimur, et innovamus, nec non concessionem, et innovationem hujusmodi privilegij, illiusque omnimodam observantiam in omnibus, et per omnia ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit observari, debitæque exequutioni demandari debere præcipimus, et mandamus.

Excipiuntur casus, quibus Archiepiscopalis mensa privilegio uti prohibetur

§. 7. Volumus autem, atque decernimus, et declaramus, ut dicta Mensa, seu illius Archiepiscopi, aut administratores Metropolitanæ Ecclesiæ Ferrariensis prædictæ eodem exemptionis, et extractionis privilegio, ut præfertur, per Nos confirmato, seu innovato, et de novo concesso, nullo modo, nullaque ratione unquam utatur, seu utantur, nec uti possint, et valeant intra integrum trium Mensium spatium, quo durante per memoratam ejusdem Benedicti prædecessoris super mutuo commercio editam Constitutionem quæcumque translatio, exportatio, atque extractio frumenti, aliarumque rerum in dicta Constitutione expressarum ad quemcumque alium locum ejusdem status Ecclesiastici extra Provinciam, et Legationem, in qua colliguntur, inhibetur. Quin imo volumus pariter, et declaramus, et decernimus, ut translatio, exportatio, et extractio hujusmodi a dicta Mensa Archiepiscopali, sive ab illius Archiepiscopis, et Administratoribus prædictis nullo modo fieri possit in iis annis, et temporibus, in quibus rerum supradictarum inopia, et penuria in dicto Statu Ecclesiastico vigeat, atque etiam, et dicta Mensa Archiepiscopalis, seu Archiepiscopi, et administratores prædicti privilegio hujusmodi non aliter, uti, frui, et gaudere possint, et valeant, quam eisdem modo, et forma quibus in dicto motu proprio ipsius Benedicti Prædecessoris die VI. Junii MDCCXXXIX. signato statuitur, et præscibitur, quoad cæteros, qui ejusmodi privilegio uti, frui, et gaudere debeat, et possunt.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 8. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et inviolabiliter observari, et adimpleri, minusque super quibuscumque similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, limitationibus, restrictionibus, et derogationibus comprehendi posse, sed semper ab illis exceptas, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas esse, sicque, et non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac dictæ S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, nec non Cameræ prædictæ Præsidentes, Clericos, Thesaurarium Generalem, cæterosque Officiales, et Ministros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstante, quatenus opus sit, Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ Regula de Jure quesito non tollendo, ac piæ me: Pii IV. prædecessoris itidem Nostri de gratiis quibuscumque dictæ Cameræ interesse concernentibus in eadem Camera intra certum tunc expressum tempus præsentandis, et registrandis, ita ut præsentes literas ibidem præsentari, et registrari nunquam

necesse sit, ac prædicta dicti Benedicti prædecessoris Constitutione = Circumspecta = aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis, superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decima secunda Decembris Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Primo, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Dat die 16 Dec. 1761 Anno IV.

CCLXI.

Indulgentia plenaria pro omnibus Christifidelibus Ecclesias Fratrum Minorum S. Francisci Cappuccinorum, visitantibus, qui confessi et S. Comunione refecti in iisdem oraverint occasione quadraginta horarum tempore quadragesimali.

Clemens PP. XIII.

Universis Christifidelibus præsentes literas inspecturis salutem, et Apostolicam Benedictionem

Ad augendam Fidelium Religionem, et animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac Sacra Communione refectis, qui Orationi Quadraginta Horarum continuatarum, non autem nisi noctis tempore interpolatarum de licentia Ordinariorum Locorum in Ecclesiis, in quibus per dilectos Filios Fratres Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum tempore Quadragesimali Verbum Dei prædicari, et Sermones fieri contigerit, in Palmarum, vel alia Dominica ad hoc magis opportune instituendæ per aliquod temporis spatium devote interfuerint, et ibi pro Christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effunderint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Illis vero, qui Sacra Communione refecti non fuerint, sed vere pœnitentes, et firmum propositum confitendi habentes, Orationi hujusmodi, ut supra faciendæ, interfuerint, et ut supra oraverint, decem Annos, et totidem Quadragenas de junctis eis, seu aliis quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Præsentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem, ut alia similis indulgentia Christifidelibus præmissa in dictis Ecclesiis peragentibus concessa, et ad tempus nondum elapsum duratura, revocata sit, prout per præsentes auctoritate Apostolica revocamus; utque si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiantur, præsentes nullæ sint. Insuper volumus, ut præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, ac Procuratoris Generalis dicti Ordinis muniitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVI. Decembris MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

CCLXII.

Dat. die 22 Decembris 1761 Ann. IV.

Quæ alias a S. M. Clemente VII. privilegia, et exemptiones concessæ fuerant Hospitali Quinque Plagarum D. N. Jesu Christi Civitatis Ispalensis, eæ communicantur, et conceduntur alteri Hospitali S. Ermenegildi in dicta Civitate.

Clemens Papa XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Ecclesiæ Catholicæ per universum Terrarum Orbem diffusæ regimini, meritis licet imparibus, per ineffabilem Divinæ sapientiæ, atque bonitatis abundantiam præsidentes, ad ea, per quæ pietatis, et Christianæ chari-

Romani Pontifices semp. de Infirmor et Convalescentium [illegible] adj[illegible] fuere solliciti.

tatis opera ubique locorum, præsertim ad Infirmorum, et Convalescentium subventionem, et utilitatem provide prudenterque ordinata reperiuntur, propensis studiis intendimus, ut Christifideles in id ipsum laudabiliter, et fructuose incumbentes in visceribus paternæ charitatis gerentes, felici illorum statui, et prosperæ in via mandatorum Domini directioni libenter providemus, illosque opportunis favoribus, et gratiis prosequimur, sicut rerum, locorum, temporum, et personarum qualitatibus mature consideratis ad Dei Omnipotentis gloriam, et animarum salutem, ac piorum operum incrementum, populique Christiani, edificationem, et spiritualem consolationem conspicimus in Domino salubriter expedire.

Referuntur privilegia concessa Hospitali Ispalen., quod postulat alia etiam consequi, quibus pollet Hospitale aliud sub titulo quinque Plagarum D. N. Jesu Christi.

§. 2. Cum itaque sicut dilecti filii administratores generales Hospitalis, seu Nosocomii sub invocatione Sancti Ermenegildi Regis in Civitate Ispalensi jam dudum a bo: me: tunc existenti Episcopo Ostiensi, S. R. E. Cardinali de Cerbantes Nuntio erecti, fundati, et dotati Nobis nuper exponi fecerunt, alias Hospitali, seu Nosocomio hujusmodi quædam communia privilegia, et prærogativæ a fel: rec: Nicolao V., Calisto III, Pio II, Paulo II, et Sixto IV, Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris concessa fuerint, quibus dictum Hospitale, seu Nosocomium de præsenti gaudere pergit, ac in eadem Civitate aliud Hospitale, seu Nosocomium sub titulo quinque Plagarum Domini Nostri Jesu Christi erectum, fundatumque existat, quod præter peculiaria privilegia, seu indulta sibi concessa, et impertita, vigore quarumdam Literarum rec: me: Clementis Papæ VII. Prædecessoris itidem Nostri communicatione eorumdem privilegiorum primodicto Hospitali, seu Nosocomio Sancti Ermenegildi, ut præfertur, concessorum gaudet, ac proinde exponentes prædicti ad majorem primodicti Hospitalis decorem, eadem privilegia, et indulta secundodicto Hospitali, seu Nosocomio concessa sibi a Nobis communicari plurium desiderent.

Quæ secundo Hospitali concessa fuerunt privilegia a S. M. Clem. VII. eo Ispalensi S Ermenegildi Hospitali communicantur, et conceduntur.

§. 3. Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, enarrata privilegiorum secundo dicto Hospitali, seu Nosocomio quinque Plagarum Domini Nostri JesuChristiCivitatisIspalensis prædictæ ab eodem Clemente prædecessore, sicut præmittitur concessorum, dummodo tamen sint in usu, nec unquam revocata, nec sub quibusvis revocationibus comprehensa, Sacrisque Canonibus, vel Sacri Concilii Tridentini decretis ac Constitutionibus Apostolicis adversentur, communicationem primodicto Hospitali, seu Nosocomio Sancti Ermenegildi Regis ejusdem Civitatis, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xii Decembris MDCCLXI Pontificatus Nostri Anno IV.

Clausula sublata, decretum irritans, et derogatio contrariorum.

CCLXIII.

Dat. die 9. Jan. 1762 Ann. IV.

No Provincialis Clerus Trevirensis ultra vires suas gravaretur in militaribus, ceterisque contributionibus ultra conventiones jam initas, plurimum commendat Trevirensi Archiepiscopo

Venerabili Fratri Joanne Philippo Archiepiscopo Trevirensi S.R.J. Principi Electori.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam Benedictionem

In isthac in qua vigiles, atque custodes Nos posuit Dominus Apostolica Specula, confugentium ad Romanam Ecclesiam omnium matrem, votis, atque gemitibus, paternas aures claudere, neque possumus, neque de-

bemus. Supplici libello conquestus apud Nos fuit Provincialis Clerus Trevirensis, adigi se ultra vires, ad præstandas fæderato militi, millenas plurimas pabulares, ut vocant portiones, negligi conventas isthic pactiones Clericos inter, ac Sæculares, demum vero tam gravi ære alieno hanc eamdem ob causam sese obstrictum, ut ad incitas redactus esse jam videatur. Illud tamen inter quærelas hujusmodi Nobis maxime placuit, quod profiteatur nolle se tecum judicio contendere, se omnia sperare a Patris amantissimi æquitate, atque benevolentia. Quamobrem paterni cordis Nostri sensus continere nequivimus, Nostrique muneris arbitrati sumus, eum charitati, justitiæ, amori tuo, Apostolicis quoque vocibus enixe commendara, ut Ecclesiastica immunitas sarcta, ac tecta servetur, parcaturque extremæ inopiæ antiquissimi per universam Germaniam, et Catholicæ Fidei addictissimi Cleri, cujus ipse Nobilissimum caput es, decus, atque præsidium; quas ex intimis præcordiis depromptas paternis animi significationes, dum Fraternitatem tuam æqui benique facturam maximopere confidimus, Apostolicam Benedictionem tibi peramanter largimur. Datum Romæ ec. die 9. Januarii MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno quarto.

Dat die 9 Jan. 1761 Anno IV.

CCLXIV.

Ut alter ex alumnis Ordinis Servorum Beatæ Mariæ Virginis ad officium Confessarii Familiæ Pontificiæ, qui S. Theologiæ Magisterio fungatur, perpetuis futuris temporibus eligatur statuit, atque decernit, addito eidem, privilegio suffragii activi, et passivi, in Capitulis, Diffinitoriis, cæterisque Generalibus Comitijs Ordinis.

Clemens XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

Apostolici ministerii est, Religiosos viros, favoribus, et auxiliis prosequi.

§. 1. Gravissimæ Apostolici regiminis curæ, quibus diu noctuque detinemur potissimum exigunt, ut Religiosos viros, qui sub suavi Christi jugo vota sua Deo reddere, uberesque bonorum operum fructus, adspirante supremi favoris auxilio proferre jugiter satagunt, eo amplioribus beneficiis prosequamur, quo alacrius, atque utilius ad rem Christianam substinendam, divinumque cultum amplificandum, ac animarum salutem procurandam, et animo connituntur, et labore contendunt.

Ordo Servorum Beatæ Mariæ Virginis laudibus cumulatur.

§. 2. Quapropter cum inter cæteras Sacras Familias, quæ militantem Ecclesiam mirifice exornant, Servorum Beatæ Mariæ Virginis Ordo tamquam plenus ager, ac fertilis nunc floribus vernans, nunc fructibus redundans jam inde ab suæ institutionis initio feracissimam pietatis, et doctrinæ messem protulerit, atque in dies proferat alacriorem, idque propterea dignus est habitus, quem Apostolica Sedes propensiori charitatis affectu complecteretur, suisque beneficiis reputaverit cumulandum.

Romani Pontifices Regularibus Ordinibus specialia muneratribuere consuevetunt.

§. 3. Nos vero, qui in minoribus constituti hujusce nominis Familiam semper maximi fecimus, ad hoc Pastoralis dignitatis fastigium, meritis licet imparibus, per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam, atque clementiam evecti, facere nequaquam possumus quin, erga ipsius Alumnos, paternæ benignitatis, et voluntatis nostræ novum testimonium impertiamur. Quemadmodum igitur Romani Pontifices prædecessores Nostri in Alma Urbe Nostra aliis officiis, atque muneribus, et ministeriis a tum Prædicatorum, tum Eremitarum S. Augustini, tum Minorum S. Francisci Conventualium, et Cappuccinorum, et Clericorum Regularium Theatinorum nuncupatorum Ordinum, et Congregationis respective professoribus perpetuo obtinendis, Ordines, Congregationemque hujusmodi honestarunt.

Alter ex hujus Ordinis alumnis munere Confessarii Familiæ Pontificiæ perpetuo donatur.

§. 4. Ita et Nos prædecessorum Nostrum præfatorum, qui duobus ab hinc fere sæculis in Confessarios Familiæ Pontificiæ, Professores primodicti Ordinis etiam eligere perrexerunt exemplis inhærentes. Motu-proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, et Apostolica auctoritate, tenore præsentium statuimus, decernimus, et ordinamus, ut deinceps perpetuis futuris temporibus officium Confessoris Familiæ Pontificiæ uni ex Ordine Fratrum Servorum Beatæ Mariæ Virginis Professori, in S. Theologia Magistro, juxta dicti Ordinis Constitutiones, erecto, comitti, concedi, et assignari debeat.

Confessarius familiæ Pontificiæ votum activum, et

§. 5. Præterea tam dilecto Filio Antonio Mariæ Borini dicti Ordinis Alumno, quem Nobis intuitu meritorum

passivum conceditur in comitiis generalibus Ordinis.

suorum ad explendum munus Confessarii hujusmodi deputavimus, quam pro tempore eligendis, et nominandis ejusdem Ordinis Confessariis hujusmodi, ut ipsi in quibuscumque Capitulis Generalibus, pariterque in Diffinitoriis, cæterisque Comitiis Generalibus ipsius Ordinis ubique, et quandocumque habendis, votum, sive suffragium activum, et passivum habere, et ferre libere, et licite, ac valide possint, ac valeant respective, motu, scientia, et potestatis plenitudine, ac auctoritate paribus concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dicto Antonio Mariæ electo, aliisque pro tempore nominandis Confessariis hujusmodi plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super iis a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis in contrarium præmisssorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, quibus omnibus, et singulis illorum, tenore præsentium pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIX. Januarii MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno IV.

CCLXV.

Dat. die 13 Feb. 1762 Ann. IV.

Attenta alternativa super electione Ministri Generalis, et Procuratoris Generalis Ordinis SSmæ Trinitatis Redemptionis captivorum divisi in binas Familias nempe intra, et extra Hispaniam, statuitur methodus suffragiorum ferendorum tam in Capitulis Generalibus Ordinis, quam in Capitulis respectivarum Familiarum, quæ singula Pontificia auctoritate confirmantur.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam.

Refertur alternativa hucusque servata in alternativa electione Generalis, et Procuratoris Generalis, hujus Ordinis in binis Familiis extra, et intra Hispaniam.

§. 1. Alias pro parte dilectorum Filiorum Superiorum, ac Fratrum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Discalceatorum nuncupatorum Nobis expositum fuit, quod Ordo prædictus in binas Familias divisus reperitur, alteram nempe intra Hispaniam, reliquam vero extra Hispaniarum Regna, videlicet ex Provinciis Italiæ, ac cæteris Septentrionalibus constitutus, penes utramque Familiam servatur vicissitudo, et alternativa eligendi Ministrum Generalem cæteroquin in Romana Curia degentem ad sexennium, ac inter utramque Familiam usque nunc servata consuetudo viget, quod si Minister Generalis electus fuerit ex Familia intra Hispaniam, tunc Procurator Generalis Ordinis prædicti in Romana Curia eligitur ex Familia extra Hispaniam, e contra vero quando Magister Generalis eligitur ex Familia extra Hispaniam, tunc Procurator Generalis dicti Ordinis in Romana Curia semper esse debet Hispanus. Hoc tamen discrimine inæqualitatem inter easdem Familias præseferente, quod quoties Procurator Generalis ejusdem Ordinis est Hispanus, semper voto necessario in Capitulo Generali alias extra Hispaniam celebrari solito gaudet, et quando dictus Procurator Generalis nullum habet votum necessarium in dicto Capitulo Generali, quod semper intra Hispaniam celebratur, sed illius loco habet votum necessarium alter Procurator Generalis pro solis Provinciis Hispanis electus in oppido Matriti Toletanæ Diœcesis commorans.

Capitulum Generale Ordinis novo statuit servanda quoad relatam alternativam.

§. 2. Hanc inæqualitatem inter utramque præmemoratam Familiam provide ponderando Capitulum Generale ejusdem Ordinis die 12 Maii 1759 in Conventu Mediolanensi ipsius Ordinis celebratum, unanimi Vocalium inibi

congregatorum consensu ad servandam inter dictas Familias æqualitatem statuit, atque decrevit, ut post hæc inter Familias æqualitas servetur, et ab hinc Procurator Generalis Ordinis cujuscumque Familiæ habeat votum necessarium in Capitulis Generalibus Ordinis, Familiæ vero pro Familia, ita ut quoties Capitulum Generale Familiæ celebratur in Familia Jesu Redemptoris, votum necessarium habeat Pater Procurator Generalis Curiæ Regiæ, qualis dicitur Hispaniæ. In Familia vero Matris Redemptoris ab hinc duo Procuratores de Familia erunt, unus Curiæ Romanæ, et alter plurium Provinciarum, ad instar illius, qui est Curiæ Matritensis, et hic habebit votum necessarium in Capitulis Familiæ, seu intermediis, non tamen in Capitulis Provincialibus, quem ultimum Procuratorem plurium Provinciarum proximum Diffinitorium generale Familiæ eliget, atque pro hoc Decreto stabiliendo Pater Procurator Generalis Ordinis supplicem Libellum ad Sanctam Sedem Apostolicam porriget, et subinde exponentes prædicti dictum Decretum a Capitulo Generali editum per Nos confirmari plurimum desiderabant.

Sacra Congregatio Episcoporum, et Regularium servari mandat quæ in prædicto Capitulo Generali sancita sunt.

§. 3. Nos supplicem libellum Nobis porrectum, Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium præpositorum remisimus, qui relationem, et votum dilecti Filii Nostri Joannis Constantii S. R. E. prædictæ Diaconi Cardinalis Caracciolo nuncupati ejusdem Ordinis apud Nos, et Sedem Apostolicam Protectoris perpenderunt; factaque postmodum Nobis relatione per dilectum itidem Filium Magistrum Simonem Bonaccorsi ejusdem Congregationis Cardinalium Secretarium die XXII. Januarii proxime præteriti benigne annuimus pro approbatione enunciati Decreti emanati in Capitulo Generali celebrato, ut præfertur; anno MDCCLIX., ac propterea remisimus eidem Joanni Constantio Cardinali, et Protectori, ut dictum Decretum exequutioni demandet, qui attenta remissione a Nobis facta suum itidem edidit Decretum, tenoris sequentis videlicet = Attenta Sanctissimi Domini Nostri Clementis Papæ XIII. feliciter Regnantis approbatione, et confirmatione Decreti, de quo in precibus, editi in Capitulo Generali habito sub die 12 Maii MDCCLIX. in Conventu Mediolanensi, nacnon ejusdem Decreti nobis per Sanctitatem Suam exequutioni direota, decernimus, et declaramus, decretum ipsum fore, et esse exequutioni demandandum, ac proinde virtute sanctæ obedientiæ, authoritate nostra, et Sanctissimi præcipimus, et mandamus, quatenus Superiores omnes, Vocales, Capitulum Generale, totusque Ordo Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum in perpetuum sic observent, et observare faciant, contradictores compescendo, non solum isto, sed omni alio meliori modo. Datum Romæ ex Ædibus Nostris hac die prima Mensis Februarii MDCCLXII. = Joannes Constantius Cardinalis Caracciolo de Sancto Bono Protector = Loco ✠ Sigilli =.

Pontificia auctoritate confirmantur, et approbantur, resolutiones Capituli Generalis.

§. 4. Quoniam autem Exponentes præfati Nobis nuper exponi fecerunt, quod ipsi quo præmissa firmius subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderant. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinserta tum Capituli Generalis, tum ipsius Joannis Constantii Cardinalis, et Protectoris Decreta, ac omnia, et singula in illis contenta, et expressa, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ, firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in præmissis intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes, easdem præsentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis: Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIII Februarii MDCCLXII Pontificatus Nostri Anno quarto.

Dat die16 Feb. 1762 Anno IV.

CCLXV.

Eminentissimus Ignatius Cribellus proximi Generalis Capituli Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci in Civitate Mantuana celebrandi deputatur Præses.

Clemens PP. XIII.

Dilecte Fili Noster salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Ut recte celebretur Capitulum Generale, Pontifex Cardinalem illi Præsidentem deputat, cum facultate Prælatum substituendi.

§. 1. Cum sicut Nobis nuper expositum fuit, Capitulum Generale Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci nuncupatorum, Mense Majo proxime venturo in Civitate Mantuana, benedicente Domino celebrandum sit; Nos cupientes ut Capitulum hujusmodi, recte, et fideliter ad Dei gloriam, et dictique Ordinis utilitatem celebretur, te de cujus prudentia, integritate ac Religionis zelo plurimum in Domino confidimus, in præfato Capitulo Generali, Nostro, et Apostolicæ Sedis nomine Præsidentem, cum auctoritate, facultatibus, jurisdictione, honoribus, et oneribus, similibus Præsidentibus competentibus, et alias solitis, et consuetis, et cum facultate, quando tu actibus capitularibus interesse non poteris, aliquem Prælatum tibi benevisum, in tui locum ad hujusmodi Præsidentis munus obeundum, cum auctoritate, et facultatibus tibi per præsentes concessis substituendi, Apostolica auctoritate, tenore præsentium facimus, constituimus, et deputamus.

Mandat Ordinis hujus Religiosis variis, vocalibus præsertim, ut Cardinali Præsidenti obtemperent.

§. 2. Teque in Domino hortamur, et monemus, ut Capitulum hujusmodi fideliter regere, ac in illo omnia, quæ ad prosperum Fratrum prædictorum regimen et gubernium pertinent, decerni, statui, et ordinari cures, et facias, mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ dilectis filiis, eorumdem Fratrum Superioribus, quocumque nomine nuncupatis, cæterisque Fratribus, et specialiter vocalibus in præfato Capitulo congregatis, aliisque ad quos spectat, ut te ejusdem Capituli, Nostro, et dictæ Sedis nomine Præsidentem reverenter suspiciant, tibique, et per te substituendo dicto Prælato in omnibus ad Præsidentis hujusmodi officium pertinentibus pareant, et obediant, atque assistant, ac tua, et ejusdem personæ a te substituendæ salubria monita, et mandata humiliter suscipiant, et efficaciter adimplere procurent.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac ordinis prædicti etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVI Febr. MDCCLXII Pontificatus Nostri Anno quarto.

Dat. die 27 Feb. 1762 Ann. IV.

CCLXVII.

Quod ad regendam Ecclesiam S. Georgci Venetiarum Episcopus electus fuerit a Græcis extra Ecclesiam Catholicam ordinatus, vehementer conqueritur cum Patriarcha Venetiarum, eumque rogat ut hujusmodi electioni pro viribus obsistat.

Constitutio Leonis X. qua Templum S. Georgei Venetiarum ad Catholicorum Græcorum usum destinatum fuit, non reperitur impressa in Bullario Mainardii.

Venerabili Fratri Joanni Patriarchæ Venetiarum.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam Benedictionem

Patriarchæ Venetiarum religio, et Apostolicus zelus commendatur.

§. 1. Etsi Venerabilis Frater tuum studium, religio tua, Apostolicusque Sacerdotalis vigor nequaquam postulent, ut stimulos Tibi addamus ad nostræ S. Fidei puritatem sartam, tectamque tuendam, et Catholicæ Religionis cultum conservandum, cum tamen Concreditum Nobis cœlitus Supremi Apostolatus officium advigilare nos cogat universo Jesu Christi ovili, permoveat quoque amor Noster in Patriam, istamque Rempublicam, abstinere non possumus, quin vocibus Nostris magis, magisque te incendamus, et isthic Venetiis tuearis unam illam, quæ semper viguit laudabiliter, Fides Apostolica Romana.

De electione Episcopi Græci in Ecclesia S. Georgei Venetiarum irregulariter habita, conqueritur

§. 2. Per electionem Episcopi habitam a Græcis Ecclesiæ S. Georgei, et quidem Episcopi haudquam pollentis dotibus legitimi Pastoris, cujus etiam illicita, et extra Ecclesiam Catholicam ordinatio urgetur, statuitur in sinu Venetiarum Ecclesia Schismatica, et Templum Dei sanctum, quod ex avita Venetorum pietate, et ex Apostolica Leonis X. prædecessoris Nostri authoritate, ad Catholicorum Græcorum usum destinatum fuerat, vertitur in emporium iniquitatis, in Cathedram Schismatis, et errorum. Singulari igitur, ac mirifica quadam cura, vigilantia, atque labore tuo adnitendum est Ven: Fr. ne Græcis istis a Catholica unitate recedendi occasio fiat, ne extra castra Christi, et Sancta Sanctorum prophanum Altare constituatur, ne contra Ecclesiæ pacem Episcopus ordinetur: opponere te debes uti murum æneum ad fulciendam Domum Israel, cui ruina intentatur; audacter palam omnibus loqui, et clamare, quin potentium vim reformides omnibus illis artibus uti, quas bonus Pastor exemplo Pastorum Principis, etiamsi propria periclitetur vita, adhibere novit, ut Gregem suum a lupis tueatur, ut in ovili contineat, ut denique arceat a pascuis insalubribus, et venenatis: Pastoralis hæc vigilantia tota jam tua est, Ven: Fr: qui toties quum Veronensi Ecclesiæ præesses, Venetæque nunc præsidens, illustria semper documenta præbuisti pietatis, prudentiæ, zelique Sacerdotalis perflagrans studium Divinæ gloriæ, et animarum salutis.

§. 3. Tibi igitur ipse sis exemplo, vel si potius libet aliorum Tibi proponere exempla virtutis, cogita quales se in tali Græcorum causa præstiterunt prædecessores tui, qui in periculis, istius Ecclesiæ S. Georgei, et Catholicæ fidei imminentibus, eam vigilantiam, atque operam adhibuerunt, quæ et eo Sacerdotii honore, quem gerebant, esset dignissima, et ad abusus tollendos aptissima; eorum enim industria, et labore effectum est, ut res Græcorum isthic publica authoritate interposita, bene, fæliciterque gererentur: spes vero, quæ Nos a metu liberat, posita est omnis in Senatus Religione, qui te nec tristia, nec luctu affici patietur, nec deseret exempla Majorum, qui pluribus amplissimisque Decemviralibus decretis, intemeratam præstiterunt in Ecclesia, et in Præsule Græcorum Fidei puritatem. Nos pro virili haud prætermisimus illum excitare, ut salutari huic operi incumbat, qua oratione hic per suum apud Nos Oratorem, qua literis ad ipsum datis; tu jam quod expedit facito, in primisque caveto, ne in jussu Nostro sinas coram te Fidem profiteri regens Græcorum Episcopum, si forte tentaverit, atque demum in amoris, et benevolentiæ in te Nostræ argumentum adjicimus Apostolicam Benedictionem, quam tibi, et Gregi tuo peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. M. Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVII. Februarii MDCCLXII. Pontificatus Nostri anno quarto.

Præcedentium Patriarcharum virtutis exempla, et in Græcos vigilantiam commemorat.

Dat. die 27 Feb. 1762 Anno IV.

CCLXVIII.

De eodem Argumento agit cum Duce, et Senatu Reipublicæ Venetæ, eorumque Religionem provocat ad impediendum Schisma a Græcis Catholicis minitatum.

Dilectis Filiis Nobilibus Viris Duci, et Reipublicæ Venetiarum

Clemens PP. XIII.

Dilecti Filii Nobiles Viri, salutem, et Apostolicam Benedictionem

§. 1. Ad assiduos mœrores, quibus Animus Noster ab vulnera Catholicæ Ecclesiæ illata quotidie angitur, ac pene opprimitur, nihil molestius, aut gravius accideret, quam si dubitari possit, antiquam illam Venetam pietatem, atque erga Ecclesiam Catholicam studium, et venerationem a Majoribus vestris acceptam, et tamdiu magna nominis vestri laude servatam, aliqua ex parte imminutam, atque quodammodo obtenebratam fuisse.

De irregularitate electionis Episcopi Græci in Ecclesia S. Georgei conqueritur.

§. 2. Ut primum igitur ad aures Nostras delatum est, et in publicis Civitatis vestræ Diariis legimus, factam fuisse Græcis per Vos potestatem eligendi sibi Episcopum ad regendam Ecclesiam istam S. Georgei, atque eum virum Græcorum suffragiis delectum fuisse, qui non modo ab Episcopo Schismatico illicite ordinatus fuisset, sed insuper manuum impositionem, ut ad Episcopatum promoveretur, extra Catholicam Ecclesiam suscipere meditaret; Exarsit illico animus Noster zelo tuende Catholicæ Fidei, cujus depositum, Nobis licet indignis, et immeritis ex alto concreditum est; et pro amore, quo patriam, et Cives Nostros prosequimur, maximo fuimus dolore perculsi. Itaque statim ad Nos accersivimus egregium Virum dilectum Filium equitem Justinianum, apud Nos legatum vestrum, cui animi Nostri angustias aperientes, in mandatis dedimus, ut primum significaret vobis, quanto animi dolore afficeremur ex rebus novissime gestis, deinde patefaceret propensam voluntatem Nostram in conferenda omni opera, auxilio, atque authoritate Nostra, ut Græcorum res in ista Republica jamdiu confusæ, ac perturbatæ ad pristinam sinceræ doctrinæ sanitatem, Divina adjuvante gratia, reducerentur. At vero etsi aliqua Nos consolatione perfuderit responsum vestrum Nobis ab eodem Legato allatum, ex quo intelleximus constantem firmamque voluntatem vestram in conservanda integritate Orthodoxæ Fidei, haud tamen intimum animi Nostri dolorem abstersit, cum perlatum ad Nos non fuerit, ea a Vobis capi consilia, quæ rem ad optatum exitum perducere valeant, quinimo metuendum sit, ne ex longiori mora, et tam gravis negocii procrastinatione locus infernalis hostis insidiis præbeatur, ut capta temporis occasione per pravam calliditatem, Ecclesia S. Georgei in Schismaticam degeneret, atque a Schismaticis administretur.

Dedecus Venetæ Reipublicæ exprimit, quoties schismati minitato pro viribus non obsistat.

§. 3. Quantum vero istud ignominiæ, ac dedecoris vobis afferet, quam turpiter pietatem, religionemque Reipublicæ inquinaret, si perversorum conatus contra Dei legem, contra institutionis Catholicæ unitatem, contra Apostolicam authoritatem, contra Majorum vestrorum statuta prævalerent, melius vos ipsi intelligitis, quam quod oratione exprimi possit. Quamobrem ad vestram virtutem, pietatemque excitandam, non verbis Nobis opus est, sed quod grave, aut ingratum vobis esse non debet, Ecclesiæ illius a vestris scriptoribus typis ædita monumenta consulite, ante oculos vestros proponite præclara Majorum vestrorum exempla, revocate in mentem eorum studia, curas, et sollicitudines quibus inter subjectos sibi Græcos omni opera, et conatu Catholicam Religionem conservare, Schismaque, erroresque, quibus Schismatici infecti sunt abolere penitus, et ex vestra gloriosa Civitate eliminare curarunt.

Origo Ecclesiæ pro Græcis Catholicis, et Venetæ Reipublicæ salutares sanctiones commemorat.

§. 4. Ipsi enim a prædecessore Nostro Leone X. impetrare studuerunt, ut Templum S. Georgii a Græcis ædificaretur, immuneque a jurisdictione Ordinarii huic S. Sedi subjectum esset, quo firmius ab illa Natione Catholica Religio retineretur: neque alio spectarunt sanctiones illæ decemvirales Annorum 1534, et 1542 quibus cautum est, ut ad regendam illam Ecclesiam Catholici, Præsbyteri adsciscerentur, atque ii tantummodo, qui se Catholicos Patriarchæ probassent, ut omnis schismaticæ pravitatis suspicio removeretur. Hujusmodi autem sanctiones, quæ postmodum hominum pravitate labefactatæ fuerant, salubri providentia cum sæpe alias, tum præsertim anno 1720. renovatæ fuerunt. Manifestum tunc, et omnibus notum solemni decreto Venetus Senatus

esse voluit, mentem, ac voluntatem suam in id unum ferri, ut rite sancteque a Græcis coleretur Deus, ut custodiretur Catholica Religio, sibique propositum, ac statutum fuisse, arcere ab Ecclesia S. Georgii ea omnia, quæ turbare possent Sanctæ Fidei puritatem, juxta Bullas, quarum authoritate fundata fuerat. Indeque factum fuit, ut remoto Sacrorum Ministro, tunc Schismatis suspicione adlaborante, præceptum fuerit, novos eligi, præhabita inquisitione per Patriarcham, aut Apostolicum Nuncium ad approbandum illum, qui Catholicus conseretur, vetitum vero, ne qui rejectus esset, alios quam eumdem Patriarcham appellare posset.

Perturbationem Catholicorum rerum in Ecclesia S. Georgii, et graviora imminentia damna significat

§. 5. Hæc sunt, Dilecti Filii, Senatus consulta vestra, Patrumque vestrorum: Cur secundum illa fieri non imperatis? Vos non latet, plures ante annos Græcorum rem in ista Ecclesia perturbatam, et inversam esse, ejus gubernium ordine, et Rectore destitutum, Schismaticos invaluisse, gemere Catholicos, et afflictos jacere. Gravissimum hujusmodi malum magisque in dies grassatur, et quod non sine lacrymis cogitare possumus eo audaciæ perventum est, ut Schismatica perfidia structis Religioni vestræ insidiis pseudo Episcopum media vestra Civitate statuere, lupum in Ovile Dominicum inducere, Altare profanum erigere, Cathedram erroris, et pestilentiæ constituere, Christi membra discerpere, Fidelis populi animum, et corpus unum, impia æmulatione lacerare, moliatur. Nos in tanto Catholicæ Fidei discrimine muneri Nostro Apostolico deesse non possumus, quin pro ea inter Græcos conservanda, retinendaque, vitam ipsam profundere parati simus, ut aliquo remedio, Fidei, inter istos Græcos periclitanti, subveniatur. Resonat enim assidue ad aures nostras, qui speculatores in Domino Israel constituti sumus, vox illa Domini per Prophetam suum comminantis, et dicentis = *Si speculator viderit gladium venientem, et non insonuerit buccina, et populus se non custodierit, veneritque gladius, et tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem ejus de manu speculatoris requiram* =

Venetæ Reipublicæ Magistratus obsecrat ut tot impendentibus malis obsistant, Catholicamque fidem tueantur.

§. 6. Vos igitur, Dilecti Filii, vox Nostra compellat, ad vos Nostra convertitur sollicitudo, atque per viscera Jesu Christi, qui pretioso Sanguine suo animas hominum redemit, etiam atque etiam Vos rogamus, et hortamur ut grassanti huic pestilentiali morbo obsistatis. De Fide agitur, deque illa servanda incorrupta in ista vestra Civitate: id unum satis superque Vos commovere, et impellere debet, ut omnes pietatis, ac Religionis vestræ vires exeratis, vosque ipsos ponatis murum pro Domo Israel. Nos quoque ex parte Nostra Duces vobis erimus ad bellandum bellum Domini, et quidquid opis, et auxilii a Nobis, vel authoritate, vel studio, ac vigilantia conferri poterit, conjunctis vobiscum studiis in hanc Dei, et Ecclesiæ causam libentissime impendemus: et interea benevolentiæ Nostræ erga vos, vestramque Rempublicam pignus, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVII. Februarii MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

CCLXIX.

Dat. die 4 Mart. 1762 Anno IV.

Cum Toletano Episcopo queritur, quod in sua Diœcesi transtulerit jejunium pervigilii S. Mathiæ Apostoli, Episcopali tantum auctoritate, et inconsulta Sede Apostolica, cui tantummodo potestas est commutationis jejunii in Ecclæsia Catholica.

Dilecto Filio Nostro Aloysio S. R. E. Cardinali de Corduba Archiepiscopo Toletano

Clemens Papa XIII.

Dilecte Fili salutem, et Apostolicam Benedictionem

Pontificis Romani officium est iis obsistere, quæ Ecclesiæ antiquissimis regulis adversantur.

§. 1. Et paternus amor, quo te complectimur, et impositum humilitati Nostræ Apostolicæ servitutis officium, ea Nos dissimulare non sinunt, quæ et regulis antiquissimis minime consentanea sunt, et Apostolicæ Sedis dignitati contraria; ac proinde diffiteri non possumus, non sine mœrore accepisse Nos, in ista Toletana Diœcesi, jejunium pervigilii S. Matthiæ Apostoli in proxime anteeedens Quinquagesimæ Sabbathum, Episcopali authoritate translatum; siquidem ignorare non poteras gravissimam animi Nostri reluctantiam in eo jejunii die commutando, ne quod Ecclesiastici ritus est, Baccanalium turbis, quas impura su-

perstitio invexit, et cum abolere nondum penitus queat, purissima Christi Sponsa detestatur, et fletu prosequitur amarissimo, concedere locum, eamque ob causam sua sede dimoveri videretur; neque tibi pariter incognitum esse debuerat, quod eximiæ pietati carissimi in Cristo Filij Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici plurimum fidentes, ejusmodi petitionem pro se, et Aulico Comitatu per dilectum Filium Emanuelem Roda Regium Ablegatum Nostrum delatam, censuimus æquam eidemque indulsimus id, quod alteri præterea nemini concessum a Nobis fuit; quæ quidem a tanto Rege Apostolicæ Sedi facta petitio, nonne satis erat ad ostendendum, soli Romano Pontifici pertinere jejunium in Ecclesia universa receptum, cujus, etiam mentio corpori Canonici Juris fuit inserta in alteram diem transferre? Ac demum eædom ipsæ encyclichæ literæ Sa. Me. Benedicti XIV; quibus ejusmodi translationem tum elargiri non renuit, si præ manibus sumantur, hoc ipsum non comprobant apertissime?

Toletanum Antistitem ad observantiam erga Romanam Cathedram revocat.

§. 2. Quare de mœrore Nostro, Dilecte Fili, mirari non debes, qui eo gravior fuit, quo cogitabamus te, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem esse, et tam insignis Ecclesiæ Archiepiscopum Hispanicæ Nationis, quæ Romanæ Cathedræ observantissima semper fuit; Verum hæc eadem cogitatio Nos pariter consolatur, certo enim certius fore confidimus, ut quæ paternæ charitatis impulsu duximus perscribenda, pro tua egregia in Nos voluntate, et in Apostolicam Sedem obsequio æqui bonique facias, ac interea Apostolicam Benedictionem tibi dilecte Fili Noster, peramanter impertimur. Datum Romæ etc. die IV. Martii MDCCLXII. Potificatus Nostri Anno quarto.

CCLXX.

Dat die 27 Mar 1762 Ann. IV

Ordinationes et decreta condita in comitiis Generalibus Congregationis Monachorum Cælestinorum Ordinis S. Benedicti pro meliori ipsius Congregationis regimine, confirmantur, et Pontificia auctoritate roborantur.

Constitutio Benedicti XIV. diei 20. Decembris 1745. de qua sermo est in sequentibus Ordinationibus non reperitur impressa in Benedictino Bullario.

Clemens Papa XIII.

Ad Futuram rei memoriam.

Preces porrectæ pro præsentium ordinationum approbatione

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Fridericus del Giudice Abbas Generalis Monachorum Ordinis S. Benedicti Congregationis Cælestinorum nuncupatorum, quod in transactis, ac in nupero Mense Majo proxime præterito habitis Capitulis Generalibus ejusdem Congregationis, diversæ ordinationes, seu decreta pro bono ipsius Congregationis regime condita fuerunt, tenoris sequentis, videlicet.

I.

Tenor ordinationum

Ut Lectores S. Petri ad Magellam de Aversa, Sanctissimæ Trinitatis de Sancto Severo, et S. Petri Cælestini de Mediolano postquam per duodecim annos docendi munere laudabiliter functi fuerint, in Abbates eligi possint, quemadmodum cæteri Philosophiæ, ac Theologiæ Lectores hac eligibilitatis in Abbates prærogativa gaudent, ubi per novem, vel duodecim annos pro diversa locorum ratione docuerint.

II.

Ut renovetur quod præcipit Cælestinorum constitutio de non promovendis in posterum, qui studiis operam non navaverint, ac iis laudabiliter se gesserint, quod jurato Abbatis loci, et Lectorum testimonio constare debet.

III.

Ut Concionatores postquam per annos quinque, vel duodecim pro dignitate (quarum catalogus extat in Capituli actis) laudabiliter, et cum fructu verbum Dei prædicaverint, in Abbates eligi possint.

IV.

Ut Monachi, qui per integrum novennium Cancellarii, et Archivistæ, quive per integrum duodennium Coadjutoris munus laudabiliter exercuerint, iisdem privilegiis, exemptionibus, et prærogativis, quibus formales Lectores actualiter legentes perfruuntur, potiantur, et gaudeant.

V.

Quum administratio bonorum, et redituum nostræ Abbatiæ Murronensis quam maxime late pateat, nec unus Procurator sufficiat; hinc alii duo adjungantur eidem, iique fruantur habilitatione (quæ tamen initium non sumat, nisi ab anno trigesimo ætatis) ad Abbatiatum post laudabile novem annorum exercitium.

VI.

Quum experientia constiterit, nullam utilitatem, immo non parum incommodi, vel perturbationis attulisse quædam decreta edita in Capitulo Generali, quod habitum fuit mense Majo anno millesimo septingentesimo quadragesimo tertio, ac per litteras in forma Brevis a San. Mem. Benedicto XIV, quod incipit = *In supremo militantis Ecclesiæ solio* = *die vigesima Decembris MDCCXLV*. confirmata, alterum videlicet, quod in ejusdem Brevis *cap.* 1. §. 3., incipiente = *Præfatus Abbas perpetuus* = continetur circa electionem Abbatis Monastarii S. Spiritus de Magella ex Filiis dicti Monasterii, quamquam non habeant gradus habilitationis juxta morem nostræ Congregationis, ejusque Abbatis prærogativas, ita ut inter Abbates primæ Provinciæ accenseatur; et alterum, quod in ipsius Brevis *cap.* 3. = *In omnibus, et singulis Monasteriis* = pariter continetur, circa electiones Abbatum, ac Priorum in Monasteriis ibidem designatis, ad triennium tantum valituras, ita ut alii deinde assumi, et creari queant voce passiva juxta Congregationis morem, minime gaudentes; idcirco hæc eadem Decreta penitus revocentur, et aboleantur.

VII.

Ut Magistri Professorum, qui juventutis Nostræ rectæ, ac timoratæ educationi operam sedulo navare debent, ne sine præmio laborent, gaudeant habilitatione ad Abbatialem dignitatem post novennium, uti et Vicarius nostri Collegii S. Eusebii de Urbe, qui fungitur eodem officio, et Coadjutor Magistri Novitiorum Abbatiæ S. Spiritus Murronensis: Ipsius autem Vicarii S. Eusebii de Urbe Coadjutor, cui etiam nomen Magistri tribuitur, et alii Magistri Coadjutores Magistrorum Novitiorum, si qui fuerint necessarii, duodecim annorum spatio habiles reddentur ad Abbatialem dignitatem; quæ tamen habilitatio quoad Magistros Professorum ab anno trigesimo ætatis, quoad Magistros Coadjutores ab anno septimo supra vigesimum incipiat.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat dictus Fridericus Abbas Generalis prædictæ ordinationes, seu decreta quo firmius subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ cofirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret. Nos specialem ipsi Friderico Abbati Generali gratiam facere volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuriis, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium præpositorum, ad quos supplicem libellum Nobis porrectum remisimus, qui votum Ven. Fratris nostri Caroli Alberti Episcopi Albanensis S. R. E. prædictæ Cardinalis Cavalchini nuncupati, primodictæ Congregationis apud Nos, et Apostolicam Sedem Protectoris attenderunt, ac dilectum itidem Filium modernum Congregationis hujusmodi Procuratorem Generalem audierunt consilio, præinsertas ordinationes, seu statuta in Capitulis Generalibus condita, ut præfertur, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus.

Pontifex supra relatas ordinationes et statuta, Apostolica auctoritate confirmat, et approbat.

§. 3. Decernentes, easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et

Clausula sublata, et decretum irritans.

pro tempore quandocunque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab illis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac primodictæ Congregationis, et Ordinis hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hanc vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris dia XXVII. Martii MDCCLXII. Pontificatus Nostri anno IV.

Dat. die 1 April. 1762 Anno IV.

CCLXXI.

Indulgentia plenaria conceditur omnibus Religiosis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Conventualium ad Missiones deputatis in diversis Christianæ Reipubblicæ provinciis, pro unaquaque missione, extendenda Christifidelibus utriusque sexus confessis, et Sacra Comunione refectis, qui Missionibus ipsis interfuerint.

Clemens PP. XIII.

Universis Christifidelibus
presentes literas inspecturis
Salutem, et Apostolicam benedictionem

Cœlestium munerum thesauros, quorum dispensatores esse Nos voluit Altissimus, libenter iis impertimur, quos pro sui in Deum, et proximos charitate, ac Christianæ Religionis zelo animarum salutem omni studio procurare intelligimus. Cum itaque, sicut accepimus, dilectus Filius Minister Generalis Ordinis Fratrum S. Francisci Conventualium nuncupatorum ob hauc causam hoc, et aliis proxime venturis annis Religiosos dicti Ordinis in diversas Christianæ Reipublicæ Provincias mittere constituerit: Nobis propterea humiliter supplicari fecit dictus Procurator Generalis, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsius Procuratoris Genaralis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Omnipotentis Dei misericordia omnibus, et singulis prædicti Ordinis Religiosis mittendis (ubi tamen non erunt Missionarii Congregationis de Propaganda Fide) ac aliis utriusque sexus Christifidelibus, ad quos ipsi mittendi accesserint, Nostram, et Apostolicam benedictionem per præsentes impertimur, nec non eisdem vere pœnitentibus, et confessis, ac S. Communione refectis, qui pro S. Romanæ Ecclesiæ exaltatione, Principum Christianorum unione, infidelium conversione, hæresim extirpatione, prout unicuique suggeret devotio, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, et remissionem, quam etiam animabus Christifidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicare possint, misericorditer in Domino auctoritate Apostolica, tenore præsentium pro una vice dumtaxat, pro unaquaque Missione, de Ordinariorum respective licentia habenda concedimus, et elargimur. Hortantes Venerabiles Fratres Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, et alios Ecclesiarum Dei Prælatos, et Rectores, ac Verbi Dei Prædicatores, ut in suis quisque Ecclesiis, cum populus frequentior fuerit, præsentes litaras, et omnia in eis contenta pubblicent, ac publicari faciant, ac omnem eisdem Religiosis favorem, et auxilium in præmissis præstent. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque etc. Præsentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu Procuratoris Generalis dicti Ordinis subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die prima Aprilis MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Dat. die 12 Apr. 1762 Ann. IV.

CCLXXII.

Approbatio Decreti Sacræ Congregationis Rituum super Officio celebrando in Festo Beati Martini de Aguirre Ordinis Minorum S. Francisci Excalceatorum.

Constitutio Clementis VIII Nonis Februarii 1797 qua Martinus de Aguirre Beatorum Martyrum numero adscriptus fuit non reperitur impressa in Bullario Mainardii.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam

Refertur tenor Decreti Congregationis Sacris Ritibus præpositæ.

§. 1. Emanavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum decretum tenoris, qui sequitur videlicet » In Festo Beati Martini de Aguirre in secundo NocturnoLECTIO IV.=Martinus de Aguirre natione Cantaber, Vergaræ in Guipuscoa Nobili Genere natus, primis literarum, et pietatis rudimentis domi imbutus est. Complutum deinde profectus, dum Philosophiæ, et Theologiæ studiis in illa Accademia operam daret, Christianis virtutibus escolendis adeo incumbuit, ut doctrina, et sanctitate morum, oportuna sibi compararevit adjumenta, quibus utilius Divinæ gratiæ instrumentum fieret; inter juventutis, carnisque suæ illecebras continentia morum elusit otium, et improborum consuetudinem declinans ab ipsis etiam innoxiis juvenilibus ludis abstinuit, et quod a literarum studio supererat temporis fundendis ad Deum precibus, piis legendis libris, ferendis de Deo, Divinisque rebus sermonibus, ac Templis visitandis impendens, altior ajecit Sanctitatis fundamenta, ut festinantius in via Domini properaret, in ipso ætatis flore ad Religiosa Castra convolavit, Ordinem ingressus Sancti Francisci inter Fratres, quos Minores Excalceatos vocant in Conventu Aunonensi.LECTIO V.=Professione emissa, et ab Ascentione nomine sibi imposito, ac Sacerdotio initiatus per altas Christianæ perfectionis semitas nunquam interrupto cursu ad Deum semper contendit. Ardentissimum in eo fuit Divini honoris, ac Religionis studium, frequens oratio diu, noctuque ad plures horas protracta, quotidiana ac devota Missæ celebratio, profunda, qua enituit, humilitate, viliora quæcumque exercereconsuevit ministeria, effectus verus Divi Francisci Sectator. Alienæ salutis studiosissimus, verbo, et exemplo alios erudiens, visus tunc usque fuit in Evangelii præconem ad vocationem gentium a Deo præordinatus. Visus est etiam Martyrio quodammodo prælusisse mirabili carnis suæ mortificatione, bellum sibi indicens, cilitiis continuo præmebatur, nudis incedebat pedibus, pane, et aqua contentus, vix quandoque veluti in delicias paucis utebatur herbis, et singulis noctibus semel, bis, et tertio cruentis flagellis Corpus suum castigabat. LECTIO VI. Ardenti, quo estuabat desiderio Martyrii pro Christo subaundi, sexto Religionis anno una cum Sociis Hispali solvens Mexicam primo, deinde Maniliam Philippinarum appulit, quibus in locis Philosophiam et Theologiam edocuit. Postremo Japoniam pervenit, eo potissimum tempore, quo publicis Tyranni edictis fervebat in Operarios Evangelicos sæva Taycosamæ persequutio. Incredibile dictu est, quo animi ardore, pectoris constantia, firma in Deum fiducia, ardentique in proximum charitate prædicationis opus aggressus fuerit. Divini verbi armatus gladio pertingente usque ad divisionem animæ, et spiritus Evangelicæ veritatis vexillum cum sociis erexit forti animo, spreto Tyranni jussu Usace compræhensus, aliisque Dei Servis adjunctus, auriculæ sinistræ parte abscissa, per plures Japoniæ Urbes Nangasaquium usque perductus est. Ex hac Crucis via non veritus cum Apostolo, nec vincula, nec tribulationem ab incepto sanctæ prædicationis opere, cujus zelus cor ejus comederat, numquam destitit, imo, et verbo, et efficacissimis literis commendavit tum Locumtenenti Gubernatoris Maniliæ, tum Patribus Provinciali, et Philippinarum Procuratori. Ibi ejus corpus annulis ferreis superimpositum fuit Croci in altum elevatæ, ex qua pendens cæteros adhortatus est adMartyrium. Binis lanceæ ictibus ab imis lateribus ad humeros usque transfixus, hymnis, et canticis Deum laudans securus pervenit ad palmam Martyrii nonis Februarii Anno Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, quem Ur-

» banus VIII. cum aliis Sociis Beatorum » Martyrum numero adscripsit, et CLE- » MENS XIII. Pontifex Maximus has » proprias Lectiones ejus in honorem » decrevit, atque approbavit «. In Tertio » Nocturno Hom. Sancti Augustini Epi- » scopi, in Evang. AmenAmen dico Vo- » bis nisi granum frumenti etc. ut in » Festo Sancti Laurentii Martyris die x. » Augusti. Missa. De Communi unius » Martyris non Pontificis primo loco » cum Oratione, et Evangelio prædictis. » Si celebretur cum Octava, Lectiones » Secundi, et Tertii Nocturni infra eam » desumendæ sunt ex Octavario Roma- » no cum Oratione propria « Calaguri- » tana «. Cum Clerus, et Populus Villæ » Vergaræ Diœcesis Calaguritanæ in Pro- » vincia Guipuscoa in Hispaniis Sacro- » rum Rituum Congregationi humilli- » mo supplicassent, quatenus approba- » re dignaretur suprascriptas lectiones » proprias Secundi Nocturni Beati Mar- » tini ab Ascensione de Aguirre Mar- » tyris Ordinis Minorum Excalceatorum » Sancti Francisci recitandas ab utro- » que Clero Diœcesis Calaguritanæ, Sa- » cra Congregatio ad relationem Emi- » nentissimi, et Reverendissimi Domi- » ni Cardinalis Feroni Præfecti, et Po- » nentis, audito etiam R. P. D. Caje- » tano Forti Fidei Promotore, supra- » dictas lectiones approbando indulsit, » ut ædem lectiones ab utroque Clero » Seculari, et Regulari tum ejus Villæ » Vergaræ, tum universæ Diœcesis Ca- » laguritanæ die v. Februarii festo ejus- » dem Beati Martini Martyris recitari » possint, et valeant, si Sanctissimo Do- » mino Nostro visum fuerit. IX. Februa- » rii MDCCLXII. « Factaque deinde » per me Secretarium de prædictis ei- » dem Sanctissimo Domino Nostro re- » latione, Sanctitas Sua benigne annuit. » Die XXVII. ejusdem Mensis, et An- » ni MDCCLXII. « Joseph Maria Car- » dinalis Feroni Præfectus « S. Burghe- » sius Prothonotarius Apostolicus, et Pro- » secretarius « Loco ✠ Sigilli. «

Decretum supra relatum Pontificia auctoritate confirmatur, et approbatur.

§. 2. Cum autem sicuti pro parte Dilectorum Filiorum Cleri tam Secularia, quam Regularis, ac Universitatis, et Hominum Terræ, seu Loci, vel Villæ di Vergara Calaguritanæ Diœcesis Nobis subinde expositum fuit, ipsi decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent. Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibus excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censenscntes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate præfatæ Congregationis Cardinalium.

Clausula sublata, decretum irritans, et derogatio contrariorum.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VI. Aprilis MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno quarto.

CCLXXIII.

Dat. die 12 Apr 1762 Ann IV

Alloquutio in Consistorio Secreto diei 12 Aprilis 1762 qua exponitur, Romanos Pontifices etiam ex S. R. E. Cardinalibus Ordinis Diaconorum assumpsisse titulares Cathedralium Ecclesiarum sub infidelium potestate ingemiscentium.

Chorintiensis Ecclesia de qua hic sermo est regebatur prius a Cardinali Duce Eboracensi ut videre est hujus continuationis Tom. I Num. XVI. pag. 45.

Venerabiles Fratres

Exponitur consuetudo Sedis Apostolicæ seligendi etiam ex Cardinalibus Diaconis titulares Ecclesiarum in

§. 1. Compertum vobis est, quod Romani Pontifices prædecessores Nostri, non semel S.R.E. Cardinales ex ordine quoque Diaconorum assumptos juxta temporum, rerumque opportunitatem Cathedralibus Ecclesiis etiam sub Infi-

partibus infidelium.

delium potestate miscre ingemiscentibus præfecerunt, Cum itaque impulsi Nos ab eximiis, quibus ornatur meritis dilectus filius Noster Marcus Antonius Diaconus Cardinalis Columna, eum Vicarium Nostrum Generalem, nostræque Romanæ Curiæ, ejusque Districtus Judicem Ordinarium delegerimus, eumdem ut Pontificalia munia, sicut novum ei demandatum Officium exigit, exercere valeat, Episcopali caracthere insignire, et ad vacantem Metropolitanam Ecclesiam Corinthiensem in partibus Infidelium existentem promovere decrevimus.

Religio, et virtutes Cardinalis Columna laudibus commendantur.

§. 2. Et quoniam satis Vobis perspectæ sunt religio, integritas, et cæteræ virtutes quibus idem Cardinalis Columna præfulget, memorandam hic tantum censemus singularem ejus modestiam, et Christianam humilitatem, quam dum ei præfatum Vicariatus munus contulimus, merito mirati sumus.

Quid vobis videtur?

Auctoritate igitur Omnipotentis Dei, et SS. Apostolorum Petri, et Pauli providemus Ecclesiæ Corinthiensi de persona memorati Marci Antonii Cardinalis, præficientes eum in Archiepiscopum, et Pastorem cum retentione omnium, et quorumcumque quæ obtinet, ac indultorum quibus gaudet. In Nomine Patris ✠ et Filii ✠ et Spiritus Sancti ✠

Dat. die 17 Apr. 1762 Ann. IV.

CCLXXIV.

Qua ratione Mantuanæ Ecclesiæ Pyrgensem Archiepiscopum præfecerit, sine ullo jurium Majestatis suæ detrimento exprimit Mariæ Theresiæ Hungariæ Reginæ Apostolicæ, Bohemiæ Reginæ, et in Romanorum Imperatricem electæ.

Carissimæ in Christo Filiæ Nostræ
Mariæ Theresiæ
Hungariæ Reginæ Apostolicæ,
nec non Bohemiæ Reginæ Illustri
in Romanorum Imperatricem Electæ

Clemens PP. XIII.

Carissima in Christo filia Nostra salutem, et Apostolicam benedictionem

Laudem Imperatricis Reginæ exprimit, et

§. 1. Etsi nulla in re magis mens Nostra defixa est, quam ut Majestatem tuam, quæ in omnibus actionibus suis specimen præbet religionis, pietatis, et in hanc Sanctam Sedem præcipui obsequii, omnibus omni tempore quibuscumque possumus, officiis demereamur, nec quidquam tantopere expetimus, quam in iis, quæ tibi grata fore suspicemur, atque jucunda, omni studio voluntatem tuam divinando prævertere, tamen cum Nobis ea Pontificatus videatur esse data conditio, ut omnes asperitates perferamus, vel illud quod summo studio consectati sumus, quodque ad omnem rationem obsequendi Majestati tuæ toto pectore incumbentes, jucundissimo animi Nostri sensu assequutos Nos esse putabamus in gravissimam Nobis molestiam verterit, et acerbitatem.

Pontificis desiderium eidem gratificandi

Mantuanæ Ecclesiæ præfecisse virum Majestati Suæ addictum, et ab ea jam alias ad alteram Sedem commendatum significat.

§. 2. Mantuanæ Ecclesiæ iis virtutibus ornatum, quas Episcopale munus postulat, præfecimus hominem tibi addictum, deditum, et obstrictum, cui propter summam qua te colit, observantiam, et fidem ipsa tua Majestas antea a Nobis Archiepiscopatum Pyrgensem impetraverat. Ecce autem ac improviso, ubi tuam gratiam, quam magno studio aucupabamur prope consequuti esse Nobis ipsi videbamur, inde ex Majestatis tuæ literis datis die 29. Martii non levis querelæ causam tibi ortam esse comperimus, sed si rem omnem ut gesta sit, Majestas tua repeti ab initio patiatur, omnis profecto ab animo tuo vel leviuscula suspicio amovebitur, Nos per festinationem præficiendi Mantuanæ Ecclesiæ Episcopi, quidquid juris in ea re habere te opinaris, eludere voluisse, quæ quidem agendi ratio, et a Nostris institutis longissime abest, et moribus, et ab ipso ingenio, Nostraque natura, quæ nihil sectari potest, nisi rectum, et simplex.

Qua fuerit ratione motus ad providendam Mantuanam Ecclesiam exprimit, nunquamque animum habuisse detrahendi juribus si quæ essent Majestatis Suæ.

§. 3. Cum dilectus Filius Noster Alexander Cardinalis Albanus, Januario ineunte, dilecto itidem Filio Nostro Aloysio Cardinali Torrigiano Nostro Secretario Status, Mantuanum Episcopum extremum diem obiisse denunciavit, eam consuetudinem esse dixit, ut plures Majestas tua proponeret, quorum e numero, qui Nobis videretur aptissimus, Mantuanæ Ecclesiæ præficeremus, illudque responsum tulit, hic apud Nos de ea consuetudine nihil esse compertum, nec quemquam esse, qui existimaret, eam constituendi Mantuani Episcopi rationem a Nobis adhiberi oportere. Sed tamen de Majestatis tuæ jure vehementer solliciti, et acta Consistorialia, et Tabularia Nostra diligentissime excuti

jussimus. Cum autem nullum ejus consuetudinis neque vetustum, neque novum vestigium apparuissat, dubitare non potuimus, quin prædecessores Nostri arbitratu suo semper elegerint, quem Mantuanæ præesse velint Ecclesiæ. Ab eo tempore perpetua de ea re taciturnitas est consequuta, nec quisquam fuit qui de hoc negotio vocem emiserit, nisi eum in eo jam essemus, ut Mantuanum Episcopum crearemus. Interea Venerabilis Frater Vitalianus Archiepiscopus Thebanus Noster apud Majestatem tuam Nuncius renunciavit Nobis, dilectum Filium Comitem Colloredum Olomucensem Canonicum a Majestate tua commendari, cui Mantuanam Ecclesiam gubernandam committeremus. Rogatu quidem tuo arbitramur nihil non impetrari oportere. Sed propter hominis haud ita maturam ætatem Regiæ voluntati tuæ minime obsequendum existimavimus: quod Majestas tua pro animi sui æquitate, ac magnitudine, seu potius pietate, et religione in bonam partem accepit. Quod autem certum quemdam, et unum tantummodo hominem Nobis commendaveris, idcirco non modo opinione, sed ipsa re ducti, sic persuasim habuimus, de pluribus proponendis te nunquam cogitasse, nec monumentum extare ullum apud vos, quod da plurium proponendorum consuetudine testaretur: huic existimationi Nostræ firmitatem etiam addiderunt, et robur, quæ postea sunt consequuta. Cum enim de Archiepiscopo Pyrgensi in Mantuanum Episcopum eligendo deliberaremus, diligenter investigando comparimus, Nostrum consilium tibi certo gratum fore, gratioremque eam electionem tibi futuram, si Colloredo super fractibus Mantuanæ Ecclesiæ pensionem aliquam reservaremus: quod libentissime fecimus. Quæ omnia si Majestas tua suis, hoc est æquitatis ponderibus examinaverit, facile perspiciet, Nos non id juris elusum voluisse, quod in Mantuano Episcopo constituendo te habere existimas, sed potius eum exploravarimus, qui de uno certoque homine sensus essat animi tui, illumque in spem tuæ gratiæ elegerimus, angustioram quemadmodum in locum Nostrum arbitrium contraxisse, quod latius porrigeretur ad plures, si ex consuetudine, cujus tamen nullum comperimus extare vestigium, plures tua Majestas proposuisset.

§. 4. Quamobrem te obtestamur in Domino, at obsecramus, ut omnem suspicionem, et siqua est, animi tui offensiunculam vel deponas, vel Mantuanæ Ecclesiæ bono permittas, neve tua patiatur Majestas Pyrgensi Archiepiscopo aditum ad eam Ecclesiam occludi, quæ suo si Pastore tantisper oareat, ipsa vides pro singulari sapientia tua, quanta sit Dominici Gregis parti extimescenda pernicies. Cæterum Regia liberalisque mens tua sperare nos jubet, te non aliter de Nobis sentire, quam ipsa velis de Majestate tua, cæteri mortales et sentiant, et prædicent. Equidem Nos, qui res opesque tuas cum rationibus, rebusque Catholicæ Ecclesiæ arbitramur esse conjunctas, secundamque Nobis vitam tum fore existimamus cum ad tuas res augendas, amplificandasque quidpiam conferre possumus, quam longissime absumus ab eo, ut quidquam de Majestatis tuæ juribus velimus esse detractum, teque itidem putamus non tam pro summa æquitate tua, quam pro flagrantissimo studio quo Sacram Beati Petri Sedem coluisti semper, et colis, nunquam passuram de ejusdem Apostolicæ Sedis juribus ne tantillum quidem imminui. Denique a bonorum omnium Auctore Deo tibi carissima in Christo Filia Nostra votis omnibus secondissima quæque præcantes, Majestati tuæ Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ die 17. Aprilis 1762. Pontificatus Nostri Anno quarto.

Nullum juribus Majestatis Suæ præjudicium irro-

gatum ex hac Ecclesiæ Mantuanæ provisione videri debere iterum confirmat.

CCLXXV.

Dat. die 21 Apr. 1762. Ann. IV.

Uladimirensem Antistitem graviter objurgat quod in administranda Ecclesia opus Dei negligenter gerat, et commisso sibi Gregi offensioni sit.

Venerabili Fratri Feliciano
Episcopo Uladimirensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,
et Apostolicam benedictionem.

§. 1. Et literis multorum, et omnium sermone perlatum est, Fraternitatem tuam in administranda ista Ecclesia Opus Dei non modo negligenter, sed ita male, ac præpostere agere, ut Catholica res magnum, ac luctuosum detrimentum capere videatur. Cupimus ea quæ feruntur falsa omnino esse, et non possumus non profiteri, Nobis id grave, molestumque ac-

De illius negligentia in Ecclesiæ administratione querelas accepisse Pontifex cum animi mœrore condolet.

cidisse, cogitantibus præsertim Regiones istas quo plus ab hac Sanctissimæ Religionis Sede principe, ac Magistra, longissimo locorum intervallo distant, propiusque insidiis Hæreticæ pravitatis expositæ sunt, eo maiore quodam præsidio, et custodia agere, ut, si Episcopus ipsos positos quasi munitissimos vallos, at muros pro Domo Dei Israel labefactari, intelligamus, nihil reliqui videamus, quod fædissimam impietatis eluvionem, at extremam Catholici gregis perniciem comprimere, ac retardare possit: At hoc tantum mali in Ecclesiam istam magno tuo cum dedecore jam invectum fuisse, latiusque in dies grassari non sine maximo animi Nostri dolore percipiemus. Quem quidem dolorem diutius continere Nos non patitur sollicitudo omnium Ecclesiarum qua urgemur, neque patitur Divini judicii metus, quod Nobis appropinquare jam, planeque instare sentimus, et in quo intelligimus Deo reddendam a Nobis esse rationem de universo Catholico grege, quem redemit Sanguine suo.

Negligentem commonet Antistitem, ut negligentia seposita se Episcopum esse recordetur

§. 2. Quare Nostræ partes sunt, serio monere Fraternitatem tuam, et per viscera Jesu Christi hortari, ac plane etiam, atque etiam rogare, ut hanc a ta suspicionem, quam longissima amoveas, teque Episcopum esse recorderis. Habes in hoc Episcopi nomine, ac munere unde te ipsum excites ad sarciendam offensionem illam, si quam universæ Ecclesiæ, Nobis, Gregi isti tuo præsertim intulisti. Audi quæso, Venerabilis Frater, Patrem tui amantissimum, qui Te licet absentem, atque errantem, vocat tamen, atque arctioribus charitatis vinculis complecti cupit: audi in hisce literis vocem Jesu Christi Principis Pastorum omnium monentis, ut te ipsum, et suas tibi concreditas Oves ad sinum misericordiæ suæ reducas optimo exemplo suo. Hoc abs te postulat, atque exigit causa religionis, atque etiam salutis tuæ sempiternæ. Nos ne muneri Nostro deessemus, hasce ad te literas parernæ sollicitudinis testes collacrimantes scripsimus, nec non Venerabili Fratri Archiepiscopo Ephesino ad carissimum in Christo Filium Nostrum Poloniæ Regem Illustrem, Nostro, et Apostolicæ Sedis Nuncio in mandatis dedimus, ut in mores, vitamque tuam, et istius Diœcesis administrationem diligentissime inquirat, Nobisque accurate referat omnia. Speramus in Domino meliora de te quidem relaturum, ne cogamur cum Fraternitate tua agere severius, eaque consilia capere, quæ Canonicis legibus præscribuntur: atque interea Apostolicam Benedictionem tibi Venerabilis Frater peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die XXI. Aprilis MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno quarto.

CCLXXVI.

Dat die 3 Apr. 1762 Anno IV.

Prævia avocatione ad Sanctam Sedem omnium controversiarum jurisdictionalium inter Episcopum Caputaquensem et Ordinem Monacorum S. Benedicti Congregationis Montis Virginis in quocumque Tribunali existantium, privilegia alias a Summis Pontificibus huic Ordini concessa confirmat, et plene observari debere futuris temporibus imperat.

De controversiis obortis inter Monachos hujus Ordinis, et Episcopum Caputaquensem, videnda est Constitutio LVII hujus Pontificis relata jam in hujus Continuationis Tom. I. pag. 130. Constitutio altera Clementis XII pridie Idus Maii 1732 de qua sermo est in præsenti, non reperitur impressa in Bullario Mainardi.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

§. 1. Laudabile Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrum institutum, ut si quas super quibusvis negotiis emergere, ot erumpara perspexissent contentionem, lites, ac discrepationes, statim Apostolica auctoritate, et providentia dirimerent, componerentque, eo majori studio teneri, ac sectari Nos in Sacrosancti Apostolatus specula constitutos decet, quo dum in minoribus constituti eramus, nihil curavimus impensius, quam ut e medio sublatis contentionum, litium, disceptationumque forensium dissidiis ac tricis, per solam, liquidamque veritatis inspectionem, jus suum unicuique tribueretur, ac justitia, et pax sese invicem oscularentur.

Privilegia alias a Summis Pontificibus huic Ordini concessa summatim indicantur

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Modernus Procurator Generalis Monachorum Ordinis S. Benedicti Congregationis Montis Virginis, quod vigore privilegiorum a nonnullis Romanis Pontificibus prædeces-

soribus Nostris, et nuper a Clemente PP. XII prædecessore itidem Nostro eidem Congregationi concessorum, et innovatorum Congregatio hujusmodi, seu illius pro tempore existens Abbas Generalis, inter cætera, indulto gaudet utendi Mitra, Baculo, Annulo, cæterisque indumentis, et insigniis Pontificalibus, nec non Ecclesias, ac Paramenta sacra, dictæque Congregationis Abbates ad regimen, et gubernium Monasteriorum ipsius Congregationis, de novo electis benedicendi, ac jurisdictionem temporalem, et spiritualem, et quasi Episcopalem in Terris, seu Locis, aut Oppidis Mercuriani, Hospitalecti, Vallis, Torelli, Sancti Guglielmi de Guleto, Sancti Joanni Aquariæ, ad cujus etiam novæ Ecclesiæ, et Monasteri favorem quoddam Instrumentum a bo: me: Raynaldo tunc existente Episcopo Trivicano, seu Vicano cum consensu tunc existentium Capituli, et Canonicorum olim factum, et nunc Nobis exhibitum reperitur, nec non Sancti Martini, Terrænovæ, Sancti Jacobi, et Fesulari, ac Massæ, aliisque Locis, quorum, et quarum Dominus in temporalibus etiam existit, exercendi, ac particulare, et separatum Territorium in illis habendi, Synodumque convocandi, et Examinatores in ea deputandi, ac Concursus pro Parochialibus Ecclesiis in Terris, Locis, Oppidisque, suæ jurisdictionis temporalis, illorumque territoriis existentibus pro tempora illarum vacationibus, indicendi, et habendi, nec non quæcumque Beneficia pro tempore vacantia in Ecclesiis Terrarum, Locorum, et Oppidorum hujusmodi, earumque, et eorum territoris existentia conferendi, suosque subditos Clericali charactere insignire, eisdemque minores Ordines conferendi, litterasque Dimissoriales eisdem ad omnes Sacros, et Presbyteratus Ordines promoveri faciendi cupientibus concedendi, literasque Apostolicas exequendi, ac demum suis subditis prædictis Sacramentum confirmationis conferendi, et alias sub Plumbo prædecessorum prædictorum, ac præsertim ejusdem Clementis XII anno Incarnationis Dominicæ 1732. pridie idus Maii, Pontificatus sui anno secundo, expeditis, uberius dicitur contineri.

Querelæ subortæ circa nonulla acta jurisdictionalia cum Episcopo Caputaquensi cujus judicium Sacræ Congregationi Concilii remissum.

§. 3. Præmissis non obstantibus anno 1756 Venerabilis Frater Petrus Antonius Episcopus Caputaquensis coram Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, territorium separatum prædictum, præcipue in Terra, seu loco casalis Massæ, seu Abbati Generali tunc existenti primo dictæ Congregationis adversari inchoavit, nulla habita consideratione antiquæ possessioni, ac prædictis privilegiis, ab usque anno 1732 concessis, et quibus semper gavisa fuit, et in illorum possessione semper, et hucusque remanere perrexit, facta itaque in dicta Cardinalium Congregatione, causæ hujusmodi propositione, concordatisque dubiis nempe » Primo » An Monasterium S.Honuphrii nuncupatum Massa diruta esset Nullius Diœcesis, et quatenus negative = Secundo = An Priori, seu Abbati dicti Monasterii liceret facultatem concedere Sacerdotibus secularibus ab Ordinario minime approbatis audiendi Confessiones personarum sæcularium in dicta Ecclesia S. Honuphrii = Tertio = An Sacerdotes sæculares, vel Regulares alterius Diœcesis, etiam a proprio Ordinario approbati, audire possint Confessiones personarum sæcularium in dicta Ecclesia de licentia P. Prioris, seu Abbatis ejusdem Monasterii pro tempore, et quatenus negative = Quarto = An et in quas pœnas inciderint tam Prior, seu Abbas, quam Confessarii = Quinto = An fons Baptismalis in eadem Ecclesia positus, esset removendus. Eadem Cardinalium Congregatio die 2. Decemb. dicti anni 1756. respondit = ad primum negative = ad secundum, ad mentem in casu, de quo agebatur, et mens fuit non expedire uti Confessariis ab Ordinario non approbatis = Ad tertium affirmative = Ad quartum = provisum in antecedentibus = Ad quintum = negative, et ad mentem, et mens fuit quod non uteretur nisi consulta Sacra Congregatione.

Novum querelarum examen prælaudatæ Sacræ Congregationi Concilii suppositum.

§. 4. Subinde vero, instante dicto Petro Antonio Episcopo, causa hujusmodi in ipsa Congregatione Cardinalium de novo proposita fuit; dicta vero Cardinalium Congregatio rescripsit = In decisis, et amplius. = Vigore autem ipsius novi rescripti tunc existens Procurator Generalis primo dictæ Congregationis binas resolutiones a memorata Congregatione Cardinalium captas, editasque per quasdam Nostras in simili forma Brevis die xv Maii 1759 expeditas litteras, confirmari obtinuit, et vigore præmissorum tunc existens Abbas Generalis, seu primodicta Congregatio hujusmodi in antiqua pacifica, et usque dum observata possessione particularis, et separati territorii, etiam in dicto Casali Massa diruta, ut antea remansit.

Tertium experimentum pertentatum instante Episcopo Caputaquensi

§. 5. Interea vero temporis contra omnem expectationem dictus Petrus Antonius Episcopus anno proxime praeterito confisus super clausulam in dictis Nostris literis super confirmatione praedictarum resolutionum memoratae Congregationis Cardinalium expeditis appositam = nempe = Salva tamen semper in praemissis auctoritate memoratae Congregationis Cardinalium= aliasque pro se facientes rationes, novam audientiam a sepedicta Congregatione Cardinalium impetravit, et rursus causa hujusmodi in eadem Cardinalium Congregatione sub dubio = An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc. proposita fuit; dicta Cardinalium Congregatio mature perpensis novis rationibus hinc inde deductis die 30 Januarii nuper elapsi, stetit in Decisis in omnibus, et hujusmodi causam amplius non proponi mandavit. In hoc rerum statu dictus Procurator Generalis considerans ingentes sumptus, quos primo dicta Congregatio ad tuenda jura, et privilegia ab Apostolica hac Sancta Sede sibi concessa impendere coacta fuit, aliosque quos agere cogeretur, si causa hujusmodi de novo, etiam coram Judicibus, et Tribunalibus proponeretur, et prosequeretur, opportune sibi in praemissis a Nobis provideri, et ut infra indulgeri summopere desiderat.

Pontifex controversias omnes a quocumque Tribunali avocat, et amplius proponi prohibet.

§. 6. Nos praemissis quantum cum Domino possumus benigne consulere cupientes, aliisque iustis ex causis animum Nostrum moventibus adducti, nec non privilegiorum a praedictis praedecessoribus nostris dictae Congregationi Montis Virginis concessorum, ac resolutionum hujusmodi tenores, ac controversiae, seu litis, et causae hujusmodi statum, et merita, nominaque, et cognomina, et qualitates collitigantium, et alia quaecumque, etiam specificam, et individuam mentionem, et expressionem requirentia, praesentibus pro plene, et sufficienter insertis, et expressis, et specificatis habentes, Motu proprio, ac certa scientia, et matura deliberatione, Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, quamcumque litem, et causam super praemissis inter praedictum Petrum Antonium Episcopum ex una, et ipsam Congregationem Montis Virginis, seu illius modernum Abbatem Generalem ex altera, partibus coram memorata Cardinalium Congregatione motam, et pendentem, seu ea de causa coram quibuslibet aliis Tribunalibus, et Judicibus pro tempore movendam in statu, et terminis, in quibus de praesenti reperitur, et in posterum, si forsan pro parte ipsius Petri Antonii Episcopi, et successorum suorum, aliorumve quorumlibet eidem Congregationi Montis Virginis in praemissis inferri contingerit, ad Nos harum serie cum suis emergentibus, annexis, et connexis avocamus, illamque sic avocatam, motu, scientia, et potestate similibus, perpetuo supprimimus, et extinguimus, perpetuumque silentium imponimus.

Privilegia, et exemptiones alias huic Ordini concessa et indulta praecedenter, confirmat.

§. 7. Ac insuper motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus dictam a sepedicta Cardinalium Congregatione die 30 Januarii proximi praeteriti editam Constitutionem, nec non memoratum supradicti Raynaldi Episcopi instrumentum praevio consensu Capituli, et Canonicorum confectum, nec non omnia, et singula privilegia, indulta, gratias, praerogativas, et exemptiones a dictis praedecessoribus Nostris, vel Monasterio Principali Montis Virginis, vel Abbati Generali ipsius Congregationis Montis Virginis, vel Congregationi praedictae, sive in genere, sive in specie super jurisdictionem quasi Episcopalem in Terris, Locis, et Oppidis praedictis, illorumque territoriis, ac declarationem territorii separati in Oppidis, Locis, et Terris a dicta Congregatione Montis Virginis possessis, hactenus concessa, juxta illorum tenorem perpetuo confirmamus, et approbamus; illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur odjicimus, et quatenus opus sit, privilegia, indulta, gratias, exemptiones, jurisdictionem quasi Episcopalem, ac territorium separatum hujusmodi, in Terris, Locis, Oppidisque praedictis, aliasque facultates Congregationi Montis Virginis hujusmodi, illiusque pro tempore existentibus Generalibus, aliisque Abbatibus ejusdem Congregationis, etiam per communicationem Abbatibus, et Monachis Congregationis Cassinensis, seu Montis Casini, Cisterciensis, et Camaldulensis, nec non Ordinibus Mendicantium concessa, confirmata, et pluries a dictis Romanis Pontificibus innovata, motu, scientio, et potestate similibus de novo concedimus, ac extendimus, et ampliamus, dictamque jurisdictionem quasi Episcopalem, et territorium omnina separatum cum exemptione tam activa, quam passiva in omnibus, et singulis Terris, Locis, et Oppidis praedictis a Congregatione Montis Virginis hujusmodi possessis, et dependentibus, illorumque territoris, incolis, et subditis declaramus: Ac quascumque lites

ubique motas super quacumque contradictione dicti territorii separati quarumcumque Terrarum, Locorum, et Oppidorum hujusmodi, ac dictæ Congregationis Monasteriorum, et Grangiarum in illorum territoriis existentes, ac pendentes, et in posterum movendas, semper, et quandocumque extinguimus, et perpetuum silentium imponimimus, simulque Grangias Monasteriis hujusmodi Congregationis annexas, et unitas, et ab illis dependentes, a quacumque quorumcumque Ordinariorum Visitatione perpetuo etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus eximimus, et liberamus, ac exemptas esse, et fore decernimus, ac declaramus.

Quamcumque tollit aliter judicandi facultatem.

§. 8. Decernentes easdem præsentes litteras, et in eis contenta, quæcumque, etiam ex eo quod quilibet etiam cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, et dignitatis, aut alias etiam specifica, et individua mentione, et expressione digni in præmissis forsan jus, vel interesse habentes, seu habere prætendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causæ propter quas ipsæ præsentes emanaverint, sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, et totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obrectionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut intercsse habentium consensus, alioque quolibet magno, et substantiali, ac inexcogitato defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, ad terminum juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris restitutionis in integrum, aliudque quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, concesso vel emanato quempiam in judicio, et extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas præsentes litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempora quandocumque spectabit, et omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque et non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicare, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 9. Non obstantibus quavis hactenus notæ litis, litiumque ubique pendentia, aliisque præmissis, ac Nostris, et Cancellariæ Apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, et Constitutionibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIII. Aprilis MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno IV. — Derogat contrariis.

CCLXXVII.

Dat. die 28 Apr. 1762 Anno IV.

Confirmatio literarum Bonifacii VIII., Gregorii XV., et Innocenti X. circa Judices Conservatores, cum declaratione, quod Superiores Regularium temporarii, nullo casu deligi in Judices conservatores possint, quodque in Infidelium Regionibus nullo modo expediantur eligendi Judices Conservatores.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam

Summa sedulitate Romani Pontifices Missionibus prospexere ad Infidelium partes missas.

§. 1. Cum omnium quidem Ecclesiarum, tum earum præsentim quæ in remotissimis regionibus sunt constitutæ, decet Apostolicam Sedem curam gerere. Fideles enim illic degentes, vel Ecclesiæ corpori recens inserti, vel undique Paganorum ritibus, et superstitionibus circumdati, nisi novarum plantarum instar foveantur, irrigentur, diligenterque custodiantur, periculum est ne paullatim arescant, in eisque fructum quem optat cælestis Paterfamilias, non adinveniat. Hinc Romani Pontifices prædecessores Nostri, quorum exemplum Nos quoque sequuti sumus, in easdem regiones seculares, et regulares Clericos bene multos qui in agro Dominico operarentur, mittendos curarunt. Sed infensissimus humani generis inimicus, qui inter frumentum zizania super seminare solet, discordiarum semina inter eorum aliquos spargere adeo consuevit, ut non raro sui muneris obliti, ac Apostolicæ legationis immemores, pro eo quod gentibus, et populis sedentibus in tenebris, et regione umbræ mortis, fidei lucem ingerere, et ad veritatis agnitionem

perducere curent, ipsi inter se levissimis de rebus maximas contentiones ineant, quod interdum eo usque protenditur, ut eodem temporis, ac loci vestigio, quo Evangelium salutis afferunt, et pacem Christianam annunciant, quam Christus discipulis suis velut unicum hæreditatem testamento reliquit, eas ipsi turbas excitant, ut qui eis adhærent pro partium studio, etiam ad arma concurrunt, ac manus inter se, non sine bonorum omnium gemitu conferant. Id vero eo acerbius ferimus, quo eorum dissidia, Catholicæ Fidei propagationi, summo esse impedimento propemodum videmus, atque in messe multa, veros Operarios adhuc paucos dolemus.

Recensentur nonullæ causæ dissidiorum

§. 2. Dissidiorum causa ejusmodi est, quod dum ex Regularibus nonnulli in vindicandis privilegiis toti occupantur, interim opus ministerii sui in consummationem Sanctorum, et in ædificationem Corporis Christi negligentes interdum, quod ore docent, ac oculis adstruunt, factis negare, ac manu dextruere videantur.

In Missionibus Tunkini abusus inoleverunt quoad Judices Conservatores

§. 3. Nuper siquidem non sine intimo cordis Nostri dolore accepimus, in Regno Tunkini in Indiis Orientalibus, Regulares nonnullos, qui eodem ad Christi Religionem propagandam missi sunt, sub obtentu conservandorum privilegiorum, quæ Regularibus aisdem ab Apostolica Sede concessa fuerunt, Conservatores Judices ut vocant, præter ordinem, et contra Apostolicarum Constitutionum spiritum, ac mentem tales sibi delegisse, quos neo ipsa instituti sui ratio pateretur, quique eo temeritatis pervenerunt, ut in Apostolicos Nostros Vicarios ibidem degentes, quorum auctoritatem, ut Religiosos viros decet, revereri debuissent, maximo eum Christiani nominis apud Ethnicos ipsos dedecore, gravique cum perturbatione illarum Ecclesiarum, excommunicationis, et suspensionis, et interdicti sententiam ferre non dubitaverint.

Ad tales removendos abusus Sacræ Congregationis Propagandæ Fidei præceptum fuit Judicium.

§. 4. De quibus omnibus cum a Vicario Apostolico ad Nos essent delatæ querelæ, requiem non habuit caro Nostra, sed videntes tumultum in Domo Dei, in qua ne contentiones quidem Apostolus patitur, pro summi Pontificatus officio, duximus tanto malo validioribus remediis quantocius occurrendum. Ut vero cautius in ro tanti momenti procederemus, Congregationem particularem nonullorum S. R. E. Cardinalium, qui Negociis Propagandæ Fidei præpositi sunt, ad rem totam examinandam instituimus, qui quidem examen diligentes aggressi, primo Dubium illud = An potuerit eligi in Conservatorem Superior Regularis temporarius = pro rai gravitate minime censuere statim, ac protinus definiendum, sed reservato examine, ac decisione ejusmodi dubii, inter cætera pro re nata declararunt, inhærendo Constitutionibus Apostolicis, decretis alias æditis.

» 1. Quod denegata Regularibus, » vel dilata facultas excipiendi confes» siones, sufficiens causa non fuerit eli» gendi sibi Conservatorem.

2. Quod proinde qui illum ea de » causa elegerint Conservatorem, in ex» comunicationem inciderint ad formam » *Cap. final. de off. et potest. Jud. De*» *leg. in* 6 speciatim confirmati in con» stit. Gregori XV, quæ incipit *Sanctis*» *simus.*

» 3. Quod electus hujusmodi Con» servator, sub pæna suspensionis a di» vinis, ipso facto incurrenda, a Con» servatoris nomine, et officio omnino » abstinere se debeat, nullis, ac nul» lius valoris declaratis omnibus huc us» que ab eo actis, et deinceps forsan » agendis.

» 4. Demum quod graviter mo» neantur Regulares omnes, ut impo» sterum, remotis partium studiis, et » proprii Ordinis comodis, ad anima» rum salutem unica invigilent, ne tan» dem Sedes Apostolica, tot Episcopo» rum querælis fatigata, privilegia olim » Regularibus concessa pro incremen» to Missionum, quæque nunc ad ea» rumdem perniciem tendere cernun» tur, revocare cogatur. Atque ad hunc » effectum, nequis esse posset ignoran» tiæ locus, hujusmodi decretorum » exemplar Superioribus Generalibus re» spective intimetur; ut eorumdem ob» servantiam, et exequutionem sollicita » curent.

Non obstante Sacræ Congregationis de Propaganda fide judicium, iisdem persistentibus abusibus, novum prodiit prælaudatæ Congregationis decretum

§. 5. Quæ quidem omnia, quum esset a Nobis auctoritata Apostolica confirmata, hoc tamen temporis intervallo in regionibus adeo dissitis, discordiarum, ac scandalorum incendium nec extingui, nec temperari potuit, imo multo etiam magis acutum, et dilatatum est, adeo ut graves quærimoniæ, ad Nos usque pervenerint, negata etiam fuisse, in summo vitæ discrimine sacramenta nonnullis eorum, qui Judicis Conservatoris judicio, et censuris non obtemperassent. Quibus ex causis haud diutius differendam dubii huc usque suspensi decisionem rata dicta Congregatio, deductis hinc inde juribus,

et re mature perpensa, ac præ oculis habitis Constitutionibus Apostolicis, tum et fere communi Juris Canonici peritorum consensu, ac præsertim resolutione Congregationis Episcoporum, et Regularium negociis præpositæ, quæ ab Archiepiscopo Turritano consulta » *An regulores unius Conventus, Monasterio, vel Domus aliquem Priorem, Guardianum, vel quemvis alium, quavis Regulari dignitate fulgentem, in suum Conservatorem eligere, vel deputare possint* » die 8. Oct. 1717 rescripsit: *Non posse*: his aliisque similibus Decretis inhærens die 8 Martii currentis Anni tandem in hanc modum propositum dubium resolvit » *Consulendum SSmo, ut dignetur declarare, Superiores regulares temporarios nullibi, et in nullo casu posse eligi in Conservotores; in partibus autem Infidelium expedire ut Conservatores omnino non eligantur* »

Semper certus modus, certique fines electionis, et potestati Judicum Conservatorum a Sancta Sede præscripti.

§. 6. Hoc Nobis relatum, exhibitumque Decretum jam satis agnovimus, quoad utramque partem Apostolicis Constitutionibus consentaneum, et congruum. Jamdudum enim prædecessores Nostri Bonifacius VIII. in Constitutione, quæ incipit *Statum*, Gregorius XV. in Constitutione, quæ incipit *SSmus in Christo Pater*, et Innocentius X. in Literis in forma Brevis, quæ incipiunt *Alias a Nobis* animadvertentes, Regulares, aliosque quibus ab Apostolica Sede generale, sive speciale privilegium concessum est, ut possint sibi Judices Conservatores eligere, sub hujusmodi privilegii prætextu, Episcoporum, aliorumque judicum Ordinariam, sive delegatam jurisdictionem perturbare, et electos Judices Conservatores suæ potestatis limites frequenter excedere; optimo sane consilio, dum privilegia ista sarta, tecta esse voluerunt, certum tamen modum Judicum Conservatorum electioni, certosque fines eorumdam potestati imposuerunt; pœnis etiam adversus transgressores constitutis.

Pontifex approbat, ei confirmat præcedentes Apostolicas constitutiones quoad Judices conservatores

§. 7. Horum igitur Summorum Ponticum prædecessorum Nostrorum vestigiis inhærentes, de consilio Congregationis particularis supramemoratæ nonnullorum S.R.E. Cardinalium, qui Negociis Propagandæ Fidei præpositi sunt, videlicet Ven. Fratris Nostri Josephi S.R.E. Cardinalis Spinelli Episcopi Ostiensis, et S. Collegii Decano, ac dilectorum filiorum Nostrorum S.R.E. Cardinalium Stoppani, Galli, Antonelli, et Columnæ de Sciarra, motu proprio, et ex certa scientia, et matura Nostra deliberatone, Nos in primis, constitutiones easdem Bonifacii VIII. et Gregorii XV. necnon Apostolicas literas in forma brevis Innocentii X. quarum tenorem hic pro inserto volumus, cum singulis declarationibus, in iisdem contentis innovamus, et confirmamus, ac easdem Constitutiones, et Apostolicas Literas, plenum robur, et firmitatem habere volumus, et mandamus.

Ne in Judices Conservatores eligantur Superiores temporanei, sed tantum personæ dignitatem vel personatum obtinentes

§. 8. Præterea quod iniisdem constitutionibus cautum est, ut ii dumtaxat in Judices Conservatores eligi possint, qui dignitatem, aut personatum in Cathedrali, vel collegiata Ecclesia obtinent, Nos iisdem Constitutionibus inhærentes statuimus, et declaramus, non licere quibuscumquæ in locis, Regularibus cujuscumqueOrdinis, Monasterii, vel Congregationis, mendicantibus, vel non mendicantibus, etiam Societatis Jesu, quantumvis exprimi, at speciatim nominari eos oporteat, cæterisque, quibus ab Apostolica sede concessum est, ut Judices Conservatores sibi deligera possint, vigore cujuscumque privilegii, cui, quatenus opus sit, expresse derogamus, Præpositos, Rectores Provinciales, Diffinitores, Custodes, Priores, Ræctores, Vicarios, Visitatores, aliosque quoscumque Superioras Regulares non perpetuos, sed temporarios proprii, vel ulterius Ordinis in Judices Conservatores eligere, quos hac in parte, et ad huuc effectum in Dignitate Ecclesiastica constitutos non esse, eorumdem electionem, etiamsi fiat, servata in reliquis forma Constitutionis Gregorii XV, ipso jure irritam prorsus fore declaramus.

Regularibus in missionibus degentibus in partibus infidelium, interdicitur Judicum Conservatorum electio.

§. 9. Tantem inhærentes etiam decretis in Congregatione Generali de Propaganda fide coram S. M. Urbano VIII. habita die ut. Febr. anni MDCXL, et prospectis etiam periculis, et scandalis, quæ ex electiona Judicum Conservatorum, in partibus Infidelium plerumque in animarum perniciem, et publicæ tranquillitatis, atque Ecclasiasticæ pacis parturbationem, emergunt; juxta decretum præfatæ Congregationis, auctoritate Apostolica denunciamus, Regulares mendicantes, et non mendicantes, Monachos, et Clericos Regularas, cujuscumque Congregationis, et Ordinis, etiam Societatis Jesu, aliosque quamvis expresse, et speciatim nominare eos oporteat, privilagia sibi concessa eligendi Judices Conservatores, quousque in partibus Infidelium degunt, ac sacras missiones exercent, nullo modo expedire *utantur*; sed omnes et singulos in ostensionibus, et causis, quæ

ipsorum Ordinis, et privilegia tangunt, ut ab Ecclesia Ecclesiarum omnium matre, et Magistra, cui nihil antiquius est, quum cuique sua jura servare, rectum judicium, et remedium præstolentur.

Clausulæ sublatæ, et decretum irritans.

§. 10. Decernentes præsentes nostras Literas, et in eis contenta quæcumque, licet Superiores quorumcumque ordinum etiam Generales, vel Priores itidem Generales, seu Missionum, aut Missionarii ipsi, vel ab eis deputati, aut alii quicumque in præmissis interesse habentes, vel habere prætendentes, ad hoc vocati, citati, vel auditi, sive causæ propter quas eædem præsentes emanarint, sufficienter adductæ, justificatæ, et verificatæ non fuerint, semper, et perpetuo validas, at efficaces existere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus inviolabiliter observari; sicque et non alias pro quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate fungentes, et etiam S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictæque Sedis Nuncios, et Vicarios Apostolicos, seu Visitatores, quibusvis facultatibus munitos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretrandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere; irritum quoque, et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non obstantibus Sixti V. favore Ordinum Mendicantium, et Pii V, ac Gregorii XIII. incipientibus *In Supereminenti* favore Clericorum Regularium Societatis Jesu extra Europam existentibus, ac quibusvis aliis Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinum, et Institutorum quorumcumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis, etiam Mare Magnum, vel alius quomodolibet nuncupatis, eisdem Ordinibus, et Institutis, eorumque Superioribus, et Prælatis, ac personis etiam Missionariis in limine quoque, et actu primævæ illorum expeditionis, ac subinde, et successive, etiam per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores Nostros, ac Sedem Apostolicam prædictam, et per Nos pariter quomodolibet concessis, confirmatis, et iteratis vicibus approbatis, et innovatis; quibus omnibus, quæ præsentibus quomodolibet obstare possunt, etiam de illis, eorumque totis tenoribus, specifica, et expressa, ac individua, nec non de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorumque tenores pro plene, et sufficienter præsentibus expressis, et totaliter insertis habentes, illis aliter in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, at expresse, amplissime, at plenissime, nec non opportune, et valide derogamus, et derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Forma statuitur, et immediatæ exequutioni præsentes literæ ponantur

§. 12. Ut autem præsentes Nostræ literæ ad omnium notitiam deducantur, neque aliquis eorum ignorantiam prætendere, aut contra eas se excusare valeat, volumus, et mandamus, earum exemplar Superioribus Generalibus Ordinum, Congregationum, et Institutorum prædictorum, seu illorum Procuratoribus Generalibus in Urbe existentibus e quibus Missionarii quicumque extiterint, a dicta Congregatione de Propaganda Fide tradi debere. Quodque post traditionem hujusmodi omnes, et illos quos concernunt, et concernent in futurum perinde arctent, et afficiant, ac si eorum cuilibet personaliter intimatæ fuissent.

Transumptorum fides.

§. 13. Volumus etiam, quod earumdem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii Publici suscriptis, at sigillo dicti filii Moderni, et pro tempore existentis dictæ Congregationis a Secretis munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra ubique Gentium, et locorum adhibeatur, quæ iisdem præsentibus adhiberentur, si originaliter exhibitæ forent, et obstensæ.

Sanctio pœnalis.

§. 14. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ confirmationis, Mandati, Statuti, declarationis, decreti, derogationis, at voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumserit, Omnipotentis Dei, et Beatorum Apostolorum Petri, et Pauli indignationem se sciat incursurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo sexagesimo secundo, Nono Kalendas Maii, Pontificatus Nostri Anno IV.

Dat. die 5 Maii 1762 Anno IV.

CCLXXVIII.

Cum Maronitorum Patriarcha quæritur, quod intrusum Melchitarum Patriarcham perhonorifice exceperit, eique significationes omnes detulerit quæ veris Patriarchis deferri solent, præcipitque ut eum a sua consuetudine arceat tamquam censuris alligatum.

Melchitarum Patriarchæ electionem ab Antistitibus dissidentibus factam irritavit Pontifex hic Constit. diei 1. Augusti 1760 relata hoc Tom. II. sub. Num. CLVII. pag. 5. Patriarchalis Ecclesia Melchitarum provisa fuit ex dispositione libera Apostolicæ Sedis per Constit. alteram ejusdem diei relat. loco cit. sub. Num. CLVIII. pag. 7.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem.

Memoriæ revocantur dissentiones, et controversiæ obortæ super electione Patriarchæ Melchitarum.

§. 1. Non latet Fraternitatem tuam, quæ dissentiones, et controversiæ inter Græcos Melchitas, magno cum detrimento Catholicæ Religionis, extiterint ex eo tempore, quo Patriarcha Cyrillus Patriarchatu cessit, ita tamen sibi, ut Fratris Filius ex condicto, ac necessario sufficeretur. Ea res, in qua nulla Sacrorum Canonum, nulla Ecclesiasticæ disciplinæ, sed unius carnis, et sanguinis ratio habita est, uti plane indigna, atque exhitiabilis Catholicis quibusque isthic degentibus visa est, ita profecto tuæ pietatis studium accendere, atque excitare debuit, ut te quasi murum opponeres pro domo Dei Israel, et Sanctuarii majestatem sartam, tectamque servares: sed cum ex literis demortui Patriarche Maximi, et illius Nationis Episcoporum, et præsertim Delegati Nostri Apostolici cognovimus, Fraternitatem tuam, Monachum intrusum Ignatium Joar, qui ab eodem Apostolico Delegato ex præscripto Brevium Pontificiorum excommunicatus, suspensusque fuerat, perhonorifice excepisse, eique omnes illos obsequii significationes detulisse, quæ veris legitimisque Patriarchis deferri solent; dici vix potest quam grave id Nobis, molestum, ac nullo modo ferendum esse videatur.

Dolet quod cum intruso Melchitarum Patriarcha perhonorifice egerit, et jubet ut ob intrusi consuetudine se obstineat quoad ille errorem suum poenitendo correxerit

§. 2. Dolemus enim Venerabilis Frater, intimisque sensibus angimur, te, a quo minime erat expectandum, in tantum errorem incidisse, quo Principes Drusi abstinuerunt, qui profecto Apostolicam Sedem magis reveriti sunt, quam tu ipse tot, tantisque beneficiis obstrictus ac Palii ornamentis condecoratus. Non defuerunt, qui dicerent, Nostras partes esse in Fraternitatem tuam gravius aliquid statuere: ferendum tamen duximus quod speramus fore, ut in viam redeas, unde levitatis errore deflexisti. Te igitur hortamur, monemus, atque etiam Apostolica auctoritate qua fungimur tibi plane mandamus, ut intrusum Monachum a tua consuetudine arceas tamquam hominem censuris alligatum, dirisque omnibus devotum; idque facias, quoad ille errarem suum pœnitendo correxerit, dignusque existimari possit, qui benigne recipiatur in Ecclesiæ sinum, quæ non mortem, sed salutem, et vitam exoptat peccatoris sempiternam. Præterea Apostolica Nostra authoritate, Breve illud Benedicti XIV. felicis recordationis, quo Fraternitati tuæ mandatur, ut in Græcorum Melchitarum negocia ne te immisceas confirmamus omnino, ac exequutioni mandandum jubemus. Sic enim existimare debes: Onus illud Episcopale, quod tibi impositum est, pascendi partem istam Dominici Gregis, satis esse debere, quin te ipse in alienum Ovilem intrudas, atque inferas: ac Fraternitati tuæ, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Centumcellis Viterbien Diœcesis etc. die v Maii MDCCLXII Pontificatus Nostri anno quarto.

CCLXXIX.

Dat. die 12 Maii 1762 Ann. IV.

Excusatione accepta pro translatione arbitraria jejunii, et pervigilio S. Matthiæ ad alteram diem facta ab Episcopo Toletano, eumdem obsecrat ut conjunctim cum Apostolica Sede in concredita sibi Ecclesia gubernanda se gerat turbidissimis præsertim temporibus.

Pontificis hujus quærimoniæ Toletano Archiepiscopo factæ pro arbitraria jejunii translatione, Apostolica Sede inconsulta, habentur in Literis relatis hujus Continuationis Tom. II. sub. Num. CCLXIX. pag. 226.

Dilecto Filio Nostro Aloysio S. R. E. Cardinali de Corduba Archiepiscopo Toletano

Clemens PP. XIII.

Dilecte Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

§. 1. Perlibenter legimus literas tuas pridie Kal. Aprilis ad Nos datas, quibus de lege jejunii a pervigilio Sancti Matthiæ in alterum diem translati, te Nobis diligenter purgare voluisti. Etsi vero quidquid de sanctissimis majorum institutis, et veteri Ecclesiæ disciplina immutatur, Romano Pontifice inconsulto, Romano ipsi Pontifici gratum, ratumque esse minime possit, fecerunt tamen eædem tuæ literæ, ut si quid Nobis eam ob rem, aut suspicionis, aut offensiunculæ insederit, id statim depositum esset ac stirpitus evulsum ex omni memoria, vitaque Nostra. In iis enim omni ex parte elucebat Hispana, hoc est egregia, et singularis erga Nos, atque Apostolicam Sedem observantia, et fides: præsertim cum de concepta ægritudine Nostra, te vehementer sollicitum esse, ac præcipuo quodam dolore angi significaveris. Neque Nos quidem vicem non rependimus, teque dilecte Fili Noster paterna benevolentia, atque intimo amoris, et charitatis Nostræ sinu complectimur, arctiusque etiam, quam antea, devinctum tenemus: nam pro tua eximia prudentia optime intelligis, quanti intersit ad bene feliciterque gubernandam Ecclesiam, his præsertim turbolentissimis temporibus, quacumque in re, communis eorum consensu, et conspiratio, qui Nobiscum sedent ad puppim. Itaque sic existimare debes, te Nobis esse carissimum, idque ut omnes homines intelligant; Nos, si occasio ferat, operam, et studium libentissime posituros: atque hujus Nostræ erga te benevolentiæ obsidem, damus Apostolicam Benedictionem, quam tibi, Dilecte Fili Noster peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die XII Maij MDCCLXII Pontificatus Nostri Anno quarto.

CCLXXX.

Dat. die 15 Maii 1762 Ann. IV.

Ut eveniente obitu Cardinalis de Hutten Episcopi Spirensis, etiam apud Sedem Apostolicam, novus Episcopus eligatur juxta concordatum Germaniæ a Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Spirensis indulgetur.

Dilectis Filiis Decano, et Capitulo Ecclesiæ Spirensis

Clemens PP. XIII.

Dilecti Filii Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Exponitur vacante Ecclesia Spirensi, Decano, et Capitulo ejusdem Ecclesiæ pertinere novi Episcopi præsentationem.

§. 1. Cum sicut dilectus filius Noster Franciscus Christophorus S. R. E. Presbyter Cardinalis de Hutten in Holtzemberg nuncupatus Ecclesiæ Spirensis ex concessione, et dispensatione Apostolica Præsul Nobis exposuit, electio personæ idoneæ, quæ dictæ Ecclesiæ Spirensi, pro tempore Pastoris solatio destituta reperiatur, in Episcopum a Romano Pontifice pro tempore existente ad electionem hujusmodi præficiatur, ad vos juxta concordata dudum inter Sedem Apostolicam, et inclytam Nationem Germanicam inita, vel privilegia Apostolica, aut alias legitime spectet, dictus vero Franciscus Christophorus Cardinalis, et Præsul, ut eveniente casu, quo ejus persona Ecclesiam prædictam vacare dictæ Sedis dispositioni reservatam, seu affectam esse contigerit, jus eligendi vobis salvum, et illæsum remaneat opportune vobis, a Nobis provideri, et ut infra indulgeri summopere desideret.

§. 2. Nos ipsius Francisci Christophori Cardinalis, et Præsulis votis hac

Privilegium prædictæ præsentationis confirmatur et si casus contigerit vacationis per obitum moderni Episcopi apud S. Sedem.

in re favorabiliter annuere, ac specialem vobis gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus ejusdem Francisci Christophori Cardinalis, et Præsulis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, vobis, ut si contingat memoratum Franciscum Christophorum Cardinalem, et Præsulem etiam apud Sedem Apostolicam prædictam obire; licet prædicta Ecclesia Spirensis per obitum hujusmodi ex quovis capite etiam speciali nota, et expressione digno, ejusdem Sedis Apostolicæ dispositioni generaliter, vel specialiter reservata, aut quovis modo affecta tunc reperiretur; nihilominus personæ idoneæ electio in locum dicti Francisci Christophori Cardinalis, et Præsulis eidem Ecclesiæ Spirensis in Episcopum a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente ad electionem hujusmodi præficiendæ ad vos juxta concordata, vel privilegia Apostolica prædicta omnino spectet, et pertineat in omnibus, et per omnia, perinde ac si ipsa Ecclesia Spirensis dictæ Sedis dispositioni nullatenus reservata, vel affecta esset, auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Clausulæ sublatæ, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes, easdem præsentes literas semper firmas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac vobis plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales etiam de Latere Legatos, et dictæ Sedis Nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Cancelleriæ Apostolicæ regulis editis, vel edendis, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsens gratia non transeat in exemplum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xv. Maij MDCCLXII, Pontificatus Nostri Anno quarto.

CCLXXXI.

Dat. die 29 Maii 1762 Ann. IV.

Statuta de novo condita a Superioribus Congregationis Hospitalariorum Divini Pastoris in Regnis Hispaniæ, et Portugalliæ pro recta administratione Hospitalis Gadicensis, nec non Decretum Episcopi ejusdem Civitatis illa approbantia, confirmantur.

Clemens Papa XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

Exponitur, vetera hujus Congregationis statuta a S. Sede fuisse approbata, sed nonnulla adhuc desiderari pro meliori Hospitalis regimine.

§. 1. Nuper pro parte dilectorum filiorum Modernorum Superiorum Congregationis sub invocatione Hospitalariorum Divini Pastoris in Civitate Gadicensi canonice, ut asseritur, erectæ, Nobis expositum fuit, quod alias nempe Anno MDCCXXX. tunc existentes Superiores Generales Congregationis sub titulo Hospitalariorum Divini Pastoris hujusmodi in Hispaniarum, et Portugalliæ Regnis canonice, ut etiam asseritur, institutæ, confirmationem Statutorum ejusdem Congregationis ab Apostolica hac Sancta Sede sibi concedi obtinuerunt, et sicuti in dictis Statutis tunc minime explicatum fuit, quod in quacumque domo regulari ipsius Congregationis duo Archiva erigi deberent, unum scilicet pro asservandis scripturis, et instrumentis confectis, et conficiendis ad Congregationem spectantibus, et pertinentibus, alterum vero pro deponendis pecuniis ex annuis redditibus, et proventibus bonorum ad Congregationem spectantium, et eleemosynis provenientibus, et utrumque ex dictis Archiviis tres haberet claves per tres diversos unumcujusque Domus confratres custodiendas, quodque insuper in quolibet ex dictis Archiviis duo essent libri, in quorum uno redditus, et proventus, in altero expensæ de die in diem faciendæ describantur, illasque Superior obedientiæ nuncupatus subscribere teneatur, ad effectum, ut singulis annis de receptis, et expensis rationem reddere possit, dicti exponentes pro felici, prosperoque dictæ suæ Congregationis regimine, et gubernio, ac administratione, dicta nova statuta aliis jam conditis, et approbatis sta-

tutis addere cupientes, Venerabili Fratri Thomæ moderno Episcopo Cadicensi pro illorum approbatione supplicem libellum porrexerunt, ac dictus Thomas Episcopus perpensis dictis novis statutis per exponentes prædictos conditis suum decretum confirmatorium edidit tenoris sequentis videlicet = Illme, et Rme Domine, Domine = Sebastianus e Sancto Joanne de Deo, Ortuzar, et Cornexo, Procurator Generalis meæ Religiosæ Congregationis Divini Pastoris animarum nostrarum horum Regnorum Hispaniarum, et Portugalliæ, Capitalium Romæ, et Matriti, Superior Obedientiæ, ad præsens in hac Sacra Domo nostra, et Hospitio Sancti Joannis de Letran hujus Villæ de Vegel vulgo della Frontera Diœcesis Cadicensis; Dominus Petrus Franciscus Espinosa Presbyter Cappellanus, et in ea Rector, sicuti etiam Fratres, Franciscus de Sancto Ignatio Fundator, Emmanuel a Sancto Josepho, Franciscus a Sancto Matthæo, Joannes a Sancto Antonio, Vincentius a Sancto Bernardino, et Franciscus a Sanctissimo Sacramento, qui modo sunt, et deinceps fuerint, unanimes, et nemine discrepante, et ad pedes Illmæ Dñis Vestræ cum omni profunda humilitate provoluti dicunt: Quod cum ipsi magna penuria laboraverint in augmento nostri sacri Instituti, et hoc in profectu spirituali, et corporali Pauperum Infirmorum, quod est objectum principale, et ad hunc finem multæ utiles providentiæ assumptæ fuerunt, quarum, et inter eas una est, quod in qualibet domo nostrorum Hospitalium sacri nostri Instituti constituenda sint duo Archivia unum ad scripturas pertinentes ad Domum Hospitalitatis, et alterum trium clavium ad deposirandum capitalia, tam ea, quæ ex redditibus sunt, quam ea, quæ ex eleemosynis acquiruntur, et Fratres nostri in mendicando summo labore a Fidelibus accipiunt; et consequenter nominentur tres Fratres Clavarij, qui ipsi teneant claves, et unam illarum, superior obedientiæ. Simulque sint duo libri (qui de Cassa dicuntur) et in uno scribantur introitus denariorum, et in alio exitus expensarum tam pro infirmis, et Cultu Divino, quam pro aliis necessitatibus, in quibus supradicti Clavarij, et Superior Obedientiæ ad calcem uniuscujusque computorum debeant subscribi, tam in acceptis, quam in his, quæ expendi debeant, atque ex his omnibus, ipse Superior Obedientiæ reddat computum suæ distributionis ipsis Clavariis, et Communitati in omni anno, qumque ab ipsa Communitate approbata fuerit, præfati Clavarij reddant rationem in Visitatione ipsi Visitatori, qui a Domin. Vestra Illma sive a suis Successoribus missus fuerit; ita tamen, ut modo supradicto, nequaquam aliquid defraudari possit, neque expendi. Hoc modo, Illustrissime Domine, experimentum tenemus in dies augeri bona, non solum spiritualia, sed etiam temporalia cum omnimoda pace, et sine gravamine ipsius conscientiæ. qumque hæc Sacra Domus, et ipsa Communitas tamquam valde utile, sicut et maxime conveniens hoc habeat præ oculis ad majus, et œconomicum regimen, et quod ita debeant gubernari, ista, et aliæ Domus nostri sacri instituti, et in particulari hæc nostra Domus, quæ aliis inferior est, eo quod redditus ejusdem sint ita exigui, ut non valeant ad ea, quæ Ecclesiæ necessaria sunt, neque ad ejus ornatum. Igitur ad hoc ut decentius ornaretur, necessarium habuimus, ut supranominatus Presbyter Cappellanus Dominus Petrus Espinosa de suo introitu suppleret plus quam novem millia regalium, quorum creditor manet, sicut constat ex computis factis in præterita Visitatione anni 1759. qui non potuerunt satisfacere propter tenuem introitum: Veruntamen cum ipsa Religiosa nostra Congregatio, seu communitas, quæ in præsenti existit, et deinceps fuerit, obligetur ad exactionem, et perceptionem redditùum, ad solvendum onera, et pensiones, quas annualiter habet, sicut ita in aliis Domibus nostris, et Hospitalibus exercetur; et hoc facillimum inveniatur in dicta nostra Congregatione, eo quod privilegiis Pontificiis, et Regiis gaudeat, ad hoc ut possit in toto orbe Christiano eleemosynas accipere, cum talibus eleemosynis omnia reparantur. = Ideo Illustrissimæ, et Rmæ Dominationi Vostræ petimus, et supplicamus, suum decretum in omni forma dignetur scribere, ut statuantur, duo Archivia supra relata, sicut in hoc memoriali exprimitur, et supplicamus. Obligando, sicut nos obligamus totam Communitatem, et Congregationem, quæ

Tenor postulationis Episcopo Cadicensi pro novorum Statutorum approbatione porrecta.

» in præsenti est, et deinceps fuerit, ad percipiendum omnes redditus, et ad exactionem omnium, quæ competunt supradictæ Ecclesiæ, et Hospitali, et pensiones Missarum sicut ex alia, quæ ipsi Ecclesiæ, et Hospitali correspondent: reparare fabricam, et ornare ipsam sicut debitum est: insuper reddere rationem in visitatione, quæ a Vestra Dominatione Illma et Rma, sive a suis successoribus missa fuerit, sicut placuerit, et commode inveniatur; Et istiusmodi Domus hæc Sacra, et Hospitalis augeatur, et cultus; atque in ipsis preces fundendo Divino Pastori, et Patri nostro, ut Illustrissimam, et Rmam Dominationem Vestram repleat omni felicitate, et prosparitate tam spirituali, quam temporali, conservando ipsam Suam Dignissimam Personam in majori culmine Dignitatis, ad majorem utilitatem pauperum suæ Diœcesis, atque post annos multos in æterna beatitudine ab ipso collocetur. Supplicantes enixe, ut ad majorem expressionem, et gratiæ suæ benevolentiam, detur Nobis possessio in forma plenaria = Sebastianus a Sancto Joanne de Deo Ortuzar, et Cornexo Procurator Generalis = Dominus Petrus Franciscus Espinosa Rector = Franciscus a Sancto Ignatio = Emmanuel a Sancto Josepho = Franciscus a Sancto Matthæo = Joannes a Sancto Antonio = Vincentius a Sancto Bernardino = Et Franciscus a Sanctissimo Sacramento = Est sigillatum.

Tenor Decreti Episcopi Cadicensis.

» = Decretum Illustrissimi Episcopi = *Portus Regalis, et die* 19. *Mensis Mai.* 1760 = *Cum attente ad omnia a supplicante exposita in hoc memoriali animum inclinemus, tum per semetipsum, et nomine suæ Religiosæ Congregationis Divini Pastoris sitæ in Domo, et Hospitali Sancti Joannis Lateranensis in Villa vulgo Vegel nostræ Jurisdictionis, et Projectum, quod statuerunt, dirigatur non solum ad Divinum cultum, et conservationem illius Ecclesiæ, verum etiam ad spirituale, et temporale solatium Pauperum Infirmorum, illico, et sine mora illis libenter licentiam concedimus sicut postulaverunt ad stabilienda duo Archivia, et ad omnia alia, quæ ab ipsis referuntur, et juxta circumstantias relatas in hoc ipso memoriali, absque præjudicio Nostræ Ordinariæ Jurisdictionis*; *Cum omnibus lineis et statu ad inspectionem, et cognitionem, quam observare debemus in Nostris Pastoralibus Visitationibus, dum per Nos, sive per Successores Nostros determinatæ, et actæ fuerint in dicta Villa Vegel* = Frater Thomas Episcopus Cadicensis =

Supra relatum decretum nova statuta adprobans, Apostolica auctoritate confirmatur.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes præmissa omnia, quo firmius subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent. Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinserta nova statuta a dictis exponentibus pro ipsa Congregatione Cadicensi condita, et decretum a memorato Thoma Episcopo super illorum approbatione, et confirmatione, ut præfertur, editum, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus præmissis ac Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Congregationis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac

aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIX. Maii Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Secundo, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Dat. die 3 Junii 1762 Ann. IV.

CCLXXXII.

Bibliothecariis Civitatis Valentinæ, quoties ad hoc munus eligantur ab Episcopo Beneficiati illius Ecclesiæ, ultra exemptionem a Choro jam alias indultam, facultatem facit percipiendi distributiones quotidianas, iis tantum exceptis quas Testatores veris præsentibus tribuendas jusserunt.

Privilegium exemptionis a Choro cum libera fructuum perceptione, Beneficiatis Ecclesiæ Valentinæ ad Bibliothecarii munus evectis in ea Civitate, indulxit Pontifex hic Constit. die 12 Martii 1760 relata hujus Continuat. Tom. I. Num. CXXIV. pag. 298.

Venerabili Fratri
Andreæ Archiepiscopo Valentino

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater
salutem, et Apostolicam benedictionem.

Exponitur tenor præcedentis concessionis.

§. 1. Alias per similes Nostras in forma Brevis literas sub datum 12 Martii Anni 1760 nonulla tibi indulsimus in gratiam publicæ Bibliothecæ in isthac Valentina Urbe, studio, ac liberalitate tua institutæ, atque inter cætera, duobus Bibliothecariis ex Collegio Beneficiatorum istius Cathedralis a te assumendis, quo tempore in eadem Bibliotheca studiorum commodis vacarent, exemptionem a servitute Chori concessimus, ita ut fructus præbendæ, si quam haberent, aut Beneficii, ac si Choro interessent, percipere possent, exceptis tamen quotidianis distributionibus, quas vere præsentibus, atque inservientibus, ut accrescerent, reliquimus, quemadmodum in iisdem literis fusius continetur quarum tenor est videlicet = (*omittitur tenor Literarum quæ sunt Tom. I. N. CXXIV. pag. 298*) = Deinde vero ex aliis literis Fraternitatis Tuæ XIII. Kalendas Februarii præsentis anni ad Nos datis cum intellexerimus, Beneficiorum fructus Cathedralis istius Ecclesiæ ferme omnes ex quotidianis distributionibus existere, nihilque propemodum commodi ad Beneficiatos illos Bibliothecæ addictos pervenire, si eæ excipiantur, quemadmodum revera in præfatis Nostris literis erant exceptæ, eaque propter enixæ a Nobis postulaveris, ut iisdem Beneficiatis etiam quotidianis distributionibus frui liceret.

Facultas percipiendi distributiones quotidianas Bibliothecariis istis indulgetur, exceptis iis, quæ ex testatorum jussu a vere præsentibus percipiendæ forent.

§. 2. Hinc Nos qui Fraternitatem tuam paterna vere charitate complectimur, ob eximiam vigilantiam, qua Urbis istius decus, bonarum artium incrementum, præcipue vero pauperum commoda promovere satagit, hac etiam in re votis tuis obsecundare cupientes, ut duo illi Beneficiati Bibliothecæ custodiæ a te designandi, quo tempore huic muneri incumbunt, Beneficii fructus, atque etiam omnes distributiones quotidianas, dummodo ex iis non sint, quas in ultimis suis tabulis, Testatores vere præsentibus jusserint dispertiri, libera, et licite lucrari valeant, Apostolica auctoritate concedimus, et indulgemus, firmasque præterea, validas, et efficaces prædictas Nostras literas in cæteris omnibus esse volumus, atque jubemus: ac tibi, Venerabilis Frater, benevolentiæ Nostræ pignus, Apostolicam Benedictionem peramanter largimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die III. Junii MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno quarto.

Dat. die 9 Junii 1762 Anno IV.

CCLXXXIII.

De Ecclesiæ injuriis illatis graviter conqueritur, ac potissimum de contumeliis contra Societatem Jesu cum Episcopis Regni Galliarum in extraordinariis comitiis congregatis, illosque hortatur ut ad tam gravia mala evertenda, Regiam opem implorent.

Hac eadem die Clemens XIII. Literas in forma Brevis direxit Ludovico Christianissimo Francorum Regi de Ecclesiæ rebus valde turbatis, et ut Societatem Jesu in suo patrocinio habeat pro bono quod constantissime Religioni attulit, commendat. Alias pariter Epistolas die 22 hujus mensis perscripsit Pontifex Episcopo Valentino, in quibus zelum quo fervet pro Catholica Religione laudat, eumque hortatur ut Societati Jesu pro viribus faveat, a qua tot Religioni ipsi utilitates promanarunt. Binas hasce Literas referunt rerum Ecclesiasticarum Scriptores illius temporis, quas consulere ad opportunitatem poterunt, qui eas cognoscere cupiunt, quum earum Authographa invenire Nobis datum non fuerit in Vaticanis Archiviis, temporum fortasse injuria vel deperdita, vel commixta. Quæ si deinceps ex novis adhibendis diligendiis adinvenire datum sit, ea in Supplemento collocabimus post finem hujus Pontificatus.

Venerabilibus Fratribus
Archiepiscopis et Episcopis
Regni Galliarum in extraordinariis
Comitiis Cleri Gallicani congregatis.

Clemens PP. XIII.

Venerabiles Fratres
salutem, et Apostolicam benedictionem

De Ecclesiæ malis suum moerorem exprimit, et Episcopos hortatur, ut fortiter consistant, et orationibus, ipsis malis finem implorent.

§. 1. Quanto in dolore simus ex eo Catholicæ Ecclesiæ statu, qui nunc est, nulli putamus esse facilius, quam vobis Ven. Fratres existimare, quos pro vestra in Deum pietate, religione, divinique cultus conservandi studio, ex iis, quæ Nobis, et Apostolicæ Sedi sunt eum Episcopatu vestro communes injuriæ, acerbissimo animi sensu jamdiu esse tactos oportet. Sed quonam tandem hæc gliscentium in Ecclesia malorum evasura sit moles, id vero tristissimum moerorem affert, et gravissimum metum. Equidem divina primum ope, deinde tum virtute, et constantia vestra freti, tum Christianissimi Regis pietate, tuendæque Religionis summo studio confisi, bonum esse putavimus salutare Dei præstolari cum silentio. Sed cum omnes os suum aperuerint super Nos inimici, et apud vos imminuta Ecclesiæ majestate, ejusque proculcata protritaque potestate, divinæ super ejus caput propemodum inundaverint aquæ, ne patiamur amplius, ea, quæ in hominum est præsidio falsa spe duci; Sed in Deo tantum fidentes, qui vel mortuos suscitat, oremus in spiritu, et in ipso vigilemus in omni instantia, et obsecratione, induti armaturam Dei, in qua possimus omnia tela nequissimi ignea extinguere, quæ nunc acerrime ardere, ex ipso præsertim malorum aspectu facile cognoscitis.

Quanta sit novatorum audacia ad Ecclesiæ auctoritatem infringendam.

§. 2. Videtis enim Venerabiles Fratres, duriore nimio apud vos esse conditione, qui bene de Catholica Ecclesia sentiunt, quam qui cum illa a multo tempore horrificum, et nefarium bellum gerunt. Videtis Fidei defensoribus ita os premi, ut pro tuendis Apostolicis Constitutionibus, et Ecclesiæ universæ decretis, ne hiscere iis quidem liceat. Novatores tamen silere non videtis; sed dogmatica prædecessorum Nostrorum decreta, prout cuique libido est, impune scriptis, et voce impugnare, pluraque conari, quibus Ecclesiæ auctoritatem infringant. SacrosMinistros, qui non aliter, quam ad præscriptas ab Ecclesia regulas Sancta Mynisteria dispensant, divexari, in publica vincula conjici, in exilium pelli, ignominia notari. Quid quod Sacrarum rerum disciplina vobis pene prærepta, Juventuti erudiendæ Magistri, vobis vel inconsultis, vel insciis magno cum Orthodoxæ Fidei periculo præficiuntur?

De oppressionibus, et persequutionibus quibus Societas Jesu afficitur.

§. 3. Quod autem, et Reipublicæ incommodum, et Populi fidelis rationibus adversum, et Sanctæ huic Sedi, Vobisque maxime injuriosum est, Societatem Jesu, unde acerrimi Catholicæ Fidei propugnatores nullo non tempore prodierunt, jampridem positum veluti signum, cui contradiceret, nunc tandem factione et potentia istihc oppressam et dissipatam: ejus Institutum ab Ecclesia Catholica in Tridentina Synodo comprobatum, tot Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum laudibus cumulatum, et beneficiis, Christianissimorum, piissimorumque Regum tutela, præsidio, et benevolentia usque munitum; vestroque etiam, qui plurimas ab eo in Diœcesibus quisque vestris

utilitates capere profitemini, non tam grati animi officio, quam incorrupto præconio collaudatum, nunc frigidis, jejuniisque calumniis oneratum, et obrutum, quasi hærentem Ecclesiæ labem, et maculam contumeliose appellatum, et in oculis populi, Carnificis manu igni publice traditum, cum summo dedecore, et probro. Illud autem plane absurdum, vota, de quorum validitate solius est Ecclesiæ judicare, a Laicis declaratum nihil valere. Nonnulli interea his quidem turbis minime impliciti, qui jam circa Fidem naufragaverunt, omnisque sunt Religionis expertes, harum ecclesiasticam inter, et secularem potestatem acerbissimarum concertationum aspectu, oculos pascere, et gaudio triumphare; Ecclesiæque Catholicæ rebus apud vos ita ruentibus in spem erectos esse omnis Christianæ disciplinæ delendæ: Fidelibus, et Ecclesiæ dicto audientibus hominibus illudere; eosque petulaotibus dictis, probrosisque libellis lacessere. Quæ quidem mala ad Religionem radicitus convellendam coorta, Dei Misericordiam, qui florentissimum Galliæ Regnum propitius semper respexit, pleno timoris animo, et impensissimis precibus, oramus, et obtestamur, ut isthinc ad sui nominis hostes avertat.

In tanta Ecclesiæ erumna Episcopos obsecrat, ut iis convenientibus in extraordinario Cleri conventu sollicitudinem expendant ad tot mala eliminanda.

§. 4. Sed quorsum hæc apud vos, Ven. Fratres, deplorabundi persequimur? Nimirum ut Fraternitatum vestrarum excitemus virtutem, confirmemusque constantiam. Profecto idem a vobis in Ecclesiam studium, eamdemque summam, qua fuistis adhuc, voluntatem nunc maxime hæc tempora efflagitant; invictumque illud, Dei virtute, cum Episcopalibus Mynisteriis initiati estis, vobis indictum robur e vestris animis eliciatis oportet, ut possitis in die malo resistere. Sed illud vellemus maxime, ut oblata occasione, quum Lutetiam ad Cleri conventum pro temporalibus vestrarum Ecclesiarum rebus convenistis, cum eritis congressi, Nostras, vestrasque sollicitudines, et quid consilii capiendum ad prope labentem in isto Regno Ecclesiæ potestatem constabiliendam, inter vos conferatis: et si opus sit adeatis Catholicæ Ecclesiæ studiosissimum Regem cum gravissima conquestione: Ecclesiam, quæ Corpus est Christi, inimicorum telis crudeliter pati: sacros illius Ministros contemptui haberi, quos tamen qui spernit, ab eo se sperni Dominus Jesus professus est: maximeque verendum, ne ab ejusmodi injuriis nisi quam maturrime vindicetur Ecclesia, adversus eas ipse denique veniat Princeps Regum Terræ Christus Jesus Dominus gloriæ: nec jam idcirco ulla interea non esse pertimescenda pericula.

Apostolicæ Sedis auxilium Episcopis hisce exhibet, eosque ferventissimis Orationibus se adjuturum pariter Pontifex, pollicetur.

§. 5. Hoc a Vobis officium, et Sancta Mater Ecclesia, et amor in patriam, et vestra in Regem pietas, et fides, ipsa denique existimatio vestra, et dignitas postulat. Non equidem Christianissimus Princeps, et Ecclesiæ Primogenitus Filius Sanctæ Matris per eos religiosissimorum Antistitum pro sua dignitate deprecantis, repudiabit obsecrationes, cujus solemnibus precibus ab immortali Deo impetratam salutem, et incolumitatem habere, Galliæque florentissimum Regnum innumeris ereptum periculis ad tantam pervenisse amplitudinem recognoscit. Nos interea quidvis perpeti parati pro Christo, tum ejus Sponsam Ecclesiam, tum qui eam susceperint defendendam, Vosque præsertim Ven. Fratres, quorum ob probatissimam fidem, et sollicitam vigilantiam sua cuique vestrum tradita pars est Gregis Dominici custodienda, quo strenuum in dies magis in Episcopali gerendo munere, et alacriorem animum præbeatis, omnibus Apostolicæ auctoritatis Nostræ officiis tuebimur. Denique de vobis ad acerbas dimicationes subeundas objectis vehementer solliciti, ac de vestris angoribus, acribusque curis, quas Fraterna Nostra erga vos charitas, Nobis proponit ob oculos, valde commoti, pro incolumitate vestra, et pro vera omnium vestrum, et in Christo Jesu solida gloria misericordissimum Deum semper quidem, sed præsertim cum illi placationis hostiam offerimus, flagrantissima prece Vobis operam, et auxilium flagitabimus. Interea Fraternitatibus vestris Apostolicam Benedictionem amantissime Impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IX. Junii MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno quarto.

Dat. die 11 Junii 1762 Anno IV.

CCLXXXIV.

Approbatio, et confirmatio concordiæ inter Archiepiscopum Ritus Græci Ruthenorum, et Collegium Societatis Jesu in Civitate Poloki super donatione jam alias prælaudato Collegio facta.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Romani Pontifices semper arderter studuere, ut lites, et contentiones inter Ecclesiasticas præsertim personas dirimerent, et componerent.

§. 1. Laudabile Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum institutum, ut si quas super quibusvis negotiis emergere, et erumpere perspexissent contentiones, lites, ac disceptationes, statim Apostolica auctoritate, et providentia dirimerent, componerentque, eo majori studio tenere, ac sectari Nos in Sacrosancti Apostolatus specula constitutos decet, qui dum in minoribus constituti eramus, nihil curavimus impensius, quam e medio sublatis, contentionum, litium, disceptationumque forensium dissidiis, ac tricis per solam, liquidamque veritatis inspectionem jus suum unicuique tribueretur, ac justitia, et pax se se invicem oscularentur.

Exponitur causa dissidiorum inter Archiepiscopum ritus Ruthenorum, et Collegium Societatis Jesu in Civitate Polokensi

§. 2. Cum, sicut accepimus, lis, et controversia, quæ inter Venerabilem fratrem Florianum unitorum Ritus Græci Ruthenorum Archiepiscopum ex una, et dilectos filios Clericos Regulares Societatis Jesu Collegii Polokensis ex altera partibus, de, et super donatione quorumdam bonorum, a claræ memoriæ Stephano Battori dum vixit Poloniæ Rege Illustri Anno MDLXXXII. pro fundatione ipsius Collegii assignatorum eidem Societati facta, et anno MDCV. a bo: me: Bernardo S. R. E. Cardinali Maciejouski nuncupato, tunc temporis hujus Sanctæ Sedis in Regno Poloniæ de Latere Legato confirmata, et approbata, per plures annos coram causarum Palatii Apostolici Auditorio orta vigebat, aliquot ab hinc annis rejudicata dirempta, finitaque remanserit.

Ad tales eliminandas dissentiones, S. R. E. Cardinalis deputatur, qui concordiæ ineundæ articulos designet.

§. 3. Deinde dissentionum, quæ offensioni hominibus erant, et querimoniarum tollendarum causa fel: rec: Benedictus Papa XIV. prædecessor Noster Venerabili fratri Nostro Joanni Francisco Episcopo Sabinensi S. R. E. Cardinali Albano nuncupato dedit in mandatis, ut quibuscumque rationibus recte posset partes prædictas inter se dissidentes in pristinam concordiam, pacemque reducere. Id cum dictus Joannes Franciscus Episcopus, et Cardinalis, in humanis adhuc agente Benedicto Prædecessore prædicto, consequi nequivisset, hortatu deinceps Nostro hoc rursum sibi negotium suscepisset, investigando, consulendo, deliberandoque in eam demum sententiam venit, ut restituendæ concordiæ quosdam articulos opportunos fore judicaret, quos quidem articulos cum carissimus in Christo filius Noster Fridericus Augustus Poloniæ Rex Illustris diligenter expenderit, censuit ea ratione, pacem, concordiamque restitui, constabilirique posse.

Pontifex prævia avocatione causarum quarumcumque inter Archiepiscopum et Collegium Polokense remanentium Rotalem en de relatam confirmat, et approbat

§. 4. Itaque Nos, cui maxime cordi est, ut, contentionibus sublatis, animorum conjunctio, et, inter Ministros Ecclesiasticos pax servetur, quæ magnam afferre Populis Christianis queat spiritualium in primis commodorum partem, quantum cum Domino possumus, ad testatissimum detrimentum ambabus partibus ex sumptibus tot litium per plurium annorum spatium defensarum, et tot causarum propositionum fere omnium in damnum collitigantium illatum propulsandum, reparandumque prospicientes, atque benigne providere cupientes, aliisque justis ex causis animum Nostrum moventibus adducti, procedentesque juxta memoratos articulos a memorato Joanne Francisco Episcopo, et Cardinali propositos, et a dicto Friderico Augusto Rege admissos, approbatosque, nec non donationis tenorem, ac controversiæ, seu litis, et causæ, ac Sententiarum inde ab Auditorio prædicto latarum hujusmodi statum, et merita, nominaque, et cognomina, ac qualitates Judicum, et collitigantium, et alia quæcumque etiam specificam, et individuam mentionem, et expressionem requirentia præsentibus pro plene, et sufficienter insertis, expressis, et specificatis habentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione, Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, quascumque lites, et causas super præmissa donatione quorumcumque bonorum stabilium cujuscumque qualitatis, et speciei, a memorato Stephano Poloniæ Rege ad construendum, fundandumque, ac manutenendum supradictum Collegium Societatis Jesu Polokense Anno MDLXXXII. eidem Societati, ut præfertur facta, inter memoratum Florianum Archiepiscopum, ac Clericos Regulares ejusdem Societa-

tis Jesu coram Auditorio prædicto, aliisque etiam Judicibus, et Tribunalibus motas, et pendentes in statu, et terminis, in quibus de præsenti reperiuntur ad Nos harum serie, cum suis emergentibus, annexis, et connexis, avocamus, illasque sic avocatas, motu, scientia, deliberatione, et potestatis plenitudine paribus, perpetuo supprimimus et extinguimus, perpetuumque silentium imponimus, ac donationem omnium, et quorumcumque bonorum in Instrumento ea super re ab eodem Stephano Rege confecto contentorum, ob idem Collegium Polokense extruendum, ad favorem dictæ Societatis Jesu, sicut præmittitur factam, et a supradicto Bernardo Cardinali, eo tempora hujus Sanctæ Sedis in Regno Poloniæ de Latere Legato, confirmatam, et approbatam, et postmodum in contradictorio Judicio, Rejudicata supra dicti Auditorii tribus sententiis adsertam, atque firmatam, quarum sententiarum prima coram bo: me: Pompeo, dum vixit ejusdem S. R. E. Cardinali Aldrovandi, tunc temporis causarum Palatii Apostolici prædicti Auditore die XIV. Julii MDCCXXIX. post tres decisiones, quarum prima die XXI. Junii, altera di IV. Octobris MDCCXXVI. coram cognominato Cornelio tunc etiam Auditore; tertia denique coram eodem Pompeo die VII. Februarii MDCCXXIX. editæ fuerunt, hujusmodi autem Sententia cum in rem transiisset judicatam, reliquæ duæ sententiæ hujusmodi in Judicio restitutionis in integrum prodierunt, quibus res eadem judicata confirmata remansit; atque harum quidem duarum sententiarum altera lata fuit coram bo: me: cognominato Gamaches die XI. Februarii MDCCXXXII. post decisionem coram ipsomet Gamaches editam die XXIII. Novembris MDCCXXXI. altera coram bo: me: cognominato quoque Vicecomite die II. Aprilis MDCCLIII. post tres decisiones coram eodem cognominato Vicecomite XIV. Maii MDCCLI. XXIV. Januarii MDCCLII. et respective diebus XIX. Januarii MDCCLIII. editas; Reliqua vero est, quæ coram dilecto filio Nostro Cajetano S. R. E. prædictæ Presbytero Cardinali Elephantutio nuncupato, tunc pariter temporis causarum Palatii Apostolici hujusmodi Auditore die XXVII. Martii MDCCLIV. edita fuit, postquam a Signatura Nostra Justitiæ rescriptum fuerat = Parito Judicato = Motu, scientia, deliberatione, et potestatis plenitudine similibus, approbamus, et confirmamus, omnesque juris, et facti defectus, si qui desuper in præmissis intervenerint, supplemus, et sanamus, dictumque Collegium, illiusque bona quæcumque tam mobilia, quam immobilia, et in quibusvis rebus consistentia, ac Superiorem, Clericosque Regulares, aliasque personas in eo pro tempore existentes, sub Nostræ, et hujus Sanctæ Sedis protectione recipimus, et admittimus.

§. 5. Ac insuper motu, scientia, ac deliberatione, et potestatis plenitudine paribus, volumus, decernimus, et declaramus, ut residuum impensarum, ad quod secundum taxam a supradicto cognominato Vice-Comite Auditore peractam, confirmatamque deinceps coram prædicto Cajetano Cardinali tunc Auditore die XXVII. Martii supradicti anni MDCCLIV. ob susceptam litem, dictus Florianus Archiepiscopus tenceretur, condonatum, et remissum intelligatur; neque vero id solum, sed etiam ut sibi mutuo partes, attentata vulgo ut dicitur, ignoscant, atque remittant usque ad publicationem præsentium Nostrarum Literarum; insuper omnes contentiones, seu controversias, jura, aut prætentiones, quas utraque pars de, et super reparatione damnorum, et expensarum obtendere posse videatur, penitus cessent per præsentes, et cessare intelligantur eo ipso. Partes contendentes ab expensis litis eximit, illasque liberat ab attentatis damnorumque refectione.

§. 6. Demum Venerabili Fratri Antonio Eugenio Archiepiscopo Ephesino, moderno, seu pro tempore existenti apud eumdem Fridericum Augustum Regem, Nostro, et Sedis Apostolicæ prædictæ Nuntio, per præsentes committimus, et mandamus, ut in finitimis, conterminisque utriusque partis prædictæ agris, prædiisque, aliisque bonis stabilibus, terminos constitui, ac apponi facere curet, quemadmodum Auditorii sæpedicti decretis constitutum fuit, præsertim eo decreto, quo die XXVII. Januarii MDCCXLVII. a memorato cognominato Vice Comite Auditore conditum, vulgatumque fuisse reperitur. Termini vero eidem communi utriusque partis collitigantium impendio intra tres annos a præsentium Nostrarum Literarum publicatione constituendi, et pangendi sint, dummodo hoc temporis intervallo inter partes easdem aliter conventum non fuerit; et si contingat interea, partes prædictas super præmissis convenire, et pacisci, pactum, seu conventio inter se inita a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente approbari, et admitti debeat, alioquin nulla sit, et esse intelligatur. Apostolico penes Poloniæ Regem Nuncio committitur, ut terminos intra triennium apponat in agris controversis.

Clausula sublata, decretum irritans, et derogatio contrariorum.

§. 7. Decernentes easdem, præsentes Literas, ac in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet etiam cujusvis status, gradus, ordinis, præminentiæ, et dignitatis, aut alias etiam specifica, et individua mentione, et expressione digni in præmissis forsan jus, et interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causæ propter quas ipsæ præsentes emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque, quantumvis juridica, pia, legitima, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, alioque quolibet etiam quantumvis magno, et substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, ad terminos juris reduci; seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudque quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu proprio, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato, quempiam in judicio, et extra illud uti, se se juvare ullo modo posse, sed ipsas præsentes Literas semper, et perpetuo firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et inviolabiliter observari, et adimpleri; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, et dictæ Sedis Nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpetrandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstante Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula, de jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die undecima Junii Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Secundo, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

CCLXXXV

Dat. die 12 Junii 1762 Ann. IV.

Ordinationes pro Capitulis Provincialibus, et Candidationibus Congregationis Clericorum Regularium Scholarum Piarum Matris Dei a Capitulo Generali propositæ, confirmantur, et observari mandantur.

Scholarum Piarum Congregationem Alexander Episcopus Lucanus primum instituit, eamque approbavit Clemens VIII. Const. Anni 1595 Octob. 13, facultatem deinde fecit, Congregationem hanc ubique locorum recipiendi Pontifex idem Const. Anni 1604. Junii 24. Regimen, et Administrationem Scholarum Piarum Congregationi demandantur, quam appellari deinceps Matris Dei jubet Paulus V. Const. edit. anno 1614 Jon. 14 itemque altera Anni 1617. Martii 6. Hanc Congregationem Clericorum in Religionem trium votorum solemnium erexit Gregorius XV. const. anni 1621. Nov. 18. illiusque privilegia, cæteris Ordinibus Mendicantibus propria, communicavit Pontifex idem constit. oltera Anni 1622. Oct. 15. Ex Religione in Congregationem Secularem iterum convertit Innocentius X. Constit. edit. Ann. 1646. Martii 16, quam reductionem in Congregationem confirmavit Alexander VII. Const. Anni 1656 Jan. 24. qui Constit. altera Anni 1660. April. 28., jussit ut Præpositus Generalis, et Assistentes hujus Congregationis ad sexennium essent duraturi. Congregationem præfatam ad statum Regularis Religionis cum emissione trium votorum solemnium, revocavit Clemens IX. Const. Anni 1669. Oct. 23. Exemptionem a jurisdictione Ordinariorum, ad instar aliorum Ordinum mendicantium confirmavit Innocentius XI. Const. Anni 1684. Martii 13. Clericos Regulares hujus Congregationis possidendi capaces declaravit Pontifex idem Const. edit. Anno 1686. Sept. 3. Clericis Scholarum Piarum facultatem emittendi Professionem, ante triennium Novitiatus, concessit Alexander VIII. Const. Anni 1695. Jan. 23. Prædicationis facultatem ademit Clericis hujus Congregationis, ne ab scholarum exercitio distrohantur, Benedictus XIII. Constit. Anni 1727. Oct. 6. quas singulas Constitutiones, exceptis binis Gregorii XV. invenies impressas in Bullario Mainardii. De eligendis Pro-

vincialibus, et Candidatis pro Provinciis Italicis, insularumque adjacentium adsunt Literæ Benedicti XIV Anni 1744 Nov. 10, quæ in Benedictino Bullario haud insertæ fuere. Nonnulla quoad Provinciales et Candidatos pro Provinciis Utramontanis statuit Clemens XIII. Constit. sua Anni 1759 Febr. 5. quæ a nobis adhuc non inventa, prætermissa fuit suo loco in hac continuatione, collocanda in supplemento si deinde eam invenire contigerit.

Clemens PP. XIII.

Ad futurum rei memoriam.

Proemium

§. 1. Sacrosancti Apostolatus Officium humilitati Nostræ per abundantiam Divinæ bonitatis, nullo licet meritorum Nostrorum suffragio creditum, salubriter exequi adjuvante Domino jugiter satagentis, ad ea, per quæ felici, prosperoque Christifidelium Altissimi obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatorum regimini consulitur, libenter intendimus, munerisque Nostri Pastoralis partes propenso desuper studio interponimus, sicut nos locorum, personarum, rerum, et temporum qualitatibus mature pensantis, ad Omnipotentis Dei gloriam, et Religionis incrementum expedire in Domino arbitramur.

Exponitur antiqua methodus eligendi Præpositos, aliosque Candidatos Provinciales in Provinciis Ultramontanis.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Josephus Maria a Sancto Joanne Baptista Præpositus Generalis Congregationis Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum nuncupatorum, nomine etiam suorum Assistentium, quod cum alias Præpositus Generalis ipsius Congregationis munus sibi demandatum ad sexennium dumtaxat explere consuevisset, Capitula Provincialia in singulis ejusdem Congregationis Provinciis de sexennio in sexennium habebantur, in quibus vocales ad Capitulum Generale, pro nova Præpositi Generalis electione faciend., accessuri eligebantur, accepto postmodum per fel. rec. Benedictum PP. XIV. prædecessorem Nostrum, quod Præpositi Provinciales, et Rectores Provinciarum Ultramontes ipsius Congregationis, a pro tempore existentibus Præposito Generali, et illius Assistentibus, prævia Candidatorum nominatione, vel a Capitulis Provincialibus, pro ut in Poloniæ, et Lithuaniæ, vel a Congregatione Præpositi Provincialis, ejusque Assistentium, et nonnullorum aliorum Rectorum illius Provinciæ præscriptorum, prout in Germaniæ, et Hungariæ respective Provinciis facienda seligebantur. Hujusmodi vero facultas nominendi Candidatos pro supradictis Provinciis a Capitulis Generalibus prædictæ Congregationis pro tempore celebratis concessa fuerat, ex eo, quod Congregatio Præpositi Generalis, ejusque Assistentium, accuratam, ac debitam, necessariamque cognitionem eligendorum, promovendorumque ad munia, et officia supradiptarum Provinciarum minime habere possit.

Diversa methodus servata in Provinciis Italiæ circa electionem Præpositi Provincialis, aliorumque Rectorum, Benedicti XIV. Constitutione reformatur.

§. 3. Contra vero in Provinciis Italiæ Congregationis hujusmodi Præpositi Provinciarum prædictarum, aliique Rectores eligebantur a Præposito Generali, et Assistentibus prædictis, prævie dumtaxat propositione eligendorum ab ipsomet Præposito Generali facta, ipse Benedictus prædecessor, feliei, prosperoque Provinciarum Italicarum, et Insularum adjacentium regimini consulere cupiens, per quasdam suas in simili forma Brevis die x Nov. MDCCXLIV. expeditas Literas præcepit, statuit, et ordinavit, ut in fine cujuslibet triennii, Præpositus Provincialis quarumcumque Provinciarum, et Insularum adjacentium hujusmodi Congregationis, ac Assistentes Provinciales, nec non Rectores actuales omnium, ac quicumque alii, qui de jure, vel consuetudine, aut ex privilegio vocem, et votum in Capitulo Provinciali haberent, et ferrent, in unum congregati per secreta suffragia, ad electionem, seu nominationem trium ex gravioribus Professoribus suæ respective Provinciæ, pro assequendo, seu obeundo munere vel officio Præpositi Provincialis devenirent, ac devenire deberent, et postquam tres Canditatos sic, ut præfertur, per secreta suffragia elegissent, eos Congregationi Præpositi Generalis, ejusque Assistentium pro tempore existentium præsentare tenerentur, dictique Præpositus Provincialis, ac Assistentes, aliique ut supra congregati, nominarent eos, qui præter cætera alia requisita per Constitutiones Congregationis prædictæ præscripta, munus Rectoris alicujus ex domibus Regularibus, vel Collegii memoratæ Congregationis laudabiliter explevissent, etiam eligerent, et nominare possent eos, qui a Provincia propria absentes essent, ex iis eutem tribus Candidatis, qui plura secreta suffragia ab eadem Congregatione Præpositi Generalis, suorumque Assistentium

obtinuissent, ille Provincialis existeret, quodque in quaecumque ex Provinciis Italicis, et Insulis adjacentibus, ii, qui pro prima vice ad munus, seu officium Rectoris domorum, et Collegiorum hujusmodi etiam primi, et secundi Novitiatus promovendi essent, minime eligerentur, nisi facta prius habilitatione, seu nominatione per secreta suffragia a Capitulo Provinciali praedicto, quod curam haberent expendendi, mature considerandi, et rationem habendi pro hujusmodi Canditatis, non solum quoad ætatem, et morum probitatem, verum etiam Regularem observantiam, diligentiam in exercitio Scholarum adhibitam, ac cæteros Regulares labores, aliaque obsequia eidem Congregationi præstita, quodque iis, qui semel Canditati fuissent pro gubernio domorum, et Collegiorum suæ respective Provinciæ non intelligerentur Candidati, seu habilitati ad gubernia domorum, seu Collegiorum alterius Provinciæ, sed semper suæ cujuscumque Provinciæ; demum quod Capitulum Provinciale cujuscumque ex dictis Provinciis Italiæ, et Insularum adjacentium, Præposito Generali ejusque Congregationi in forma authentica, non solum tres Candidatos pro assequendo Provincialatu, verum etiam distinctam eorum notam, qui pro exercendis, obeundisque muneribus Rectorum de noso candidati erant, exhibere tenerentur. Insuper voluit, et declaravit, ut omnes, et singulæ electiones tum Provincialium, tum Rectorum prædictorum, pro tempore in supradictis Provinciis Italicis, et Insulis adjacentibus faciendæ, nisi juxta supradictam determinationem factæ fuissent, eo ipso nullæ essent.

Hujus Pontificis Constitutione Anni 1759. quæ a Benedicto XIV circa Provincialium, et domorum Rectorum electionem sancita fuerant, confirmata extiterant.

§. 4. Postmodum vero Nos, per alias Nostras in pari forma Brevis die V Februarii MDCCLIX expeditas Literas, non solum quoddam decretum a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, et Consultationibus Episcoporum et Regularium præpositorum, ad favorem Provinciæ utriusque Castestellæ editum, confirmavimus, et approbavimus, verum etiam facultatem nominandi tres ad Provincialatus, duos vero, aut tres primodictæ Congregationis Alumnos, seu Professores ad Rectoratus domorum Regularium Provinciarum Ultramontes Congregationis Pauperum Matris Dei, quorum unus ad Provincialatum, et respective ad cujuslibet domus regimen a Generali Præposito, ejusque Congregatione eligi deberet, e Capitulis Generalibus ejusmodi Provinciis Ultramontes attributa, de novo concessimus, et innovavimus, et alias prout in memoratis ipsius Benedicti prædecessoris, ac Nostris Literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis haberi volumus, prout uberius dicitur contineri.

Supra statutus electionis modus difficultatibus obnoxius evadebat ob variatam postmodum Comitiorum Generalium habendorum tempore.

§. 5. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, memoratæ providæ pro Candidationibus ordinationes, seu stabilimenta, licet hucusque observatæ fuerint, et adhuc in posterum in eorum substantiam debitæ executioni demandari possent, nihilominus quoad modum tunc præscriptum illorum executio valde difficilis redderetur, postquam memoratus Benedictus prædecessor. per alias suas in pari forma Brevis, non obstantibus aliis fel. rec. Alexandri Papæ VII. et Clementis IX. predecessorum itidem Nostrorum in simili forma Brevis expeditis Literis, per quas præscriptum reperiebatur, ut Præpositus Generalis primodictæ Congregationis de sexennio in sexennium eligendus esset, moderni, et pro tempore existentis Præpositi Generalis hujusmodi electio non amplius ad sex dumtaxat annos, sed duodecim annorum spatium facta intelligeretur, ita ut Generalia Capitula, quæ antea quolibet sexennio indicenda, et habenda erant, deinceps intra duodecim annorum spatium celebranda præscripserat; ex hac nova regiminis forma Capitula Provincialia, quæ in singulis Provinciis ejusdem primodictæ Congregationis antea celebrabantur singulis sex annis, in quibus eligebantur vocales ad Capitula Generalia, et illorum celebrationes in posterum inanes esse dignoscantur, ideoque deinceps minime necessaria sint.

Novam adhibendam methodum pro Candidaturis proposuit Capitulum Generale hujus Ordinis habitum Anno 1760

§. 6. Hinc Vocales in Capitulo Generali in Alma Urbe Nostra Anno MDCCLX. habito congregati, re sæpius mature perpensa, proprium esse duxerint, quod si sexennalia Capitula Provincialia, veluti nunc inania, in Provinciis omnibus pænitus extinguerentur, etiam Candidationes, et electiones, quas prius ea occasione celebrationis Capitulorum Provincialium singulis sex annis fieri in more positum erat, abolerentur, non sine maximo earumdem Provinciarum commodo, ac futuris temporibus ab aliis personis fieri possent singulis trienniis, præscripta nova earumdem Canditationum methodo, ac propterea exponentes prædicti non so-

tum dictas Benedicti prædecessoris prædicti incipien = Injuncti = quam Nostras, tam quoad celebrationes Capitulorum Provincialium singulis sex annis celebrandorum, quam quoad Candidationes singulis trienniis habendas, quarum initium est = Nuper = per Nos revocari, aliamque methodum in posterum observandam præscribi a Capitulo Generali Anni MDCCLX. excogitatam, et per Congregationem Generalem explicatam, et explanatam, quam itidem per Nos confirmari plurimum desiderant.

Preces porrectæ pro approbatione suprarelatæ resolutionis Capituli Generalis, quas benigne Pontifex excepit, prævia derogatione præcedentium Constitutionum quæ præsenti adversantur.

§. 7. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur perpendentes etiam uberes fructus, quos ipsius primodictæ Congregationis Alumni in juventute optimis, ac liberalibus disciplinis omnibus instruenda, non modo in Urbe prædicta in qua laudabile hoc Institutum incœpit, sed in omnibus etiam Regnis, et Provinciis producit, in quibus primodicta Congregatio eximia pietatis, et doctrinæ laude floret, ac novis in dies incrementis feliciter propagatur, ideoque prospero ac felici ejusdem Congregationis de Christiana Republica meritæ statui, ac regimini, quantum cum Domino possumus benigne consulere volentes, ipsorumque exponentium singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censente, hujusmodi supplicationibus inclinati, attentis informatione, et voto bo: me: Antonii Mariæ dum vixit ejusdem S. R. E. Presbyteri Cardinalis Erba Odescalchi nuncupati, memoratæ Congregationis, apud Nos, et Sedem Apostolicam Protectoris, Nobis alias factis, memoratas ejusdem Benedicti prædecessoris, ac Nostras Literas, quarum initium est = Injuncti, et nuper pro parte ec. - x. Novembris MDCCXXXXIV. et v. Feb. respective diebus MDCCLIX. expeditas super Candidatione Professorum, qui ad explenda, et obeunda sæpedictæ Congregationis munia habiles, et capaces electi forent, ac celebratione Capitulorum Provincialium editas, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, cassamus, irritamus, et annullamus, ac nullius roboris, et momenti fore, et esse decernimus, ac insuper omnia acta, gesta, et disposita tam in Capitulo Generali MDCCLX. habito, quam in Congregatione Generali, quantum attinet ad hujusmodi Canditationem, et Capitulorum derogationem hoc tempore faciendam, auctoritate, et tenore præsentis confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjcimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus.

Magis explicite indigitatur methodus servanda in posterum pro hujus Ordinis Candidaturis.

§. 8. Per cassationem vero, irritationem, et annullationem prædictarum memorati Benedicti prædecessoris et Nostrarum Literarum non intendimus derogatum esse usui, ac consuetudini, quæ in more posita erat, eligendi, et nominandi Candidatos, sed dumtaxat celebrationi Capitulorum Provincialium de triennio in triennium, ac postmodum de sexennio in sexennium, ideoque per præsentes, auctoritate prædicta statuimus, decernimus, ordinamus, ac præcipimus, et mandamus, ut in singulis memoratæ Congregationis Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum nuncupatorum Provinciis (excepta tamen Provincia Polona nuncupata ejusdem Congregationis, pro qua idem Benedictus prædecessor, per alias suas pariter in simili forma Brevis exditas Literas, peculialiter quoad Capitula Provincialia, et Candidationes hujusmodi statuit, et decrevit) laudabilis, ac provida Candidationum hujusmodi consuetudo accurate observari debeat, etiamsi Capitula Provincialia minime, ut prius, celebrentur, nempe singulis tribus annis, quibus fieri solebant Candidationes ad Provincialatum, et Rectoratus respective; cjusmodi Candidationes trium pro Provincialatu, et duorum, vel trium Professorum pro Rectoratu domorum, vel Collegiorum in omnibus Provinciis prædictis habeant in posterum a Congregatione Provinciali, nempe Provinciali, duobus Assistentibus, et duobus Consultoribus composita, additis quoque aliis quatuor professoribus dictæ Congregationis, qui majorem notitiam, et experientiam habere possunt Alumnorum, et rerum Provinciæ, nempe ex-Generalibus, qui eidem Congregationi præfuerunt, ex-Assistentibus Generalibus, et ex-Procuratoribus Generalibus, qui eadem munera exercuerint, si extiterint, juxta tamen ordinem muneris, seu officii, quibus gavisi fuerunt, deinde in horum defectus ex-Provincialibus, qui regimen,

et gubernium exercuerunt, juxta tamen ordinem vestitionis; his quoque deficientibus, additis tot Rectoribus vicinioribus residentiæ consuetæ Provincialis, et si contingat, in ea Civitate plures esse domos Regulares, semper habeatur ratio antiquitatis domorum, ita ut Rectores domorum Regularium antiquiorum in fundatione anteponantur Rectoribus domorum recentiorum, ut impleatur numerus novem Congregatorum, qui in ipsa Congregatione votum ferre debebunt; a Candidationibus autem per dictos novem Congregatos sic factis pro prima electione, sub pœna nullitatis electionis aliter factæ, recedi non possit, nisi in casu, quo unus dumtaxat ex Candidatis, sive ad Provincialatum, sive ad Rectoratus super esset, post vero dictam primam electionem novi Provincialis, et novorum Rectorum, juxta præscriptam Candidationem omnino faciendam, si contingat intra illud triennium, sive propter cessionem, aut resignationem, vel obitum, vel propter aliam quamcumque causam, novam alicujus, vel aliquorum Rectoris, et Provincialis electionem faciendam esse, ea secunda electio sine ullo Candidationis respectu, ad solam Congregationem Generalem, pleno, et antiquo jure pertinere intelligatur, salvis tamen juribus Præpositi Generalis respectu domorum, quæ eidem immediate subjectæ existunt, et huc usque subjectæ fuerunt, vel in posterum subjicientur, salvo quoque jure ex-Generalium, qui Congregationi præfuerunt, quoad tamen Domum, quam sibi elegerint. Insuper, ut cum Capitulum Provinciale a Provinciis ipsius Congregationis ad eligendos vocales accessuros ad Capitulum Generale pro electione novi Præpositi Generalis, celebrari contingat, Candidatio trium personarum ad Provincialatum fiat pro ea vice ab universo Capitulo Provinciali, a quo etiam nominentur quatuor de gremio Capituli, qui simul cum Provinciali, et ejus Assistentibus, ac Consultoribus duos, vel tres Professores Congregationis prædictæ pro unaquaque domo ad Rectoratus nominabunt, eo modo, quo singulis trienniis a novem aliis supradictis per Nos volitis, et præscriptis, statutisque vocalibus faciendum, et eligendum erit; salvis itidem juribus memoratorum Generalis, ex-Generalium, et Provinciæ Polonæ, quod vero attinet ad Candidatos præter qualitates, et prærogativas a dictæ Congregationis Constitutionibus, et illius Capitulorum Generalium decretis requisitas, ut vocis passivæ capaces sint, illud etiam requiri volumus, ut in ea Provincia, in qua Professionem Regularem per Clericos Regulares ejusdem Congregationis emitti consueta, emiserint, vel per præterita Capitula Provincialia aggregati fuerint, aut in posterum per eadem Capitula, sive per eamdem Congregationem triennalem per dictos novem Deputatos habendam aggregabuntur, in ea dumtaxat, ad hujusmodi gradus candidari, seu habilitari, atque adeo eligi respective possint, et valeant. Demum, ut sexto quoque anno habeatur alia Congregatio ad novam Assistentium Generalium electionem faciendam, in qua præter Præpositum Generalem locum habeant, ac vocem, et votum Assistentes Generales, Procurator Generalis, et actuales Provincialium Procuratores a Provinciis eligendi, eodem modo, qui in Capitulo Generali memoratæ Congregationis anno MDCCLX. præscriptus fuit, dummodo sint in eadem Provincia Professi, et saltem vocem passivam ad gradus hujusmodi Congregationis consequendos prædite sint.

§. 9. Decernentes, easdem præsentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros, effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. *Clausula sublata, et decretum irritans*

§. 10. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis, superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo *Derogatio contrariorum.*

robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die decima secunda Junii millesimo septingentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 22 Junii 1762. Ann. IV.

CCLXXXVI.

Patribus Ex-Diffinitoribus Generalibus Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci tam de Observantia, quam Reformatorum, jus ferendi suffragium in perpetuum conceditur in Capitulis Provincialibus, et Diffinitoriis propriæ Provinciæ, absoluto sexannio eorum muneris.

Paternitates, et præcedentias Fratribus Minoribus S. Francisci de Observantia revocavit Gregorius XV. constit. Anni 1623 Febr. 3. Quam sane Constitutionem moderavit Urbanus VIII. pro tota Familia Ultramontana, duos Patres Provinciæ admittens in Diffinitoriis Generalibus, ut ex illius Const. Anni 1639 Julii 23, quas legere præstat in Bullario Mainardi.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam

Exordium

§. 1. Injuncti Nobis per abundantiam Divinæ gratiæ Pastoralis Officii sollicitudo postulat, atque exigit, ut iis, per quæ Christifidelium sub suavi Religionis jugo Altissimo famulantium prospero statui consulitur, ejusdem Officii partes sedulo intendamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Postulatio facta in Comitiis Generalibus hujus Ordinis ad hoc ut Ex-Diffinitoris Generalis absoluto sexennio muneris, jus suffragii (?) vacent in singulis Capitulis, aliisque actis Provincialibus.

§. 2. Alias siquidem pro parte dilectorum ex-Diffinitorum Generalium absolutorum Familiæ Cismontanæ Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci tam de Observantia, quam Reformatorum nuncupatorum dilectis itidem filiis Discretorio Generali Familiæ, et Ordinis hujusmodi in Civitate Mantuana pro celebratione Capituli Generalis ipsius Ordinis in unum congregato, exposito, quod si ex-Diffinitoribus Generalibus pro tempore existentibus, absoluto sexennio muneris, seu Officii hujusmodi, a Capitulis Generalibus alias sibi demandati, jus suffragandi in omnibus Capitulis, Congregationibus, et Diffinitoriis Provincialibus suarum respective Provinciarum concederetur, id in profectum, et utilitatem earumdem Provinciarum cederet; idem Discretorium rem mature perpendens de consensu dilecti Filii Nostri Ignatii S. R. E. Presbyteri Cardinalis Cribelli nuncupati, in eodem Capitulo, Nostro, et hujus Sanctæ Sedis nomine Præsidentis, suum edidit decretum, tenoris sequentis videlicet = Rmi, et admodum Colmi Patres = Pro parte » ex-Diffinitorum Generalium tam Re» gularis Observantiæ, quam Reforma» torum Cismontanæ Familiæ reveren» ter exponitur Reverendissimis Pater» nitatibus Vestris, multum expedire pro» fectui, et utilitati Provinciarum ejus» dem Familiæ, quod statuatur, ut hu» jusmodi ex-Diffinitores Generales, ab» soluto sexennio actualis officii, jure » gaudeant suffragandi in omnibus Ca» pitulis, et Congregationibus Diffinito» rialibus suarum respective Provincia» rum. Cum enim fuerint supremi in » Ordine Judices, et Superiorum Ge» neralium Consultores, ac proinde con» stituant supremum Senatum totius Or» dinis ad discutienda, et definienda » graviora negotia, et causas ejusdem » Ordinis, consequitur, ut polleant do» ctrina, zelo, prudentia, atque singu» lari experientia; proptereaque eorum » assistentia in præfatis Capitulis, et » Congregationibus Diffinitoribus lumen » afferat, et juvamen pro justa, et sa» lubriori resolutione causarum, et ne» gotiorum, quæ in ipsis tractantur. Si» milibus enim ex causis fel. rec. Ur» banus VIII. concessit, atque decrevit, » quod in Provinciis Ultramontanæ Fa» miliæ semper adessent in Capitulis, » et Diffinitorialibus functionibus duo » Patres abituales, videlicet Pater di» gnior, et Provincialis immediatus, ut » patet ex Literis Apostolicis incipientibus » *Onerosa*, die XXIII. Julii MDCXXXIX. » derogando contrariæ dispositioni sa. » me. Gregorii XV., quæ quidem ra» tiones fortius militant pro solis ex» Diffinitoribus Generalibus, ut Pater» nitatibus Vestris Rmis aperte con» stat. Quapropter humiliter supplicant, » quatenus Paternitates Vestræ Reveren» dissimæ decernere dignentur, suppli» candum SSmo, ut in Cismontana Fa» milia ex-Diffinitores Generales Ordi» nis gaudeant in perpetuum jure suf» fragandi in Capitulis Provincialibus, » et Diffinitoriis propriæ Provinciæ; quo» pacto etiam provisum erit decori præ» cipuorum Officialium Religionis, et » de gratia, quam Deus etc.

Supplicationem prædictam Discretorium Generale Ordinis approbavit, censuitque postulandam esse Apostolicæ Sedis confirmationem.

„. Assistente Eminentissimo Do-
„ mino Domino Cardinali Præside, to-
„ tum Discretorium lete Ordinis censuit
„ expedire utilitati Provinciarum, pro
„ recto gubernio ipsarum, petita con-
„ cedera, ut in precibus; atque adeo
„ supplicandum esse Sanctissimum pro
„ Gratia. Datum Mantuæ in ComitiisGe-
„ neralibus die xxiv. Maii MDCCLXII.

Decretum Discretorii Generalis Apostolica auctoritate confirmatur, et roboratur.

§. 3. Cum autem sicut dictum Discretorium Nobis subinde exponi fecit, ipsum hujusmodi decretum, quo firmius subsistat, et servetur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret; Nos ipsum Discretorium specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et illius singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, in quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinsertum ejusdem Discretorii Generalis decretum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus et approbamus, illique inviolabilisApostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque, et singolos tam juris, quam facti etiam substantiales defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 4. Decernentes, easdem præsentes Literas semper firmas validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tampore quandocumque spectabit in futurum plenissime suffragari, et ab eis respetive inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non ostantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, et Provinciarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis, Superioribus, et personibus sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vigesima secunda Junii millesimo septingentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri Anno quarto.

CCLXXXVII.

Dat. die 26 Junii 1762 Ann. IV.

Facultatem conferendi tres Canonicatos vacantes in mensibus S. Sedi reservatis postulatam ab Episcopo Warmiensi, haud elargiendam esse Pontifex significat Poloniæ Regi Illustri, na Romanæ Ecclesiæ Patrimonium imminutionem patiatur.

Carissimo in Christo Filio Nostro Augusto Poloniæ Regi Illustri.

Clemens P. P. XIII.

Carissime in Christo fili Noster salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Poloniæ Regis laudes, et merita.

§. 1. Lectis literis Majestatis tuæ datis die 12. Maij proxime elapsi quibus literis diligenter, enixeque petis iterum, ut indultum, quod vocant, Venerabili Fratri Episcopo Warmiensi concedamus tres Canonicatus conferendi, si qui etiam mensibus huic S. Sedi reservatis vacare contigerint; Nobis certe quidem nihil gratius, nihilque jucundius fuisset, quam obsequi voluntati Majestatis tuæ, tum pro singulari tua erga Nos, atque Apostolicam Sedem observantia, nec non pro eximiis ejusdem Venerabilis Fratris virtutibus, quæ præsertim judicii tui auctoritate commendantur, tum vero etiam pro peculiari quadam, vereque paterna benevolentia, qua te carissime in Christo Fili Noster, arctissime complectimur.

Imploratum ab Episcopo Warmiensi indultum obstitit, et eos in Canonicos electurum quos magis Episcopus co-

§. 2. Sed quominus et Majestati tuæ, et Nobis ipsis hac in re satisfaciamus, obstat consilium illud, quod vix Pontificatum ingressi suscepimus, hærebitque animo Nostro firmiter, cavendi quam diligentissime ne hæredi-

mendatione aliquos habuerit Pontifex significat.

tarium Romanæ Ecclesiæ patrimonium novo hoc exemplo minus diligenter a Nobis custoditum videatur, illud potius curabimus, ubi occasio ferat, Nobisque plane integrum sit, ut si Canonicatus in Ecclesia Warmiensi vocaverint, potissimum ratio habeatur eorum, quos idem Episcopus præcipuo testimonio commendavorit, atque ita, quod illi maxime propositum erat, assequatur, ut videlicet idoneos habeat Canonicos, et Fideles adjutores Ministerii sui. Dabis igitur veniam, si, quod petis perinviti quidem minime duximus concedendum, quin potius propter egregiam, et Catholico Rege dignam religionem, laudabis consilium Nostrum, tibique persuadebis, hanc ob rem, nihil de summo Nostro erga Majestatem tuam amore fuisse detractum, cujus amoris, ut alias experimentum capias, rogamus, damusque certissimum pignus Apostolicam Benedictionem, quam tibi, carissime in Christo Fili Noster amantissime impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVI. Junii MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno quarto.

Dedic. 9. Julii 1762 Ann IV.

CCLXXXVIII.

Indulgentia plenaria conceditur omnibus, et singulis Religiosis Societatis Jesu ad Missiones mittendis, ubi temen non erunt Missionarii de Propaganda Fide, pro una tentum vice pro unoquoque, extendenda Christi Fidelibus utriusque sexus confessis, et Secra Comunione refectis, qui Missionibus ipsis interfuerint.

Clemens PP. XIII.

Universis Christifidelibus præsentes Litteres inspecturis salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Cœlestium munerum thesauros, quorum dispensatores esse Nos voluit Altissimus, libenter iis impertimur, quos pro sua in Deum, et proximos charitate, et Christianæ Religionis zelo animarum salutem omni studio procurare intelligimus; quo in genere cum Societatis Jesu Religiosos habeamus, eosque in primis, quos Dilectus Filius Laurentius Ricci ejusdem Societatis Jesu Præpositus Generalis ob hanc causam hoc ipso, et consequentibus eunis in diversas Provincias Christianæ Reipublicæ mittore constituit. Nos sane eorumdem Religiosorum pietatem, et operam, eorumque, ad quos illi mittendi erunt religionem, ac devotionem spiritualibus gratiis confovere, atque augere cupientes ejusdem Laurentii Præpositi Generalis precibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclineti, piamque illius deliberetionem, quantum cum Domino possumus, promovere volentes, de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri, et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, et singulis dictæ Societatis Religiosis mittendis (ubi tamen non erunt Missionarii Congregationis de Propaganda Fide) et aliis utriusque sexus Christifidelibus, ad quos ipsi mittendi accesserint, Nostram, et Apostolicam Benedictionem per præsentes impertimur; nec non eisdem vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra Comunione refectis, qui pro S. R. E. exaltetione, Principum Christienorum unione, Infidelium conversione, ac hæresum extirpatione, prout unicuique suggeret devotio, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, pro una vice dumtaxat pro unaquaque Missione concedimus, et elargimur. Hortantes Venerabiles Fretres Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, et alios Ecclesiarum Prælatos, et Rectores, ac Verbi Dei Prædicatores, ut in suis quisque Ecclesiis, cum populus frequentior fuerit, præsentes Literas, ac omnia in eis contenta publicent, ac publicari faciant, et omnem eisdem Religiosis favorem, auxilium in præmissis præstent. Volumus autem, quod præsentium transumtis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici, seu dictæ Societatis Secretarii subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitete constitutæ, seu Præpositi Generalis ejusdem Societatis obsignatis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Præsentibus ad septennium tantum valituris. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XI Julii MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Quum hæc Pontificia Constitutio postrema sit hujus quarti anni Pontificatus S. M. Clementis XIII quoad materias Ecclesiasticas, gradum facimus ad alias, quæ temporalem prælaudati Pontificis potestatem respiciunt hoc eodem quarto anno, eamdem sequentes methodum quam usque adhuc adhibuimus.

Dat. die 4 Augusti 1761. Ann. IV.

CCLXXXIX

Nonnullæ Ordinationes pro recta administratione, et conservatione Bibliothecæ Vaticanæ, atque Musæorum illi adnexorum Pontificio Motu-Proprio præscribuntur, et futuris temporibus observari mandantur.

Bibliothecam Vaticanam jam alias in Lateranensi Palatio incoatam, deindeque ad ædes Vaticanas translatam, a Nicolao V, et Sixto IV auctam pro usu Pontificum, solidiori, et ampliori constructo ædificio, ad publicam utilitatem erexit Sixtus V. Constit. anni 1587. *Aprilis* 27. *Suppressis nonnullis Officiis in Bibliotheca, et Typographia Vaticana, quinque Officia correctorum Librorum tam Græcorum, quam Latinorum erexit in eadem Bibliotheca Clemens VIII. Const. Anni* 1593. *Augusti* 20. *Abbatiam S. Mariæ in Venticano Beneventanæ Diœcesis, Bibliothecæ Vaticanæ univit, et incorporavit Paulus V. Const. Anni* 1607. *Julii* 1. *Bibliothecam Francisci Mariæ a Ruvere postremi Ducis Urbini ad Bibliothecam Vaticanam transferri, inibique in loco separato, et conspicuo custodiri jussit Alexander VII. Const. anni* 1657. *Augusti* 7. *Censuras a Sixto V indictas contra extrahentes Libros ex Vaticana Bibliotheca, nec non plures Ordinationes pro dictæ Bibliothecæ recta administratione confirmavit, et de novo demandavit Clemens XII. Const. Anni* 1739 *Aug.* 24.

Clemens PP. XIII.

Motu Proprio etc.

Quanta sollicitudine Romani Pontifices pro incremento Vaticanæ Bibliothecæ studia sua direxerint.

§. 1. Ancorchè i Sommi Pontefici Nostri predecessori non abbiano lasciato di prendere di tempo in tempo, le più opportune provvidenze per mantenere ed accrescere la Biblioteca, che con tanto decoro della S. Sede trovasi eretta a collocata nel Nostro Palazzo Vaticano, e la giusta, e lodevole vigilanza de'medesimi, siasi anch'estesa a deputare un Cardinale della S. R. C. in Bibliotecario, o Protettore, per soprintendere ad essa; ed in oltre vi siano eretti due Uffizj di Custodi; uno detto primario, o maggiore, e l'altro minore; vi siano ancora sette Scrittori, cioè due di lingua Latina, due di lingua Greca, due di lingua Ebraica, ed uno di lingue Orientali, Siriaca, ed Arabica, i quali Uffizj tutti, allorchè vacano, si conferiscono con Breve Apostolico, e con simile Breve, qualora alcuno di essi divenisse inabile pel servizio, che prestar deve, siansi concedute le Coadjutorie sopra i detti Uffizj colla futura successione ne' medesimi: e si mantengano ancora per essa varj Ministri subalterni, cioè due col titolo di legatori di libri, che si deputano dal Cardinale Bibliotecario, e due altri coll' impiego di Scopatori, o siano famuli, che si deputano dal Custode primario, o maggiore, nè senza demerito, tali Ministri si sogliono amovere: ed abbiano altresì provveduto agli assegnamenti degli Ufficiali, e Ministri, ed alle spese che occorrono per la compra de' libri, oltre gli acquisti straordinarj, che di tempo in tempo si sono fatti, e cha Noi ancora non abbiamo omessi, onde sembrerebbe che così bene disposte le cose, non ci dovesse essere motivo alcuno di fare nuove ordinazioni.

Novarum præbendarum ordinationum necessitas.

§. 2. Nulladimeno, perchè col decorso de' tempi si sono date alcune occasioni di dubbj, e varie circostanze, alle quali almeno chiaramente, non si era provveduto, ovvero sono andati nascendo varj disordini, perciò Noi, dopo seguita la vacanza dell' Uffizio di Bibliotecario per la morte della bo: me: del Cardinale Domenico Passionei, avendo compreso non meno lo stato della detta Biblioteca, che quelle cose che meritano nuove ordinazioni; abbiamo determinato darvi le opportine provvidenze.

Clementis XII Literæ confirmantur contra extrahentes vel asportantes Libros, ceteraque a Vaticana Bibliotheca.

§. 3. Quindi è, che colla presente Cedola di Nostro Moto proprio, sottoscritta di Nostra mano, colla pienezza della Nostra autorità, confermiamo in primo luogo, e rinoviamo tutte le disposizioni Apostoliche de' Nostri predecessori sopra la detta Biblioteca, e specialmente le ordinazioni fatte dalla fel: mem: di Clemente XII anche Nostro predecessore per mezzo delle sue lettere Apostoliche in forma di Breve, che incominciano: *Dignissimam*: in data de' 24 Agosto 1739. Così ancora rinoviamo il divieto in esse contenuto, e Noi parimenti proibiamo, che niuno possa togliere, estrarre, trasportare altrove i codici, volumi, libri, o manuscritti, o stampati, che si conservano nella Biblioteca, e neppure ciò sia permesso al Cardinale Bibliotecario,

e molto meno ai Custodi, e Scrittori, senza licenza speciale sottoscritta da Noi, e da Nostri successori: E se alcuno tresgredisse tal divieto e proibizione, ovvero ardisse rompere, radere, corrompere, alterare, o recare con qualsivoglia dolo, alcun pregiudizio ai suddetti codici, volumi, o libri, pronunziamo anche Noi di nuovo, con la pienezza della Nostra autorità, contro esso la stessa sentenza di Scomunica maggiore, riservata a Noi solo, ed ai Nostri successori; ed aggiungiamo alle medesime lettere del detto Clemente predecessore nuova fermezza; volendo e commandando, che siano esattamente osservate, di modo che non possa contro esse allegarsi alcuna presunzione, il non uso, e qualunque contraria consuetudine: ed a tale effetto ordiniamo, che una copia collazionata delle dette lettere di Clemente XII si tenga affissa nella sala anteriore della Biblioteca, dove dimorano gli scrittori.

Quomodo prospiciendum sit novorum Scriptorum electioni.

§. 4. In oltre essendo la collazione, e provista degli Uffizj de' Custodi, e Scrittori riservata al Sommo Pontefice, ed essendo nelle dette lettere di Clemente XII disposto, che i secondi si conferiscano previo l'esame dei concorrenti, non solo sopra l' intelligenza delle respettive lingue, ma anche sopra la perizia di scriverle in caratteri nitidi, e ben formati; aggiungiamo a ciò, che in caso di vacanze dei detti Uffizj de Scrittori, debba intimarsi il concorso pubblico in un giorno determinato, da tenersi avanti il Cardinale Bibliotecario di Santa Chiesa, coll' assistenza dei due custodi, e quando si tratti di vacanze di Uffizj di Scrittori delle lingue Orientali, coll'assistenza ancora dei lettori di quelle lingue, di cui si tratta, che attualmente saranno sì nell' Archiginnasio detto della Sapienza, che nel Collegio detto di Propaganda Fide, e seguito che sia l' esame de' concorrenti, debba il detto Cardinale fare la relazione al Sommo Pontefice, il quale sceglierà tra gli approvati, quello, che stimerà più atto, per conferirgli l' Uffizio.

Custodes, atque scriptores assidiant operam praebere teneantur in Bibliotheca.

§. 5. Comandiamo poi ai due Custodi, e specialmente al primario, o maggiore di essi, che invigilino alla giornata, che gli scrittori siano diligenti ad intervenire alla Biblioteca nei giorni prefissi, e si trattengano al servizio di essa per tutto il tempo che conviene, e che durante la loro dimora, non attendano ad altri studj particolari, e di loro elezione, senza espressa licenza del Cardinale Bibliotecario, ma debbano impiegarsi in quello che verrà loro prescritto dal primo Custode, confacente all' utile e servizio della medesima Biblioteca, ed all' Uffizio de'Scrittori, che professano, come sarebbe il fare, o sia continuare l' Inventario, ed Indice de' Codici manoscritti, e stampati, il trascrivere, e copiare quei Codici, i quali per la loro antichità potessero patire detrimento, il collazionare i diversi Codici dell' istess' opera di qualche Santo Padre, il tradurre dalle lingue estere nella latina le opere inedite de' medesimi Santi Padri, o di autori insigni in qualche scienza, o appartenenti all' Istoria Ecclesiastica, o ai dogmi della Santa Fede Cattolica, e finalmente in ogni altra cosa, che fosse ordinata da Noi, e da' Nostri successori immediatamente, o per mezzo della Segreteria di Stato.

Nemini, licet privilegiatissimae personae, licent Codices, librosque perlegere, absque Pontificio indulto per Secreteriam status elargiendo.

§. 6. Ed affinchè altri, fuori de' Ministri della Biblioteca, non si intromettano in essa con disturbo de' Ministri medesimi, nè si faccia lecito di copiare, o leggere i Codici, o altri manoscritti, per giuste e ragionevoli cagioni, che muovono l' animo Nostro, espressamente comandiamo sotto le pene ad arbitrio Nostro, e de' Nostri successori, che niuna persona, anche degna di speciale menzione, possa sotto qualunque pretesto trattenersi nella Biblioteca per ivi leggere, e molto meno copiare i Codici, o manoscritti, o altri libri di sorte alcuna, e di qualunque materia, nè il Cardinale Bibliotecario, e molto meno i Custodi, e Scrittori, possano senza espressa licenza Nostra, e de' Nostri successori, dare tal comodo, ma solo per brevissimo tempo esibire ai forastieri, ed agli esteri quei Codici, che si sogliono mostrare per loro erudita soddisfazione; in caso poi, che ad alcuno da Noi, o da' Nostri successori si stimasse di concedere simile licenza, che dovrà essere precisa, e determinata ad un particolare effetto, dovrà essere conceduta per mezzo di viglietto della Segreteria di Stato: molto più poi sarebbe punibile, se alcun Ministro della Biblioteca ardisse ricavare, ed estrarre da essa, notizie, e scritture ad istanza di qualche persona estranea; poichè in tal parte, sotto le stesse pene a Nostro arbitrio, espressamente comandiamo, che gli Uffiziali, e Ministri tutti della Biblioteca siano considerati, come si è disposto delle persone estranee, e che per comunicare agli altri qualunque notizia, o copia

de' libri, o documenti della Biblioteca, debbano avere l'espressa licenza Nostra, e de' Nostri successori, con simile viglietto della Segreteria di Stato. Da tale proibizione peraltro solo debba essere esente il Prefetto, e Custode dell' Archivio segreto Vaticano, al quale, se occorra per debito del di lui officio, e servizio della Sede Apostolica, di osservare, leggere, e copiare alcun libro, codice, o volume della Biblioteca, sopra di che si debba stare alla di lui assertiva, ordiniamo che si debba dare tutto il comodo per ciò fare, purchè ciò faccia da se stesso e solo, e specialmente che se gli comunichi l'inventario, ed indice della Biblioteca medesima.

Antiqua methodus servanda in inferiorum Inservientium electione.

§. 7. Rispetto alla deputazione degli altri Ministri cioè de due col titolo di legatori di libri, e degli altri due, che sono scopatori, o famuli, si osservi l'antico costume, che i due primi si deputino dal Cardinale Bibliotecario, o Protettore, i secondi poi siano deputati dal Custode primario, o sia maggiore; in vigore delle respettive deputazioni gli uni, e gli altri siano posti al ruolo del Palazzo Apostolico; nè senza mancanza, o demerito, si rimovano dall' impiego.

Redditus a Paulo V assignati pro Vaticana Bibliotheca, integre in novorum librorum emptione erogandi sunt.

§. 8. Ed essendo che tutti gli Ufficiali, e Ministri della Biblioteca sono nel detto ruolo del Palazzo Apostolico, nel quale, dopo le concessioni loro fatte de' Brevi, o dopo le deputazioni, come sopra, seguite, veng no posti, e ricevono immediatamente dal detto Palazzo le respettive mesate: ed avendo in oltre la Biblioteca dal medesimo Palazzo Apostolico un' assegnamento di annui scudi ottanta moneta romana da impiegarsi in carta, inchiostro, penne, cartapecore, ed ogni altro bisognevole per uso de' custodi, scrittori, legatori de' libri, scopatori, o famuli, e per servizio della Biblioteca: Ed altresì avendo il detto Clemente predecessore ordinato, che tutti i lavori che riguardano il materiale della Biblioteca, e ornato della medesima, si riferissero dal Custode primario e maggiore a Monsig. Maggiorduomo, il quale facesse compire a tali lavori per conto del Palazzo Apostolico; rimaner deve perciò libera per l'acquisto e compra de' nuovi libri, la intiera dote, e l'annua rendita della stessa Biblioteca assegnata perpetuamante alla medesima dalla fel. mem. di Paolo V. anche Nostro predecessore.

Modus servandus procurandis quotidianis Bibliothecae impensis.

§. 9. Pertanto colla presente ordiniamo, che i detti annui scudi ottanta si paghino in due rate, di sei in sei mesi, dal detto Palazzo Apostolico al Custode primario o maggiore, il quale sia tenuto depositarli nel banco di S. Spirito, in credito della Biblioteca Vaticana, ed a libera disposizione dell' istesso Custode primario o maggiore, per essere impiegati nelle spese occorrenti, senza che sopra detta annua prestazione si possa fare assegnamento ad alcuno; debba però il detto Custode fare la nota da esso sottoscritta delle dette spese, e presentarla al Cardinale Bibliotecario.

Pontificii Palatii Praefectus novis perficiendis operibus incumbat.

§. 10. In quanto poi ai lavori da farsi dagli artisti, cioè muratore, vetraro, ferraro, falegname, pittore, e simili, espressamente comandiamo, che non possano essere ordinati, nè dal Cardinale Bibliotecario, nè dai Custodi, agli artisti medesimi; ma che l'istanza perchè siano fatti tali lavori, debba farsi dal Custode primario o maggiore al detto Maggiorduomo, il quale riconosciuto che avrà il bisogno, o l'utilità di tali lavori, darà gli ordini opportuni per l'esecuzione de' medesimi.

Praescribitur methodus servanda in emptione novorum Librorum, Codicum, aliquo similium pro Vaticana Bibliotheca.

§. 11. Finalmente ordiniamo, che la detta dote, ed annua rendita assegnata come sopra dal detto Paolo predecessore, s'impieghi tutta nell' acquisto de' libri manoscritti, e stampati, che si crederanno confacenti per la detta Biblioteca. Vogliamo però che non sia in arbitrio nè de' soli Custodi, nè del solo Cardinale Bibliotecario, o Protettore il fare alcun acquisto e compra di essi, ma in ogni caso si considerino i libri, e le note di essi dal detto Cardinale, e dalli due Custodi, coll' intelligenza de' quali dovrà seguire l'acquisto, e compra di tutti, o parte de' libri, che si propongono: il che debba intendersi di spese mediocri e limitate, poichè se si trattasse di spesa, che eccedesse la somma di scudi trecento moneta romana, in tal caso si debba sentire la volontà Nostra, e de' Nostri successori. Inoltre che tutte le somme provenienti dalla detta dote, ed annua rendita, si debbano depositare in conto distinto nel detto Banco, a credito della stessa Biblioteca, e a disposizione unitamente del Cardinale Bibliotecario, e del Custode primario, o maggiore: ed ordiniamo, che i pagamenti da farsi per tali compre, o siano inferiori alla detta somma di scudi trecento, o anche superiori alla medesima, di modo che vi sia stato l'oracolo Nostro, o de' Nostri successori, tutti debbano farsi per mezzo di ordini sottoscritti non

meno dal Cardinale Bibliotecario, che dal Custode priorario, o maggiore; E perciò tutti i mandati di procure, ed altri atti necessarj per le esazioni, e respettivamente per le quietanze per le somme che si pagano della detta dote ed annua rendita, dagli affittuarj, agenti, procuratori, o altri debitori, debbano essere sottoscritti tanto dal medesimo Cardinale Bibliotecario, come dallo stesso Custode primario, o maggiore: volendo che resti a cura di questo, ed a suo pericolo, il far seguare puntualmente i depositi delle somme, che si riscuotono; ed altresì debba nell' archivio della Biblioteca porre, e custodire le copie di tutti gli ordini, istromenti, e liste di spese, delle quali tenga un esatto registro sottoscritto da esso, e coll' approvazione del detto Cardinale Bibliotecario.

Triennio quovis redituum, et expensarum ratio habenda, et Pontifici exhibenda illarum notula.

§. 12. Per compimento di tali ordinazioni, ed affinchè Noi, ed i Nostri successori, possiamo, e possano avere una piena contezza dello stato economico della Biblioteca, e secondo esso risolvere di fare nuovi acquisti in vantaggio della medesima, ordiniamo ancora, che ogni tre anni, da incominciare a decorrere dalla data della presente, si debba fare un' esatto bilancio dei conti, si delle rendite, come delle spese, e respettivamente degli avanzi della detta Biblioteca, facendosi in esso due conti distinti, uno, cioè, sopra le rendite assegnate per i nuovi acquisti, a confronto delle quali si debbano porre le spese di codici, e libri, che con le regole sopra prescritte fossero state fatte in quel triennio: l'altro poi dell' assegnamento fatto per le spese minute occorrenti, colle partite all' incontro delle spese fatte, secondo le giustificazioni, ch' avrà nelle mani il Custode primario, o maggiore. Un esemplare poi di tale Bilancio, che riguardi amendue i conti, sottoscritto dallo stesso Custode, nel termine dello stesso triennio, si debba esibire a Noi, ed a Nostri successori.

Benedictus XIV. novulla peculiariter statuit quoad custodiam Sacrorum Museorum Vaticanae Bibliothecae, adnexorum.

§. 13. Sembrerebbe fosse colle sopra espresse ordinazioni pienamente provveduto alla direzione della Biblioteca ed amministrazione di essa: ma essendo, che la sa: mem: di Benedetto XIV. Nostro immediato predecessore, alle due estremità del Corridore aggiunto al Vaso della Biblioteca Sistina, pose due Musei, cioè alla parte settentrionale del detto Corridore, il Museo della bo: mem: del Cardinale Gaspare Carpegna, ch' è una copiosa raccolta di antichi monumenti sì Cristiani, che Gentili: L' altro poi, ch' è tutto Sacro e Cristiano, composto da varj monumenti de' Cristiani, che da diversi luoghi per ordine del medesimo Benedetto predecessore sono stati estratti; e dalla copiosa raccolta che fatta aveva il Commendatore Francesco Vettorj Nobile Romano coscritto, il quale, dopo averne illustrati tutti i monumenti con una accurata ed erudita descrizione, la offerì al detto Pontefice; e da altra raccolta già fatta dal Senatore Filippo Buonaroti, e comprata dal detto Benedetto predecessore, fu con vago e nobile ornato posto, e chiuso alla parte meridionale del detto Corridore, con intenzione, però (come si raccoglie da una Cedola sottoscritta dal medesimo Benedetto predecessore in data de' xxx Settembre MDCCLVII.) che in questo istesso sito dovesse poi trasportarsi anche il suddetto Museo del Cardinale Carpegna: Ordinò in oltre, che il detto Commendatore Francesco Vettorj, a cui per contrassegno della sua liberalità assegnati aveva scudi cento il mese, sua vita naturale durante, fosse Prefetto, e Curatore del detto Museo Sacro, e gli permise che colla licenza, ed autorità del Maggiordomo pro tempore del Palazzo Apostolico, ed a spese del medesimo Palazzo, potesse alle occasioni, che si presentassero, acquistare altri Sacri monumenti: E comandò ancora, che del detto Museo Sacro si facesse un rigoroso Inventario e descrizione, colla presenza del detto Commendatore Vettorj, e di un ministro della Biblioteca, invigilando il Cardinale Bibliotecario, e Monsignor Maggiordomo, cho in esso ogni cosa del Museo fosse notata e descritta: in oltre per l' accesso al Museo medesimo, ordinò che si dasse in ogni tempo l' adito al detto Commendatore Francesco Vettorj, come Prefetto, e curatore, e nulladimeno vi fosse anche uno de' Ministri della Biblioteca, eletto dal Cardinal Bibliotecario, che ne ritenesse una chiave, e potesse mostrarlo agli eruditi, e forestieri; con espressa dichiarazione peraltro, che tanto l' impiego di Prefetto, e curatore del detto Museo, quanto l' assegnamento per liberalità, come sopra, fatto al detto Commendatore Vettorj, dovessero durare soltanto a vita di lui, e che dopo la sua morte si estinguesse l'uno, e l' altro, e restar dovesse il Museo sotto la cura del Cardinale Biblioteca-

rio: La mente però e volontà espressa del detto Benedetto predecessore, ancorchè confermata fosse con sue Lettere Apostoliche nel Mese di Ottobre susseguente, non è stata eseguita, e rimangono le cose in quello stato, in cui erano, allorchè fu fatta, e sottoscritta la suddetta Cedola.

Litera Benedicti XIV, quoad hinc Musea Bibliothecae Vaticanae adnexa, moderantur, et peculiariter quod utrumque Museum disponatur.

§. 14. Dovendo pertanto Noi, si per proseguire, e compire il regolamento propostoci, come ancora per eseguire in quello, che si può, la degna mente del detto predecessore, fare rispetto all' uno, e l'altro Museo le opportune ordinazioni: dopo aver Noi impiegata la Nostra cura, e sollecitudine nel far intieramente coprire il lato settentrionale, del detto Corridore con un nuovo portico, rendendo così compita la Galleria del Palazzo Vaticano, ed insieme preservata dai danni delle pioggie, ed altre ingiurie de' tempi la stes-a parte del sottoposto Corridore, e conseguentemente il vaso, nel quale fin' ora è stato conservato il Museo del detto Cardinale Carpegna, dove non piccoli pregiudizj erano stati dalla umidità cagionati: colla presente Nostra cedola, avendo già considerato, non essere per varj motivi praticabile l' unione del Museo del detto Cardinale Carpegna all' altro Sacro, ma doversi il primo mantenere del tutto separato; moderando perciò in tal parte la cedola del detto Benedetto predecessore, e le Lettere dal medesimo sopra essa spedite; di Nostro moto proprio, e colla Nostra autorità, espressamente ordiniamo, che il Museo del detto Cardinale Carpegna sia mantenuto illeso, e senza diminuzione alcuna nel detto Vaso all' estremità del lato settentrionale del detto Corridore: E quanto al Museo sacro posto all' altro lato del medesimo Corridore, nuovamente ordiniamo, che si faccia quanto prima il detto inventario, ed esatta descrizione di esso Museo, coll' assistenza di Monsignor Maggiorduomo, del Custode primario, o maggiore della Biblioteca, e del detto Commendatore Francesco Vettorj Prefetto, e curatore del medesimo Museo, dai quali, dopo che sarà compito il detto inventario, e descrizione, dovranno essere sottoscritti due esemplari, l' uno per essere riposto, e custodito nell'Archivio della Biblioteca, e l' altro da rimanere presso il detto Commendatore Vettorj, a cui espressamente incarichiamo, in occasione che siano per farsi nuovi acquisti di monumenti della Cristiana antichità, il darne sollecitamente avviso al Custode primario della Biblioteca, e procurare che ne venga aggiunta, nell' uno e nell' altro esemplare dell' inventario, l'indicazione corroborata dalle nuove sottoscrizioni di ambedue. Le chiavi poi del Museo sacro, e della porta del vaso, o adito di esso, si ritengano non solo dal detto Commendatore, fintanto ch' Egli sarà per vivere, ma ancora dal detto Custode primario, o maggiore, o da un ministro della Biblioteca di sua fiducia, acciocchè l'uno e l' altro possa mostrarlo; con questo di più, che al detto Commendatore si debba dare libero l' accesso per andare ne' tempi opportuni al detto Museo.

Excommunicatio contra aliquid extrahentes ex memoratis Museis

§. 15. Intanto per mantenere l' integrità dei detti Musei, ed evitare ogni distrazione de' medesimi, colla stessa Nostra Pontificia autorità, proibiamo sotto pena di Scomunica, ch' è *latae Sententiae*, a Noi, e Nostri successori riservata; che, sotto qualsivoglia pretesto, niuno possa estrarre, togliere, o trasportare, o con dolo rompere alcuna piccola parte delli detti Musei, e delli nuovi acquisti, che pel detto Museo sacro forse si faranno, nello stesso modo e forma, che per i libri della Biblioteca da Noi, e da' Nostri predecessori è stato disposto.

Quomodo prospiciendum novis expensis pro altero ex dictis Museis.

§. 16. Le spese poi, che per l' acquisto di alcun nuovo monumento, in aumento del detto sacro Museo, saranno per occorrere, dovendosi fare dal Palazzo Apostolico, si significhino a Monsignor Maggiorduomo pro tempore, il quale coll' oracolo Nostro, e de'Nostri successori, risolverà, se debbano farsi, e compirà alle medesime nello stesso modo, come si è disposto per le spese della Biblioteca.

Munus Praefecti Musei Sacri a Benedicto XIV institutum post obitum moderni Praefecti supprimitur, et extinguitur.

§. 17. In fine, concorrendo anche la Nostra liberalità, e beneficenza con quella del detto Benedetto predecessore, confermiamo pel detto Commendatore Francesco Vettorj l' uffizio di Prefetto, e curatore del Museo sacro, ed il suddetto annuo assegnamento, finch' egli sarà per vivere: ma al tempo stesso ordiniamo, che l' uno, e l' altro rimanga estinto colla morte di esso, nè in appresso possa deputarsi altro Uffiziale, nè darsi altro assegnamento, neppure di una minima somma, ma il detto Museo sacro sia per essere custodito conforme si è disposto di tutta la Biblioteca.

§. 18. Decretiamo pertanto, e dichiariamo espressamente, che alla presente cedola di Nostro moto proprio,

Clausula sublata, et decretum irritum.

benchè non esibita nella Camera Apostolica, nè registrata ne' suoi libri, non possa mai darsi, o opporsi di surrezione, orrezione, o alcun altro vizio o diffetto della Nostra volontà, ed intenzione, nè che mai sotto tali, o altri pretesti, quantunque validi, validissimi, e giuridichi, anche di jus quesito, e pregiudizio del terzo, possa la medesima essere impugnata, moderata, e rivocata, ridotta ad viam juris, o concedersi contro di essa l'aperizione oris, o qualunque altro rimedio: e che così, e non altrimenti, debba sempre, ed in perpetuo giudicarsi, definirsi, ed interpetrarsi da qualunque giudice, tribunale, e congregazione, specialmente dal Maggiorduomo pro tempore del palazzo Apostolico, a qualunque altro; toglicudo loro ogni facoltà, e giurisdizione di poter definire, e decretare in contrario: dichiarando Noi fin d' adesso preventivamente nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che da qualunque con qualsivoglia autorità, o con avvertenza, o ignorantemente fosse in qualunque tempo giudicato, o si tentasse di giudicare contro la forma, o disposizione dalla presente Nostra cedola di moto proprio; la quale vogliamo, che valga, e debba aver sempro, ed in perpetuo il suo pieno effetto, e perciò incarichiamo il nuovo Cardinale Bibliotecario, che con la sua cura e vigilanza faccia, che le Nostre disposizioni, e tutto ciò, che si contiene nella presente cedola, sia eseguito, ed osservato dai custodi, scrittori, e ministri dalla detta Biblioteca, e respettivamente dal Prefetto, e curatore del suddetto Museo, e da qualunque altro, a cui si appartiene; volendo Noi, che tutto il sopra espresso abbia la sua piena esecuzione, e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione, benchè non vi siano state chiamate, o sentite qualsisiano persone, che avessero o pretendessero avere interesse nelle presenti Nostre disposizioni, ed ordini, a che per comprenderle fosse bisogno di speciale menzione.

Derogatio contrariorum.

§. 19. Non ostante, quando faccia di bisogno, la costituzione di Pio IV. anche Nostro predecessore, de registrandis, e le suddetta cedola, e le lettere sopra nominate del detto Benedetto predecessore, e così ancora la regola della Nostra cancellaria de juro quæsito non tollendo, e non ostanti parimenti qualsiano altre costituzioni, ed ordinazioni de' Nostri predecessori, o qualunque uso, stile, e consuetudine, ad ogni altra cosa, che facesse, o potesse essere in contrario: Alle quali tutte e singole, avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola, inserito, e registrato, e supplendo colla pienezza dalla Nostra potestà Pontificia, ad ogni vizio, e diffetto, quantunque sostanziale, e formale, che vi potesse intervenire; per questa volta sola, e per la piena e totale esecuzione di quanto si contiene nella presente Nostra cedola di moto proprio, ampiamente, ed in ogni più valida forma deroghiamo.

Fides habenda hujus Pontificiæ Cedulæ exemplis.

§. 20. Vogliamo poi, che la presente Nostra cedola originale da Noi sottoscritta, si conservi perpetuamente nell'Archivio della detta Biblicteca, e che agli esemplari anche stampati di essa, sottoscritti dal Cardinale Bibliotecario, e dal detto Custode primario, o maggiore, col sigillo dell' uno, o dell' altro, si abbia da tutti piena fede, come se si esibisse la cedola originale: E finalmente che un esemplare di essa si conservi dal Maggiordnomo del palazzo Apostolico, ed un altro si affigga nella detta sala anteriore della Biblioteca, a lato delle suddette lettere in forma di breve del detto Clemente predecessore, affinchè a tutti siano noti i Nostri ordini, nè si possa allegare l'ignoranza de' medesimi, e siano pienamente eseguiti. Dato dal nostro Palazzo di Monte Cavallo questo dì IV agosto MDCCLXI.

Dat. die 19 Septembris 1761. Anno IV.

CCXC.

Firmana Congregatione suppressa, Civitatis Firmii, illiusque Provinciæ administratio, tum judicialis, tum œconomica ad istar aliarum Civitatum ditionis Pontificiæ equiparatur.

Gubernationem, et privativum judicandi jus, pro Civitate, et Statu Firmano Cardinali pro tempore Summi Pontificis Nepoti, quem Cardinalem Patronum nuncupabant, tribuit Eugenius IV. peculiari sua Constitutione. Hanc substulit de medio, et revocavit Innocentius XII. qui specialem eidem Cardinali Patrono Congregationem suffecit in Urbe residentem, per Literas in forma Motus-Proprii diei 3. Jan. 1693. quarum neutra in Mainardii Bullario relata fuit. At Congregationi prædictæ novam formam constituit Benedictus XIV. Const. Anni 1740 Septembris 20. Cui reformatæ Congregationi jus privativum spectare quoad Gubernium tam politicum, quam oeconomicum Civitatis, et Comitatus Firmi declaravit Constitutione altera anni 1746. Septembris 6. Quæ duo posteriores impressæ reperiuntur in Bullario Benedictino.

Clemens PP. XIII.

Servus Servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam

Enumerantur incommoda obvenientia ob existentiam peculiaris Congregationis Firmanæ nuncupatæ.

§. 1. Cum eæ potiores sint justitiæ partes, quibus jus suum cuique absque ulla dilatione tribuitur, ac maximopere subditorum felicitati conducat, celeris expeditio publicarum, privatarumque causarum; non sine gravi animi mœrore audivimus, ob perniciosam cunctationem in Nostra Civitate, et Statu Firmano, justitiæ et subditis quamplurima damna obvenire: Quapropter rationes, ob quas id contingeret perscrutantes, animadvertimus, malum hujusmodi originem ducere ex regimine præfatæ Civitatis et Status, quod totum est penes peculiarem Congregationem, quæ quidem (licet optimis dispositionibus a prædecessoribus Nostris constituta) raro et difficillime conveniri potest, vel quia graviores curæ, et negotia viros illos, quibus Congregatio constat ditrahunt, ac distinent, vel quia congrua copia materiæ proponendæ non suppetit; ex quo fit ut etiam res, quæ expediri possent, et sedulo postularent, in longum plus æquo protrahantur.

Sublata Cardinali Patrono, cui Civitas, et Comitatus Firmani subjiciebantur, Congregatio Firmana fuit primum erecta

§. 2. Hæc siquidem Congregatio a fel. record. Innocentio Papa XI, prædecessore Nostro primitus instituta fuit, quum sublato titulo, et auctoritate Cardinalis Patroni nuncupati, cujus peculiari jurisdictioni, jaminde ab Eugenii IV. Nostri pariter prædecessoris tempore, ejusdem Civitatis et Status regimen subjiciebatur, prædicti Cardinalis loco particularem Congregationem, quam Cardinalis ditionis Pontificiæ Administer, Præsulesque aliquot constituerent, statuere opportunum esse duxit, eique easdem facultates pro Civitate Firmana, ejusque Statu tribuit, quas Sixtus V. prædecessor etiam Noster S. R. E. Cardinalibus Congregationem super consultationibus negotiorum Status Pontificii constituentibus, pro reliquo S. Sedis Apostolicæ temporali dominio concesserat.

Benedictus XIV. Firmanam Congregationem reformavit, peculiaremque illius jurisdictionem præfinivit.

§. 3. Ita præfata Congregatio se habebat, cum fel. rec. Bened. PP. XIV. Noster immediate prædecessor ad Ecclesiæ regimen assumptus fuit. In ædibus Cardinalis Pontificiæ ditionis Administri cogebatur, conveniebantque ad illam Auditor pro tempore existentis Romani Pontificis, dictæ Congregationis super consultationibus Status Secretarius, duoque ejusdem Congregationis Prælati Ponentes, Secretarius Congregationis boni Regiminis, et Advocatus Cameræ Apostolicæ Fiscalis generalis: verum cum idem Benedictus prædecessor, sive quia Prælati Ponentes Congregationi consultationibus dicti Status præpositæ, propter plurima negotia bis in hebdomada haberi solitæ interessentes, quo par erat ordine, huic peculiari Congregationi sedulam operam præstare non poterant, sive ob frequentem eorumdem Prælatorum mutationem, res in eadem discutiendas in diuturniorem dilationem protrahi, causasque jam semel decisas, gravi æquitatis, et clientum detrimento, iterum novo examini subjiciendas esse perspiceret; Congregationis hujus auctoritatem abrogandam oportunum censuit, aliamque suffecit Congregationem, quæ ex eodem Cardinali Pontificiæ ditionis Administro, ex Auditore Romani Pontificis pro tempore existentis, uno ex Auditorii causarum Palatii Apostolici Auditoribus, nec non uno itidem ex Clericis Cameræ Apostolicæ præsidentibus, ac uno quoque ex Signaturæ Justitiæ Votantibus, qui munus Secretarii im-

pleret, ac ex eodem Advocato Fiscali, cum voto consultivo, constaret, quibus omnibus relatorem adjunxit pro causis criminalibus, jure sibi suadens, ut hac nova methodo, absurda quævis penitus tollerentur, prout ex ejus literis in forma Brevis sub Datum diei xx. Septembris MDCCXL. emanatis fusius ac clarius apparet.

Prælaudatus Benedictus XIV controversias jurisdictionales inter utramque Congregationem, [illegible] diremit.

§. 4. Ulterius quoque progressa est Benedicti prædecessoris prædicti sollicitudo, quoniam Anno MDCCXLVI., sub datum VIII. Id. Septembris suam promulgavit Constitutionem, quæ veterem inter Congregationem boni Regiminis, et Congregationem Firmanam penitus diremit controversiam, quæ circa jurisdictionem in causis ad res œconomicas spectantibus versabatur, declaravitque, dictam Congregationem Firmanam in rebus œconomicis, eisdem omnibus pollere facultatibus, ab aliis Nostris prædecessoribus in notis, et pervulgatis Constitutionibus Congregationi Boni Regiminis concessis; quia vero ejus præcedens Constitutio celeris negotiorum expeditionis effectum non fuerat consequuta, decrevit ut eadem Congregatio Firmana imposterum quolibet mense cogeretur.

At persistentia Firmanæ Congregationis incomoda ad negocia referiter expendenda videbatur.

§. 5. Hasce tamen providas dispositiones optatus exitus haud est subsequutus, quoniam statutis temporibus, ob rationes præfatas, Congregationes habitæ non fuerunt, ac proinde solita cunctatione res, tam politicæ, quam criminales, et œconomicæ neglectæ jacuerunt. Cum vero experientia rerum omnium magistra nos doceat, quam felici cursu ad finem negotia perducantur in reliqua Nostra ditione Ecclesiastica, cujus regimen in rebus criminalibus, et politicis ad Nostram Congregationem super consultationibus dicti Status præpositam, in rebus autem œconomicis ad Nostram Congregationem Boni Regiminis spectat, quæ quidem, cum certis, et statutis diebus semper haberi soleant, ab utraque negotia, quæ identidem conficienda occurrunt, absque ulla mora expediuntur, ut Nos ipsi sæpius perspeximus quoad Congregationem super consultationibus Status, cum adhuc minoribus ageremus; nullum propterea efficacius, ac opportunius remedium afferri posse existimavimus rebus hisce male compositis, quam Civitatem ac Statum Firmanum subjicere, ad instar aliarum illustriorum ac spectabiliorum Civitatum Nostræ Ditionis, præfatis Congregationibus, prout res et negotia ad alterutram pertinere contigerit.

Clemens XIII Firmana Congregatione suppressa, Civitatem, Comitatumque iisdem legibus regi jussit quam cæteræ Ecclesiastici status Provinciæ.

§. 6. Quapropter Motu proprio, certa scientia, et de plenitudine Apostolicæ Potestatis, hac Nostra perpetuo valitura Constitutione, Congregationem Firmanam, ut præfertur constitutam, cum omnibus Officialibus et Ministris, quibus constat, prorsus tollimus, ac delemus, atque volumus, et jubemus, Civitatem, et Statum Firmanum in posterum plane subjici Nostris Congregationibus super Consultationibus Status Nostri, et bono Regimine quæ exercere debebunt, unaquæque pro suo munere jurisdictionem in eadem Civitate et Statu Firmano, ad normam, et dispositionem Constitutionum Apostolicarum; ideoque mandamus et præcipimus, ut illæ causas, et negotia jam introducta, recursusque habitos in statu et terminis, in quibus actu reperiuntur, suscipiant et tractent, rectaque ratione, ac methodo conficiant, decidant, et absolvant, volumusque omnia scripta, acta, processus, et folia quæcumque, quæ modo in Archivio et Secretaria Congregationis Firmanæ existunt, ad Archiva et Secretarias dictarum Congregationum transferantur, habita ratione pertinentium rerum, et materiarum. Atque ob id Prælati ambarum dictarum Congregationum a Secretis munere fungentes, simul conveniant cum Prælato, qui munere Secretarii Congregationis Firmanæ hactenus obivit, ut præmissa, absque cunctatione aliqua, exacte adimpleantur.

Peculiarem de reductione expensarum rationem haberi debere a Sacra Congregatione Boni Regiminis mandat.

§. 7. Et quoniam per Cedulam Nostri Motus proprii die xxx. Januarii vertentis Anni, Civitati Firmanæ, aliisque Communitatibus illius Status, certam taxam imposuimus, (quam hactenus in suo robore consistere volumus, et quatenus opus sit, denuo confirmamus et approbamus) ut augeretur numerus exequutorum, sine quibus debitum præsidium justitiæ deesset in tam spatiosa et ampla Præfectura: Quum nova norma, quam præsenti Constitutione præscribimus, plurimi sumptus, qui ab eadem Civitate, aliisque Communitatibus, pro præfata peculiari Congregatione, et pro quacumque alia causa non amplius necessaria, antea impendebantur, supervacanei evadant, id oneris præcipue incumbere volumus Congregationi Boni Regiminis, ut cognita singularum expensarum causa, superfluas, prævia Nostra scientia et approbatione, expensas imminuat, ad levamen et utilitatem præfatæ Civitatis, aliarumque Communitatum, habita ratione tributi impositi ob dictas taxas exsolvendas.

Clausulæ sublata, et decretum irritans.

§. 8. Decernentes, præsentes Literas, et in eis contenta, semper firmas, validas et efficaces esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, nec de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam substantiali, ac formali, necessariamque expressionem requirente defectu, notari, impugnari, infringi, retractari, aut in controversiam revocari, vel ad terminos juris reduci, nulletenus unquam posse, sed sic, et non aliter, per quoscumque Judices, etiam S. R. E. prædictæ Cardinales, etiam de latere Legatos, ac eorumdem S. R. E. Cardinalium Congregationes, Vicelegatos, et alios quoslibet, quacumque præeminentia et potestate fungentes, et functuros, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, ac præfatorum Innocentii, et Benedicti prædecessorum, ac quibusvis aliis Constitutionibus at Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus etiam opus sit, dictæ Civitatis Firmanæ, illiusque Status, Castrorum, atque Locorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, stilis, usibus, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus: privilegiis quoque indultis, et literis Apostolis dictæ Congregationi Firmanæ, ut præfertur deletæ, etiam in limine illius erectionis, sub quibuscumque verborum tenoribus et formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis, in genere vel in specie, aut alias quomodolibet, in contrarium præmissorum, concessis, confirmatis, atque innovatis: Quibus omnibus et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur, præsentibus pro plene et sufficienter expressis et insertis habentes; illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse, ac latissime, et plenissime, motu et scientia prædictis, ac potestatis Nostræ plenitudine derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 10. Nulli ergo hominum liceat paginam hanc Nostræ deletionis, sublationis, mandati, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLXI., Tertiodecimo Kalendas Octobris, Pontificatus Nostri Anno quarto.

CCXCI.

Dat. die 27. Septemb. 1761. Ann. IV.

Tribunali Gubernatorum Civitatis Perusiæ declaratur nullam jus esse judicandi in figura Signaturæ, illique interdicitur cognoscendi in causis appellationum, tam in sententiis Laicos spectantibus, quam in iis, quæ Ecclesiasticos respiciunt.

Motu Proprio

Recensetur antiqua praxis judicandi in figura Signaturæ turbata recens possessio, et recursus ad Pontificem pro manutentione obtinenda.

§. 1. Ci fu rappresentato per parte della Nostra Città di Perugia, che sebbene i di lei Governatori per più di due secoli abbiano sempre proceduto in figura di Segnatura ai ricorsi, ed appellazioni nelle cause civili de' Tribunali tanto Ecclesiastici, che Secolari di varj luoghi, e Città dell'Umbria, si mossero taluni, pochi anni sono, a controvertere una tal giurisdizione con ricorrere alla Segnatura di Roma per la circoscrizione de' loro decreti; e siccome venivano di mano in mano ammesse sì fatte istanze in distruzione di una prerogativa, che è la più illustre, che la Città medesima possa avere, ebbe ella per espediento di ricorrere alla fel. me. di Benedetto XIV. Nostro predecessore, perchè si degnasse di ordinare, che i suoi Governatori fossero mantenuti nel possesso di una giurisdizione, che da tanto tempo avevano esercitata pacificamente; ma per la morte sopravenuta del prelodato Nostro prede-

cessore non avendo ciò potuto avere il suo effetto ricorse a Noi nell' anno scorso, rinnovando le sue suppliche con altrettanto di vigore, quanto maggiore era il pregiudizio, che col tratto del tempo andava sempre più soffrendo. Noi penetrati dall' amore della giustizia, e mossi anche da quei riguardi, che c'impegnano di sostenere i dritti di una Città delle più illustri del Nostro Stato Ecclesiastico, e per molti titoli benemerita alla S. Sede, volontieri ricevemmo le suppliche medesime per conoscerne i meriti.

Requisito illustrium Praelatorum voto, declaratur, non esse Perusinis Gubernatoribus jus Signaturae tribuendum.

§. 2. E perchè trattavasi di cosa delle più interessanti, seguendo l' antico costume della Sede Apostolica, credemmo di deputare tre Prelati della Curia Romana, che con molta riputazione esercitarono la carica di Uditore della Segnatura di Giustizia, occupati ora in altre cariche, che sono delle principali della Curia medesima, affinchè esaminata la questione ci riferissero il loro parere. Questi dopo aver seriamente ponderate le ragioni della predetta Città di Perugia, siccome quelle che in contrario si sono addotte in nome della Dateria Apostolica, della Curia di Roma, e de' Vescovi della Nostra Provincia dell' Umbria, sono venuti nel sentimento, conforme ci hanno riferito, che non ostante il possesso quasi centenario non sia lecito ai Governatori di Perugia di conoscere le cause di Appellazioni per varj motivi, e principalmente perchè ammettendosi in quegli la facoltà di conoscere le cause di Appellazioni, non potrebbe ammettersi, che con relazione al possesso, in cui sono stati fino all' anno 1744., il qual possesso siccome non impedisce il ricorso alla Segnatura di Roma verrebbe a formare una giurisdizione contraria alle buone regole, le quali non ammettono Segnatura sopra Segnatura, conforme fù dichiarato dal prelodato Nostro predecessore nella sua costituzione, che incomincia: *Romanae Curiae praestantiam*: E perchè quanto alle sentenze de' Tribunali Ecclesiastici, non giova il solo titolo, che viene in conseguenza del possesso, e per via di presunzione per essere un possesso, che si oppone ai Sagri Canoni, i quali vogliono, che il Giudice Laico, qual' è per essenza della sua carica il Governatore di Perugia, quantunque Prelato, non estenda in conto veruno la sua giurisdizione sopra gli Ecclesiastici.

§. 3. Perciò inerendo Noi al sentimento di sopra espresso, ed alle ragioni, che lo accompagnano, conforme ad altri particolari, ed urgenti motivi, avendo quì per inserto lo stato e merito della causa, e qualunque altra cosa quanto si voglia necessaria: di Nostro Moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema autorità decidiamo, e dichiariamo, che non compete ai Governatori di Perugia di esercitare il dritto di Segnatura, proibendo loro di conoscere le cause di Appellazioni, tanto rispetto alle sentenze de' Tribunali Ecclesiastici, come a quelle de' Tribunali Laici: essendo così mente, e volontà Nostra espressa.

Pontifex Perusinis Gubernatoribus interdicit judicandi in figura Signaturae, et Appellationis causas tam laicas, quam Ecclesiasticas cognoscendi.

§. 4. Volendo, e decretando, che il presente Nostro Moto proprio abbia sempre, ed in perpetuo il suo pieno effetto, e vigore, ed esecuzione, e contro di esso non si possa in alcun tempo opporre di surrezione, orrezione, nullità, ne di alcun altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, nè che mai sotto tali, o altri pretesti, quantunque validi, validissimi, anche di jus quaesito, e pregiudizio del terzo, essere impugnato, moderato, e rivocato, ridotto ad viam juris, n concedersi contro di esso l' aperizione oris, o altro qualunque rimedio, e che così, e non altrimenti debba sempre, ed in perpetuo giudicarsi, definirsi, ed interpetrarsi da qualsisia Giudice, e Tribunale, benchè Collegiale, Congregazioni anche de' Reverendissimi Cardinali, Camerlingo di S. Chiesa, Tesoriere, Rota, Camera, e qualunque altro, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di definire, ed interpetrare in contrario: dichiarando Noi fin d'adesso preventivamente, nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che da ciascuno di essi, con qualsivoglia autorità, scientemente, o ignorantemente fosse in qualunque tempo giudicato, o si tentasse di giudicare contro la forma, e disposizione della presente Cedola di Moto proprio.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 5. Non ostante la Bolla di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis*, la regola della nostra Cancellaria *de jure quaesito non tollendo*, e non ostanti ancora qualsisieno Ordinazioni, Brevi, e Costituzioni Apostoliche, stili, usi, consuetudini, e qualunque altra cosa che facesse, o potesse fare in contrario: alle quali tutte, e singole, avendone il tenore quì per espresso, e di parola in parola inserito, e registrato, supplendo colla pienezza della Nostra podestà Pontificia ad ogni vizio, e difetto, quantunque sostanziale, e formale, che

Derogatio contrariorum.

vi potesse intervenire per questa volta sola, e per la piena, e totale essecuzione di quanto si contiene nella presente Nostra Cedola di Moto proprio ampiamente ed in ogni più valida forma deroghiamo. Dato dal Nostro Palazzo di Monte Cavallo questo dì 27. Settembre 1761.

Dat. die 5. Nov. 1761. Ann. IV.

CCXCII.

Derogatio Literarum Benedicti XIV. in ea parte qua mandabatur ut in iis tantum taxis viarum denegaretur appellatio suspensiva, quæ Pontificia tantum auctoritate imponerentur.

Vetus Officium, et jurisdictionem Magistrorum Viarum Urbis ejusque districtus, confirmavit Martinus V. Constit. Anni 1425. Martii 31. Horum Magistrorum jurisdictionem ampliavit Sixtus IV. Constit. Ann. 1480. Junii 30. Populi Romani privilegia, inter quæ illud Magistrorum viarum reintegravit Leo X. Const. Ann. 1513. Martii 19. horum vero jurisdictionem ampliavit, et peculiaria quoad Appellationes ab eorum, decisionibus statuit Pontifex idem Const. An. 1516. Nov. 2. et 1517. Jan. 10. De privilegiis ipsis, deque publicis in urbe viis plura confirmavit, atque de novo etiam præscripsit Pius IV. Constit. anni 1565. Augusti 23. Magistrorum viarum jurisdictionem ad terminos juris comunis reduxit Pius V. Const. Anni 1571. Apr. 10. eamque confirmavit, ampliavit, et declaravit Gregorius XIII. Constit. Anni 1574. Oct. 1. Tribunalis, seu Magistratuum Viarum facultates reformavit, et extendit Innocentius XII. Const. Anni 1692. Nov. 28., Quæ omnes extant suis locis in Bullario Mainardii. Multa quoad refectionem Viarum, et taxas eas respicientes statuit Benedictus XIV. Motu-Proprio Anni 1748. Oct. 39. et Const. posteriori Anni ejusdem Decembr. 30. relatis in Benedictino Bullario.

Clemens PP. XIII.

Motu Proprio

Quo celerius expedirentur negotia quæ viarum taxas respiciebant, denegabatur a judicialibus decretis appellatio suspensiva.

§. 1. Impegnati i Nostri predecessori di provvedere al pubblico commodo, e allo splandore, a dignità della Pontificia residenza, non si sono risparmiati di prendere in ogni tempo quelle determinazioni, che potevano essere le più spedienti per la conservazione, e risarcimento delle strade, ponti, ed altre simili opere publiche di Roma, e suo Distretto. Alessandro VII. di felice ricordanza sul riflesso, che poco averebbe giovato qualunque provvedimento, se una tal materia dovesse essere soggetta alle regole del foro, volle con suo Chirografo publicato li xxx. Marzo MDCLXI., che dai decreti, sentenze, e mandati delMagistrato delle strade, che riguardano il pagamento delle tasse non meno imposte, che da Imporsi per causa di tali opere, non dovasse ammettersi dal Tribunale della Camera, a da qualunque altro Giudice l'aplazione, o ricorso in sospensivo, ma che quegli dovessero avere speditamente la sua esecuzione, e che non potessero conoscersi, che in devolutivo. Ciò, che fu confermato da Clemente X. con suo Chirografo in data de' xxviii. Gennajo MDCLXXII., e da Alessandro VIII. con altro Chirografo de' vii. Giugno MDCXC., quali Chirografi furono poi approvati da Innocenzo XII. nella sua Bolla, che incomincia *Sacerdotalis, et Regiæ Urbis nostræ*; E perchè una tale ordinazione avesse più speditamente il suo effetto, credette Benedetto XIV. d'approvarla con Chirografo in data de' xiv. Marzo MDCCXLII., ma poi con altro Chirografo publicato li xxx. Dicembre MDCCXLVIII. impresso nel suo Bollario Cost. LXVII. dichiarò, che la proibizione d'ammettere le appellazioni in sospensivo dovesse intandersi relativamente alle tasse, e contribuzioni imposte, e da imporsi con ordine Pontificio, volendo, che rispetto alle altre sia lecito d'appellare anche in sospensivo, rivocando a tal'effetto qualunque Chirografo, e Ordinazione, che facesse in contrario.

Sublata distinctione inter taxas Pontificia auctoritate impositas, et alias a viarum Tribunali, quam induxerat Benedictus XIV. quandocumque denegandam esse suspensivam Appellationem confirmat.

§. 2. Ma siccoma una tal dichiaziona non s'accorda coi prenarrati Chirografi, e molto meno con la Bolla Innocenziana, la quale espressamente ordina, che dai decreti, mandati, e sentenze sopra il pagamento di qualunque tassa, a contribuzione tanto imposta, che da imporsi dal Tribunale, e Magistrato delle strade non possa in conto veruno ammettersi l'appellazione, o ricorso in sospensivo, conforme non può convenire a una materia, che non ammette dilaziono, e che deve essere rogolata piuttosto con autorità economica, che ordinaria; Parciò volendo Noi provvadere ai disordi-

ni, che continuamente accadono per causa di detta dichiarazione, non trovandosi chi voglia intraprendere a proprio conto i lavori, sul timore di dover sostenere lunghe liti prima della reintegrazione delle spese, e soddisfazione delle mercedi, donde ne viene, che non potendosi fare i lavori sollecitamente, a a tempo proprio, crescono i danni a misura del ritardo, e rendonsi la opare di maggior dispendio, avendo quì per espresso, e di parola in parola registrato l'intiero tenore de' prenarrati Chirografi di Benedetto XIV. Nostro predecessore in data de' xxx. Dicembre MDCCXLVIII., e de' xiv. Marzo MDCCXLII., conforme anche il tenore de' prenarrati Chirografi di sopra nominati d' Alessandro VII., di Clemente X., d'Alessandro VIII. dalla Bolla d'Innocenzo XII., che incomincia *Sacerdotalis*, *et Regiæ Urbis Nostræ*, e di qualunque altra disposizione: di Nostro Moto proprio, certa scienza, a pienezza della Nostra suprema potestà, vogliamo, e ordiniamo, che dai decreti, mandati, e sentenze del Tribunale, e Magistrato delle strada sopra il pagamento delle tasse, e contribuzioni non mano imposte, cha da imporsi dal medesimo Tribunale, e Magistrato, tanto per ordine Nostro, e da' Nostri antecessori, e successori pro tempore, quanto per ordine dello stesso Tribunale, e Magistrato, per causa della conservazione, rifacimento riattazione, e pulizia della strade, piazze, ponti, fossi, e altre opere dentro, e fuori di Roma, che sono di servizio pubblico, e di materia privativamenta spettante al detto Tribunale delle strade, secondo le facoltà concessegli dai Nostri predecessori, non possa, ne debba in conto veruno ammettersi appellazione, o ricorso in sospensivo, nè veruna sorta di citazione, ed inibizione, se prima non saranno eseguiti i mandati, decreti, e sentenze divisate, volendo, che non possano conoscersi, che in devolutivo; e per tal' effetto rivochiamo il menzionato chirografo Benedettino de' xxx. Decembre MDCCXLVIII. in quella parte, in cui ordina, che la proibiziona d'ammettere le appellazioni in sospensivo, debba intendersi relativamente alle tasse, e contribuzioni imposte, e da imporsi con ordine Pontificio, volendo, che abbia il suo pieno vigore in tutte le altre parti, conforme approviamo, e confermiamo in tutte la sue parti i prenarrati chirografi di Alessandro VII., di Clemente X., d'Alessandro VIII., di Benedetto XIV. in data de' xiv. Marzo MDCCXLII., e specialmente la Bolla d'Innocenzo XII., che incomincia *Sacerdotalis*, at *Regiæ Urbis Nostræ*, volendo, cha abbiano sempre il suo pieno vigore, ed esecuzione, essendo così mente, e volontà Nostra espressa.

Clausula sublata, decretum irritans, et derogatio contrariorum.

§. 5. Ordinando, e decratando, che alla presente Nostra cedola di Moto proprio, beochè non esibita, ne registrata in Camera, non possa mal darsi, nè opporsi di surrezione, orreziona, nè d'alcun' altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed inteuzione, nè che mai sotto tali, ad altri pretesti, quantunque validi, validissimi, e giuridici, anche di jus quesito, e pregiudizio del terzo, possa esser impugnata, moderata, ridotta ad viam juris, o concedersi contro di essa l'aperizione oris, o altro qualunque rimedio, e che così debba sempre giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualunqua Giudice, Tribunale benche collegiale, Congregazioni anche de' Reverendissimi Cardinali, Camerlengo di S. Chiesa, Tesoriare, Rota, Camera, e qualunqna altro, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdiziona di definire, ed interpretare in contrario. Dichiarando Noi fin d'adesso nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che da ciascuno di essi con qualsivoglia autorità scientemente, o ignorantemeute fosse in qualunque tempo giudicato, o si tentasse di giudicare contro la forma, e disposizione della presente Nostra cedola di Meto proprio, quale vogliamo, cbe debba aver sempre il suo vigore, e pièno effetto con la semplice Nostra soscrizione non ostante la Bolla di Pio IV. Nostro predecessore de registrandis, la regola della Nostra Cancellaria da jure quæsito non tollendo, e qualsisiano altre costituzioni, e ordinazioni Apostoliche, leggi, statuti, usi, consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, allc quali tutte, e singole avendone il tanore quì per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato per la piena, e total'esecuzione di quanto si contiene nella presente Nostra cedola di Moto proprio, ampiamente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro Palazzo Apostolico di Monte Cavallo questo dì v. Novembre MDCCLXI.

CCXCIII

Veteribus constitutionibus confirmatis, atque reformatis, novas præscriptiones pro recta carcerum Urbis administratione, præsenti Motu-Proprio constituit.

Circa subventionem Carceratorum ope Archiconfraternitatis Charitatis de Urbe habetur Constitutio Leonis X anni 1520 Jan. 28. Jurisdictionem, et facultates Prælatorum, et Officialium Visitationis Carcerum Almæ Urbis, atque Ordinationes ab eis observandas præfinivit Paulus III. Const. anni 1548. Julii 4. Pœnas maleficiorum non excedentes Ducata X, alias Fisco persolvendas, Archiconfraternitati Charitatis applicavit Pius IV. Const. Anni 1560. Junii 18. Jurisdictionem, et facultates Visitatorum Carcerum Almæ Urbis, tam in causis Civilibus, quam Criminalibus, dupl ci Motu-Proprio præfinivit Pius V. Anno 1568. Julii in mense. Plurima quoad Carceres Urbis statuit Benedictus XIV. Constit. sua Anni 1746. Decembr. 16., qua Urbis Tribunalia in judiciis Criminalibus reformavit. De Visitationibus habendis in Carceribus Gubernii Urbis, et de methodo servanda in visitationibus ipsis, consulendus est Motus-proprius ejusdem Pontificis Anni 1749. Maii 12. nec non successiva Const. diei 22. ejusdem mensis, et Anni, ut videre est suis respective locis tum in Bullario Mainardii quam in Bullario Benedictino.

Clemens PP. XIII.

Motu proprio etc.

Carceres Capituliné ab Archiospitali SSmi Salvatoris ad Sancta Sanctorum prius regebantur, illique utilitatem ex redditibus afferebant, quæ deinde in incommodum conversa est.

§. 1. Fra le maggiori, e più pressanti cure dell' animo Nostro dal giorno che la Divina clemenza volle esaltarci al Sommo Apostolato, ultima certamente non è stata quella di toglier gli abusi, di provvedere all' iodennità della Nostra Camera, e di rendere ad ogni uno la sua dovuta ragione, onde avendoci tempo fà rappresentato li Guardiani, e Deputati del Nostro Archiospedala del Santissimo Salvatore di Sancta Sanctorum, che la glor. mem. del Nostro predecessore Innocenzo XI. per compensare al detto Archiospedale il danno arrecatogli per la soppressione del Collegio de' Segretarj Apostolici con suo Motu proprio segnato in data del 6. Settembre 1679., e registrato in piena Camera li 3. Gennaro 1680, gli assegnasse, e cedesse le rendite, ed emolumenti che ritraevano dalle Carceri di Campidoglio, l' affitto delle quali, benchè allora sormontasse ad annui scudi quattrocento ottanta, pure a poco a poco venisse diminuendo a segno, che dopo la pubblicazione della Costituzione *Justitiæ gladium* da Benedetto XIV. Nostro predecessore segnata li 22 Maggio 1749. il detto Luogo Pio non più trovasse a rinnovarlo, per lo che fosse costretto ad amministrare le dette Carceri per conto proprio, e quindi nel corso di sei anni successivi soffrisse il discapito di scudi seicento settantuno, a bej. 24.

Benedictus XIV. jussit ut quotannis prælaudato Archiospitali scuta Centum persolverentur pro sustentamento ex Carcerum manutentione.

§. 2. Onde per ripararne il discapito, lo stesso Nostro predecessore ordinasse, che dalla Camera si pagassero al detto Archiospedale annui scudi cento, quali in seguito di un tal ordine furono dall' anno 1754 fino al presente puntualmente pagati; e sebbene la cagione di una tal perdita fosse dalli suddetti Guardiani e Deputati in parte attribuita al poco numero de' Carcerati, che attesa la sopra riferita Costituzione in gran quantità diminuirono per essere stato in quella prescritto, che tutti li Carcerati a disposizione del Cardinal Vicario, del Governatore di Roma, dell' Uditore del Tesorierato, ed altri Tribunali, e Congregazioni dovessero trasportarsi non più a quelle di Campidoglio, ma bensì alle Carceri Nuove, tolto ogni arbitrio alli suddetti Giudici, e Tribunali di poter diversamente disporre, nulladimeno la vera fonte del già detto discapito del Luogo Pio principalmente scaturisce dallo stile introdotto di rilasciare i Carcerati gratuitamente in forma de' Poveri, quando questi realmente non erano tali, o almeno avevano quel poco dánaro, e tal volta cerchi d' oro, fibbie di argento, o altre simili cose trovategli indosso nell' atto della loro carcerazione, che sarebbero state più che sufficienti per soddisfare il Luogo Pio degli olimenti, ed altri comodi somministrati alli medesimi Carcerati in tempo della loro Carcerazione, se non avessero gli esecutori, ed alle volte ancora il Notaro, e suoi Sostituti assorbito il detto danaro, oro, ed argento sotto colore di emolumenti, e ricognizioni ad essi loro dovute.

§. 3. E siccome questi medesimi, ed altri forse maggiori inconvenienti si

Tum Carcerum Capitolin.

norum aliarum Gubernii ex- ponitur parum facta directio.

trovano ancora nelle Carceri Nuove introdotti in pregiudizio dell' istesso Nostro Erario, quali neppure sortì al fu Cardinal Archinto nel tempo, che era della nostra Città di Roma, e suo Distretto Governatore generale, di poter pienamente estirpare, mediante gli ordini, e provvisioni, che per riforma del Tribunale del Governo, e delle predette Carceri Nuove, coll' Oracolo del predetto Nostro predecessore furono da Lui pubblicate li 8. Gennaro dell' anno 1756; così volendo Noi interamente svellere tutti gli abusi, ed inconvenienti, che in pregiudizio del detto Archiospedale, e dalla Nostra Camera sono stati introdotti; avendo pertanto per espressi, come se fossero di parola in parola nella presente Nostra Cedola inseriti, il Motu proprio della glor. mem. d' Innocenzo XI segnato li 6 Settembre 1679, la detta Costituzione emanata li 22. Maggio 1749., l' istromento d' assonto delle Carceri Nuove rogato a favore di Carlo Antonio della Gatta per gli atti dell' Amici Notaro della Carità li 5. Maggio 1748, rinnovato per gli stessi atti li 5. Giugno 1751. l' altro istromento di affitto della Cancellaria di dette Carceri Nuove rogato per li detti atti parimenti a favore del prenominato Carlo Antonio della Gatta nel detto dì 5. Giugno 1751., il Bando fatto pubblicare per mezzo della Nostra Segretaria di Stato per la sollecita dimissione de' Carcerati, li sopra riferiti Ordini, e provisioni sopra la riforma del Tribunale del Governo di Roma, e della dette Carceri Nuove, ed ogni altro provvedimento finora preso da' Sommi Pontefici Nostri predecessori, e tutte le di loro Costituzioni, Motu proprj, e Chirografi pubblicati per il buon regolamento delle Carceri, loro Ministri, e Giudici di tutti li Tribunali di Roma, ed ogni altra cosa quantosivoglia necessaria da esprimersi, ed avesse bisogno di speciale, ed individua menzione, di Nostro Moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema Apostolica potestà, approviamo in primo luogo, e confermiamo l'annuo pagamento di scudi cento per anni sette già scorsi fatto dalla Nostra Camera a favore del suddetto Archiospedale del SantissimoSalvatore di Sancta Sanctorum in compenso, e reintegrazione dei danni, che li di lui Guardiani, e Deputati dicono di aver sofferti per la diminuzione de' Carcerati nelleCarceri diCampidoglio dopo la pubblicazionedella suddettaCostituzione, e vogliamo, che il detto annuo assegnamento di scudi cento dalla Nostra Camera si continui in avvenire a somministrare in perpetuo al detto Archiospedale, fintanto che il medesimo continuerà nell' amministrazione delle suddette Carceri di Campidoglio, con che il medesimo non possa per qualunque titolo, o causa, e quesito colore pretendere altro dalla detta Nostra Camera, nè col pretesto di danni, nè per qualunque ragione, che gli potesse appartenere in vigore del sopra riferito Motu proprio d' Innocenzo XI. per esser questa la mente, e volontà Nostra precisa, che dovrà in avvenire inviolabilmente, e perpetuamente osservarsi.

Indicitur Judicibus quorumcumque Tribunalium celeris expeditio causarum Criminalium.

§. 4. Per rimediar poi agli pregiudizj, a' quali soggiace il detto Luogo Pio, e molto più la Nostra Camera per il dispendio degli alimenti, che somministra quotidianamente alli Carcerati, inculchiamo strettamente a tutti li Giudici non solamente del Governo, e di Campidoglio, mà ancora delli Tribunali degli Reverendissimi Cardinali Vicario, Camerlengo, dell' Uditore della Nostra Camera, del Tesoriere Generale, e di tutti gli altri Tribunali della Nostra Città di Roma anche Collegiali, e Supremi, che debbano sollecitamente ultimare le cause criminali delli rei, ed inquisiti, che si ritengono nelle Carceri segrete, mentre l' oscitanza de' Giudici, che non cura dare il dovuto fine alle dette cause, si rende troppo dannosa non meno alli Carcerati, che al suddetto Luogo Pio, ed alla Nostra Camera, che soffrono il peso del loro mantenimento, e per tal cagione vogliamo ancora, che non debbano mai per l' avvenire porsi, ne ritenersi in segreta coloro, che vengono carcerati, o per cause di pene pecuniarie, o per delitti leggieri, per li quali non possono i rei condannarsi a grave pena afflittiva, conforme fu espressamente comandato nella più volte enunciata Costituzione delli 22 Maggio 1749.; anzi essendo a Noi pur troppo noto, che dopo la pubblicazione del Bando promulgato dalla Nostra Segreteria di Stato per la sollecita dimissione de' Carcerati poveri, mediante la sola fede di povertà, si è introdotto l' abuso in pregiudizio della Nostra Camera, ed Assentista delle Carceri nuove, e del suddetto Archiospedale di procurare studiosamente le dette fedi, che pur troppo sogliono dalli Parrochi concedersi, senza aversi in considerazione la qualità, e condizione delle persone carce-

rate, e molto meno li di loro mestieri, ed impieghi atti a compire la sodisfazione degli alimenti da essi nelle carceri ricevuti.

Prohibetur ne Judices, et Tribunalia paupertatis testimonialia tradant, nisi certae speciei designatis Carceratis.

§. 5. Perciò vogliamo, che li Giudici, di qualunque Tribunale, ed anche quello della Visita, non possano, nè debbano concedere rilasso gratuito colla sola fede di povertà fatta da' Parrochi, se non a quelli Carcerati, che per la loro povertà si trovano in galeotta, o al più sono stati abilitati al mezzo, giacchè questi, come veramente poveri, furono il principale oggetto, per cui fu fatto pubblicare il suddetto Bando dalla Segretaria di Stato, ma non mai per quelli, che dimorano, e sono stati al passeggio, li quali dovranno non solamente gli alimenti ricevuti, ma ancora tutti gli altri emolumenti dovuti alle carceri ogni volta che con giuste, e veridiche prove non facciano costare della loro vera povertà incapace a sodisfarli.

Quoties detenti in Carceribus, aliquid possideant, vel in depositum reliquerint, sumptus Carcerum persolvere teneantur

§. 6. Dichiariamo però, e vogliamo, che non ostante qualsivoglia fede di povertà, se alcuno de' suddetti Carcerati, ancorchè di galeotta, o del mezzo, avranno denari, e robbe depositate tanto negli Offizi de' respettivi Tribunali, che nella Cancellaria delle Carceri nuove, e respettivamente di Campidoglio, non gli dovrà allora giovare la Poliza gratis *attenta paupertate*, o come fosse in piena Visita, per l'effetto di ottenere la rastituzione de' suddetti danari, e robbe, mentre eccettuate le vesti, e panni, che gli si dovranno sempre restituire, l'altre robbe, e danari dovranno rimanere in deposito per sodisfare in appresso in primo luogo il vitto di segreta, ed il vitto, e letto delle due infermerie, dappoi la mercede del Notaro, qualora sia stato effettivamente pubblicato il processo, e consegnato al Carcerato, che se ne sia servito nelle difese per mezzo de' suoi Difensori, ed il rimanente ripartirsi a forma del §. 10. degli ordini, e provisioni, come sopra pubblicate dal fu Cardinale Archinto li 8 Gennaro 1756.; se poi venisse decretato il rilasso delli Carcerati colla clausula *ex quo nihil*, ovvero *ex quo testes*, faranno rilasciarsi subito senz' alcun pagamento.

Praescribuntur peculiares regulae ne Carcerati propriis rebus fraudentur, quae in actu carcerationis pro causis civilibus penes eosdem reperiri contigerit.

§. 7. E perchè ben spesso accade, che il danaro, e robbe spettanti alli Carcerati cadenti in potere della Corte, vengono ad essi loro tolte sotto pretesto di cattura, o altro mendicato colore, perciò a fine di provvedere tanto all'indennità di coloro, a' quali le dette robbe, e danari appartengono, quanto all' interesse della Nostra Camera, e del già mentovato Archiospadale, siamo venuti in determinazione di stabilire per regola inalterabile da osservarsi sempre in avvenire, che gli esecutori, sotto pena della perdita della cattura, ed altre più gravi, sino alla galera inclusive ad arbitrio del capo del Tribunale, a cui sono addetti, non debbano sotto qualsivoglia titolo, o pretesto cercare indosso, nè levare danaro, nè altra cosa, benchè minima a quelli, che da loro vengono carcerati per debito civile, ma siano tenuti direttamente condurli alle Carceri, e costituirli in Cancelleria, ove il Capitano delle Carceri alla presenza del Cancelliere dovrà interrogare il Carcerato per sapere se dalli detti esecutori gli sia stata levata cosa alcuna, a quando ciò fosse seguito, l'istesso Capitano ne darà avviso al capo di quel Tribunale, da cui dipendono gli esecutori, ad effetto, che la robba, ed il danaro da quelli tolto sia subbito restituito, e depositato nella Cancelleria, o di Campidoglio, o delle Carceri nuove, nelle quali il Carcerato si trova, e nel tempo istesso sottoponga gli esecutori a quel castigo, che giudicherà conveniente alla temeraria loro contravenzione. Ma se il Carcerato non sarà stato da' birri cercato in dosso, e debbasi ciò fare secondo l'usitato costume delle Carceri, sia tenuto il Capitano chiamare due testimonj che assistano a detta perquisizione da farsi alla presenza del Cancelliere, o sia rincontro di Camera, se il Carcerato stia nelle Carceri nuove, se poi in Campidoglio, la cerca dovrà farsi coll' istessa formalità di testimonj, alla presenza del Cancelliere, ovvero del Ministro dell' Archiospedale, e trovandosi indosso al Carcerato danari, oppure scatole, fibbie, o altre robbe di argento, ovvero d'oro, ancorchè di minima valuta, debba il Cancelliere, o sia Rincontro di Camera, e rispettivamente il Ministro dell' Archiospedale il tutto notare in un Libro, che a questo effetto dovrà tenere ben calcolato con i numeri abacali, dal foglio primo fino all' ultimo, da intitolarsi registro de' danari, e robbe spettanti alli Carcerati colla sua rubricella scritturata per ordine alfabetico, indicante la partita, che dovrà contenere il giorno, l'anno, il nome, cognome, e patria del Carcerato, e distintamente tutte le robbe che gli sono state trovate indosso, e farà sotto-

scrivere detta partita dal Carcerato, e quando non sappia scrivere, dalli testimonj, che sono stati presenti alla perquisizione delle dette robbe, e danari, quali dovrà il detto Cancelliere ritenere appresso di se in forma di deposito, volendo Noi, che queste stiano per sicurezza del vitto di osteria, letto, o strapunto, di modo che in caso di rilasso restituirà bensì il Cancelliere al carcerato tutti li suoi panni, ma non mai il detto danaro, e robbe d'oro, e d'argento, se non quando gli costi, che siano stati pienamente sodisfatti li suddetti vitto di osteria, ed altri emolumenti, e per giustificare la detta restituzione, basterà, che il Cancelliere ritiri dal Carcerato la ricevuta nel margine alla partita del libro, che contiene delle dette robbe la descrizione; ma se per lo contrario li detti alimenti non saranno stati pagati, ancorchè il Carcerato venga dimesso con fede di povertà, pure il detto danaro, e robba dovrà rimanere in deposito per sodisfare il vitto, ed altro come sopra, e dovrà il Cancelliere dare di tutto nota al Capo del Tribunale, a cui egli è soggetto, acciocchè nella forma da spiegarsi in appresso, faccia deliberare la detta robba, e seguita, che sarà la sodisfazione mediante il prezzo da ritrarsene, dovrà il Rincontro di Camera, e respettivamente il Ministro del detto Archiospedale farne nota nel suddetto libro in margine della partita per discarico del Cancelliere.

Quomodo earumdem rerum conservationi, et restitutioni prospiciendum sit in causis criminalibus, et in actu carcerationis.

§. 8. Quando poi la carcerazione, o arresto di qualche persona seguisse per causa criminale, o fossero da urgente necessità costretti gli esecutori a dovergli cercare indosso, non possano ciò fare, se non alla presenza di due testimonj degni di fede, che a quest'effetto dovranno da loro chiamarsi, e ritrovando in detta ricerca danari, gioje, o altre robbe d'oro, o d'argento, dovranno li detti esecutori portare il tutto unitamente col carcerato, e testimonj suddetti all'offizio Criminale di quel Tribunale, a cui il Carcerato appartiene, ed ivi fedelmente ogni cosa esibire a quel Notaro, che riceverà la relazione della carcerazione, il quale dovrà subito interrogare li detti Testimonj, e l'istesso Carcerato per sentire, se contestino l'identità, e quantità delle robbe esibite, e qualora dal loro esame, o da quello del Carcerato resultasse la mancanza di qualche cosa benchè minima, che fosse stata occultata dagli esecutori, il solo atto della loro infedeltà pratticata contro l'obbligo del di loro offizio sarà valevole, non solamente a privarli di ogni dritto della cattura, ma soggettarli ancora a quel castigo, di cui il capo del Tribunale a suo arbitrio, fino alla galera inclusive, li giudicherà degni par il di loro mancamento, e lo stesso dovrassi pratticare, allorchè gli esecutori simili ricerche facessero in casa de'rei, o altrove, mentre contravenendo in queste alla forma, come sopra ad essi loro prescritta, dovranno subbito riputarsi incorsi nelle medesime pene: Il Notaro poi dovrà fedelmente, e distintamente descrivere in processo le dette robbe, e danari, che dagli esecutori esibite gli verranno, come trovate indosso alli Carcerati, o nelle di loro case, ma quando gli esecutori fatta non avessero una tal ricerca, ed ordinasse il Notaro, che alla sua presenza si facesse, dovrà egli allora prontamente, e nell'istesso atto della ricerca descrivere in processo, sotto alla relazione della carcerazione, tutta la robba d'oro, o argento, o danaro trovato in dosso al Carcerato alla presenza di due testimonj a tal effetto chiamati con far sottoscrivere la detta descrizione dall'istesso Carcerato, e non sapendo egli scrivere, dalli detti testimonj in sua vece, e l'istesso metodo dovrà tenersi nelle perquisizioni, e ricerche, che dai Notari, per ordine de' Giudici loro superiori, si faranno nelle case de' rei, o altrove, mentre questi ancora dovranno farsi alla presenza del Carcerato, quando sia in poter della corte, e delli testimonj, con farle sottoscrivere nella maniera già di sopra prescritta.

De perquisitione Carceratis facienda in Officio Criminali Carcerum.

§. 9. Nel caso però, che alli detti Carcerati criminali non fosse stata fatta ricerca in dosso, o nell'offizio, o dalli birri alla presenza de' testimonj, come sopra, non dovranno in tal caso li detti esecutori, nel tempo che trasportano il Carcerato dall'offizio criminale alle carceri, cercarlo indosso nè levargli danaro, o robba alcuna anche di minimo valore per qualunque titolo, e causa, sotto le pene di sopra espresse, ma dovranno condurlo direttamente in Cancellaria, dove giunto, il Capitano delle carceri dovrà alla presenza del Cancelliere, o sia Rincontro di Camera, e respettivamente dal ministro dell'Archiospedale osservare, ed adempire tutto ciò, che di sopra espressamente abbiamo ordinato relativamente a quelli, che per debito civile vengono carcerati, e seguendo la carcerazione di notte, o in altro tempo, in cui il det-

to Rincontro di Camera, e respettivamente il ministro dell'Archiospedale non possa esser presente, non per questo dovrà il Capitano sospendere la ricerca, ma farla nella forma già prescritta, con darne poi subbito avviso alli suddetti respettivi ministri; e perchè si può dare tal volta il caso, che senza alcuna perquisizione qualcheduno sia condotto direttamente in segreta, ovvero, che non ostante la perquisizione a lui fatta, siagli casualmente restata in dosso qualche cosa, che poi scoperta in segreta da' guardiani, gli venga levata.

Prohibetur expresse sub rigidissimis poenis ne Carcere Administri vel executores, aliquid penes se retinere possint quod Carceratis pertineat.

§. 10. Per evitare per tanto, che questi non si facciano lecito di ritenere, ed occultare danari, e robbe de' Carcerati col fine di appropriarsene, e per titolo di mancia, e sotto pretesto di ben trattarli, proibiamo espressamente alli medesimi, sotto pena della privazione dell'Offizio, ed altre sino alla galera inclusive ad arbitrio del capo del Tribunale, a cui sono soggetti, di non occultare, ne ritenere cosa alcuna benchè minima spettante alli carcerati, ma siano tenuti sotto le medesime pene di conseguare il tutto fedelmente alli respettivi Cancellieri, li quali saranno tenuti subbito di descrivere tuttociò, che gli viene consegnato nel già detto loro libro registro, e poi immediatamente, nello stesso giorno della seguita carcerazione, e perquisizione portare, e consegnare il tutto al Notaro processante di quel Tribunale, ove penderà la causa del Carcerato con ritirarne dal medesimo Notaro la ricevuta nel detto libro in margine alla partita, in cui è descritta la robba, e danari trovati indosso del reo. Sarà però il Notaro obbligato, dopo di averne fatta la descrizzione come sopra in processo, di consegnare in mano del capo Notaro del Tribunale, a cui serve, tutta la robba, danari, ed ogni altra cosa spettante a Carcerati, con riportarne da esso la ricevuta nell' istesso processo in margine, o sotto la medesima descrizione, che in quello ne averà fatta, volendo Noi, che tali robbe, e danari non abbiano in modo alcuno da ritenersi presso de'Luogotenenti, Sostituti, e Notari subalterni, se non quando occorrerà per farle riconoscere, o da'Carcerati, o da' testimonj per doverle subito, compiti tali atti, riconsegnare, colle cautele di sopra prescritte, al detto capoNotaro, il quale sia in obbligo di tenerle esattamente registrate in un libro ben cartolato, e rubricellato simile a quello, che abbiamo ordinato doversi ritenere dagli respettivi Cancellieri delle Carceri nuove, e di Campidoglio da intitolarsi, come sopra = Registro dei danari, e robbe spettanti alli Carcerati = con peso inoltre, che debba il detto capo Notaro ogni settimana esibire il detto libro al Giudice, o sia Luogotenente, a cui appartiene la causa, affinchè di proprio carattere apponga il = Visa = sotto le partite delle robbe de' Carcerati descritte in detto libro, dopo che averà le medesime confrontate colle descrizioni di detti danari, e robbe ne' respettivi processi, ad oggetto di evitare per quanto sia possibile ogni errore.

De libris Depositi rerum Carceratorum, deque facultate illos quandocumque inspiciendi.

§. 11. E perchè trovasi già stabilito nelli più volte nominati ordini, e provisioni del fù Cardinale Archinto, che il Cancelliere, o sia Rincontro di Camera, e respettivamente il capo Notaro debbano vicendevolmente darsi nota distinta di tutti quelli danari, argenti, ed altre robbe tolte ai Carcerati, o in occasione delle perquisizioni locali, o delle ricerche personali, a fine di aver ragione di tali danari, argenti, ed altre robbe a suo luogo, e tempo, si per l'interesse dell' offizio, che delle Carceri: Perciò a maggior cautela, e per lo stesso fine di evitar ogni errore vogliamo, che sia lecito al capo-Notaro di riconoscere, e rincontrare personalmente nella Cancellaria di dette Carceri il libro delli depositi, ed all'incontro il Rincontro di Camera, per l'interesse della medesima, e dell' Archiconfraternita di S. Girolamo, rincontrare nell' offizio i libri de' depositi, e confrontarli colli processi, dopo però che le cause saranno terminate.

Quid servandum sit erga Carceratos, antequam res ad ipsos spectantes, et in depositum relictae vendantur pro refectione expensarum Carcerum

§. 12. E siccome li danari, argenti, ed altre robbe, che come sopra si troveranno depositate, dovranno stare per sicurezza, come si è detto, degli alimenti, che o la Camera, o l' Assentista delle Carceri nuove, e respettivamente il detto Archiospedale averà somministrate in Campidoglio al Carcerato, a cui spetta la detta robba, e danaro; così dovrà il detto capoNotaro conservarli, e custodirli a tutto suo carico, senza prevalersene, e molto meno poterseli per qualunque titolo appropriare, ne vendere, ne permutare sino all' esito della causa, in cui facendosi luogo o alla liberazione, o alla condanna del Carcerato, potrà allora mediante il Giudice, o Luogotenente, a cui la causa appartiene, ottenere dal capo del Tribunale la rilassazione del mandato per subastare le robbe contenute in detto deposito, qual mandato do-

vrà concedersi gratis colla sommaria formalità d' interpellare il Carcerato, o per esso il suo difensore, a redimere le robbe suddette, con prefissione di breve termine, dentro il quale non redimendosi, si faranno stimare da due periti artefici, e sul valore da loro giudicato, si esporranno alla pubblica asta, ed al maggiore obblatore si delibereranno coll' assistenza di uno de' procuratori, o sollecitatori de' poveri, e del Rincontro di Camera, se il Carcerato stà nelle Carceri nuove, e del ministro dell' Archiospedale, quando si trovi in Campidoglio, l' uno, e l' altro de' quali, secondo l' occorrenza, per l' effetto suddetto, saranno dal detto capoNotaro intimati; Il prezzo indi ritratto unitamente col danaro, che già si trovasse in deposito appresso il capoNotaro, dovrà erogarsi, come si è detto di sopra, in tutto, e per tutto a forma del §. 10. degli suddetti ordini, e provisioni del fu Cardinale Archinto.

De rebus penes Carceratos inventis, quorum proprietas suspecta detegatur.

§. 13. Rispetto poi a quelle robbe, che cadono in potere della corte, come sospette d' illecita provenienza, allorchè condannato, e liberato che siasi quello, appresso cui furono trovate, sempre queste rimaner dovranno in deposito per vedere, se comparisca il vero padrone a richiederle, ma passato un discreto tempo, se alcuno non venisse a farne istanza, dovranno disporsi a tenore di quanto respettivamente si prescrive, e contiene ne' §§. 5, e 6 delli più volte mentovati ordini, e provisioni per riforma del tribunale del Governo fatti pubblicare li VIII gennajo MDCCLVI dal fu Cardinale Archinto, alli quali debba aversi relazione anche in rapporto a quelle robbe, e danari appartenenti ai Rei contumaci, o che si trovassero appresso dei ladri, che specificamente si provassero furtive, o da quelle provenissero, confermando Noi, ed approvando li detti ordini, e provisioni in tutte, e singole parti, nelle quali al presente Nostro motu proprio non siano contrarie; e benchè fossero quelli fatti, e promulgati relativamente al solo Tribunale del Governo, con tuttociò Noi li estendiamo a tutti gli altri Tribunali di Roma, e vogliamo, che da questi ancora si attendano, e si eseguiscano, come se il di loro tenore fosse stato nel presente Nostro Moto proprio nelle parti ad esso non contrario di parola in parola trascritto, e registrato, essendo questa la Nostra espressa mente, e volontà, per la di cui piena, ed esatta osservanza, ed esecuzione circa tutte, e singole le premesse cose, niuna affatto eccettuatane, deroghiamo espressamente, quando faccia di bisogno, alla sopra ennnciata Costituzione, all' Editto della Nostra Segretaria di Stato, agli ordini, e provisioni per il Tribunale del Governo, ed a tutte le altre Costituzioni, Cedole di motu proprio, Chirografi siNostri, che de' Nostri antecessori, alli stabilimenti, che potessero esser stati fatti per l' avvanti in quanto all' amministrazione delle rendite, e proventi delle Carceri nuove, e di quelle di Campidoglio, ed a qualsivoglia altri provvedimenti presi con autorità Apostolica, in tutto però quello sola mente, che possa esser contrario alla presente Nostra disposizione, la quale avendo per oggetto il sollievo dellaNostra Camera dalle gravi spese, che deve pur troppo fare per supplire al mantenimento de' Carcerati, e dell' istesse Carceri nuove, nelle quali per l' addietro sono state impiegate rilevanti somme, perciò vogliamo ed ordiniamo in primo luogo, che in avvenire la persona, che eserciterà l' offizio di Cancelliere, ed insieme di Rincontro di Camera in dette Carceri nuove venga eletto, e deputato dal Tesoriere generale pro tempore, e dal Prelato similmente pro tempore deputato all' azienda delle dette Carceri dall' Archiconfraternita della Carità, amovibile ad nutum delli medesimi Tesoriere, e Prelato. Secondariamente poi stabiliamo, che a riserva delle spese ordinarie, da comprendersi, ed individuarsi nell' Istromento di assento, tutte le altre straordinarie risguardanti, risarcimenti, rinnovazioni de' mobili, suppellettili, ed altre simili solite, e consuete, debbano cogli ordini di detto Prelato, e Deputati pro tempore di dette Carceri farsi adempire per mezzo del Cancelliere, e Rincontro di Camera. Se poi queste fossero insolite, ovvero solite, ma di qualche rilevanza, debbasi prima dalli detti Prelato, e Deputati rappresentare la necessità delle medesime alla piena Congregazione di detta Archiconfraternita della Carità, affinchè questa, conosciuta la necessità della spesa, debba incaricare detto Prelato delle Carceri di rendere inteso Monsignor Tesoriere generale, e riceverne preventivamente la di lui approvazione in scritto, senza la quale non sia tenuta la Nostra Camera di pagarle. E finalmente proibiamo espressamente a qualsisia persona di aumentar salarj, e

Peculiares dispositiones pro futura recta Carcerum administratione.

provisioni, senza l'approvazione ed ordine in scritto di detto Monsignor Tesoriere Generale pro tempore, essendo questa la mente, e volontà Nostra espressa, e precisa.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 14. Volendo, e decretando, che la presente Nostra Cedola, benchè non ammessa in Camera, ne registrata ne' suoi libri a tenore della Costituzione di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis*, vaglia e debba sempre avere il suo pieno effetto, ed esecuzione colla Nostra semplice sottoscrizione, e che alla medesima non possa opporsi di surrezzione, orrezzione, o altro vizio, e difetto della Nostra volontà, ancorchè non vi siano stati chiamati, citati, nè sentiti Monsignor Fiscale di Roma, Monsignor Commissario della Nostra Camera, e li Fiscali, e Difensore degli altri Tribunali, o altre qualsivoglia persone, che vi avessero, o pretendessero di avervi interesse, e che per comprenderle vi fosse bisogno di speciale, ed individua menzione, ma così, e non altrimenti debba osservarsi, giudicarsi, e definirsi dal Reverendissimo Cardidinal Camerlengo, da Monsignor Governatore di Roma, da Monsignor Uditore della Camera, da Monsignor Tesoriere Generale, da Monsignor Presidente delle Carceri, e da altri qualsisiano Giudici, e Tribunali anche Collegiati, e Congregazioni, benchè composte di Reverendissimi Cardinali, togliendo Noi ogni facoltà, ed autorità di giudicare, e definire, ed interpretare diversamente, e dichiarando fin d'adesso nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che si facesse, o tentasse di fare in contrario, non ostanti la soddetta Bolla di Pio IV. *de registrandis*, la regola della Nostra Cancellaria *de jure quaesito non tollendo*, e qualsivogliano altre Costituzioni, ed ordinazioni Apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, indulti, statuti, riforme, consuetudini, ed ogn' altra cosa, che facesse, e potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendo il loro tenore quì per espresso, e di parola in parola inserto, e supplendo Noi colla pienezza della Nostra podestà Apostolica ad ogni vizio, o difetto ancorchè sostanziale, che potesse sopra di ciò intervenire, per questa volta sola, ed all' effetto premesso specialmente deroghiamo. Dato dal Nostro Palazzo Apostolico nel Quirinale questo di XIX. Novembre MDCCLXI.

FINIS ANNI IV.

ANNO QUINTO

Dat. die 13 Julii 1762 Ann V.

CCXCIV.

Facultas tribuitur Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, ut quousque in eo munere versatus sit, Provinciales, Diffinitores, aliosque Minostros Provinciales una vice pro qualibet Provincia ipse nominare possit, si id ipsarum Provinciarum necessitas exegerit.

Dilecto filio Petro Jannetio de Molina Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci deObservantia nuncupatorumMinistro Generali.

Clemens Papa XIII.

Dilecte Filii salutem, et Apostolicam Benedictionem

Recensentur incomoda obvenientia ex electione eorum, qui minus idonei, ut digni reputantur ad oneris munera subeunda.

§. 1. Cum sicut Nobis nuper exponi fecisti, in Capitulis Provincialibus Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci, cujus tu Minister Generalis existis, quando ministrorum Provincialium, et Diffinitorum fit electio, interdum eveniat, ut dum Praeses Capituli bono Provinciae regimini, et reformationi maxime invigilat, indigni, seu minus idonei, et minus digni, et ad reformationem omnino inepti, vocem, sive suffragium habentes, malitia temporum sic ferente, eligantur, ac confirmandi proponantur.

Ministro Generali jus tribuitur electionis eorum, qui magis opportuni illi videntur pro uniuscujusque Provinciae bono.

§. 2. Nos praemissis obviam ire, ac felici, prosperoque Provinciarum ejusdem Ordinis statui, atque regimini, quantum Nobis ex alto conceditur, providere, teque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, tibi, de cujus fide, prudentia, integritate, vigilantia, ac Religionis zelo plurimum in Domino confidimus, ut in eisdem Capitulis Provincialibus, quando necessitas, bonumque dictarum Provinciarum regimen, sive utilitas id exegerit, tu solus, juxta datam tibi a Domino prudentiam, Ministros Provinciales, Diffinitores, aliosque officiales, una vice in qualibet Provincia, in qua Capitulum Provinciale habendum, celebrandumque erit, ante celebrationem Capituli Generalis Ordinis praedicti, nominare, et deputare libere, et licite possis, et valeas, auctoritate Apostolica, tenore praesentium concedimus, et indulgemus, quam etiam facultatem tuo arbitrio, vel augendam, vel minuendam tuis Commissariis visitatoribus delegandis, juxta rerum, et locorum exigentiam, in iis Provinciis, ad quas accedere nequiveris tribuere, et subdelegare possis, dicta auctoritate impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sitOrdinis, et Provinciarum praedictarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literisApostolicis,superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores, praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decima tertia Julii Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Secundo Pontificatus Nostri Anno quinto.

Dat. die 5 Julii 1762. Ann. V.

CCXCV.

Breve Benedicti XIV. quo receptio Puellarum in Monasteriis Monialium Ordinis B. M. V. de Monte Carmelo Discalceatorum, educationis causa proibebatur, revocatur, et novae in id provisiones statuuntur.

Clemens Papa XIII.

Ad futurum rei memoriam.

Recensetur Breve Benedicti XIV. §. 1. Alias emanarunt a fel. rec. Benedicto Papa XIV. prædecessore Nostro, quædam in simili forma Brevis literæ tenoris sequentis videlicet = Benedictus Papa XIV. =

» Ad perpetuam rei memoriam. » In specula Supremæ Dignitatis, Divina dispositione, meritis licet insufficientibus constituti, inter multiplices, quibus rerum, negotiorumque varietatibus obruimur, curas, ad ea etiam ex debito Pastoralis officii Nobis commissi sollicite intendere debemus, per quæ religiosa loca, illorumque personæ, divinis mancipatæ obsequiis, in pacis, et quietis amœnitate, ac regularis vitæ, et Ecclesiasticæ disciplinæ norma, coadjuvante Domino, salubriter conservari valeant, et quæ bis contraria esse noscuntur, per Nostræ providentiæ studium, penitus evellantur, prout personarum, rerum, et locorum, eorumdem qualitate pensata, conspicimus in Domino salubriter expedire. Sane pro parte dilectorum filiorum modernorum Præpositi, Diffinitorum, et Prioris GeneraliumCongregationis Italiæ Ordinis fratrum B. M. V de Monte Carmelo Discalceatorum nuncupatorum, Nobis expositum fuit, quod cum pluribus ab hinc annis consuetudo introducendi, et admittendi puellas, etiam in minori ætate constitutas, educationis causa in nonnullis Monasteriis Monialium ejusdem Ordinis Theresianarum nuncupatarum irrepserit, ex quo evenire solet, ut moniales sui Instituti observantiæ, non ita commode incumbere queant, quippe quæ, juxta constitutiones dicti Ordinis auctoritate Apostolica confirmatas, in silentio, secessu, et orationis exercitio sese exercere debent. Ut autem in posterum religiosæ Monialium prædictarum quieti consulatur, omnisque distractionis præcidatur occasio, dicti exponentes opportuna in præmissis a Nobis provideri, et ut infra indulgeri summopere desiderant. Nos ipsorum exponentium votis quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere, eosque specialis favore gratiæ prosequi volentes, et eorum singulares personas a a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ne de cætero post quam puellæ, quæ de præsenti in quibusvis Monasteriis Monialium Ordinis B. M. V. de Monte Carmelo Discalceatarum nuncupatarum educationis causa, de hujus Sanctæ Sedis licentia degunt, ad ætatem similibus educandis pro remanendo in Monasteriis præscriptam pervenerint, ex eisdem Monasteriis exierint, ullæ aliæ puellæ cujusvis status, gradus, et conditionis sub quovis colore, prætextu, causa, ratione, vel occasione eadem Monasteria educationis causa hujusmodi, nisi prius se in illo habitu per Moniales Monasterii prædicti gestari solitum suscipere expresse declaraverint ingredi; neque quæpiam Priorissa, neque quispiam, quavis auctoritate, superioritate, officio, vel dignitate fungens, ullam puellam illuc educationis causa, præterquam habitum Monachalem hujusmodi suscipere volentam introducere, et recipere, seu ut introducantur, et recipiantur permittere, aut consentire audeant, seu præsumant respective, sub excommunicationis latæ sententiæ, et quoadRegulares utriusque sexus, vocis activæ, et passivæ pœnis, ipso facto, absque ulla alia declaratione incurrendis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, perpetuo prohibemus, et interdicimus. Permittimus autem iis Priorissis Monasteriorum hujusmodi, in quibus consuetudo recipiendi, et admittendi puellas ea de causa introducta fuerit, ut in iis tantum, si qua puella pro primo loco vacaturo in Monialem admittenda sit, dummodo numerus Monialium in dicto Monasterio præscriptus non excedat, recipiatur saltem constituta in decimo secundo suæ ætatis anno completo, et eo casu tamen omnium Monialium dicti Monasterii consensus per

» secreta suffragia præstandus, prævia » Superiorum Generalium dictæCongre- » gationis pro tempore existentium licen- » tia accedat. Decernentes, easdem præ- » sentes literas semper firmas, validas, » et efficaces existere, et fore, suosque » plenarios, et integros effectus sortiri, » et obtinere, et illis, ad quos spectat, » et pro tempore quandocumque spe- » ctabit plenissime suffragari, et ab eis » inviolabiliter observari; sicque in præ- » missis per quoscumque Judices or- » dinarios, et delegatos, etiam causa- » rum palatii Apostolici Auditores, ac » S. R. E. Cardinales etiam de latere » Legatos, et Sedis prædictæ Nuncios, » sublata eis, et eorum cuilibet qua- » vis aliter judicandi, et interpetrandi » facultate, et auctoritate, judicari, et » definiri debere, ac irritum, et inane » si secus super his a quocumque qua- » vis auctoritate, scienter, vel ignoran- » ter contigerit attentari. Non obstanti- » bus constitutionibus, et ordinationi- » bus Apostolicis, nec non quatenus » opus sit, Congregationis, Ordinis, et » Monasteriorum hujusmodi,etiam ju- » ramento, confirmatione Apostolica, vel » quavis firmitate alia roboratis, statu- » tis, consuetudinibus; privilegiis quo- » que indultis, et literis Apostolicis su- » perioribus, et personis sub quibus- » cumque tenoribus, et formis ac cum » quibusvis etiam derogatoriarum dero- » gatoriis, aliisque efficacioribus effica- » cissimis, ac insolitis clausulis, irri- » tantibusque, et aliis decretis in ge- » nere, vel in specie, ac aliis in con- » trarium quomodolibet concessis, ap- » probatis, et innovatis. Quibus om- » nibus, et singulis illorum tenores, » præsentibus pro plene, et sufficien- » ter expressis, ac de verbo ad ver- » bum insertis habentes, illis alias in suo » robore permansuris, ad præmissorum » effectum, hac vice dumtaxat specia- » liter, et expresse derogamus, cæte- » risque contrariis quibuscumque. Vo- » lumus autem quod præsentium Li- » terarum transumptis, seu exemplis, » etiam impressis, manu alicujus Nota- » rii publici subscriptis, et sigillo per- » sonæ in Ecclesiastica dignitate constitu- » tæ munitis, eadem prorsus fides adhi- » beatur, quæ adhiberetur ipsis præsen- » tibus si forent exhibitæ, vel ostensæ.

» Datum Romæ apud Sanctam » Mariam Majorem sub Annulo Pisca- » toris die vigesima octava Januarii » Millesimo Septingentesimo quadrage- » simo Primo, Pontificatus Nostri An- » no Primo = A. Card. Passioneus. =

Preces porrectæ pro revocatione præcedentium Literarum, et earum præsentis postulatæ revocationis.

§. 2. Cum autem sicut dilectus filius Paulus a Sancto Joanne Chrisostomo, Modernus Procurator Generalis Ordinis Fratrum B. M. V. de Monte Carmelo Excalceatorum nuncupatorum Congregationis Italiæ Nobis nuper exponi fecit, facultas Priorissis Monasteriorum hujusmodi, in quibus consuetudo recipiendi, et admittendi puellas ea de causa vigebat, concessa, et in iis tantum, si aliqua puella pro primo loco vacaturo in Monialem admittenda foret, reciperetur, saltem constituta in decimo secundo suæ ætatis anno completo, experientia vero compertum sit, quod admissiones, seu receptiones puellarum ætate hujusmodi constitutarum eisdem Monialibus majores pertubationes afferre solent, quippequæ præter educationem multum adlaborare coguntur, ut ab iisdem puellis lænia vitia, seu leves defectus in sæculo perceptos dirimere possint, et id minime accidere solebat, tunc quando puellas in minori ætate constitutas ea de causa recipiebant, et admittebant, ac proptarea easdem Benedicti prædecessoris prædicti literas per Nos annullari plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Pontifex præcedentes Literas Benedicti XIV. revocat, et irritat.

§. 3. Nos igitur dictum Paulum Procuratorem Generalem, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertas ejusdem Benedicti prædecessoris literas, ac omnia, et singula in eis contenta, ex expressa, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, cassamus, annullamus, et irritamus, ac cassas, nullas, et irritas, ac nullius roboris, et momenti fore, et esse, auctoritate, et tenore præsentis decernimus, et declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes, easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos etiam, causarum palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si

secus super his a quocumque quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Volumus autem quod præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die vigesima Julii Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Secundo, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Dat. die 24 Julii 1762 Ann. V.

CCXCVI.

Derogatis veteribus Constitutionibus Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium, statuitur, ut Congregatio Provincialis semel inter triennium, et visitatio Conventuum, atque electio Guardianarum de sesquianno in sesquiannum haberi possint, et peragi.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Proœmium

§. 1. Injuncti Nobis per abundantiam divinæ gratiæ Pastoralis officii sollicitudo postulat, ut in his, per quæ Christifidelium, sub suavi Religionis jugo Altissimo famulantium, prospero statui consulitur, ejusdem officii partes sedulo intendamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Recensentur incommoda obvenientia ex Visitationibus Annualibus Provinciarum, itemque ex Congregationibus Provincialibus annuatim convocandis, adeoque de suffragio Congregationis Generalis pro derogatione porriguntur preces.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Baptista Colombini Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum, quod in Congregatione Generali ipsius Ordinis, Mense Maio proxime præterito habita, dilecti quoque filii Ministri Provinciales Provinciarum Italiæ dicti Ordinis pro dicta Congregatione celebranda in unum, una cum Diffinitorio Generali congregati, mature perpendentes, quod ipsæ Provinciæ parum, aut nihil proficiebant ex Visitationibus annualibus per Ministrum Provincialem pro tempore existentem singulo anno faciendis, minusque ex Congregationibus Provincialibus singulis itidem annis habendis, imo ex Visitationibus, et Congregationibus prædicti Conventus Provinciarum prædictarum ob magnos, ingentesque sumptus, quibus subire oportet, magnum patiebantur detrimentum, totum id eidem Diffinitorio Generali exposuerunt; idem vero Diffinitorum Generale habita super præmissis matura consideratione, per secreta suffragia censuit esse Nobis supplicandum pro moderatione, et derogatione Constitutionum dicti Ordinis, ut Conventuum prædictorum indigentiis provideatur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dictus Joannes Baptista Minister Generalis, licet per Constitutiones nuncupatas memorati Ordinis, cautum, præscriptumque reperiatur in Cap. I. Reg. tit. 3. num. 3. *novas Constitutiones nisi gravi de causa fieri prohibemus, quod si quidpiam pro temporum varietate statuendum sit, a solo Capitulo Generali statuatur* = In Cap. 8. Reg. tit. 16. num. 4. ibique (*in Congregatione Generali*) *seclusa Ministri Generalis electione, ac novarum Constitutionum sanctione, vel veterum abrogatione, sive moderatione, quæ nonnisi de sexennio in sexennium in Capitulo Generali fieri possunt* = In Cap. 8. Reg. tit. 38. n. 8. *singulis autem quibuscumque sui Officii annis, Minister Provincialis, omnes, singulosque Conventus, et loca Provinciæ invisere tenentur; quod si absque legitimo impedimento, a Generali Ministro opprobando, neglexerit, utraque voce ad triennium privetur* = nihilominus attentis Conventuum necessitatibus, easdem Constitutiones in præmissis per Nos moderari, seu illis derogari plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsum Joannem Baptistam Ministrum Generalem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, attentis informatione, et voto dilecti filii Nostri Prosperi S. R. E. Diaconi Cardinalis Columna de Sciarra nuncupati, ejusdem Ordinis apud Nos, et Apostolicam hanc sanctam Sedem Protectoris, Nobis factis, exhibitisque, non obstantibus omnibus, et singulis in Constitutionibus Urbanis prædictis supra expressis, et contentis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium

Indulget Pontifex ut triennium quovis tantummodo Provinciales convocent Congregationes, et Guardianos eligant, seu confirment de sesquianno in sesquiannum, sicque etiam visitationes peragant.

perpetuo statuimus, decernimus, præcipimus, et mandamus, ut deinceps Ministri Provinciales pro tempore existentes Provinciarum dicti Ordinis, Congregationem Provincialem, quam juxta Constitutiones Urbanas prædictas singulis annis, durante triennio sui Officii habere tenebantur, intra dictorum trium annorum spatium semel tantum habere, facere, et celebrare, nec non Guardianos Conventuum prædictarum Provinciarum, quos usque nunc singulis annis eligere, seu confirmare debebat, in posterum singulo sesquianno, seu singulis decem, et octo mensibus eligere, seu confirmare; demum Provinciæ bis dumtaxat tempore sui muneris de sesquianno in sesquianonum visitare libere, et licite, absque ullo tamen incursu pœnæ, per Constitutiones prædictas inflictæ, possit, et valeat, debeat, et teneatur.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 4. Decernentes, easdem præsentes Literas semper firmas validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in futurum plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis, et Provinciarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis, superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vigesima quarta Julii Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Secundo, Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCXCVII.

Dat. die 3 Augusti 1762 Anno IV.

Confirmatio decretorum in duobus Capitulis Generalibus Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia editorum pro Provincia S. Crucis Hispaniolæ, seu Caracharum super Visitatione, et Præsidentia Capituli Provincialis.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Preces porrectæ pro confirmatione Municipalium Ordinis Constitutionum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Didacus Emanuel Pucheta Frater expresse professus, ac Procurator, et Custos Provinciæ S. Crucis in Hispaniola in Indiis, Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod per Constitutiones Municipales ejusdem Provinciæ, auctoritate Apostolica nondum confirmatas, inter cætera expressum reperitur.

Tenor Municipalium Constitutionum.

» Visitatores, et Præsidentes Capitulorum Provincialium dictæ Provinciæ S. Crucis, non solum debere esse Filios ipsius Provinciæ, ex in ea residentes, sed etiam a toto Diffinitorio Provinciali pro tempore existente, tres dictæ Provinciæ Professores, in eadem Provincia optime meritos, proponendos esse Comissario Generali Peruano, pro tempore itidem existenti, ut unum ex tribus ex dictis electis, et nominatis, et non alium eligat in Visitatorem Provinciæ, et in Præsidentem Capituli Provincialis inde celebrandi: Et casu quo præsentatio Diffinitorii ab longam distantiam ad prædictum Comissarium Generalem non accesserit, seu ejus nominatio, aut resolutio infra sex ultimos Menses triennii ad Provinciam non advenerit, Diffinitorium istius utatur jure suo eligendi per suffragia secreta, et proponente Præside unum ex tribus antea præsentatis, seu nominatis =

Quæ tamen constitutiones inobservatæ fuere a Commissario Generali Peruano.

§. 2. Non obstante vero hac statutaria Constitutione, nuper dilectus filius modernus Comissarius Generalis Peruanus hujusmodi, in ejusdem Provinciæ Visitatorem, et ipsius Capituli Præsidentem elegit, alium sibi benevisum dicti Ordinis, et Provinciæ alumnum, ab iis ei a Diffinitorio Provinciali propositis, et electis, eaque de causa ipse Didacus Emanuel Procurator, et Custos, nomine Provinciæ præfatæ, ad Diffinitorium Generale ipsius Ordinis, in Capitulo Generali Mantuæ nuper habito congregatum, habuit recursum, a quo die 3. Junii nuper elapsi, rescriptum fuit prout sequitur = Die 3. Junii 1762. = Servetur Statutum Marcien-

Diffinitorium Generale mandavit observari Decretum editum in præcedenti Capitulo Generali Murciæ.

» se inviolabiliter, et reservato jure » P. Comissario Generali ad visitandum » per seipsum Provinciam de qua agi» tur, et præsidendum ipsius Capitu» lo, præcipitur eidem ne mittat Vi» sitatorem, aut Præsidentem alterius » Provinciæ, præter propositos a Diffi» nitorio ejusdem Provinciæ, sub pœ» nis contra inobedientes taxatis = Ita » est P. Petrus Otero Diffinitor Genera» lis, et Diffinitorii Generalis Secreta» rius =

Tenor Decreti Capituli Generalis Murciæ.

§. 3. Decretum vero editum in Capitulo Murciæ, est tenoris sequentis videlicet = Die 11. Junii 1756. Provin» cia S. Crucis de Carachas tria enixe » postulat: Primum ut Municipalia Pro» vinciæ Statuta, jam a Reverendissi» mo Indiarum Comissario Generali ap» probata, in hoc Generali Capitulo, » solemnius confirmentur = Alterum est, » ut ob Provinciæ inopiam, nimiam» que ab contiguis distantiam, Visita» tores, et Capitulorum Præsides, ex » alumnis eamdem Provinciam habi» tantibus, a Superiore Generali sem» per assumantur. Postremum ut præ» cipiatur, Provinciale Capitulum, non» nisi intra quintam decimam Januarii, » et quintam decimam Februarii cele» bratum iri = Rescriptum est a Discre» torii, et Diffinitorii Generalis Patri» bus; approbari Municipalia dictæ Pro» vinciæ Statuta; Visitatorem ex eadem » Provincia in posterum assumendum, » ut petitur; atque Capitulum futuris » temporibus absolute celebrandum in» tra terminum in præcibus expres» sum =

Statuta Municipalia et supra relata Decreta Ordinis Pontifex approbat, atque confirmat.

§. 4. Cum autem sicut dictus Didacus Emanuel Nobis nuper exponi fecit, quo decreta hujusmodi firmius subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi, et Provinciæ præfatæ in præmissis opportune provvidere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, dictum Didacum Emanuelem Procuratorem, et Custodem, specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excomunicationis, interdicti, aliisque Canonicis censuris, et pœnis si quibus quomodolibet innodatus existit harum serie absolventes, et absolutum fore censentia, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinserta Diffinitorii Generalis in Capitulis Generalibus dicti Ordinis decreta, auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint supplemus, et sanamus.

§. 5. Decernentes, easdem presentes literas, semper firmas, et validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, et quatenus opus sit Ordinis, et Provinciarum prædictarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis, superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die tertia Augusti Millesimo Septin- Derogatio contrariorum.

gentesimo Sexagesimo Secundo, Pontificatus Nostri Anno quinto.

Dat. die 8 Augusti 1762 Anno V.

CCXCVIII.

Ordinationes, et provisiones confectæ pro recta administratione Bibliothecæ nuper erectæ in Conventu Beatæ Mariæ Virginis *di Piazza* Civitatis Placentinæ, Ordinis Servorum Beatæ Mariæ Virginis, approbantur, et Pontificia auctoritate confirmantur.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Quomodo nova Bibliotheca fuerit primum in Placentino Conventu instituta deindeque competenti fundo dotata.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Angelus Maria Villimpenta frater expresse professus in Sacra Theologia Magister, ac ex Provincialis, et ex Procurator Generalis Ordinis Servorum Beatæ Mariæ Virginis, quod ipse alias, nempe Anno MDCCXL. quo desiderio tunc existentis Prioris Generalis dicti Ordinis obsequeretur, suam filiationem Conventus Sancti Barnabæ Civitatis Mantuanæ, in qua ipse Angelus Maria ortus est, reliquit, et inter filios Conventus dicti Ordinis sub invocatione Nostræ Dominæ, sau vulgo della Madonna di Piazza Civitatis Placentinæ sese referri, et enumerari obtinuit, et quamvis secundodictum Conventum convenienti numerosa Familia, seu Communitate provisum, in quo Philosophiæ, et Sacræ Theologiæ studia vigent, attamen librorum necessariorum omnino imparatum repererit; ut autem librorum hujusmodi inopiæ consuleret, prævio tamen tunc itidem existentium suorum Superiorum consensu, magnam pecuniarum ex suis Religiosis laboribus sibi comparatam, ac ex suis Consanguineis, seu patria domo, vulgo ut etiam dicitur *del suo Livello*, e *deposito* provenientem summam, in emptionem librorum impendit, et licet id satis haud fuerit ad construendam convenientem Bibliothecam in quocumque Conventu necessariam, secundodictus Conventus nonnullis ab hinc annis, juxta præscriptum per Sacros Canones, et Constitutiones Apostolicas summam septingentorum circiter scutorum Monetæ Romanæ ex similibus pecuniis ab eodem Angelo Maria sui depositi hujusmodi provenientium dicto Conventui traditam, et suppeditatam in emptionem cujusdam fundi, seu Capitalis fructiferi erogavit; ac proinde dictus Angelus Maria non solum manutentioni, et conservationi librorum in dicto Conventu nunc existentium, verum etiam illorum augmento pro tempore faciendo, ac fundo, seu capitali Bibliothecæ Conventus hujusmodi jam acquisito, et inposterum acquirendo opportune a Nobis provideri, ac nonnullas Ordinationes deinceps observandas, per Nos confirmari plurimum desiderat = Nempe.

Ordinationes propositæ pro futura prosperitate noviter institutæ Bibliothecæ.

» I. Ut ipse Angelus Maria omnes » annuos fructus, redditus, et proventus non solum ex dicto jam empto, » verum etiam ex quocumque alio fundo, et capitali tractu temporis a memorato Conventu ex pecuniis sui depositi prædicti emendo, et comparando, prout per Concilii Tridentini » decreta, et dicti Ordinis Constitutiones sibi concessum reperitur, sua vita naturali durante percipere, exigere, et levare, ac in suos usus, et utilitatem convertere libere, et licite possit, post vero obitum suum, dicti annui fructus, redditus, et proventus, » ac quicumque alii ex ejusdem Angeli Mariæ intuitu, et personæ provenientes, et qui eidem Conventui » provenire possunt, et poterunt in futurum semper, et quandocumque, in » assidua librorum emptione, ad commodum, et augmentum Bibliothecæ » hujusmodi Conventus, integre, et fideliter erogari, et impendi debeant, » demptis tamen octo, vel novem scutis paribus, prout infra expressum » erit. =

» II. Quod si contingat post obitum ipsius Angeli Mariæ, aliquam pecuniarum summam in deposito ad » ejus personam spectantem, argenta, » aliaque similia, Constitutionibus Ordinis hujusmodi illius Alumnis concessa reperiri, argenta, aliaque similia » juxta consuetudinem Conventus vendantur, ac tam numerata pecunia dicti depositi, ac prætium ex venditione percipiendum in emptionem alterius fundi, seu capitalis fructiferi, et quatenus ob præsentium temporum vicissitudines bona stabilia non » reperiantur, in census tutos, et sicuros » omnino erogetur, et impendi debeat, » omnesque annui fructus hujusmodi, et » alterius fundi, et Capitalis prædicti » in emptionem librorum pro usu, et » commodo Bibliothecæ prædicti Conventus erogentur.

» III. Quod ipse Angelus Maria, » vita sua naturali durante, ejusdem Bi-

» bliothecæ Bibliothecarius, seu Custos
» sit, et remanere possit, et quatenus
» ipse propter obedientiam, aut alia le-
» gitima de causa præpediatur, quo-
» minus officium Bibliothecarii, seu
» Custodiis prædicti per se ipsum exple-
» re nequeat, eo casu alium dicti Con-
» ventus Professorem ad sui libitum in
» sui locum nominare, ac substituere
» valeat.

» IV. Quod sequuto dicti Angeli
» Mariæ obitu, a Discretorio, seu Capi-
» tulo Conventus prædicti deputetur, et
» eligatur in Bibliothecarium, seu Cu-
» stodem Bibliothecæ ejusmodi Conven-
» tus unus dicti Ordinis professor, præ-
» cipue in Sacra Theologia Magister eru-
» ditus, capax, et attentus, præferendo
» semper filios ipsius met Conventus;
» casu vero, quo filii Conventus præ-
» dicti præscriptis qualitatibus careant,
» eo casu Regentes Studiorum, seu etiam
» Lectores pro tempore in dicto Con-
» ventu existentes; Bibliothecarius ve-
» ro, seu Custos Bibliothecæ prædictæ
» pro tempore existentes, curæ, et cu-
» stodiæ dictæ Bibliothecæ, ac illius
» librorum incumbere, et invigilare
» teneatur, nec ipse ullum librum ex
» ejusmodi Bibliotheca extrahere, et
» alibi aspostare audeat, seu præsu-
» mat, seu illos ab aliis etiam Regu-
» laribus personis, et quacumque au-
» ctoritate fungentibus, et superiorita-
» te, nisi prævia hujus Sanctæ Sedis li-
» centia in scriptis exhibenda, extrahi
» permittat, et quatenus licentia præ-
» dicta ei exhibeatur, ipse Bibliothe-
» carius pro tempore existens in pecu-
» liari libro in ipsa Bibliotheca ad hunc
» effectum retinendo, et eustodiendo,
» nomen, et cognomen proprio cara-
» ctere scriptum a personis, quibus li-
» bri traditi, et consignati fuerint, nec
» non libri, ac dies, et annus descri-
» bi facere, ac invigilare teneatur, ut
» libri traditi, et consignati fideliter
» restituantur, ac proinde ut Bibliothe-
» carius, seu Custos hujusmodi conser-
» vationi librorum attente, et accura-
» te operam daro queat, summa an-
» nua sex scutorum parium ex supra-
» dictis annuis fructibus, redditibus, et
» proventibus, a Priore pro tempore exi-
» stente dicti Conventus, seu ab illius
» Discretorio, seu Capitulo suppedite-
» tur, prout etiam assignentur tria scu-
» ta paria uno Laico, seu Converso
» ipsius Conventus, qui per duas sal-
» tem vices singulo mense ipsam Bi-
» bliothecam Scopis mundare, et sal-
» tem per sex vices quolibet anno ab
» omnibus libris, ut melius serventur,
» pulverem abstergere debeat, dictus-
» que Laicus, seu Conversus sit fide-
» lis, et licet eligendus sit a Bibliothe-
» cario, nihilominus in electione fa-
» cienda accedat assensus dicti Conven-
» tus Discretorii, quippe quod illud
» meliorem cognitionem habet, et ha-
» bere potest illorum Laicorum, seu
» Conversorum ad præmissa peragenda
» aptorum.

» V. Sicuti ipse Angelus Maria
» sua vita naturali durante omne stu-
» dium, omnemque curam, et diligen-
» tiam impenderit, Bibliothecam prædi-
» ctam, prævia Superiorum suorum licen-
» tia, novis libris instruere, post sui obi-
» tum libri comparandi veniant prævio
» consensu, et expressa approbatione di-
» eti Discretorii, et si contingat extraordi-
» narios sumptus pro emptione libro-
» rum necessariorum impendendos es-
» se, eo casu annui redditus prædicti,
» de anno in annum, sicuti res postu-
» laverit, asservari poterunt.

» VI. Quod Superiores Majores,
» tempore, quo Visitationem juxta di-
» ctas Constitutiones peragunt, accura-
» tam rationem sumptuum in librorum
» emptionem impensorum reposcere,
» et cognoscere teneantur, et ad hunc
» effectum liber seorsim existat, et re-
» tineatur, in quo redditus, et expen-
» sæ factæ a PP. vulgo Revisore, et
» Priore dicti Conventus revideantur, et
» approbentur, ac subinde a dictis Su-
» perioribus tempore Visitationis præ-
» dictæ subscribantur.

§. 2. Nos ipsius Angeli Mariæ votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere, eumque etiam multorum illius in eamdem Sedem meritorum intuitu, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ne de cætero quisquam cujusvis gradus, conditionis, qualitatis, et dignitatis etiam Ecclesiasticæ, et quacumque auctoritate, officio, et superioritate fungens, libros, quinterna, folia sive impressa, sive manu scripta, tam hactenus in dicta Bibliotheca Conventus Nostræ Dominæ di Piazza Civitatis Placentinæ dicti Ordinis, per dictum Angelum Mariam collocata, ac pro illius usu em-

Ordinationes huc usque relatas Pontifex approbat, et observari mandat.

pta, et donata, quam in posterum collocanda, emenda, et donanda sub quovis quæsito colore, causa, ingenio, ratione, et occasione, e dicta Bibliotheca extrahere, et asportare, vel ut extrahantur, et asportentur, nec non fundum, seu capitale per dictum Conventum jam emptum, ac quodcumque aliud in posterum cum pecunia ad eumdem Angelum Mariam spectante, et ex ejus deposito proveniente, ac ex venditione post illius obitum facienda retrehenda emendum, alienare, et vendere, fructusque, redditus, et proventus hujusmodi in alios, quam in præscriptos usus convertere, aut, ut vendantur, alienentur, et convertantur permittere, eut consentire audeat quovis modo, seu præsumat, sub excommunicationis latæ sententiæ, a qua nemo, nisi a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, præter quam in mortis articulo constitutus, absolutionis beneficium valeat obtinere; et quoad Regulares etiam privationis vocis activæ, et passivæ, ac officiorum per eas obtentorum, ac inhabilitationis ed illa, et alia in posterum obtinere pœnis eo ipso, ebsque elia declaratione, per contrafacientes incurrendis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, perpetuo interdicimus, et prohibemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, et Conventus hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis, superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentis prohibitionis exemplum in velvis dictæ Bibliothecæ, aut in alio ejusdem Conventus conspicuo loco, ubi ab omnibus cerni, et legi possit affixum assiduo remaneat. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die sexto Augusti millesimo septingentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCXCIX.

Dat die 27 Augusti 1762 Anno V.

Concordiam, et bonorum divisionum inter Mensam Abatialem, et Conventualem Monasterii B. M. V. de Obra Ordinis Cisterciensis in Polonia initam, Pontifex approbet, et observari mandat.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Causa hujus Brevis.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni Abbas, Prior, et Monachi Monasterii sub invocatione Beatæ Mariæ Virginis de Obra Ordinis Cisterciensis Posnaniensis Diœcesis, quoad dudum nempe anno MDCXVIII. a Capitulo Generali ejusdem Ordinis tunc existentibus Abbati, nec non Priori, et Monachis Monasterii hujusmodi concessa fuit facultes dividendi, et partiendi bona tum ad Abbatialem, tum ad Conventualem Mensas respective spectantia, divisio vero, ac partitio hujusmodi Anno MDCXX: exequutioni demandata fuit, tractu eutem temporis cum non pauca permixtio inter bona ad Mensas prædictas spectantia irrepserit, et ioter Abbatem, et Monachos prædictos pro tempore existentes dissentiones, et controversiæ ortæ existerent, tunc existentes Abbas, et Monachi prædicti proprium esse duxerint, ed pacem, et concordiam inter eos constabiliendam, delectum bonorum tenere, ac bona permutare, ad hoc ut ipsi propria bona cognoscerent, et bona ad Mensam Abbatialem, et alia ad Mensam Conventualem spectantia inter se divisa, et segregata remanerent, ac super divisione, et separatione hujusmodi inter Abbatem, et Monachos dicti Monasterii tunc existentes publicum in præsentia tunc itidem existentis Vicarii, et Commissarii Generalis Provinciæ Poloniæ ipsius Ordinis Instrumentum inde confectum fuit, quod postmodum die xv. Januarii MDCCLVII. tunc pariter existentes Abbas ipsius Ordinis Generalis confirmavit, et subinde dedit in mandatis eidem Vicario, et Commissario Generali, ut bona tum ad dictam Mensam Abbatialem, tum ad Mensam Conventualem spectantia finibus describerentur, et termini statuerentur, prout peractum fuit, et con-

stat ex publico confecto Instrumento tenoris sequentis, videlicet.

Tenor Instrumenti concordiæ.

IN NOMINE DOMINE Amen.

Frater Michael Josephus Loka Divina vocatione Abbas Obrensis, Sacri Ordinis Cisterciensis, Sacræ Regiæ Majestatis Secretarius.

» Cunctis pateat, et notum sit qualiter, cum ad regimen Monasterii nostri Beatæ Mariæ Virginis de Obra Cisterciensis Ordinis, Diœcesis Posnaniensis, Divina volente gratia, ordinati, debeamus esse circa ea solliciti, per quæ eidem qualitatercumque possibile foret, reddamur grati, et proficui; fecimus libenter ad preces ejusdem Venerabilis Conventus, quod divisionem, sive separationem Mensæ Conventualis ab Abbatiali, per Capitulum Generale Anno Domini MDCXVIII, die XVIII Aprilis Cisterceii celebratum, præceptam, sive permissam per Reverendissimum olim p. m. Andream Clewski Abbatem Obrensem Anno Domini MDCXX die XVII Augusti ad conformitatem omnium hujus Regni Monasteriorum exdivisorum, exequutam, et factam, verum insufficientem; per succedaneos ex post Abbates, super additione villarum, et variorum terræ fragmentorum, atque censuum, sparsim auctam, et confuse, ita quod in bonis Mensæ Abbatiali reservatis, multæ particulæ Mensæ Conventuali adjunctæ, et in bonis Mensæ Conventualis, possessiones variæ Mensæ Abbatiali relictæ extent, inordinatissime servientes, ad meliorem formam, accedente sub actu Visitationis Generalis, Anno MDCCLIV, die XXVI Julii factæ, Illustrissimi, et Reverendissimi Domini Constantini Jelowiecki Divina vocatione Abbatis Landensis Sacri Ordinis Cisterciensis Commissarii, et Visitatoris Provinciæ, per charitatis edito suasu, et mandato, sine injuria utriusque Mensæ, invocato Dei auxilio, reduximus, reducimusque in hunc, qui sequitur modum: Quod spectat villas, hæreditatem, sive possessionem non dislimitatam *Krotla* dictam, cujus deinceps via de Obra per Montem Arenosum ad Vadum, et successive ad Kiatkow tendens, ex una parte, ab Obra, ex altera vero ab agris prædialibus Abbatialibus Obrensibus, fossa a lacu Swietæ, et medium paludis, limes erit tam longe de cætero, et late prout extenditur.

» Pior Villam Kiatkowo, Kielpiny Chorsmin, cum omni circumferentia, pro ut in limitibus consistunt, et utilitatibus universis actualibus, et possibilibus Hollandos quoque Obrenses Klasztorne HOlendry dictos ex viginti, et dimidio mansis, alias *Chuby* et aliquibus particulis vulgo *morgi* cum omni jurisdictione, censibus pecuniariis, et frumentariis, dationibus, atque quibuscumque provenientiis. Molendinum Nialecense cum usu fluvii, et obstaculi, atque facultate, quod in eo subditis Abbatialibus molere liberum sit. Tabernatorem in Ostrou retro Wilez cum taberna, censu, et integro fundo inter lacum Vilez, et limites Jaromicriscenses consistente; Venerabilis Conventus, prout possidebat ex antiquo, tamquam sortes ad Mensam spectantes possidebit. Cum vero in Villa Obra, quæ ad Mensam Abbatialem spectat, quoque Venerabilis Conventus prædium Conethones, et alios plures inquilinos, et propinationem, similiter in Villa Jazienec Abbatialibus fundis suas promiscuas, ac sortes varias in Villa Zodysi possideat, quæ promiscua fundorum possessio, et duplicata super incolas jurisdictio, quandoque disseutionibus, rixis villanorum, et aliis incomodis causam dedit: Nec non in Villis Chwalim, Woynowo utroque Kramsco, et aliis bonis Mensæ Abbatiali servientibus, varios census pecuniarios, frumentarios, caponum, sparsim plura collectu difficilia possedisset; atque cum Mensæ Abbatiali accedat Scultetia olim Pretendoscana, prædio Abbatiali Vetero Kramscensi nunc applicata, prius vero utpote nostro peculio comparata, et empta Venerabili Conventui per nos donata. Emendando diversitates, ejusmodi possessionum sparsim consistentes, juxta communitationis præsentis vigore, applicatur Mensæ Conventuali Villa Zodyn integra, prout in limitibus longe, lateque extenditur, cum novo prædio nuper industria nostra eradicato, et extructo, atque fundis omnibus eidem prædio incorporatis. Pariter alia Villa Zazienec dicta, tota, et integra, prout in limitibus consistit, cum propinatione, et omnibus emolumentis existentibus, et possibilibus Mensæ Conventuali adscribitur; ita ut in dictis Villis, prout et aliis superius recensitis, nihil quidquam proventuum, et possessionis Abbatibus reservetur. Jam vero in re-

» compensationem, Villa Obra tota, et » integra cum prædio Conethonibus, et » inquilinis, atque propinatione, et » fundis omnibus, censibus, et aliis » provenientiis, alias ad Mensam Con- » ventualem spectantibus, a modo per- » tinebit ad Mensam Abbatialem, in » qua Villa Obra, Conventus præter si- » tum suum, areas, hortum, et vi- » neam, præterque domos Braxatoris, » Piscatorum, aliorumque hominum » Monasterio inservientium, nihil quid- » quam possessionis habebit, et pro- » ventus. Et insuper ex vi hujus com- » mutationis, Venerabilis Conventus re- » cedit ab omnibus possessionibus, cen- » sibus pecuniariis, et frumentariis, » caponum, et aliis quibuscumque præ- » tensionibus, se olim super, et in » omnibus bonis Mensæ Abbatialis con- » cernentibus, ita ut hæc omnia, sin- » gulaque, atqneScultetia Vetero Kram- » scensis Abbatibus semper incorpora- » ta sint, et permaneant, super illis » nihil sibi Venerabilis Conventus de » proventibus reservando. Evacuatisque » in hunc modum possessionibus, et » prætensionibus promiscuis, inter Ab- » batem, et Conventum, charitas in- » ter inquilinos ipsorum, pax, et quies, » œconomica industria inter omnes, » eo felicius futura excresceat. Quod spe- » ctat Sylvam Obrensem, eam Vene- » rabilis Conventus cum Abbate com- » munem habebit tam ad ædificandum, » quam pro foco cum prædiis, et Co- » lonis. Colonis tamen pro foco, Abba- » tiales, et Conventuales nonnisi jacen- » tes arbores accipient, quibus deficien- » tibus frondes abscecare valebunt. Con- » tribuent vero Abbatiales coloni Ab- » bati, Conventuales Conventui, ave- » nam ratione sylvæ contribui solitam; » et Conventus ideo unum, Abbas alte- » rum sylvanum conservare tenebun- » tur, jurisdictione super sylvam, et » sylvanos penes Abbatem remanente. » Quod attinet piscationes lacus Or- » chousy, et Swietæ dicti, hyemali, » et æstivali tempore per solum Con- » ventum depiscari, ut consuetum erat, » et jure speciali concessum est, pri- » vative depiscabuntur. Lacus vero Ko- » tusz, utroque æstivali scilicet, et hye- » mali tempore communis erit, libe- » rumque est Conventui, retibus mino- » ribus, sive quibuscumque artibus pi- » scari, quoties voluerit pro ea tantum » exceptione quod in hyeme ex Sage- » na majori, sive ea sit Abbatialis, si- » ve Conventualis, medietas piscium Ab- » batis, medietas Conventui proveniat.

» Super fluvio autem Obra in autu- » mno, sive hyeme, a confinibus ad » confinia piscatio prima sit Abbatis,se- » cunda Conventus. Obstaculum dictum » Wstæszki inter lacus Radwz, et Ko- » tuz situm, ad Conventum spectabit. » Et aliud super fluvio Doyca, super » quo alia, quotcumque voluerit ex- » truere Conventus libertatem habebit, » et facultatem hamos ponendi, alias » Naptawiæ, super utroque Doyca, et » Obra fluvio. Quantum interest con- » tributiones Regni Capitales, et Hy- » bernam, eas juxta dispartitiones præ- » sentes, tam ex bonis Abbatialibus, » quam Conventualibus percipiet Bur- » sarius Monasterii, cui, et ubi neces- » se fuerit, atque quietationes perci- » piet, et asservabit. Quidquid vero su- » perfuerit de pecunia hujusmodi a po- » pulo collecta, in utilitatem ejusdem » populi expendet, signanter, et om- » nino in conservationem fossæ ad la- » cum Cobienicensem, aquas de bonis » Abbatialibus, et Conventualibus, agris- » que ejusdem populi, deducentis; cu- » jus fossæ per Nos nuper factæ in pro- » fundum, et latum opportuna corre- » ctio, et conservatio Abbati eaque ac » Conventui, atque populo summopere » utilis, et necessaria his expensis pro- » curetur. Molitor Obrensis frumenta » pro pane Conventus molere,juxta suum » privilegium, absque solutione tenebi- » tur. Illud ad extremum ex prima me- » morata Reverendissimi olim Andreæ » Clewski Abbatis ex divisione reasu- » mitur, quod omnia supraseripta ita » intelligi debeant, non ut ex com- » munibus bonis propria fiant (quod » nefas in Religiosis est) sed ut utrius- » que partis, commodi habeatur ratio; » ita tamen, ut nihil eorum, quæ or- » dinantur, pugnet cum sacrosancta » paupertate, et obedientia, sed omnia » bona sint Regulari Abbati, et omni- » bus Fratribus communia, ad volunta- » tem Dei, et sanctæ obedientiæ, pe- » nes quam semper istud omne jus di- » ctorum bonorum, idque secundum » Divinam voluntatem, regulæ statum, » et piæ memoriæ Fundatorum inten- » tionem maneat. In quorum fidem » et præsentes nostras, correctionis, » exdivisionis, seu verius commuta- » tionis literas, et privilegium manu » nostra subscripsimus, et sigillo no- » stro communiri fecimus in Mona- » sterio nostro Obrensi, Sacri Ordinis » Cisterciensis. Die xxiv. Novembris » Anno Domini MDCCLIV = Fra- » ter Michael Josephus Loka Ab-

bas Obrensis Sacri Ordinis Cisterciensis (L. S.)

» Et quia Religiosa Communitas Obrensis, nos licet infrascripti, præsentem correctionom, exdivisionem, pro commodo, ut utilitate utriusque Mensæ æquissima ratione confectam, pergrato animo acceptamus, eique unanimiter consentimus, ideo, in fidem ejusmodi, præsens ejusdem exdivisionis, sive commutationis Instrumentum, manibus Nostris subscripsimus. Fr. Albericus Legowski Prior Obrensis m. pp. = Fr. Malachias Zbieuski P. O., = Fr. Raymundus Professus Obrensis Sacri Ordinis Cisterciensis m. pp. =, Fr. Dionysius Lipinski Professus Obrensis = Fr. Gerardus Professus Obrensis Sacri Ordinis Cisterciensis, et Superior. m.pp.= Fr. Ludovicus Marczewski Magister Novitiorum Professus Obrensis Sacri Ordinis Cisterciensis m. pp. = Fr. Bernardus OEconomus Voynoviensis Professus Obrensis Sacri Ordinis Cisterciensis m. pp. = Fr. Onuphrius Mocxkowski Præfectus culinæ Professus Obrensis = Fr. Raphael Professus Obrensis = Fr. Stanislaus Professus Obrensis Parochus Kramscensis = Fr. Sigismundus Professus Obrensis = Fr. Uladislaus Professus Obrensis, et Provisor m. pp. = Fr. Benedictus Professus Obrensis = Fr. Nepomucenus Professus Obrensis m. pp. = Fr. Casimirus Professus Obrensis S. O. C. m. pp. = Fr. Maurus P. O. = Fr. Placidus P. O. = Fr. Urbanus P. O. m. pp. (L. S.)

» Confirmatio prædictæ Commutationis ab auctoritato Ordinis. =

» Nos Frater Franciscus Trouve Abbas Cistercii, Sacræ Facultatis Parisiensis Doctor Theologus, Christianissimi Regis in Supremo Burgundiæ Senatu, Primus Consiliarius natus, Universi Ordinis Cisterciensis Caput, ac Superior Generalis, ejusdemque Capituli Generalis plenaria auctoritate fungentes etc.

» Omnibus, quorum interest, aut interesse poterit notum facimus, quod viso, et mature ponderato instrumento commutationis bonorum Mensæ Conventualis Monasterii nostri Obrensis in Polonia pro certis bonis Mensæ ejusdem Abbatialis illud approbavimus, et confirmavimus, sicuti præsentium tenore, de paterna nostra, et plenaria, qua fungimur, Capituli Nostri Generalis, illo non sedente, auctoritate, approbamus, et confirmamus, volumus insuper, et intendimus, ut in omnibus plenum suum sortiatur effectum. Datum Cistercii sub nostro, Secretariique nostri Signo Manuali, et Sigilli nostri impressione, anno Domini millesimo, septingentesimo quinquagesimo septimo, die decima quinta mensis Januarii = Frater Franciscus Abbas Generalis Cisterciensis = (L. S.) Fr. Petrus Antonius Chaiget Secretarius.

» Dislimitatio auctoritate ordinis commutatorum, ut supra bonorum. Actum in fundo Monasterii nostri Obrensis Sacri Ordinis Cisterciensis anno millesimo septingentesimo quinquagesimo octavo die decima septima Aprilis.

» Ad dislimitationem, seu verius determinationem limitum, et granicierum inter bona pro Reverendissimis Abbatibus, et inter bona pro Mensa Conventuali Monasterii nostri Obrensis Sacri Ordinis Cistercensis; post commutationem infrascriptorum bonorum eisdem Mensæ olim assignatorum pro bonis ad Mensam Abbatialem spectantibus per Illustrissimum, et Reverendissimum Michaelem Josephum Loka pro tunc Abbatem Obrensem de anno millessimo septingentesimo quinquagesimo quarto die vigesima Novembris factam, et anno millesimo septingentesimo quinquagesimo septimo die decima quinta mensis Januarii, auctoritate Ordinis approbatam, perpetuis temporibus destinata. Commissum habentes ab Illustrissimo, Excellentissimo, et Reverendissimo Domino Francisco Trauve Abbate Cistercii, Sacræ Facultatis Parisiensis Doctore Theologo, Christianissimi Regis in Supremo Burgundiæ Senatu Primo Consiliario nato, Universi Cisterciensis Ordinis Capite, ac Superiore Generali, ejusdemque Capituli Generalis plenaria auctoritato fungente, de anno millesimo septingentesimo quinquagesimo septimo die decima quinta mensis Januarii, et tenore tali commutationem bonorum Monasterii Nostri Obrensis approbo, et confirmo, dictumque Instrumentum a me debite confirmatum, ad Reverendam admodum Dominationem Vestram sine mora transmitto, ut dein exequutioni demandetur, et ut in posterum super hocce ulterioriora viteutur litigia Reverendæ admodum Dominationi Vestræ potestatem facio in Ordine constituendi limites bonorum pro Mensa Conventuali commutatorum, seu ex-

divisorum ab Abbatialibus. = Frater Franciscus Abbas Generalis Cisterciensis = Potestate, et auctoritate nostra non solum ordinaria, sed etiam commissi præfati vigore, citatis legitime per speciales nostras literas, valvis Monasterii affixas, de die trigesima prima mensis Martii anni millesimi septingentesimi quinquagesimi octavi, tam Reverendissimo Domino Abbate, suoque Conventu Obrensi Sacri Ordinis nostri Cisterciensis, quam Scultetis, Advocatis, Subditis, et in universum omnibus, quodcumque interesse ad prædicta habentibus, die decima Aprilis anni præfati millesimi quinquegesimi octavi, ad Monasterium, et fundum commutatorum bonorum personaliter condescendimus; ubi fundata jurisdictione tam ordinaria, quam specialiter Nobis delegata, lectis, et trutinatis documentis, seu descriptionibus Granicierum, atque rite examinatis, et exauditis utriusque testibus, ad dislimitationem, seu verius determinationem limitum, invocato nomine Domini processimus, at quidem = Primo inter Villam Obram, totam pro Reverendissimis Abbatibus, et Villam Jazieniec totam pro mensa Conventuali destinatam, eo qui sequitur, modo: Incipiendo ab agris Prædii Krotla, cujus limites in longum, et latum in commutationa expressi sunt, et penes agros pro Colonis Kietkoviensibus recenter exdivisos, appellatosque Wymiary Kiatkoulskie, eundo reflexe ad sinistram per locum dictum ab antiquo Kamien agris prædictis Kietkoviensibus ad desteram, Obrensibus autem ad sævam adjacentem, pervenimus ad determinum præfatorum agrorum, seu Wymiarow Kietkouskich; quod determinium est prope locum humidum, ab Obra eundo a sinistris jacentem Smuzek dictum. A quo determinio agrorum, seu Wymiarou Kietkouskich, divertendo ad desteram versus occasum æstivalem, et penes eosdem agros eundo, transfossam Kiatkoviensem deducentem aquas ad Crwiszez, circiter octuaginta passus reflexímus nos ad sinistram, et recta Viazdem, sive Miedza versus Villam Jazieniec eundo, pervenimus ad viam ducentem de Obra ad Zodyri; et hac transgressa, recta per agros, demum per pascua, a sinistris ad Obra, a destris ad Jazieniec pertinentia ab hinc, eundo, descendimus ad pratum Komornica nuncupatum non longe jacens ab agro Kuclonia dicto, et a destris prati ejusdem Komornica manente, per quod tandem pratum Komorniea vocitatum ad desteram flectendo, pereximus oblique alias Ukosem, usque ad rivum Strumien Clagnacy, siveSbrodou vulgo nuncupatum. Quo rivo transgresso per angulum prati Chorzminensis, cujus pars manens ad sinistram determinata est a nobis pro Obra, pars vero ad dexteram pro Jazieniec, ivimus, recta per prata usque ad pratum Radomin, et rivum Slivinski dictum, jacentem prope cubitum, seu locum Jokiec nuncupatum, a sinistris manentem, et ad Obra pertinentem adfluvium Obra vulgaritar Prawa Obra dictum; quem fluvium determinium esse tractus præfati, decidimus. Totum vero immediate relatum tractum, limitem esse inter bona Obra Reverendissimi Abbatis, et Jaziniec bona Conventus Obrensis, voluimus, et decrevimus in perpetuum. Quumque in agris coaratis limite lato, alias Viazdem, in pascuis vero, et pratis, fossa noviter erigenda, salicibusque de novo plantandis, consignari, et specificari, jussimus; ita ut, quæ sunt a sinistris tractus præfati, ad Obram, quæ vero a dextris ad Jazianiec inviolabiliter, et in aevum permaneant, et non aliter. = Secundo = Fundi ex Nieborzensi, et Zodynensi, per suprafactum Illustrissimum, et Reverendissimum Michælam Josephum Loka Abbatem Obrensem, de Saltuoso eradicati, et erecti, ac novo prædio dicta commutatione applicati, limites, seu determinium decrevimus, et assignavimus, hoc, qui sequitur modo. Incipiendo a scopulis angularibus, quorum unus juxta descriptionem limitum anni millesimi quingentesimi vigesimi primi est Jaromieriensis, secundus Voyciechoviensis, tertius Obrensia bona a præfatis distinguens; et ab illis versus Villam Nieborza eundo penes Borram Voyciechoviensem ex parte sinistra, ex parte vero dextera penes agros novi prædii, per paludem parvam Borræ adjacentem ad passus circiter centum quadraginta ultra paludam, perventum est ad agrum Tabernatoris de Nieborza; in quo loco præscriptum est a nobis, primum determinium latitudinis, agrorum novi prædii. Ab hoc vero loco deflectendo oricntem versus, itum est limite alias

» Miedza, agros novi prædii a parte dextera, et Tabernatoris Nieborzensis a parte sinistra habente, recta linea usque ad campum planum, aliasdo Smuga, a cujus limitis, seu Miedzy extremitate aliquantulum declinando in partem lævam, et eundo inter agros, deinde indaginem, et rubeta a parte sinistra ad Nieborza spectantia, a dextera autem parte inter locum declivem, et humidum, novo prædio applicatum, perventum est ad fauces fossæ in loco a nobis determinato, et assignato, mox erigendæ. Quæ fossa parumper iterum in lævam declinando, et recta versus Ecclesiam Silecensem eundo, determinium erit inter novum prædium Conventui applicatum, et Villam Nieborza Abbatis usque ad fossam transversalem, aquas de fundis novi prædii versus Nieborza deducentem. Et hæc ulterius transversalis fossa prout versus Nieborza recte, sive oblique decurrit, fundos prædictos novi prædii et Nieborza distinguet, usque ad locum, ubi de eadem fossa in dexteram partem declinando versus viam de Cargova, penes novum prædium ad Sielec tendentem, alia fossa nova, iterum recta versus Ecclesiam Sielecensem fundorum prædictorum differentialis jussu nostro erigetur, extensa usque ad dictam Cargoviensem viam. Quæ deinceps via etiam antiquitus distinctiva bonorum Nieborza, et Zodysj versus Sielec eundo, et Montes Arenosos, ac declivia ad novum prædium (salvis ex utraque parte in fundis sterilibus, et sine damno pascuis liberis, et communibus) spectantia, ambiendo, prout antiquitus decurrebat, et nunc decurrit, determinium erit Aviternum inter bona præfata. Viam vero, quæ ex alia parte Montium Arenosorum quasi ad meridiem non pridem trita fuerat, novissime autem coarcata est, discedentibus interdicendam demandavimus super eamdem viam fossa, a paludibus Lodinensibus versus Nieborza aquam deducens, ut non obstruatur, et ponticulus super eamdem factus, conservetur jussimus. A dicta vero fossa, et ponte, passibus circiter tercentis proximius Villæ Sielec eundo, ubi figura passionis Domini consistit, via dicta Cargoviensis desinit esse limes, verum de eadem via in partem dexteram in aliam viam de Nieborza ad Lodyn tendentem declinandum, et hæc prout antiquitus, et semper fuerit, ita ut inposterum limes sit inter Villas Sielec, et Zodyn; ac demum notoria signa, sive Uiazdy et gurgites, antiquum limitem inter prædictas Villas conservent decidimus. Et ita potestate, et auctoritate præfatis dislimitavimus, determinavimus, et determinia assignata a nobis servanda in perpetuum decrevimus. Præsentibus Illustrissimo, et Reverendissimo Michaele Josepho Loka Abbate Bledzeviensi, Illustrissimo, et Reverendissimo Joanne Nepomuceno Bystram Abbate Obrensi, AA. Patribus Alberico Legovoski Priore, Mauritio Bochenski Novitiorum Magistro, Uladislao Peczynski Provisore, Professis Obrensibus, pluribusque bonorum præfatorum subditis, de unanimi partium consensu, et acceptatione, ac absque ulla a quoquam contradictione. In quorum fidem præsentes manu nostra subscripsimus, et Sigillo nostro Comissariali muniri fecimus. Anno, et die ut supra. Frater Constantinus Jetowiecki Abbas Landensis Commissarius Vicarius Generalis, et specialiter ad hunc actum ab Illustrissimo Generali delegatus. Loco ✠ Sigilli

» Et quia Ego Frater Bonifacius Skalovicz Professus Premetenæ, Præpositus Vielunensis Ordinis Cisterciensis, sacra auctoritate Apostolica Notarius publicus juratus, Varsaviæ in Sacra Nunciatura Immatriculatus, præsens Transuptum Literarum originalium referentium commutationem bonorum aliquorum ad Mensam Reverendissimi Abbatis Obrensis pertinentium, pro certis bonis ad Mensam Conventus Obrensis spectantibus vidi, ac legi, ideoque testor, quod in omnibus punctis, et clausulis concordet de verbo ad verbum cum suo originali, in cujus testimonij robur, et majorem valorem, signo, nomine, et cognomine, ac aliis, quibus utor ad ea rogatus, et requisitus. Idem qui supra motu proprio Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo die xvi. Mensis Junii. L. ✠ S. Visis, et examinatis præinsertis Instrumentis novæ divisionis, ac permutationis bonorum Abbatialium, et Conventualium, ac respective appositionis limitum, seu terminorum inter P. Abbatem, et Monachos Monasterii Obrensis Ordinis Cisterciensis sub auctoritate R. P. Vicarii, et Commissarii Generalis dicti Ordinis in Regno Poloniæ stipolatis, et

» a Reverendissimo Abbate Generali totitius dicti Ordinis approbatis, et » confirmatis, sicuti prædicta nova divisio, commutatio, et terminorum » positio factæ noscuntur ad evitandas » dissentione, et lites, et pro conservanda Religiosa quiete, ac pace inter prædictos Abbatem, et Monachos » Obrenses; Idcirco censeo, si Sanctitati Suæ placuerit, posse prædicta Instrumenta per Literas Apostolicas in » forma Brevis pro potioris cautelæ » suffragio in forma specifica confirmari. P. Cardinalis Columna de Sciarra Protector.

Preces porrecta pro suprarelatæ concordiæ approbatione, quam Pontifex elargitur, et gestorum mandat observantiam.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes quo Instrumentum hujusmodi firmius subsistat, et servetur exactius Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent. Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinsertum Instrumentum, ac omnia, et singula in eo contenta, et expressa auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes, easdem præsentes Literas, semper firmas, validas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, et Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpetrandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac Monasterii, et Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxvii. Augusti MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCC.

Dat. die 3 Sept. 1762. Anno V.

Veteribus indultis, et privilegiis revocatis pro solemniter impertienda Populo Apostolica benedictione, novæ præscriptiones generaliter observandæ statuuntur.

Ritus impertiendi Pontificiam Benedictionem super populum, servandus a Regularibus quibus facultas hæc tributa fuerat, præscripsit Benedict. XIV constit. diei 19 Martii 1748 relata in Benedictino Bullario, ubi plures aliæ recensentur Pontificiæ Constitutiones, quæ de ipsa Pontificia impertienda Benedictione egerunt.

Clemens PP. XIII.

Servus Servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam

Exordium.

§. 1. Inexhaustum Indulgentiarum thesaurum a Jesu Christo Domino Nostro Ecclesiæ relictum, Christiano populo maxime salutarem, et summopere in pretio habendum esse, Catholicæ Ecclesiæ authoritas, et Summorum Pontificum prædecessorum Nostrorum gesta facillime suadent. Cumque per divinæ gratiæ abundantiam, nullis suffragantibus meritis, in suprema Beati Petri Cathedra constituti, modo ad pastoralem sollicitudinem Nostram pertincat, per universum Domini gregem

vigili cura providere, ut omnia in ea honeste, et secundum ordinem fiant; veterem, et probatam Ecclesiæ consuetudinem circa Indulgentiarum dispensationem, quantum fieri potest restituere, et servare, simulque Christifidelium utilitati occurrere studemus.

Licet alias a Summis Pontificibus elargita fuerit potestas benedicendi populis, attamen nonnulli irrepserunt abusus.

§. 2. Inter cætera siquidem spiritualium gratiarum dona, quibus Summorum Pontificum liberalitate Christifideles cumulantur, potissimum locum habet Plenaria peccatorum Indulgentia, et remissio, quæ statis anni diebus conceditur, dum Romanus Pontifex solemnia cæremonia populo coram ipso congregato benedicit, et non raro ipsius Summi Pontificis nomine, effundendæ Apostolicæ benedictionis super Principes Viros absentes delegata fuit facultas: sed inde invaluit præter modum, usus etiam, verbi Dei Præconibus indulgendi, ut similiter cum Plenaria Indulgentia, Apostolicam benedictionem, non singulari alicui personæ, vel familiæ, sed universo ad Ecclesiam confluenti populo impertiri valerent: Nonnullos pariter, non sine aliquo Ecclesiasticæ disciplinæ discrimine, circa harum facultatum exercitium, irrepsisse abusus deprehendimus.

Revocantur indulta, et privilegia impertiendi populo Apostolicam benedictionem salvis illis aliquibus Ordinibus regularibus attributis.

§. 3. Ut autem spiritualium gratierum dona, sancte, atque incorrupte administrentur, quodque adeo salubriter institutum est, in perniciem non cedat abutentium, præmissa omnia Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Indulgentiis, sacrisque Reliquiis præpositæ examinanda commisimus, quæ exquisitis etiam Consultoribus, votum suum Nobis eperiret. Postquam igitur, quid eadem Congregatio, auditis Consultoribus, hanc in re sentiret, percepimus; omnibus mature perpensis, justa, rationem, congruosque limites in his præscribere volentes, de ipsius Congregationis consilio, Motu proprio, et ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, et singula particularia indulta, et privilegia effundendi supra populum Apostolicam benedictionem, per Romanos Pontifices prædecessores Nostros, ac per Nos etiam, quibusvis particularibus personis, sive Ecclesiasticis secularibus, sive cujusvis Ordinis, et instituti Regularibus, ad certum tempus, seu ad eorum vitam, non tamen illa prædecessores prædictos aliquibus Ordinibus Regularibus attributa, quæ modo infrascripto salva esse volumus, respective concessa, et clargita, etiamsi cædem particulares personæ, ex quevis causa illa impetrarint, et in possessione indultorum, ac privilegiorum hujusmodi reperiantur, harum serie revocamus, ac de medio tollimus, et abolemus.

Præfiniuntur dies quibus concedi deinceps poterit indultum solemniter populo benedicendi.

§. 4. Porrò ad submovendos quosvis abusus, qui in hac re, vel subotti depræhenduntur, vel quandoque suboriri possent, et ad augendam erga Pastores eminenti Episcopatus dignitate pollentes, populorum devotionem, simulque Christifidelium utilitati, de immenso, et inexstimabili thesauro Ecclesiæ tradito consulere volentes, ipsarum tenore præsentium statuimus, quod deinceps Venerabilibus fratribus Nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, nec non dilectis filiis Prælatis inferioribus, Mitræ, et Pontificalium usum, Territoriumque separatum cum vera qualitate nullius Diœcesis habentibus, et activà in clerum et populum jurisdictione gaudentibus, nunc et pro tempore existentibus; Patriarchis, videlicet, Primatibus, Archiepiscopis, et Episcopis, duabus anni solemnibus, nimirum Paschate Resurrectionis Domini, alioque die festo solemni, eorum respective arbitrio designando; Prælatis vero, præmissis qualitatibus præditis, et in propriis Territoriis degentibus, semel in anno, in uno ex diebus, quibus eorum singulis Pontificalium usus ab Apostolica Sede permittitur, populò in Ecclesia congregato, Apostolica Summi Romani Pontificis pro tempore existentis auctoritate, illiusque nomine, facultas solemniter benedicendi, cum elargitione Plenariæ Indulgentiæ, juxta ritum, et formulam inferius tradendam, concedi possit, et ipsorum unicuique, quamdiu illi suis respective Ecclesiis præfuerint, gratiamque et communionem cum Apostolica Sede habuerint, per Literas Apostolicas in forma Brevis, gratis, ut in similibus mos est, concedatur. Ad quorum effectum, ipsos Patriarches, Primates, Archiepiscopos, et Episcopos, ac supramemoratos Prælatos, nunc, et pro tempore existentes, in Domino hortamur, ut pro dignitatum eorum splendoris augmento, et fidelium populorum ipsis creditorum, congrua erga Divinam justitiam satisfactione, a Nobis, et successoribus Nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus, facultatem hujusmodi, ultro ipsis oblatam, postulent, et impetrare non prætermittant.

Regularibus Ordinibus, quibus præservatur indultum

§. 5. Quoniam vero eas facultates, impertiendi Romani Pontificis nomine Apostolicam benedictionem, aliquibus

Apostolicæ benedictionis, injungitur observantia rituum præscriptorum a S. M. Benedicto XIV.

Regularibus Ordinibus concessas præservare intendimus; harum serie declaramus, illas juxta concessiones Apostolica auctoritate factas, salvas et illæsas esse debere: Districte tamen dilectis filiis eorumdem Ordinum Superioribus, et Professoribus, atiam speciali mentione dignis, facultate, et indulto hujusmodi gaudentibus, et qui in posterum gaudebunt, harum quoque serie præcipimus et mandamus, quod in illius exercitio, in omnibus, ritum, et formam a fel. rec. Benedicto PP. XIV. per ejus Epistolam Encyclicam, sub die XIX. Martii Anni Domini MDCCXLVIII. Pontificatus Sui Anno Octavo editam, præscriptum, servare: et insuper in dictis duabus solemnitatibus, quatenus Episcopi in illis facultate hujusmodi utantur, ab effundenda benedictione penitus abstinere respective debeant. Ac itidem, ad submovendam quamcumque dubii causam, declaramus etiam, per benedictionem, Apostolica auctoritate, sive per ipsos Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, et Episcopos, sive per Regulares quoslibet, ut præfertur impendendam, nullam prorsus a censuris, et pœnis Ecclesiasticis, scienter, vel ignoranter incursis, absolutionem concedi, neque ab illis absolutio prætextu benedictionis hujusmodi susceptæ prætendi possit.

Clausula sublata.

Decernentes, præsentes Nostras Literas; et in eis contenta quæcumque, semper validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios effectus perpetuo sortiri, et obtinere, atque iis, ad quos spectat, et spectabit in futurum plenissime suffragari, ac respective ab omnibus observari debere.

Derogatio contrariorum.

Non obstantibus, quatenus opus sit, quibusvis Apostolicis, et in generalibus ac Provincialibus Conciliis editis generalibus seu specialibus Constitutionibus: Nec non Ordinum Regularium quorumcumque præmissis, et aliis privilegiis, ac indultis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiam simili motu, scientia, et potestatis plenitudine concessis, ac pluries approbatis, confirmatis, et innovatis: Nec non Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, latissime et plenissime, ac specialiter et expressa derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

Volumus autem, ut earum præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem fides ut judicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Præscribitur ritus adhibendus pro impertienda Apostolica solemni benedictione.

Ritus vero, et formula a Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, et Episcopis pro impertienda Benedictione, una cum Plenaria Indulgentia post Missarum solemnia, triplici signo Crucis emisso, et in Episcopali Trono, cum Mitra, cæterisque sacris paramentis indutis, circumstantibus Ministris, adhibendus, quod congrue de Prælatis inferioribus intelligatur, talis esse debet.

Expleta in utraque solemnitate Missæ solemnis celebratione, in primis alta voce, per Ministrum, Superpelliceo indutum, legantur Literæ Apostolicæ, quibus Indulgentia Plenaria conceditur, unacum potestate benedictionem Apostolicam super populum effundendi, ut de delegatione adstantibus constet, et concessio ex latino sermone in vulgarem ad populi intelligentiam, translata recitetur. Postea Episcopus surgens, juxta ritum in Cæremoniali Episcoporum expressum, dicet:

Precibus et meritis Beatæ Mariæ semper Virginis, Beati Michaelis Arcangeli, Beati Joannis Baptistæ, et Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, et omnium Sanctorum.

Misereatur vestri omnipotens Deus, et dimissis omnibus peccatis vestris, perducat vos Jesus Christus ad vitam æternam.

Indulgentiam, absolutionem, et remissionem omnium peccatorum vestrorum, spatium veræ, et fructuosæ pœnitentiæ, cor semper pœnitens, et emendationem vitæ, perseverantiam in bonis operibus, tribuat Vobis Omnipotens et misericors Dominus. ℟. Amen.

Et Benedictio Dei Omnipotentis PA ✠ TRIS ET FI ✠ LII, ET SPIRITUS ✠ SANCTI *descendat super Vos, et maneat semper.* ℟. Amen.

Demum, post impertitam benedictionem, publicabitur latino, et vernaculo idiomate concessio Plenariæ Indulgentiæ, sequenti formula.

Attentis facultatibus a Sanctissimo in Christo Patre, et Domino Nostro, Do-

mino CLEMENTE, *Divina providentia,* PAPA *Decimotertio, in enunciatis Apostolicis literis expressis, datis Reverendissimo Domino, Domino N., Dei et Apostolicæ Sedis gratia, hujus Sanctæ N. Ecclesiæ Antistiti; Eadem Dominatio sua Reverendissima, Summi Pontificis nomine, dat et concedit omnibus hic præsentibus, Indulgentiam Plenariam in forma Ecclesiæ consueta: Rogate igitur Deum pro felici statu Sanctissimi Domini Nostri* PAPÆ, *Dominationis Suæ Reverendissimæ, et Sanctæ Matris Ecclesiæ.*

Sanctio poenalis.

Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc Nostrarum revocationis, abolitionis, statuti, hortationis, declarationis, præcepti, mandati, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei auso temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se novarit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLXII, Tertio Nonas Septembris, Pontificatus Nostri Anno Quinto,

---

Dat. die 4. Sept. 1762. Ann. IV.

CCCI.

Declarat Augusto Poloniæ Regi Illustri, per novum indultum elargiendum, super alternativa collatione Beneficiorum, ab Ordinariis facienda in Poloniæ Regno, nil innovatum censeri debere Constitutionibus Leonis X., et Clementis VII super eadam alternativa collatione.

Alternativam collationem Beneficiorum in Poloniæ Regno concessit primus Leo X. Const. Anni 1520. Jul. 1. eamque confirmavit Clemens VII. Constit. Anni 1526. Decembris 1. quæ binæ prætermissæ fuere in Bullario Mainardii

Carissimo in Christo Filio Nostro Poloniæ Regi Illustri

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo Fili Nostar salutem, et Apostolicam benadictionem

Causa hujus Epistolæ.

§. 1. Studium Nostrum benemerendi de Venerabilibus Fratribus Regni istius Episcopis in eo, quod a multo tempora de ratione beneficiorum conferendorum tractatur negotio, existimamus, satis luculenter Nos ostendisse, qui diximus novo Nos indulto, quæ illi postulant ad prescriptum prædecessorum Nostrorum Leonis X, et Clementis VII ex integro concessuros. Gratam hanc illis fuisse voluntatem Nostram Regiæ Majestatis tuæ literæ Nobis denunciaverunt: sed eos vereri scribis, ne ex ejusmodi novo indulto, veteribus eorumdem Leonis X., et Clementis VII. indultis in Poloniearum legum codicem jam relatis, quodammodo oborganti, Regni tui Primores, quibus quidquid speciem quamdam exhibeat novitatis, fuit semper invisum, offensionis aliquid accipiant, magno cum periculo, ne qua inde in Republica gravis dissentio commoveatur.

Significat, demandasse Apostolicæ Datariæ Ministris ne aliquid novi faciant contra constitutiones Leonis X et Clementis VII.

§. 2. Itaque pro ea qua Majestatem tuam charitate summa complectimur, tranquillitatis tuæ maxime cupidi, et illuc vehementer incumbentes, ut in omnibus, quæ tibi grata esse existimamus, quoad Sedis hujus Apostolicæ dignitas patitur, et Majestas, voluntati tuæ assequamur, cum Dilecto Filio Nostro Joanne Francisco Cardinali Albano, qui rerum vestrarum satis prudens, non tam diligenter, et impigre, quam circumspectione summa, et accurata consideratione id negotium administravit, sermonem contulimus, atque rem omnem sic commodissime, et sine cujusquam querela confici putavimus, ut jubeamus, Datariæ Nostræ Ministros eorumdem prædecessorum Nostrorum Leonis, et Clementis indulta, sancte imposterum, inviolateque servare. Hujus negotii, in quo tantopere, tamque diu ad hanc usque diem versati sunt hominas, quibus fuit commissum, eam demum explicandi rationem non dubitamus, quin tua Majestas sit probatura. Denique, Deum impense precantes, ut ad Catholicam Religionem tuendam, at amplificandam, majoribus in dies tua Majestas augeatur opibus, et potentia, tibi, carissime in Christo Fili Noster, Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IV Septembris MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno quinto.

Dat. die 5 Septembris 1762 Anno V.

CCCII.

De eodem argumento Gnesnensi Archiepiscopo scribit

Vide Epistolam superiorem

Venerabili Fratri
Uladislao Archiepiscopo Gnesnensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,
et Apostolicam benedictionem.

Archiepiscopi observantiam erga S. Sedem comendat

§. 1. Voluptatem Nobis magnam nunciarunt Fraternitatis tuæ literæ, summæ erga Nos observantiæ, et in hanc Sanctam Sedem egregiæ voluntatis, singularis devotionis, et flagrantissimi studii plenæ; ex quibus intelleximus, Venerabiles FratresPaloniciRegni Antistites, Nostram de illis benemerendi voluntatem in eo, quod ad rationem pertinet conferendorum Beneficiorum, gratissimo animo accepisse. Verum illis, id unum ægre fuisse narras, quod Nos ab indultis Leonis X, et Clementis VII. in Polonicarum legum Codicem multo ante relatis, nihil deflectendo, novo Indulto, idem quod illi prædecessores Nostri diximus Vobis concessuros. Hæc enim Nostra tibi, cæterisque Regni istius Episcopis gratificandi ratio, verendum esse scribis, ne specie quadam novitatis, a qua Optimates, ubi de solemnibus pactionibus, et conventis agetur, quam maxime abhorrent, eorum concitet animos, et perturbet, magno cum periculo amittendæ publicæ pacis. Nos igitur, quorum præcipuum munus esse debet, non dissensiones modo sedare, sed etiam novissimas quasque querelarum causas prohibere, mollissimam reperimus, et pacatissimam viam, qua beneficiumNostrum, Fraternitatis vestræ consequi possint.

Eumdem certiorem facit jussisseDatariæ Ministris, ne aliquid innovent Constitutionibus Leonis X, et Clementis VII. circa alternativam beneficiorum collationem.

§. 2. Itaque Datariæ Nostræ Ministros sic sancte, inviolateque Leonis X, et Clementis VII. indulta imposterum servare jubebimus, ut in eo, quod ad conferenda beneficia pertinet, ne tantillum quidem ab iis indultis recedant. Id vero negotium diu multumque sub prædecessoribus Nostris in magna varietate versatum, nunc demum impigre, et graviter adnitente Dilecto Filio Nostro Joanne Francisco Cardinali Albano, qui non modo strenuam operam suam, sed etiam diligentis hominis, harumque rerum prudentia Dilecti Filii Alexandri Roccatani Polonæ Reipublicæ in hac Nostra Romana Curia rebus gerendis præpositi, industriam adhibuit, Fraternitati tuæ magnopere gratulamur tui Primatus tempore, tranquille, et ut confidimus sine cujusquam querela fuisse confectum. Reliquum est, ut quod amantissime facimus, Fraternitati tuæ, cæterisqueVenerabilibus Fratribus ipsius Regni Episcopis, optimæ erga vos omnes voluntatis Nostræ pignus Apostolicam benedictionem impertiamur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IV Septembris MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CCCIII.

Dat. die 8 Septembris 1762 Anno V.

Nunciat Cardinali de Gesures, in publico Consistorio reprobata fuisse acta nonnullorum Parlamentorum Regni Galliæ contra Jesuitas gesta, illumque hortatur ut Ecclesiæ jura defendat.

Consistorium secretum de quo Pontifex loquitur in præsenti, et subsequentibus Literis, et quo prescripta sunt acta nonullarum Curiarum laicalium in Gallia, Ecclesiasticæ jurisdictionis eversiva, et S. Sedi injuriosa, atque Societati Jesu, non reperitur transcriptum in Codice ad hunc annum se referens. Fortasse fuit peculiari folio amandatum, illudque præteritorum temporum vicissitudinibus vel deperditum, vel aliis monumentis permixtum; si tamen deinceps reperiri poterit, dabimus in supplemento apponendo in fine hujus Pontificatus.

Dilecto Filio nostro Stephano Renato Tituli Sanctæ Agnetis extra Muros S. R. E. Presbytero Cardinali de Gesures nuncupato.

Clemens PP. XIII.

Dilecte fili Noster salutem,
et Apostolicam benedictionem

Quæ a Gallicis Parlamentis contra Jesuitas gesta sunt S. Sedis auctoritatem, atque dignitatem aspetuat

§. 1. Quæ hic acta a Nobis sunt Tertio Non: Septembris coram frequentissimo VV. Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium cœtu, malumus te ex Nostris litteris, quam ex alienis nunciis, aut ex incerta fama ac rumore cogno-

scere. Edicta, seu ut vocant Arresta Parlamentorum, quibus isthic Societas Jesu, tamquam mortifero quodam ictu confossa, ac prostrata est, Nostram etiam, ac hujus Sanctæ Sedis dignitatem, atque auctoritatem per summam injuriam, ac contumeliam impetunt, ac illa quoque, quæ in Religione nostra habentur jure sanctissima, mira sane, ac incredibili temeritate tollunt prorsus, atque infringunt. Quapropter summo doloris sensu concussi, cum has præsertim inferri plagas videremus ab iis, qui Catholicorum in partibus censentur, statim pro munere Nostro, more, exemploque majorum, convocatis in Consistorium Cardinalibus, dolorem hunc Nostrum in eorum sinus effudimus, atque Arresta ipsa detestantes, sententia Nostra damnare, abolere, atque irrita, ac nulla declarare voluimus.

Cardinalis studium, et zelum erga Apostolicam Sedem excitat pro tuendis illius juribus.

§. 2. Quare Te, qui quum in Sacri Collegii numero sis, animum quoque tuum gerere debes isti personæ consentientem, per has litteras Nostræ sollecitudinis facimus participem, tibique Nostram istam sententiam, actionemque significamus, ut, quamquam summo sis in Nos, in Apostolicam Sedem, ac Religionem studio, tamen intellecta voluntate Nostra, concordique tuorum Collegarum consensione, multo fieres ardentior. In qua re vel monere te, vel hortari non tam Nos, tua scilicet pietate freti debemus, quam tu ipse efficere, ut Nostra hæc summa de tua virtute fiducia, nec nimia, nec inutilis fuisse videatur. Atque in paternæ Nostræ benevolentiæ pignus, Apostolicam tibi benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ etc. die VIII. Septembris MDCCLXII. Pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 8 Septembris 1762 Ann. V.

CCCIV.

De eodem argumento scribit Cardinali Rochechovartio.

Dilecto Filio Nostro Joanni Francisco Tituli Sancti Eusebii Presbytero S.R.E. Cardinali Rochechovartio nuncupato.

Clemens PP. XIII.

Dilecte Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

Pontifex sui animi angustias exponit pro gestis in aliquibus Curiis Secularibus Regni Galliarum.

§. 1. Spem inter et metum distracti, diu multumque dubitavimus, quam viam ingrederemur, qua illud possemus consequi, ut quas Catholicæ Ecclesiæ injurias, Gallicani Regni seculares aliquot curiæ obtulerunt, aliquando vindicarentur, quæque ab illis curiis parari sensimus, averterentur. Terrebat Nos magnitudo mali, et si quid remedii adhibere moliremur, verebamur, illud ne fieret asperius: nec vero animum despondebamus futurum, ut aestus animorum paullatim defervescerent; sive quod causæ, quibus ad bene sperandum adducebamur, viderentur haud ita leves, sive quod charitas omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Verum hac spe, qua detinebamur, infracta, cum malum fieri videamus subinde robustius, illud Salomonis Nobis in mentem venit = Prudentiæ tuæ pone modum =

Clericorum Societatis Jesu virtutes, et merita indigitat.

§. 2. Itaque oblatum imperitis, et simplicibus hominibus scandalum ex eo, quod ab illis secularibus curiis gestum est, omnino amoliri voluimus. Quid enim homines rudes, aut parum intelligentes de Instituto Societatis Jesu existiment, ubi accipiant, plures esse Magistratus in Gallia, a quibus Institutum illud sit explosum ut irreligiosum, et impium, cum fortasse nec cognitum habeant a Catholica Ecclesia illud in Trydentina Synodo pium esse appellatum, et a Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris maximis laudibus cumulatum, et beneficiis; nec ad resistendum factiosorum hominum obtrectationibus vel animi satis habeant, vel intelligentiæ?

Ius mata fuisse in secreto Consistorio acta omnia Curiarum Gallicarum contra Jesuitas gesta, denunciat.

§. 3. Ne igitur quisquam de simplicibus ejusmodi rudibusque hominibus suspicari possit, Ecclesiam in rebus quidem fidei falli nesciam, in censura tamen morum, et generis vitæ ad Evangelica consilia instituendæ potuisse fallere, et falli, in Consistorio Secreto, die hujus Mensis tertia habito, coram Venerabilibus S. R. E. Cardinalibus solenne decretum edidimus, quo quidquid ab illis curiis, quod ad Institutum Societatis Jesu pertinet, gestum est, infirmavimus, et rescidimus, seu verius nullam firmitatem, nullumque robur unquam habuisse declaravimus, et nullum irritumque censendum esse pronunciavimus. Facti hujus Nostri nescium te non esse oportuit. Cardinalatus enim honorem gerens, atque adeo S. huic Sedi arctissima conjunctione devinctus scire debes, quidquid ab eadem Apostolica Sede gestum sit, ut ejus præeunte exemplo, fortitudinem exeras tuam, magnamque constantiam

adhibeas, ut nefarii contra Ecclesiam Catholicam impetus, opera, et virtute tua, quoad ejus fieri poterit, refringantur. Deum Opt: Max: enixe precamur, ut invicto, et vere Episcopali robore in tantis rerum asperitatibus animum tuum communiat, tibique eximiæ ergà te charitatis, singularisque benevolentiæ Nostræ testem, Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. M. Majorem sub Annulo Piscatoris die VIII. Septembris MDCCLXII. Pontificatus Nostri anno quinto.

CCCV.

Dat. die 8 Septembris 1762. Ann. V.

Injuriam Romanæ Ecclesiæ factam a Laicis Comitiis Regni Galliarum damnasse in Secreto Consistorio significat Cardinali de Bernis, cui Societatis Jesu institutum comendat.

Dilecto Filio nostro Joachimo S. R. E. Diacono Cardinali de Bernis.

Clemens PP. XIII.

Dilecte fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

Effrenatam licentiam Laicarum Curiarum exprimit super temerario judicio contra Jesuitas emisso.

§. 1. Quanta Gallicani Regni aliquot curiæ quamque effrenata licentia, divinam Ecclesiæ potestatem conatæ sint adhuc infringere, sæpe antea te arbitramur animadvertisse: nunc tamen maxime, cum satis arroganter ad suum judicium Societatis Jesu revocaverint Institutum, et quod omnium gravissimum est, minimeque ferendum, eam de illo sententiam tulerint, quæ Catholicæ Ecclesiæ injuriam omnium maximam faciat. Quasi enim illa in errorem lapsa sit, quod illud Institutum in Tridentina Synodo appellaverit pium, illud curiæ illæ irreligiosum pronunciaverunt, et impium.

Ad quam injuriam revellendam, secreto in Consistorio, contemnenda illa acta, fuere proscripta.

§. 2. Expectantibus interea Nobis dum ab his motibus, quibus eam rem jactari videbamus, aliquando animi conquiescerent, gliscente in dies malo, diutius bene sperare non licuit, et impositam Ecclesiæ tantam injuriam revellendam denique, propulsandamque arbitrati, in Consistorio secreto die hujus Mensis tertia coram Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus solemni decreto, injuriosa in Ecclesiam, et in hanc S. Sedem Magistratuum illorum acta omnia rescidimus, infirmavimus, seu potius omni firmitate et robore caruisse, et carere, et ut nulla censenda esse pronunciavimus. Id te a Nobis rescire voluimus, quem Cardinalatus ornatum honore, ac propterea Ecclesiæ Romanæ peculiari quodam modo obstrictum magis quam cæteri fideles, et deditum, non æquum est ignorare, Apostolicam Sedem suo non defuisse officio, quo ab illatis injuriis Catholica vindicaretur Ecclesia. Ejus exemplo non dubitamus, quin ipse futurus sis incitatior ad restituendum hominibus, qui ad excondendam sacrosanctam Ecclesiæ potestatem conspiraverunt. Id cum de tua religione, et in Deum pietate, et in hanc S. Sedem observantia pollicemur, et fide, Apostolicam benedictionem tibi dilecte Fili Noster amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die VIII. Septembris MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CCCVI.

Dat. die 8 Septembris 1762 Anno V.

De eodem argumento Epistolam mittit Cardinali de Luines.

Dilecto Filio Nostro Paulo Tituli Sancti Thomæ in Parione, Præsbytero S. R. E. Cardinali de Luines nuncupato, Archiepiscopo Senonensi.

Clemens PP. XIII.

Dilecte Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

De Edictis arbitrariis Parlamentorum Gallicorum, atque injuriosa Romanæ Ecclesiæ loquitur.

§. 1. Cum illatum Nobis esset de ea tempestate, quæ in Societatem Jesu desæviit, vires suas atque impetum se in Nostram etiam, Sanctæque Sedis dignitatem, atque auctoritatem effudisse, ac ne ea quidem intacta reliquisse, quæ in Nostra Religione jure censentur sanctissima, cumque ipsa etiam Edicta, seu Arresta, ut vocant, Parlamentorum, Nostris subijceremus oculis, atque audaciam ipsam, ac temeritatem loquentem quodammodo videremus, tanto non solum doloris, sed et admirationis sensu correpti sumus, ut vix illos, qui Christi legem profitentur, eo procedere potuisse credendum videretur.

Se a se demonstrata fuisse exprimit in secreto Consistorio, Cardinalemque excitat ut ad Ro-

§. 2. Itaque statim tertio Non. Septembris pro muneris Nostri ratione, more, Institutoque majorum frequentissimum Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Senatum in Concistorialem Cu-

manæ Ecclesiæ defensionem assurgat.

riam coegimus, ibique Nostram de Arrestis sententiam aperuimus, qua damnamus illa, atque abolemus, et irrita prorsus, ac nulla declaramus. Quare, dilecte Fili Noster, qui de de eodem es Sacro Collegio, eodemque Nobis cum spiritu de hujusmodi rebus sentire debes, cum interesse illi Nostræ actioni non potueris, per has te literss eiusdem certiorem facimus, atque hortamur in Domino, ut accipiens armaturam Fidei, qua resistere in die malo possis, et in tuenda dignitate Nostra, et in Apostolicæ Sedis auctoritate vindicanda, strenuum te geras, maxime vero in asserendis iis, quæ nostræ Religionis sunt, propugnatorem acerrimum. Hæc de te sperare Nos jubet tua in Nos, atque in hanc Sedem perspecta pietas, atque observantia, præcipuumque Christianæ legis ac disciplinæ studium, propterque te maximo, quo possumus, prosequentes benevolentiæ testimonio, Apostolicam benedictionem peramantar impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VIII. Septembris MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno quinto.

Dat. die 8. Septembris 1762 Anno V.

CCCVII.

Cardinalis de Choiseul excitat Religionem ad protuenda Romanæ Ecclesiæ jura, temeritate summa conculcata a Laicis Comitiis Regni Galliarum, impia condemnatione instituti Societatis Jesu.

Dilecto Filio Nostro Antonio S. R. E. Præsbytero Cardinali de Choiseul

Clemens PP. XIII.

Dilecte Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem

Agit primum de arbitrario judicio ad dissipandam, et extinguendam Societatem Jesu.

§. 1. Permolesta tibi fuisse arbitramur, quæ a Supremis Gallicani Regni secularibus aliquot curiis gesta sunt ad dissipandam, extinguendamque Societatem Jesu; atque illud in primis, quod ejus Institutum ab Ecclesia Catholica comprobatum, ut pium, idem curiæ illæ declaraverint irreligiosum et impium; vota vero, quibus Clerici Regulares ejusdem Societatis, Deo se devoverint, indigna esse, quæ Deo offerantur. Quam quidem Catholicæ Ecclesiæ sane atrocem injuriam cum diutius pati non potuerimus, in Consistorio secreto die Mensis hujus tertia, solemni Decreto coram Ven. Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus acta illa omnia rescidimus, seu potius inania, nulliusque roboris, et irrita, ac nulla esse declaravimus. Equidem mollissimas quasque vias persequuti sumus, quibus eo pervenire posse putavimus, ut ab Ecclesia tantum vulnus avertere, Deoque fidentes, qui fecit judicium injuriam patientibus, in dolore sustinuimus, et in humilitate Nostra patientiam habuimus, expectantes si forte homines, qui adversus illud Ecclesiæ de Instituto Societatis Jesu judicium, tam atroces coorti sunt, lenitate quadam Nostra, et mansuetudine mollirentur.

Cardinalis provocat fidem et zelum, ut in protuenda Catholica Religione assurgat.

§. 2. Verum cum ea denique spes frustrata Nos fuerit, vindicanda omnino fuit Ecclesia, quæ insimulatur id Institutum, quod illæ Curiæ impium, et irreligiosum repererint, pium habuisse, tantamque labem duorum sæculorum spatio, in suo ipsius quodammodo sinu fovisse. Factum id Nostrum tibi, dilecte Fili Noster, putavimus denuntiari oportere, tum quod Nobiscum ob Cardinalatus, quem geris honorem jura tibi summæ necessitudinis intercedunt, tum etiam, ut Nostro confirmatus exemplo in causa Religionis, impiis adversus Ecclesiam conatibus, Episcopali tua fortitudine strenue resistas. Denique fortitudini tuæ in Ecclesiæ defendenda divina, sublimique potestate, prospere ut omnia eveniant, auspicem Apostolicam benedictionem Nostram tibi, peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VIII. Septembris MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno quinto.

Dat. die 8 Septembris 1762 Anno V.

CCCVIII.

De eodem Argumento scribit Cardinali de Rohan.

Dilecto Filio Nostro Ludovico Constantino S. R. E. Presbytero Cardinali de Rohan

Clemens PP. XIII.

Dilecte Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

Quam immerite Gallicanæ Curiæ Laicorum senserint de Societate Jesu in Tridentina Synodo comprobata, et Romana Sede laudibus ornata

§. 1. Perrupta omnia Ecclesiæ jura, divinamque illius potestatem fractam protritamque vides a secularibus Gallicani Regni Curiis, quæ Societatis Jesu Institutum a Catholica Ecclesia in Tridentina Synodo comprobatum, Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum laudibus ornatum, et beneficiis, et Gallicanorum Episcoporum præconio collaudatum, contumeliosissime appellarunt, et irreligiosum esse censuerunt, et impium. De eo quoque, quod in votis suscipiendis Deo gratum sit, quodve aspernabile judicandi munus secularis potestas sibi præripuit, et ea vota, quibus in Societate Jesu sese homines devovent, pronunciavit, indigna esse quæ Deo offerantur. Nos quidem his in Ecclesiam illatis injuriis graviter ingemuimus, sed pluribus de causis in spem quandam adducti fore, ut tanta, tamque gravis tempestas suos aliquando poneret fluctus, non ne dissimulavimus? non ne quievimus? Ecce autem gravior in dies fit indignatio. Quamobrem ad vindicandas demum Ecclesiæ injurias illud Prophetæ usurpavimus = propter Sion non tacebo, et propter Hyerusalem non quiescam = et in Consistorio secreto die tertia hujus mensis habito coram Ven. Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, solemni Decreto acta illa omnia, quæ ab illis secularibus curiis contra omne jus et fas adversus Societatis Jesu Institutum gesta sunt, infirmavimus, rescidimus, omnique firmitate aut robore caruisse, et carere pronunciavimus.

Consistorialibus actis Cardinali significatis, hunc hortatur ut surgat Catholicæ Ecclesiæ Defensor.

§. 2. Id, Dilecte Fili Noster, a Nobis tibi notum fieri æquum fuit, qui eum Cardinalatus honorem gerens, S. huic Sedi sis addictissimus, quidquid a Nobis ad ejus dignitatem conservandam, et ad Ecclesiæ Catholicæ Majestatem tuendam gestum sit, cognitum habere debes, ut eidem Apostolicæ Sedi, et universæ Ecclesiæ defendendæ alacriori strenuitate operam tuam adhibeas. Plurimum quidem in auctoritate tua positum præsidii cognoscimus: ea nunc eum maxime, ut in Ecclesiæ bonum utare, a te flagrantissime poscimus, tibique, dilecte Fili Noster, Apostolicam benedictionem, eximiæ in te Nostræ charitatis, singularisque benevolentiæ pignus, peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VIII. Septembris MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno quinto.

Dat. die 14 Septembris 1762. Ann V.

CCCIX.

Ad novitates evertendas Christianæ Religioni, et sanctæ Sedis juribus, adversas, a triennio inductas in utriusque Siciliæ Regno, Pontificia charitate scribit Ferdinando Regi Illustri, illiusque excitat zelum ad emulanda majorum exempla.

Carissimo in Chisto Filio Nostro Ferdinando utriusque Siciliæ Regi Illustri

Clemens PP. XIII.

Carissimo in Christo fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

Conqueritur quod Religionis res in utriusque Siciliæ Regno, et Ecclesiasticæ potestatis inclinatæ sint, et in deterius conversæ,

§. 1. A quo tempore utriusque Siciliæ Regnum suscepit Majestas tua, tanta rerum, quæ ad Ecclesiam, ot Apostolicam Sedem pertinent, a hanc usque diem facta est immutatio, tam multa sic versa sunt et inclinata, ut de Ecclesiastica inde potestate ejusque juribus non mediocriter imminutis apud Majestatem tuam denique statuerimus conqueri. Aequo autem animo patiare, carissime in Christo Fili Noster, tecum Nos agere paulo liberius, et de eo, quod æternæ salutis tuæ maxime interest, regiam Majestatem tuam, ea fide monere, quam a Nobis postulat ipsum a Christo Domino institutum, quo sane immerentes fungimur, Summi Pastoris officium, et docendorum Fidelium ellagitat Nostri necessitas Magisterij. Horum in numero Fidelium cum te quoque voluerit esse summa Dei virtus, et gratia, te itidem æque ac quemquam alium, etsi sublimem adeo locum tenes, et maxime excelsum, Ecclesiæ, summoque ejus capiti, in hujus vitæ cursu, ut æternæ vitæ po-

rum Majestas tua possit attingere regendum tradidit, et monendum.

Eumdem hortatur ut serio animadvertat ad ea quæ ab triennio evenere in Religionis perniciem.

§. 2. Itaque te pro paterna Nostra erga Majestatem tuam benevolentia, summoque amore rogamus, et a te impensissime petimus, ut ad ea, quæ S. Ecclesiæ, atque huic debes Apostolicæ Sedi regium animum adjicias tuum, quo minime Deo probari posse, immo valde odiosum illi esse intelligas, amantissimam tui Matrem Romanam Ecclesiam, per ea, quæ fere quotidie toto utriusque Siciliæ Regno aguntur, vetustissimis juribus, superiorum omnis ætatis Regum prædecessorum tuorum consensione perpetuoque usu sancitis, jamjam expoliatam esse; et quibus rebus ab antiquissimo tempore prædita fuit, de earum possessione præsertim per hos tres annos, exturbatam, atque dejectam.

Reprobatur primo, quod laici pro arbitrio res sacras, et divinas administrent, inconsulto Romano Pontifice.

§. 3. Illud vero omnium gravissimum minimeque ferendum, laicos homines manus suas ad arcam Domini admovere, sacras res, atque etiam divinas pro lubitu suo administrare, inscio, et inconsulto universalis Ecclesiæ Summo Pontifice, cujus tamen Fidei sacrarum divinarumque tractandarum rerum potestas a Christo Domino tradita est, et commissa; qua Romanus idem Pontifex longe, lateque usus est, eamque præcipuo quodam jure in istis Majestatis tuæ Regnis semper ad hanc usque diem tranquille pacateque gessit. Illud vero altissime Regio animo esse defixum tuo volumus, et vehementer optamus, sacrorum tantummodo Catholicæ Ecclesiæ Antistitum, præcipuas vero Romani Pontificis esse partes, doctrinæ bonum depositum custodire, Fidelem populum Christianæ fidei scita libere docere, eique vias Domini, in quibus sine prolapsione possit ingredi, commonstrare: qui vero de sæculo hujusmodi munus sibi præripiat, illum sacratissima omnium jura perrumpere, atque Jesu Christo summam facere injuriam, cui non cum secularibus hominibus, sed cum Apostolis erat sermo, cum dixit = Qui Vos audit, Me audit =

Has ipsa de re querelas datas esse Catholico Hispaniarum Regi Pontifex significat.

§. 4. Hos autem animi Nostri sensus cum carissimo in Christo Filio Nostro Carolo amantissimo Parente tuo Catholico Rege per literas Nostras communicavimus; cujus religiosam de Ecclesia sollicitudinem, paternumque in Majestatem tuam amorem facturum confidimus, ut cognoscas, quod iter tibi pateat ad veram, et Christiano Principe dignam, et in Jesu Christo solidam gloriam; teque cohortaturum, ut omnia isthic ad fines sacerdotium inter, et imperium a vetustissimo tempore positos, restituantur; et quæ contra publicam fidem, contra solemnes pactiones ultro citroque factas, et immortali Deo teste interposita jurisjurandi fide, et religione firmatas (quæ quidem apud omnes Gentes habentur jura omnium sanctissima) usque ad hanc diem gesta sunt, deleantur, et Apostolicæ Sedis jura, cæteræque res sacræ ad eum statum, quem sine cujusquam querela jampridem tenebant, regio jussu tuo revocentur.

Quæ emendari Pontifex cupit, ea designata fuisse in notula Apostolico nuncio tradita, patefacit.

§. 5. Quæ vero a pietate tua, et justitia corrigi postulamus, et emendari, eorum seriem singulari chartæ consignatam Majestati tuæ tradet Noster apud eam Nuncius Venerabilis, Frater Josephus Archiepiscopus Cartaginensis. Quod si propter peccata Nostra, Deo Nobis irato contigerit, ut de spe Nostra, quam in Majestatis tuæ pietate posuimus, decidamus; profecto ne Apostolico Ministerio amisso, animæ Nostræ simus quodammodo proditores, nulli neque operæ neque industriæ parcendum statuimus, neque labori, quo sacrosancta sacerdotii jura ab Ecclesiæ auctore Christo Jesu Domino Nostro, fidei, et tutelæ Nostræ commissa, sarta tecta serventur.

Paterna charitate hortatur, ut a Religionis semita minime deflectat, et majorum suorum sequatur exemplo.

§ 6. Verum audi, carissime in Christo Fili Noster, disciplinam Patris tui, et ne dimittas legem Matris tuæ, Romanæ nimirum Ecclesiæ, ut addatur gratia capiti tuo. Novimus te a pueritia tua Christianæ vitæ, quam ætate corroborata sequare, firmissima fundamenta jecisse: tuumque te cogitatum habere in præceptis Dei, et in mandatis illius esse maxime assiduum. Quamobrem paterno animo, et quo Majestatem tuam amore summo complectimur, sedulo te in Domino admonemus, ut cogites in extremo Universi generis humani Judicio, Deum, vel ipsas justitias judicaturum, et multas, quæ justæ hominibus visæ fuerint, tamquam non suas repudiaturum. Noli igitur, carissime in Christo Fili Noster, facile tibi assentari, et existimare isthic hactenus gestum esse nihil, quo Romana Ecclesia se læsam, fuisse jure conqueri possit. Sapientis est hominis, Deumque timentis, præsertim ubi de Ecclesiæ juribus agatur, via minime dubia incedere, nec potentiæ suæ paullulum augendæ gratia, amittendæ animæ, eternæque salutis vel levissimum adire periculum. Itaque

ne in discrimen futuræ vitæ tuæ felicitas adducatur, vide ne quid unquam designetur in Regnis tuis, ab eo, quem Romanæ Ecclesiæ Matri tuæ debes, amore sejunctum. Interea Deum enixe precabimur, ut cum ætate tua Christianis nixæ virtutibus præclaræ animi tui dotes, et quæ Principem populis regendis præpositum maxime decent, divina aspirante gratia adolescant; Tuæque denique Majestati omnium bonorum auspicem Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ etc. die XIV. Septem. MDCCLXII. Pontificatus nostri anno quinto.

Dat. die 14 Septembris 1762 Ann. V.

CCCX.

Catanensem Antistitem dolentem de atrocibus injuriis ejus Ecclesiæ illatis a potestate Laica consolatur, auxiliumque promittit, eumdemque de Episcopatu abdicando cogitantem, a tali consilio retrahit.

Venerabili Fratri
Salvatori Episcopo Catanensi

Clemens Papa XII.

Venerabilis Frater salutem,
et Apostolicam benedictionem.

Ad suas aures perventas Pontifex exprimit, quas a laica potestate in Religionis contemptum patiantur.

§. 1. Diu est cum ex plurimum Episcoporum querelis, et Nostra etiam ipsorum experientia animadvertimus, sacros Ministros ab hominibus sæculi, quasi constata quadam conspiratione vexari; Ecclesiasticam potestatem contemptui haberi; Ecclesiis lites intendi, quo sacrorum vectigalium subsidio destituantur; earumque causas in judicium deductas, subdolis artibus protrahi; callidis calumniis ampliationibus, atque id genus injuriis jactari æquitatem, ut Episcopi animo denique concidant, et a suo jure diutius defendendo deterreant. Quanta vero vis ejusmodi injuriarum in utraque Sicilia ad hanc usque diem sese adversus Ecclesiam effuderit, Fraternitatem tuam, non modo assiduas Episcoporum audiendo querimonias, sed etiam experiundo sensisse ex tuis ipsis literis intelleximus; quæ plura sane inaudita, planeque aspera Nobis attulerunt.

Peculiares ærumnas Catanensi Ecclesiæ obventas dinumerat.

§. 2. Catanensi Ecclesiæ, vacante Sede, cum non esset Episcopus qui eam defenderet, magnam a laica potestate vectigalium partem ereptam, et Regio patrimonio attributam; Urbem Calascibettam a Catanensi Diœcesi violenter avulsam; ejus gubernationem a seculari potestato Judici Monarchiæ traditam; hunc non aliter, quam omnes Episcopi confessionibus audiendis Sacerdotes præficere, quos propterea ab eo, qui omni caret potestate, huic Sacramento adhibitos in pœnitentiæ administrando Sacramento, quidquid agant, certum est nihil agere: inde animabus Fidelium gravissimum detrimentum afferri: eorum idcirco plerosque solum vertisse, et alio se contulisse, ut legitimos sibi Pastores quærerent. Alterius itidem Ecclesiæ possessione Episcopum exturbatum: illius curæ, divinique cultus omnis administrationi laicam potestatem fuisse præpositam. Quæ quidem mala, pluraque alia, quæ Fraternitas tua Nobis recensuit, acerrime Nostrum animum pupugerunt: quibus si ipsi Nos remedium moliremur afferre, vel inanem operam sumeremus, vel eadem mala fortasse fierent asperiora.

Ad quas per[illegible] avertendas novationes Catholico Regi, alterque utriusque Sici[illegible] suis detu[illegible] hortationes significat.

§. 3. Cum igitur tantas, tamque multas injurias in manu Nostra non sit propulsare, quam opem laboranti Ecclesiæ ipsi ferre non possumus, eam petimus a carissimo in Christo Filio Nostro Ferdinando utriusque Siciliæ Rego, apud quem tam multas, tamqua graves Ecclesiarum, sacrorumque Pastorum vexationes per Nostras literas deplorando conquesti sumus, et in carissimi itidem in Christo Filii Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici conspectu tantam in res Ecclesiasticas immutationem, seu verius perturbationem a potestate laica invectam posuimus, ejus etiam auxilium flagitantes; qui nisi eorumdem Pastorum vicem aliquando miseratus sua illos ope adjuvet, vix sperare licet, humano unquam auxilio ex tantis Ecclesiam emersuram malis. Sed quem ex hoc rerum statu dolorem capimus, spe quadam valde lenire Nobis videtur, quam in religiosissimorum Regum pietate posuimus; qui ubi tantam Ecclesiarum calamitatem certo cognoverint, eam profecto statuent ab iisdem Ecclesiis, quam maturrime depellendam.

Catanensem Antistitem consolatur, eumque ab abdicationis Episcopatus proposito submovet.

§. 4. Tu vero, Ven. Frater, tuum obfirmato animo propositum tene; et in tuenda Ecclesiæ tuæ dignitate, ejusque juribus conservandis nullis neque animi, neque corporis laboribus defatigere; et quod monet Sapiens = *usque » ad mortem certa justitia, et Deus » expugnabit pro te inimicos tuos* = Hanc a te animi fortitudinem, et tuus

in istam Ecclesiam amor, et tua fides, et tua existimatio, et dignitas postulat. Sed te ardentem, et erectum ad eam strenue defendendam ex tuis ipsis literis recognovimus, qui nullum profiteris periculum recusare, ut ab Ecclesia tua illatæ, depellantur injuriæ. Quod autem scribis, te ætate florentem, et ob delatam Episcopalem dignitatem nimis forte exultantem, improvide aut non satis considerate, sacrum Ministerium suscepisse, eoque te referre isthæc mala, quæ per hos annos in tuam irruerunt Ecclesiam, noli quærere, quam te ob tantam tui humilitatem diligimus, quam carum habemus, quanta Fraternitatem tuam charitate complectimur. Sed cogitato ex istis angoribus, quibus ta conflictari doles, illud proficisci bonum = *quod in ipsa » adversitatis tentatione*, (ut Gregorii » Magni verbis utamur) *satis intelli- » gis, quam frustra prius de te ma- » gna elatus æstimabus.* Interea fortem animum præsta; et licet multa adversa tuis propositis, sanctisque desideriis obsistant, in omni dimicatione, quam te subire oporteat, illa te volumus suavissima spe muniri in Dei promissis posita, qui declaravit = *Quoniam » in me speravit liberabo eum; prote- » gam eum, quoniam cognovit nomen » meum* = Illud Apostoli non ignorat Fraternitas tua = *Ipsi scitis Fratres in- » troitum nostrum ad Vos, quia non » inanis fuit, sed passi multa, fidu- » ciam habuimus in Deo* = Ut igitur inanis non fuit Pauli ad Thessalonicenses ingressus, quod pertulisset injurias, sic erit in istis tribulationibus spiritualium plena meritorum tua in Episcopatu permansio. Id sperare Nos jubet Omnipotens Deus, qui per has molestias tibi tui dedit cognoscendi copiam tantoque animum tuum Episcopali robore circumsepsit. Tibi denique dum pollicemur Ecclesiæ tuæ jura strenue asserenti, omni Nos effusuros officio, Fraternitati tuæ Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIV. Septembris MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCCXI.

Dat. die 18 Septembris 1762. Ann. V.

Badensem Marchionem hortatur, ut serio cogitet de Catholica servanda Religione in sua ditione, dum post ejus mortem Marchionatus ad aliam deferretur lineam Acatholicam.

Dilecto Filio Nobili Viro Augusto Marchioni Badensi

Clemens PP. XIII.

Dilecti Filii Nobilis Vir salutem, et Apostolicam benedictionem.

Suum desiderium gratificandi Marchionem exprimit, ubi se præbeat occasio.

§. 1. De Canonicatu, quem pro dilecto Filio de Harrand a Nobis petit Nobilitas tua, ubi quis in aliqua Collegiata, vel Moguntiæ, vel in Augustana Diœcesi vacuus factus fuerit locus, id confestim a te per eum, qui Romæ tua gerit negotia, vel per alium quemvis, monitos Nos esse oportet, eam oblatam Nobis occasionem, qua Nostram tibi præstare possimus voluntatem. Illud autem sibi persuadeat Nobilitas tua, non ea tantum in re, sed in omnibus, quæ vel ad tuam dignitatem, vel commoda pertineant, non plus voluntatis ad te, quam ad Nos ipsos, ubi voluntati tuæ a Nobis satisfactum fuerit, perventurum.

Futura exponit pericula obventura Religioni, quoties ex Masculinæ sobolis defectu Badensis ditio ad aliam lineam Acatholicam deferatur.

§. 2. Quæ vero tristissima in Nostro versatur animo dies, noctesque cogitatio, nunc inter scribendum acrior Nobis occurrit, de clarissima, amplissimaque Nobilitatis tuæ Familia, quam cum mascula ipse careas prole, suo tempore, quod quidem a Deo petimus, tardissime ut eveniat, aliquando oportet extingui. Quæ cum defecerit, et quas urbes, oppida, ceteraque loca in tua tenes potestate, et ditione, sub imperium ditionemqua ceciderint alterius de Gente tua Familiæ, quæ a Catholicæ Ecclesiæ fide disjuncta est, videt Nobilitas tua, quantum in periculum veniat Sacrosancta Nostra Religio, quæ nunc summo Dei beneficio ubique locorum in Marchionatu tuo a multo tempore colitur. Est autem tuæ non modo pietatis, sed etiam illius officii, quod tibi detulit Deus regendi populi tui, eam cogitationem suscipere, qua hominum, qui tibi subjecti sunt æternæ saluti provideas, et Catholicam prohibeas religionem a tanto tamque immiuenti periculo.

Consilia præbet, et futura promittit pro conservanda Catholica Religione in Badensi Ditione.

§. 3. Quod si tua Nobilitas a Nobis quærat, quonam tandem consilio existimemus te id posse consequi, nihil Nobis ad hanc rem videtur esse commodius, quam ut Nobilitas tua, at dilecta in Christo Filia Nobilis Mulier Elisabetha, communi volutate, de omnibus Familiæ vestræ Allodialibus, ut vocant, bonis, ita statuatis, ut maximorum omnium honorum longe pretiosissima fiant, si eorum pretio Catholica Religio integra apud Vos, et incolumis conservetur. Sed hæc satis est, breviter attigisse, quæ eidem dilectæ Filiæ Elisabethæ literis ad eam datis, et quæ cum his isthuc afferentur, sic leviter tetigisse: quod tamen consilium Nostrum parati sumus peculiariter signateque exponare, omnemque rem ulterius pertractare, si ubi illud diligenter expenderis, probari a te per literas Nobis significaveris. Illud autem a Nobilitate tua potissimum considerari volumus, et optamus, quanta futura sit felicitas tua, tibi, si Nostro pareas consilio, hæredem asse ipsum Dominum Jesum Christum, cui bonorum tuorum pratio quotquot animæ in tua sunt Ditione, quotque erunt in posterum, eas incolumes præstes: contra vero quo in periculo versere, ei, qui a Deo Patre constitutus est Judex vivorum, et mortuorum, redditurus rationem eorum omnium, qui æternam salutam amisissent, quod tam facile, tam salutare, tam in manu tua positum consilium naglexeris. Nos profecto, singulariter Nobis dilecte Fili Nobilis vir, non modo consilio, sed etiam re, et opera, omnique studio, et contentione, in hoc gravissimo, non tam tuo, quam Catholicæ Ecclesiæ negotio Nobilitatem tuam adjuvabimus, cui benevolentiæ erga te sane præcipuæ testem Apostolicam beneditionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVIII, Septembris MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CCCXII.

Dat. die 26 Septemb. 1769. Anno V.

Novæ Ordinationes pro Gubernio, et directione Domus correctionis, et pænitentiæ in Civitate Corneti, quæ regimini subjicitur Episcopi Montis Falisci, et Corneti.

Clemens Episcopus

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

§. 1. In tanta profecto vitiorum corruptela humana infirmitas versatur, ut vel ipsos Ecclesiæ Ministros sæpius in gravissima crimina prolapsos spectare sine summo mærore, et lacrymis haud possimus. Quapropter Nostra Pastoralis cura, et vigilantia, spiritu Sacrosanctæ Ecclesiæ disciplinæ permota, et valide interposita, non solum, quominus scelera patrentur, verum etiam, ut patratis opportuna remedia adhibeantur; ea sollicitudine Nos modo afficit, ut illa disponere, ac providere intendamus, quæ noxiis hominibus, dum meritas pœnas luunt in corpore, conferre possint ad veniam a Deo impetrandam, et ad insumendum tempus a Divina Misericordia illis adhuc elargitum, in iis operibus, quibus æternæ Justitiæ satisfacere aliquatenus possint.

Urbanus VIII. domum correctionis Corneti ad coercendos Ecclesiasticos tam seculares quam Regulares construere fecit, et Cardinalis Vicarii in Urbe Protectioni supposuit.

§. 2. Alias siquidem a fel. rec. Urbano PP. prædecessore Nostro ad coercendam improbitatem, et ad prospiciendum saluti eorum, qui in gravia scelera incidissent, obliti vocationis suæ, qua vocati fuerunt ad Ministerium Christi, mysteriorumque Dei dispensationem, constructa fuit Corneti pœnitentiæ domus, cujus Protectio penes Cardinalem Romani Pontificis in Urbe, ejusque districtu Vicarium in Spiritualibus Generalem hactenus fuit: Præfecturam autem, regimen, et administrationem Decanus Clericorum Cameræ Apostolicæ Præsidentium gessit: quam quidem institutionem, peculiaresque leges pœnitentibus præscriptas, si illæ ad nostra usque tempora servatæ fuissent, tam multæ, tamque magnæ utilitates essent subsequutæ, ut decori Ecclesiastici Ordinis plene, cumulateque prospectum esse videretur.

Incuria Ministrorum factum est, ut non ea haberentur e corrigendis respe-

§. 3. Sed Protectore, atque Præfecto perpetuo inde absentibus, qui plurimis alias, gravissimisque curis distenti erant, id denique damni acci-

seminis signa, quæ profuturam eis correctionem ostenderent.

dit, ut improbi, sontesque homines, qui Divinæ humanæque justitiæ, assidua pœnitentiæ exercitatione, satisfacturi eo conjiciebantur, non modo nulla darent indicia resipiscentiæ, sed obfirmatiores etiam in animi pravitate persisterent, novisque sese flagitiis implicarent. Quod, cum, incredibili dolore Nostro intellexissemus, præscriptis continuo opportunis regulis, ei malo occurrere non pretermisimus. At, quum hæc item incuria Ministrorum, aut intercidisse omnino, aut quandoque intermissa paulatim in desuetudinem abire cæpisse compererimus, in eam venimus cogitationem, ut domus illius curam, immediatumque regimen ei, qui præsens adesset, quique eumdem per se ipsum regere, atque moderari posset, committendum arbitraremur. Quo in consilio eo magis confirmati sumus, quo diligentius, penitusque, cum Aprili hujusce anni mense, Centumcellis commoraremur, quam periculoso statu res esset, cognovimus.

Regimen domus correctionis Episcopo Montis Falisci et Corneti tribuitur.

§. 4. Itaque Motu proprio, et ex certa scientia, locum illum pœnitentiæ, et correctionis domum deinceps ab omnibus appellandum, reprimendæ flagitiosorum Ecclesiasticorum, sive Sæcularium, sive Regularium licentiæ destinatum, semperque, ut antehac fuit, sub protectione dilecti filii Nostri S.R.E. Cardinalis in iisdem Urbe, et districtu, moderni, et pro tempore existentis Vicarii in Spiritualibus Generalis mansurum, in perpetuum, immediato universoque regimini, directionique Venerabilis Fratris Nostri, et pro tempore existentis Episcopi Montisfalisci, et Corneti, ut infra, ex speciali delegatione Nostra subjicimus.

Quod sane regimen domum respicit, et Ministros in ea existentes.

§. 5. Etsi enim, quidquid ad redditum exactiones, solutionesque pecuniæ hic Romæ faciendas, ad pœnitentes illuc transmittendos, num gratis, an soluta pecunia sint alendi, ad fidejussiones pro hujusmodi alimentis recipiendas, ad revisionem denique rationum, seu expensarum pertinet, id totum dilecto filio Decano Clericorum Cameræ Apostolicæ Presidentium nunc, et pro tempore existenti attribuimus; regimen tamen integrum, planamque curam et jurisdictionem domus et pœnitentium pro tempore in ea degentium, atque custodum, et ministrorum quorumcumque, ad Episcopum ipsum deinceps spectare constituimus, et declaramus.

Facultas eidem Episcopo tribuitur regulas condendi correctionis domus utiles.

§. 6. Quare jus eidem Episcopo erit, statuta, leges, et regulas, quas prospiciat necessarias, utilesque futuras, non modo de gubernatione domus, de custodum, ministrorumque muneribus, quorum custodum, ac ministrorum deputationes, amotionesque ejusdem Episcopi voluntati arbitrioque relinquimus; verum etiam de temporis, seu horarum in oratione, laboreve manuum insumendarum distributione, deque aliis similibus rebus præscribere.

Itemque decernendi testimoniales post correctionis tempus absolutum.

§. 7. Immediatam denique loci ipsius curam, atque administrationem Episcopo attributam, adeo salutarem in Domino speramus fore, ut ad Episcopi ipsius prudens arbitrium, id etiam conferamus, ut iis pœnitentibus, quos, exacto pœnitentiæ tempore, dimitti contigerit, literas testimoniales de eorum resipiscentia, speque constantis emendationis concedere queat: quibus quidem literis illorum Episcopi, Superioresve intelligant, num liceat eos, nisi irregularitas, aut canonicum ullum obstet impedimentum, exercitio suorum Ordinum restituere.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Præsentes vero litteras, et in eis contenta, semper et perpetuo efficaces existere et fore, suumque integrum effectum sortiri debere decernimus, non obstantibus, quibusvis contrariis, sique essent, Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis.

Fides habenda exemplis hujus Constitutionis.

§. 9. Volumus autem, ut ipsarum præsentium exemplaribus, etsi impressis, ab aliquo ex Notariis publicis subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio ex extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur si forent ostensæ.

Sanctio poenalis.

§. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostræ subjectionis, constitutionis, declarationis, decreti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLXII., vi Kalendas Octobris, Pontificatus Nostri Anno quinto.

Dat die 31 Sept. 1762. Ann. V.

CCCXIII.

Regimen, et gubernium Collegii Cantorum Cappellæ Pontificiæ statuitur, opportunæque hac de re ordinationes dantur, veteribus confirmatis, vel innovatis.

Collegium Cantorum Cappellæ Pontificiæ erectum fuit a Sixto V. Constit. edit. Anno 1586 Sept. 1 relata in Bullario Mainardii. Pontificii Sacelli Cantores triginta duos esse opportere statuit Urbanus VIII. per Literas in forma Brevis in eodem Bullario prætermissas. Ne extrahi possent libri Musicales ex Archivio Cappellæ Pontificiæ prohibuit Innocentius XI. Const. Anni 1687 Oct. 15 quæ pariter legitur in Bullario Mainardii. Quoad Custodiam librorum Archivii Collegii Cantorum plurima statuit Alexander VIII. Constit. Anni 1690 Oct. 21 in predicto Bullario prætermissa. Collegii hujus statuta, et decreta partim antiqua, partim innovata, confirmavit Innocentius XII. Constit. Anni 1699 Julii 16 relata in Bullario supradicto.

Clemens Episcopus

Servus Servorum Dei
Ad futurum rei memoriam.

Necessitas præstituendi veteres Constitutiones vetustate exoletas, et in parte eas innovandi.

§. 1. Cum retinendi augendique decoris Domus Dei causa, nil sit a Romano Pontifice prætermittendum, curandumque præterea diligenter sit, ut in locis sacris, præsertim iis, in quibus Ipse rei Divinæ dare operam consueverit, omnia concorditer, ordine, recteque fiant: Nos inter cætera considerantes, quantum etiam conferre ad id assequendum possint, quæ a prædecessoribus Nostris de regimine Collegii Cantorum Pontificii Nostri Sacelli constituta sunt, quæque propter vetustatem prope exoleverunt; sic ea duximus restituenda, ut, habita conditionis, rerum, ac temporum ratione, sublatisque dubiis, siquæ forte suborta essent, atque præscriptis finibus, quos prætergredi nemini deinceps liceat, usu demum, observantiaque firmitatem, stabilitatemque perpetuam habitura esse videantur.

Nonnulla dubia promota quoad jurisdictionem Cardinalis Protectoris.

§. 2. Itaque, cum ob decretum anno MDCCXLVIII. a Dilecto Filio Nostro S. R. E. Cardinali ejusdem Pontificii Sacelli Nostri Cantorum moderno Protectore Alexandro Albano editum, commota dissensio fuerit, multis eorumdem Cantorum onus sibi insuetum, satisque grave impositum esse; querentibus, propterea quod præceptum eodem decreto fuisset, ut Cantores supra numerum in id Collegium cooptati, antequam in numerum adsciscantur, sintque participes stipendii, solitorumque emolumentorum, examen rursum subire debeant; cumque Cardinalis ipse Protector ad Nos provocaverit, datoque supplici libello petierit, ut Congregationem particularem aliquot S. R. E. Cardinalium indiceremus, quæ, nulla judicii forma servata, de ea re universa cognosceret, declararetque, quam late Cardinalis Protectoris pro tempore existentis in idem Collegium potestas, et jurisdictio pateat, quantumque roboris, et auctoritatis decretis iis inesse arbitraretur, quæ lata non modo sunt, sed et quæ in posterum a Cardinali ipso Protectore proferri poterunt: Nos hisce postulatis precibusque permoti, per dilectum Filium Auditorem Nostrum die XXIV. mensis Maii Anni superioris, hoc modo rescribi jussimus: *Sanctissimus remisit preces ad Eminentissimos Dominos Cardinales Merlinum, Castellium, et Marcum Antonium Columna, ut expensis, libratisque juribus a partibus deducendis, nulla servata forma judiciaria, ac omni omissa citatione, quid sentiant secundum Constitutiones Apostolicas, jurisque dispositionem Sanctitati Suæ referant*: ei Rescripto tres ipsi Dilecti Filii Nostri S. R. E. Cardinales Merlinus, Castellius, et Marcus Antonius Columna ultro obsequuti, cum partis utriusque jura, voce sibi pluries, scriptoque proposita studiose considerassent, Nobis, quæ concors ipsorum fuisset, unanimisque sententia, quidque statuto esse opus censuissent, exposuerunt.

Peculiaris Congregatio ad dubia ea explananda deputata, eamque Pontifici sensum aperuit.

§. 3. Quam quidem trium eorumdem S. R. E. Cardinalium a Nobis, ut præfertur deputatorum sententiam, cum Nos ipsi serio, accurateque perpendissemus, sublaturi deinceps conquestiones, atque dissidia, quæ præmissorum occasione oriri eodem in Collegio fortasse possent, certam quamdam rationem, formamque præscribendam judicavimus, qua felicius illud regatur, atque ex iis in posterum viris componatur, et coalescat, qui ob Musicæ artis peritiam, suavitatemque vocis, majore in celebritate versentur. Igitur Motu proprio, ex certa scientia, et matu-

ra deliberatione, omnes ac singulas Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum Constitutiones, et Ordinationes, sive obsignatas plumbo, sive in forma Brevis, sive quocumque tandem modo de regimine, gubernatione, et directione Collegii ejusdem Cantorum editas, quin etiam Collegii ipsius statuta, regulas, usus, consuetudines, stilos denique laudabiles, probatos, quique nunc vigeant, modo præsentibus Nostris Literis non adversentur, Apostolica auctoritate exprese, ac specialiter confirmantes, et adprobantes, iisque firmitatis Nostræ Apostolicæ robur adjicientes, infrascripta statuimus, decernimus, sancimus, et declaramus.

Cardinalis Protector fungitur auctoritate cogendi ad observantiam Pontificiarum ordinationum.

§. 4. Cardinalem Protectorem, uti talem, atque uti defensorem, conservatoremque Collegii, ejusque legum, obtinere auctoritatem cogendi extrajudicialiter tantum ad observantiam, ordinationum Pontificiarum, statutorum, usuum, legitimarumque consuetudinum, non solum Collegium ipsum, sed personas etiam Cantorum, quoties idem Collegium negligat in Cantores animadvertere, quos in munere fungendo minus esse diligentes, aut contra disciplinam, usus, mores, quos servitium Sacelli Pontificii requirat, quovis modo peccasse compererit. Rursum Cardinali eidem Protectori jus esse, ita sua illa auctoritate uti, ut pecunia eos, qui suo muneri desint, multare, aliisque ad correctionem illatis pœnis, continere in officio possit. Neque vero id solum, sed etiam providere, si qua minus congrue, minusque consulte acta, disposita, statuta a Collegio fuerint eo in genere, cui provisum statutis, ordinationibusque Pontificum nondum fuerit.

Certior fieri debet de futuris Collegii deliberationibus.

§. 5. Certiorem præterea Cardinalem Protectorem fieri oportere eorum, de quibus in Collegio deliberandum, agendum, statuendumque est, ut ejus ope, et consilio, etiam in casu electionis Magistri Cappellæ, aliorumque Officialium, cooptationeque novorum Cantorum in idem Collegium, omnia consultius perogantur.

Penes Collegium jus est proprii regiminis, nec non nova condendi Statuta.

§. 6. Jam vero pro felici Collegii Cantorum regimine, et gubernatione, ad idem Collegium jus privative pertinere condendi nova statuta, decreta, ordinationes, quæ tamen exequutionem consequi minime poterunt, nisi ante a Nobis, successoribusve Nostris, vel a Cardinali Protectore fuerint adprobata. Quare immediatam, ordinariamque Collegii administrationem, privative ad idem Collegium pertinere, adeo ut ei potestas insit gubernandi sui, dummodo nequid statuat, agat, deliberet, quod ab Apostolicis Constitutionibus permissum ejus judicio, arbitriove non fuerit; quodve repugnet, imo vero quod non sit probatis suis regulis, statutis, consuetudinibus, laudabilibusque usibus consentaneum: In rebus autem novis, aut implicatis, ac dubiis, quæ legis cujuspiam explicandæ, interpretandæve gratia suscipiantur, si magni præcipue momenti sint, Cardinalis Protectoris consilium omnino petat Collegium, ac illud exequi curet. Alias si Cardinalis Protector res minus consulte, minusque recte a Collegio iis in casibus octas, constitutasquo esse judicarit, inhibere poterit earum exequutionem, quod a Nobis, aut a Romano Pontifice pro tempore existente quid facto sit opus cognoverit.

Statuitur, Collegio jus pertinere cooptandi novos Cantores, et regulæ præbentur pro examine explendo.

§. 7. Cooptandorum autem Cantorum in Collegium, post prævium examen, coram Collegio ipso instituendum, jus ad idem Collegium pertinere. Examen vero nisi per concursum fieri in posterum non posse, quem quidem concursum hac deinceps forma esse instituendum, Nostra hac ordinatione præcipimus. Ante menses omnino tres quam dies habendo examini constituatur, efferendum publice, idque scripto enunciandum esse, quæ sit pars, seu quod sit munus, seu officium in Collegio Cantorum vacans, ne cui eorum, qui apti ad idem implendum sint, aditus ad concurrendum interclusus esse videatur; rursum triduo antequam examen instituatur, Collegis omnibus, ne Jubilatis quidem exceptis, quod idem sit munus vacans esse significandum, atque indicandum diem examini habendo dictum: cui quidem examini, ad quod nullus admittatur, nisi sua Magistro Cappellæ exhibuerit requisita, interesse debeant, e tribus partibus Collegarum, omnino duæ, ut ne sit invalida, atque inanis electio: concurrentium autem, qui post examen in scrutinio, quod secreto fieri volumus, plura inter cæteros supra medietatem suffragia sortitus sit, electum censeri, electionisque suæ scripto a Cardinali Protectore certiorem fieri oportere. Cæterum sciant suffragantes districtam rationem Deo esse reddituros, si meliorem, atque aptiorem suo muneri fungendo non elegerint.

Eidem Collegio jus est eligendi Magistrum Cappellæ

§. 8. Eligendi præterea Magistri Cappellæ, aliorumque Officialium, Collegio eidem jus esse: sed triduo ante

le, aliosque Officiales, servatis regulis super Collegii ipsius convocatione.

intimandus in scriptis erit, facta etiam vacantis muneris mentione, Collegis omnibus, ne demptis quidem Jubilatis, præstitutus ei electioni dies. Electum autem fore, qui cum nominatus fuerit, uti fieri consuevit, unum saltem supra medietatem, in scrutinio secreto habendo, suffragium obtinuerit. Quod si ad unum, idemque officium, tres proponi contigerit, et nemo eorum suffragium ullum supra medietatem reportaverit, electusque proinde non fuerit, tunc ejus rei a Collegio per Cardinalem Protectorem, Nos, vel Romanum Pontificem pro tempore existentem, ut quid sit agendum intelligatur, certiorem esse faciendum. Congregationes autem Collegii, quoties de cooptandis Cantoribus, deque Officialibus deligendis agitur, in Palatio Apostolico, ubi Cantores ipsi cogi solent, esse omnino habendas: nam si de aliis agatur rebus, Cardinali Protectori, aliquoties legitimam ob causam, in propriis Ædibus coram se congregare Collegium licere.

Pariterque indicendi correctionales poenas, et multas.

§. 9. Inesse quoque Collegio culpæ causa, si quam admiserint, juxta atque statuta, consuetudinesque postulant, in casibus etiam non expressis, multandorum Cantorum potestatem, idque tum pecuniariis, tum aliis, quæ correctioni conducant, pœnis; quæ quidem pœnæ, nisi in casu manifesti gravaminis revocari, aut condonari, remitive a Cardinali Protectore, sine Collegii consensu non poterunt.

Peculiares ordinationes quoad licentias absentiæ elargiendas.

§. 10. Competere etiam eidem Collegio auctoritatem permittendi, concedendique Cantoribus, probante Cardinali Protectore, ut sese eximere a servitiis Cappellæ, si velint, possint, qui certe Cardinalis Protector, nisi gravis impediat causa, suam denegare nec debebit, nec poterit adprobationem. Quod si tam gravis necessitas urgeat, ut commode Cantor petere ab universo Collegio facultatem sese eximendi non queat, tunc peti eam a Magistro Cappellæ, vel a punctatore, vel a Cardinali Protectore posse, juxta seriem, ac formam expressam in Statutis Collegii Cap. XLII. a fel. rec. Innocentio Papa XII prædecessore Nostro confirmatis; modo non agatur de facultate, quaCantori abesse ab Urbe liceat, quæ sane facultas, excepto casu convalescentiæ, aut gravissimæ alterius cujusquam, urgentissimæque causæ, nisi solum a Collegio, cum adprobatione tamen Cardinalis Protectoris, concedi non poterit.

Prohibetur augmentum et variatio numeri Cantorum eorumque stipendiorum.

§. 11. Atque hæc quidem sunt, quorum dijudicandorum, agendorum, statuendorumque potestatem Cardinali Protectori, Collegioque Cantorum respective inesse judicavimus. Declaramus autem neutri horum fas esse quocumque prætextu, etiam nomine supranumerariorum, Cantorum numerum augere, aut variare partes musicas, Cantorumque salaria, et emolumenta, aut hæc sua voluntate, arbitriove; quæ quidem Cantoribus integra, secundum eorum ad id munus antiquiorem electionem assignanda erunt. Quin etiam neutri eorum jus esse Cantorum aliquem, etiamsi supra numerum sit, e Collegio expellere, sed in casibus particularibus a Cardinali Protectore, Nostrum, vel pro tempore existentis Romani Pontificis oraculum esse exquirendum.

Neque Collegium, neque Cardinalis Protector ea possunt statuta, et leges immutare, quæ fuerunt Pontificia auctoritate approbatæ.

§. 12. Carere præterea Cardinalem Protectorem, atque Collegium immutandorum, aut abrogandorum fundamentalium statutorum, legumque ejusdem Collegii potestate, præsertim si statuta illa, legesve latæ, vel adprobatæ a Romanis Pontificibus fuerint: cujusmodi sunt illæ, quibus Cantorum numerus, methodus asservandi libros, paginasque ad Collegium pertinantes, præscribuntur, quarumque plenam observantiam, exequutionemque requirimus. Quare vigore præsentium specialiter, et expresse confirmamus Literas Apostolicas in forma Brevis fel. rec. Urbani Papæ VIII, quibus præcipitur, Pontificii Sacelli Cantores, non computatis tamen jubilatis, triginta duos esse oportere, sine eorum tamen præjudicio, qui nunc supra numerum in Collegium cooptati inveniuntur, de quibus paulo post dicemus; nec non literas in forma Brevis fel. rec. Alexandri VIII., quibus præscriptum est, ut libri, paginæque Collegii, tum quæ in Archivio, seu tabulario servantur, tum quæ Cantorum commodo retineri solent, sub triplici diversa clavi, quarum una penes custodem, altera penes Magistrum Cappellæ, tertia penes punctatorem sit, diligenter custodiantur, juxta literarum earumdem seriem, ac tenorem. Quod autem ad alias leges, legitimasque consuetudines, quamvis auctoritate Pontificia non confirmatas attinet, declaramus eas Collegio immutare, aut variare minime licere, nisi accedente Cardinalis Protectoris consensu, et adprobatione.

Judiciales provocationes Collegii ad Pontificis Auditorem deferendæ, extrajudiciales vero

§. 13. Cæterum judiciales provocationes, seu recursus de rebus ad Collegium ipsum quoquo modo spectantibus, aut ab ejus regimine aliqua ratione pendentibus, ad Nos Successores-

singulorum ad Praefectum Palatii Apostolici.

ve Nostros per Dilectum Filium Auditorem Nostrum, vel pro tempore existentis Romani Pontificis fieri debere statuimus. Quod si de re privata, particulari que Cantorum agatur, firmam, stabilemque manere volumus Præfecti Palatii Nostri Apostolici tum civilem, tum criminalem, mixtamque jurisdictionem; ita quidem ut in iis, quæ ad Collegium quoquo modo pertinent, aut Nostræ Cappellæ Pontificiæ subsunt, nulla sit ei exercendæ jurisdictionis, recipiendorumve extrajudicialium recursuum, seu provocationum potestas.

Peculiaris prudentia circa novum examen eorum qui inter Supranumeros cooptati jam fuerunt.

§. 14. Extremum est, ut quæ Nostra sit voluntas declaremus, quodque judicium de Cardinalis Protectoris decreto anno MDCCXLVIII edito, quo præscribebatur, ut Cantores supranumerum, antequam participes fiant salarii, reliquorumque emolumentorum, novum examen subire debeant, non coram pleno Collegio, sed coram Magistro Cappellæ, punctatore, Cantoribus in Decreto enunciatis instituendum ita, ut penes solum Cardinalem Protectorem sit illius approbandi arbitrium.

Novo examini subjeciuntur Cantores illi qui in prima admissione ab universo Collegio non fuerint examinati

§. 15. Itaque, etsi id decretum literis Apostolicis in forma Brevis fel. rec. Pauli V. prædecessoris Nostri datis die VIII. Februarii Anno MDCVII. componi non posse contenderetur, quibus quidem literis incipientibus: *Accepimus inter alia*: expresse præscribebatur examen semel a Cantore, antequam id muneris consequutus sit coram pleno Collegio subeundum, adeout ab judicio Collegii admissio Cantoris, exclusioque dependeat: nihilominus animo reputantes, ipsum Cardinalem Protectorem, provido quidem consilio, alterum hoc examen decrevisse, ut qui supranumerum in Cantorum Collegium cooptari sunt (si forte minus apti, vel levissimo, privatoque examine præmisso, ea spe admissi fuerint, ut idonei posthac evaderent) metu secundi examinis, in quo expulsionis discrimen subire cogerentur, diligentia, studio, exercitatione aptiores ad munus obeundum efficerentur, plurimum profuturum regimini Cappellæ Pontificiæ secundum examen eorum Cantorum omnium judicamus, qui antequam supranumerum in Collegium admissi essent, examen coram pleno Collegio non subierint: quamobrem harum serie præcipimus, et mandamus, ut infra annum ii Cantatores supranumerum, qui dum cooptati in Collegium sunt, coram pleno Collegio sese examini minime subjecerunt, a Cantoribus numerariis, comprehensis etiam Jubilatis, modo, et forma supra expressis examinentur, eos vero ab omni examine liberamus, qui semel a Collegio ipso examinati, atque adprobati rite fuerunt.

Probandi sunt in secundo examine qui post primam admissionem vocem detrimentum sint perpessa ex nimia cantus exercitatione.

§. 15. Qui autem in hujusmodi experimento minus apti ad munus obeundum deprehensi fuerint, ob vocem, nimia dumtaxat cantus exercitatione, attenuatam, ii quidem jus ad Cantoris numerarii locum, cum vacaverit, ut quisque eorum est cooptatione antiquior, occupandum acquirent: qui vero culpa sua vitioque minus apti esse dignoscentur, iis duorum annorum spatium detur, ut sese studio, exercitationeque ad examen tertio subeundum parent. Quod quidem biennii intervallum adeo iis prodesse volumus, ut si in tertio examine, ipsos idoneos esse judicatum fuerit, tunc ii et merito in munere fungendo antiquitatis, et aliis prærogativis, ac si in altero examine idonei, aptique comparuissent, locum obtineant; sed eos, quibus neque secundum concessum experimentum suffragabitur; ab exercitio muneris, præservatis tamen prærogativis, honorificentiis, eisque emolumentis, quibus hactenus uti Cantores supranumerum gavisi sunt, in reliquis omnibus exclusos esse, et fore mandamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 16. Decernentes quoque præsentes Nostras literas, ac omnes et singulas ordinationes et declarationes in eis contentas, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis, vel eorum aliquo quomodolibet interesse habentes, vel habere prætendentes, ad hoc vocati, seu quantum ipsis libuerit auditi non fuerint, aut ex quibusvis aliis causis, de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio seu intentionis Nostræ, vel quovis alio defectu notari, vel impugnari aut alias infringi, sed quomodolibet retractari, suspendi, interpretari, declarari, vel eis, in aliquo derogari nullatenus umquam posse, easque omnino sub quibusvis contrariis Constitutionibus generalibus, et specialibus minime compræhendi, sed semper et perpetuo validas, firmas et efficaces esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum, perpetuo et inviolabiliter observari debere, et ita per quoscumque Judices et Tribunalia, ac S. R. E. Cardinales, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et authoritate judicari et definiri debere, irritum quo-

que et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 17. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et Cancelleriæ Apostolicæ regula de Jure quæsito non tollendo, ac etiam quatenus opus sit, aliis Apostolicis Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum constitutionibus et ordinationibus, usibus, stylis, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac quibusvis particularibus decretis, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis eidem Collegio ejusque Cantoribus per Romanos Pontifices prædecessores Nostros præfatos, præmissis Nostris dispositionibus et declarationibus, si qui essent, adversantibus: Quibus omnibus et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus expressa et individua mentio habenda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum præsentibus inserti forent pro expressis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad effectum validitatis et perpetuæ observantiæ omnium et singulorum præmissorum, hac vice dumtaxat, harum quoque serie specialiter, et expresse derogamus; contrariis quibuscumque.

Fides exemplis prabenda, et eorum custodia habenda penes Collegium.

§. 18. Volumus autem, ut præsentes Nostræ literæ, omniaque, et singula in eis contenta, iis quos concernunt innotescant, quod ipsarum exemplar in pleno Collegio dictorum Cantorum, ad hoc specialiter convocando, infra mensem a die datæ præsentium legi, et publicari debeat. Qua quidem peracta publicatione, illæ omnes perinde afficiant, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent. Ipsæ vero præsentes, in Archivio ejusdem Collegii asserventur, nec non, ut earumdem præsentium transumptis, etiam impressis, ab aliquo ex Notariis publicis subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Sanctio poenalis.

§. 19. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrorum statutorum, decretorum, præceptorum, mandatorum, et derogationum infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ MDCCLXII Pridie Kalendas Septembris Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCCXIV.

Dat. die 6 Oct. 1762 Ann. V.

Christianissimum Francorum Regem rogat ne in futuræ pacis componendis sanctionibus sinat Westphalicis Ecclesiis, et juribus earum Pastorum detrimentum afferri, in Acatholicorum comodum.

De rebus VVestphalicarum Ecclesiarum habes hujus Pontificis Literas Francorum Regi directas, quas retulimus hujus Continuationis Tom. I. N. XIX. itemque hoc Tom. II. N. CCXIV. pag. 116. præter Epistolas alias de quibus mentio est in respectivis adnotationibus.

Carissime in Christo Filio Nostro
Ludovico Francorum Regi
Chistianissimo

Clemens Papa XIII.

Carissim in Christo Fili Noster
salutem, et Apostolicam benedictionem.

Præcedentes literas hac ipsa de re Francorum Regi directas Pontifex commemorat.

§. 1. Sub Nostri Pontificatus initium Regiæ Majestatis tuæ literis datis significavimus, quantus ad animum Nostrum perveniret dolor ex tota fere Germania teterrimo diuturnoque bello perculsa, ac pene prostrata, in qua præsertim florentissimæ antea Provinciæ, quarum quædam Catholicorum Principum, quædam etiam Episcoporum parent imperio, populatæ, direptæ, et ferro, ignique fere funditus sunt eversæ. Cujus quidem doloris Nostri asperitatem aliqua ex parte spes illa Nobis mollire videbatur, futurum aliquando, ut Principes, qui sese adhuc mutuis cladibus contriverunt, cum bello tandem destitissent in proximo sanciendo fœdere de injuriis rei Catholicæ illatis ageretur, et de iis revellendis, cæterisque resarciendis damnis ex bono, et æquo pactiones fierent.

Acatholicorum significat Principum molimina pro Ecclesiarum Germanicarum subversione.

§. 2. Verum spem hanc Nostram valde debilitant, qui ad Nos perferuntur tristissimi nuncii, ea contra Catholicam Religionem ab Heterodoxis Principibus fortasse iniri consilia, ut non tam belli mala dolere, quam ipsius belli debeamus exitum pertimescere. Quid enim Nostris Principibus gravius et Orthodoxæ Fidei periculosius, quam in paciscenda pace, qui sunt Catholico nomini infensi, et adversi, id eos pervincere, ut quibusdam Cathedralibus

Ecclesiis, quæ nunc suo Pastore carent, et omni defensore sunt destitutæ, temporalis Ditio et Principatus, cæteraque jura ejusmodi eripiantur. Heterodoxis Principibus tribuantur? Quam tu, carissime in Christo Fili Noster (pro certo habemus) nunquam feres indignitatem. Semper animo tuo defixa hærebunt tot clarissimorum piissimorumque Regum progenitorum tuorum domestica pietatis, et Religionis exempla; qui suo in Sponsam Christi flagrantissimo studio, summaque voluntate se EcclesiæPrimogenitos esseFilios comprobaverunt: quem tibi ut maximarum opum hæredi, sic eorum pietatis æmulo honorificentissimum titulum reliquerunt.

Quanto studiis Germanicas Ecclesias defendere teneaturFrancorum Rex, qui Germanicorum foederum arbiter reputatur.

§. 3. Ut igitur pietas in Deum tua, et Catholicæ Religionis amor, et cura eas opes, Deo tibi reddente vices tutabitur, ita eædem opes a Regia Majestate tua vicissim sunt adhibendæ ad eamdem Religionem tuendam amplificandam, multoque magis, ubi ea vigeat, ut viget, retinendam, conservandamque. Illud autem in hac causa Majestati tuæ maxime proprium, quod Ecclesiæ illæ, quæ vocantur in hoc periculum, te Germanicorum fœderum sequestrem, et arbitrum recognoscunt; te incolumitatis suæ sponsorem appellant; tuam fidem pro Ecclesiasticorum Principum securitate interpositam implorant. Itaque non tam pietatis est tuæ, quam existimationis, et gloriæ, carissime in Christo Fili Noster, Ecclesias illas præstare incolumes, at in suæ dignitatis, et amplitudinis possessione securas; de qua turpe esset ab Ecclesiæ Catholicæ hostibus, hoc est ab inimicis tuis deturbari, et dejici. Hæc non modo pro Apostolico tuendæ conservandæque Catholicæ Religionis a Christo Domino humilitati Nostræ demandato munere, sed etiam pro Nostra erga Majestatem tuam benevolentia summa, et præcipua charitate, de gravissimo negotio, in quo de Sanctæ Matris tuæ amantissimæ honore, de nobilissimarum Ecclesiarum dignitate et fortunis, de suis etiam rebus, tuaque agitur gloria, te monere voluimus; nec dubitamus, quin id strenue sis aggressurus, ut eorum molitiones frangas, qui Catholicæ Ecclesiæ, tuæque Majestati sunt infensissimi. Id futurum speramus, Deo consiliorum tuorum auctore, duce, et adjutore, qui sibi adversantium dissipat cogitationes populorum, et reprobat consilia Principum. Deinque Majestati tuæ, quam summa paterni animi Nostri charitate complectimur, Regiisque Literis tuis, Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum in Arce Castri Gandulphi Albanensis Diœcesis sub Annulo Piscatoris die VI Octobris MDCCLXII Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCCXV.

Dat. die; O.. 1762 Ann. V

De eodem argumento agit cum Hispaniarum Catholico Rege

Vide adnotationem præcedentem, nec non literas, alias Catholico ipsi Regi directas, et a Nobis relatas hoc Tom. II. Num. CCXXXI. pog. 159.

Carissimo in Christo Filio Nostro Carlo Hispaniarum Regi Catholico

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem

Suspicionem suam patefacit ne in proximo inhcundo pacis foedere Germanicarum Ecclesiarum juribus offensiones adferantur.

§. 1. Cum ad Nos undique allati sint nuncii, prope jam esse, ut hoc teterrimum bellum terra marique adhuc gestum, quod te etiam suscipere rationes tuæ compulerunt, tandem aliquando componatur, inclinantibus Principum animis ad pacem, atque concordiam; gravissima quædam Nobis est injecta suspicio, ne quid in novo sanciendo fœdere statuatur adversum rationibus quarumdam Nobilissimarum in Germania Ecclesiarum, quæ nunc suis orbatæ Pastoribus, omni defensore carent, et ad omnem propemodum injuriam videntur objectæ. Itaque Nos, qui ex hac B. Petri Sede, in qua immerentes Dei Numine, et voluntate locati, tamquam ex alta specula, circumspicimus pericula, quæ rei Catholicæ impendent, Pastoralis Nostri muneris esse putavimus ad carissimos in Christo Filios Nostros in Catholica Ecclesia Reges confugere, et ab iis in earum Ecclesiarum ancipiti casu periclitanti Orthodoxæ fidei petere auxilium. Cumque in Christiana Republica, si quisquam alius ipse opibus emineas et potentia, animumque geras studiosum æquitatis, proximi cupidum, et flagrantissimo in Ecclesiam studio mirifice incensum, ut nullas tibi potiores habendas esse rationes arbitrere, quam, quod æquum justumque sit, vindicare, pericula salutí animarum depellere, et rem Catholicam strenue tueri.

Catholici Regis auxilium implorat ne temporali pellantur dominatione, suisque juribus priventur Germanicæ Ecclesiæ.

§. 2. His de causis magna fiducia Regiæ Majestatis tuæ prævalidum pro illis Ecclesiis imploramus auxilium; ne temporali pellantur dominatione, hisque juribus priventur, magno cum orthodoxæ fidei periculo. Satis enim intelligis pro summa sapientia tua, si ea dominatio, et principatus ad Heterodoxos Principes transferatur, quanto in aeternæ salutis discrimine, qui sub eorum Ditione vitam agerent, versarentur. Ne igitur patiatur Regia Majestas tua, tale-quidpiam in paciscenda pace constitui, quo Ecclesiæ illæ, nullis Catholicis Principibus defensoribus, oppressæ videantur, Nosque de hominibus, qui in illis regionibus Catholicam Religionem colunt, perpetuo simus in metu, et acerba cura, et solicitudine de æternæ salutis eorum periculo assidue cogitemus. Id a te carissime in Christo Fili Noster majorem in modum petimus; quod egregiæ illæ Majestatis tuæ virtutes, quas supra memoravimus, sperare Nos jubent impetraturos. Deum impensissimis interea precibus flagitabimus, ut ea tuum in animum injiciat consilia, quibus pacem facias, quæ Catholicæ Ecclesiæ utilitatem, fideique orthodoxæ, ubicumque tua providentia opus erit, incolumitatem, regioque Nomini tuo immortalem afferat gloriam. Denique Majestati tuæ quam paterno animi Nostri affectu, et charitate complectimur, Regiisque Liberis tuis Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum in Arce Castri Gandulphi Albanensis Diœcesis sub annulo Piscatoris die vii. Octobris MDCCLXXII. Pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXVI.

Dat. die 9 Oct. 1782 Ann. V.

Poloniæ Regi Illustri Germanicas commendat Ecclesias, neque patiatur obsecrat, ut in futuro pacis fœdere eisdem inferatur injuria pro sarciendis acti belli infortuniis.

Jam prius Regi Polonorum commendaverat Pontifex hic Germanicas Ecclesias, per suas Literas a Nobis relatas hoc continuationis Tom. II. num. CCXV. pag. 117.

Carissimo in Christo Filio Nostro Augusto Poloniæ Regi Illustri.

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

Periculum Catholicorum in Germania exprimit si casus contingat quod sub dominio seculari Principum Acatholicorum transeant Ecclesiæ nonullæ, temporali potestate pollentes.

§. 1. Ad cæteras sollicitudines, et angores, quos e Christianæ Reipublicæ calamitatibus, et propriis Regiæ Majestatis tuæ incommodis, capimus et aerumnis, gravissima nunc accessit molestia, quod Principum, qui in hoc perniciosissimo, diuturnoque bello inter se contulerunt arma, conversis animis ad pacis consilia, tristis quidam ad Nos pertulit rumor, Ecclesias aliquot Cathedrales, quæ in Germania suis nunc Pastoribus, et Defensoribus carent, in summo versari periculo, ne in proximo sanciendo fœdere, temporali sua spolientur dominatione, earumque ditiones alienis fortasse a Catholica Religione Principibus tribuantur. Quantum ex ea re sacrosancta fides nostra caperet detrimenti, quanta esset fidelium animarum pertimescenda pernicies, ipsa videt Majestas tua, cui abunde satis exploratum est, et perspectum, Catholicis, qui sub Heterodoxis Principibus vitam agunt, vix licere æternæ salutis tenere viam.

Poloniæ Regem hortatur ne pro Religione sua patiatur, Ecclesiarum juribus rediini infortuniis perpessis in acto postremo bello.

§. 2. Quamobrem non adhortandi tui causa (quis enim Majestate tua ad propugnandum Dei honorem, veramque fidem alacrior?) sed ut spem, quam Sancta hæc et Apostolica Sedes posuit, seu verius fiduciam, quam in tuo habet præsidio, declaremus, his ad te literis egregiam tuam in Deum pietatem, et erga Catholicam fidem flagrantissimum studium imploramus, et petimus, ne tuas, aut cujusquam res unquam redimi patiare Divini honoris,

et Catholicæ Religionis dispendio. Quam si præstiteris animi firmitudinem atque constantiam, quod summa, et Ecclesiæ Universæ spectata pietas tua sperare Nos jubet = *Dominus addet omnia quæcumque fuerant, Majestatis tuæ duplicia* = et cœlesti gratiæ suæ rore acres animi tui solicitudines interea leniet, dum, quæ maxima fecisti damna, tibi sarciantur. Nos ipsum impensissimis precibus flagitabimus, ut in Regiæ Majestatis tuæ,cæterorumque Catholicorum Principum animos immittat ea consilia, quibus non sibi quisque suas in paciscendo fœdere opes quærant, sed quibus omnes in medium consulant, et in commuuem conspirent salutem, et Catholicæ Religionis incolumitatem. Denique Majestati tuæ, regiisque Liberis tuis, e penitissimis charitatis Nostræ visceribus depromptam Apostolicam benedictionem,amantissime impertimur. Datum in Arce Castri Gandulphi Albanensis Diœcesis sub annulo Piscatoris die IX. Octobris MDCCLXXII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Dat. die 9. Oct. 1762. Ann. V.

CCCXVII.

Romanorum Imperatorem obsecrat, ne sinat Germanicas quamplures Ecclesias, quæ et spirituali, et temporali Episcoporum dominio subjiciebantur, ad dominationem temporalem Acatholicorum Principum transire,in proxime inheundo pacis fœdere.

Præcedenti anno sub die 13. Maii, alias Romanorum Imperatori Literas dedit, quibus Germanicas Ecclesias commendabat. Eos perlegere præstat a Nobis jam datos hoc Tom. II. num. CCXVI. pag. 118.

Carissimo in Christo Filio Nostro Francisco Lotharingiæ et Barri Duci, nec non Etruriæ sibi subjectæ Magno Duci,in Romanorum Imperatorem electo.

Clemens Papa XIII.

Carissime inChristo Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

Dum de proxima pace conciliandа consulatur, dolet quod Germanicæ Ecclesiæ nonnullæ, ab Ecclesiastica dominatione

§. 1. Quem ex hoc maximo, diuturnoque bello, quod in tota fere Germania versatum est, et versatur, acerbissimum dolorem cæpimus, multum lenirent nuntii, qui ad Nos undique afferuntur, agitari nunc de pace consilia, nisi magno essemus in metu, ne quid Catholicæ Religionis rationibus adversum, atque adeo ipso bello gravius in conficienda pace constituatur. Neque enim ignorat Majestas tua, qui Catholico nomini sunt infensi, nihil tantopere moliri, quam ut in Germania Catholicorum usque atterantur vires, minuaturque potentia; quod in pacisceuda Westphalica pace, magno cum fidei Catholicæ detrimento, sunt consequuti, et nunc id potissimum student, eoque, ut ad Nos perlatum est, animum intenderunt, ut Cathedralibus quibusdam Ecclesiis, quæ nunc suo Pastore carent, ademta temporali dominatione, atque ei tributa, cui tribui commodius visum fuerit, ita fœdus denique sanciatur. Id si contigerit, ut ex ea dominatione evertantur Episcopi, et quod Deus prohibeat, in eam veniant viribus prævalidi Principes, qui a Catholica discrepant fide, quantum de tuis rebus, quantum de auctoritate tua detrahatur, et commodis, et quæ inde Catholicæ Religioni oritura sint mala, ipsa pro singulari sapientia sua videt Majestas tua, cui jamdudum sub Nostri Pontificatus initium ea de re satis prolixas dedimus literas, quibus ea, quæ huc pertinent, fusius persequuti sumus, nec propterea eadem hic ducimus iteranda.

cui subjiciebantur, ad Acatholicorum Principum dominium transferri velint.

Demonstrationis alis ea hac variatione futura Catholicæ in Germania, Imperatorem obsecrat, ne tantam afferri injuriam rebus Ecclesiæ sinat in proximo fœdere.

§. 2. Non est enim cur Majestatem tuam de eo doceamus, quod ipsa satis habet exploratum, et cognitum, et quanti sit ponderis, et momenti probe perspectum. Quod autem pro eo, quod profundo quodam consilio suo, divina providentia Nobis commisit gubernandæ Catholicæ Ecclesiæ officio, prætermittere omnino non possumus, immo vero, quod ad has tibi dandas literas maxime Nos impulit, illud est, ut te jam pro tua in Deum pietate satis ardentem, et erectum ad ea, quæ tuæ fidei, et tutelæ sunt, propugnanda in Domino adhortemur, nimirum,Sanctam Catholicam Ecclesiam, cujus tu Romani caput Imperii a Deo constitutus, esse debes propugnator, et custos. Profecto, nec tibi vivida ingenii vis, nec consilium deest, neque solertia, auctoritate plurimum polles; summa tibi est et egregia voluntas; omnia denique tibi suppetunt, quibus est opus, ut quæ modo suspicamur improba in Catholicam Ecclesiam suscipi consilia, virtute, et opera tua in nihilum recidant. Faxit Deus ut Majestatis tuæ erga Catholicam Religionem studia satis prompta, et parata, flagrantiora fiant in

dies, et ad tutandam Ecclesiam, ejus fidem conservandam incorruptam, et integram, et in istis Germaniæ regionibus verum Dei cultum vel retinendum, vel amplificandum eum tui Cæsarei nominis magna, nec interitura unquam gloria exardescant. Quod superest, Deum enixe precabimur, ut Majestati tuæ, tuoque Imperio, et Augustæ Familiæ tuæ secundissima, et prosperrima quæque semper eveniant, atque huic inprimis, quod tibi commendamus, negotio gravissimo, et maximo, is exitus, quem optamus, divina aspirante gratia contingat. Denique tibi, regiisque Liberis tuis, paterna, præcipuaque charitate, Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum in Arce Castri Gandulphi Albanensis Diœcesis sub Annulo Piscatorio die ix. Octobris MDCCLXXII. Pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXVIII.

Dat. die 9. Oct. 1762 Anno V.

Germanicarum Ecclesiarum conservationem contra Acatholicorum conatus Imperatrici Mariæ Theresiæ comendat, et futura mala Catholicis imminentia, si quid ipsarum Ecclesiarum juribus detrahatur.

Precedentes hujus Pontificis Literas Imperatrici Reginæ directas pro ipsis Germanicis Ecclesiis sub die XVII Maii MDCCLXI habes supra relatas hoc Tom. II sub. Num. CCXVIII. pag. 119.

Carissimæ in Christo Filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ Reginæ Apostolicæ, nec non Bohemiæ Reginæ Illustri in Romanorum Imperatricem electæ.

Clemens PP. XIII.

Carissima in Christo Filia Nostra salutem, et Apostolicam benedictionem

Quantum pro bello deterior illa sit pax significat, qua vulnus infertur Ecclesiasticis juribus, et Christianorum bono.

§. 1. Quæ sit Nostri Pontificatus acerba conditio, sæpe pluribus in rebus asperis antea cognovimus, et nunc maxime experimur, cum unde magnam oporteret ad Nos pervenire lætitiam, maximus inde Nobis oriatur, et gravissimus metus, et solicita futuræ ægritudinis expectatio. Pace quidem nihil dulcius, nihil optabilius: sed ubi formidolosum hoc, quod adhuc geritur bellum aliquando extinctum fuerit, quis futurus in aliquibus Germaniæ partibus Religionis Catholicæ status, pro Apostolici muneris Nostri ratione cogitantibus, ipsa pax, de qua nunc agi sedulo, omnes nuncii huc attulerunt, Nobis visa est ipso prope bello formidolosior. Nam si ejusmodi accipiantur conditiones, quas fortasse ferent, ut rumor est, qui a Catholica fide dissentiunt, vehementer veremur, ne non piam habituri simus pacem, sed Ecclesiæ noxiam, et injuriosam.

Imperatricis Reginæ patrocinium pro periclitantibus hisce Ecclesiis requirit, et futurum ab illius Religione expectat.

§. 2. Quamobrem a Regia Majestate ta, opem, et auxilium petimus laboranti in Germania Catholicæ Religioni, cui per Westphalicam pacem inusta olim mala, si nunquam sanari potuerunt, quin potius, ubi occasio ferat, refricari videmus, et ingravescere; id saltem præcavendum est sedulo, ne nunc in conficienda pace iniquæ pactiones fiant, quæ Sacrosanctæ Religioni Nostræ novam afferant calamitatem. Cum autem, quod Majestatis tuæ omnium maxime interest quidquid in novo faciendo fœdere actum pactumque fuerit, tuæ in eo sanciendo partes deheant esse præcipuæ, idcirco carissima in Christo Filia Nostra, tuam opem potissimum imploramus, pietatem tuam requirimus, Regiæque Majestatis tuæ ad omnes dimicationes, pro Christi nomine, et gloria promptum paratumque animum his Nostris litteris excitamus. Nec vero de hac re quanti ea momenti sit, et quam ad Catholicæ Religionis incolumitatem, ad Dei gloriam, et ad Majestatis etiam tuæ, tuorumque Regnorum securitatem pertineat, subtiliter disserendo te diutius detinebimus ipsa enim pro ingenii tui acumine, et tractandarum maximarum rerum usu prædita, satis intelligis, quid tuæ, tuarumque rerum intersit. Quapropter ut omnia in compendium conferamus, si Regia Majestas tua prudentiam suam, et sui suorumque amorem, et, quod caput est, pietatem suam excutiat, et Religionem, profecto carissima in Christo Filia Nostra perspicies, in paciscenda pace quidquid rei Catholicæ peperis boni, id omne maxime tibi, tuisque rebus futurum emolumento, Deum interea rogabimus impensissimis precibus, ut immissa divinitus in te virtute sua, altitudinem animi tui, quod adhuc facere dignatus est, sustinere non desinat. Ejusque misericordiam primum confisi, tum spectata satis adhuc in omnibus rebus pietate tua freti, confidimus futurum, ut in Germania, quæ sunt Ecclesiæ aliquæ Pastoribus suis or-

batæ, ditiones suas, Principatus cæteraque hujusmodi jura, omnisque res Catholica Majestatis tuæ opera statum suum retineant; et in hac paciscenda pace appareat, sic existimare regiam Majestatem tuam præstare quidvis perferre, quam non Dei gloriam, ejusque veram, sanctamque Religionem omnibus viribus propugnare. Denique Majestati tuæ summæ erga te voluntatis, paternique animi Nostri pignus Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum in Arce Castri Gandulphi Albanen Diœcesis etc. die IX. Octobris MDCCLXII Pontificatus Nostri Anno quinto.

Dat. die 5. Novembris 1762. Ann. V.

CCCXIX.

Constitutiones pro Monasterio in Kesroano a Græco-Melchitis erecto sub regula S. Basilii, approbantur, et observari mandatur.

Literæ Decretales Benedicti XIV dici 24 Decemb. 1748 quibus erectum hoc Monasterium fuit prætermissæ fuere in Bullario Benedictino.

Clemens PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

Exordium

§. 1. Injunctum Nobis divinitus Apostolicæ servitutis Officium exigit, ut tam Monachorum, quam Monialium sub suavi Christi jugo, ac laudabili Monasticæ vitæ Instituto, vota sua Deo reddere, uberesque bonorum operum fructus, aspirante superni favoris aura proferre jugiter satagentium, curam gerentes, ea, quæ ab ipsis ad exactiorem Regularis disciplinæ observantiam opportunis rationibus promovendam, provide, sapienterque constituta, et ordinata esse noscuntur, ut firma semper atque inviolata persistant, Apostolici muniminis Nostri, cum id a Nobis petitur, præsidio, libenter constabilimus.

Benedictus XIV. hoc Monasterium a Græco Melchitis erectum sub S. Sedis protectione recepit, et Patriarchæ Græco-Melchitæ jurisdictioni mediate subjecit.

§. 2. Alias siquidem fel. rec. Benedictus XIV. Prædecessor Noster, Decretalem die XXIV Decemb. MDCCXLIII ad tunc existentem Patriarcham Antiochenum Græcorum Melchitarum, et omnes ejusdem ritus Catholicos Episcopos, eidem Patriarchæ subjectos datam, emisit, cujus initium est = *Demandatam* = in qua inter cætera præscriptum reperitur, ut Monasterium Monialium in Kesroano a GræcoMelchitis erectum, et Moniales in ipso pro tempore degentes, sub Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis, et infrascriptæ Cardinalium Congregationis protectione reciperentur, illius vero, et illorum regimen tum spirituale, tum temporale, ad Monachos Congregationis Sancti Joannis do Soario spectaret, cum immediata subjectione pro tempore existenti Episcopo Ordinario, et mediata Patriarchæ Græco-Melchitarum Antiocheno: qui etiam immediatam super eo, et illis auctoritatem acquirere deberet, quotiescumque futuris temporibus non adesset Episcopus Orthodoxus illius Sedis, quatenus vero (quod Deus avertat) neuter esset Catholicus, per id tantum temporis, et donec alteruter Catholicus superveniret, prædictum Monasterium immediate subjaceret, Abbati Generali prædictæ Congregationis Sancti Joannis, tanquam Delegato dictæ Sedis, Confessarius vero ordinarius Monialium prædicti Monasterii esset Monachus professus ipsius Congregationis Sancti Joannis, quem scientiæ, pietatis, ac prudentiæ, et probitatis commendatione ab Abbate Generali prædicto delectum, et præsentatum Episcopus Diœcesanus probasset: idemque statuitur de Confessario extraordinario, quem idem Abbas Generalis ter per annum, ad audiendas dictarum Monialium Sacramentales Confessiones valeret deputare, facta insuper dicto Episcopo potestate, quatenus id expedire putaret, alium quemcumque Sacerdotem Regularem etiam alterius Instituti, et ritus Latini, vel etiam Sæcularem ejusdem ritus, in Confessarium extraordinarium dictis Monialibus deputandi. Insuper in eadem Decretali statutum est, non aliam regulam a prædictis Monialibus servandam esse, quam genuinam illam Sancti Basilii, quam Monachis prædictæ Congregationis Sancti Joannis etiam tradendam, idem Benedictus prædecessor mandaverat; cui quidem regulæ si tam supradicti Monachi, quam modo enunciatæ Moniales aliquas peculiares Constitutiones addere vellent, quæ nec ejus regulæ observantiæ, neque Græcis ritibus adversarentur, ad infradicendam Congregationem prius cognoscendas, atque ab Apostolica Sede prædicta confirmandas, exhibere tenerentur, et alias prout in ipsa Decretali, cujus tenor præsentibus pro plene, et sufficienter expressum, et insertum haberi volumus, prout fusius dicitur contineri.

§. 3. Cum autem sicut dilecti filii Jacobus Sagiati Abbas Generalis, nec Moniales peculiares condidere Consti-

tutiones Monastico eorum Regimini accomodatas.

non Diffinitores Generales Græco-Melchitarum dictæ Congregationis Sancti Joannis Baptistæ in Soario, per dilectos itidem filios Joannem Naccas, et Thomam Corbagi Procuratores suos, hic in Alma Urbe Nostra, apud Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Domnica vulgo *la Novicella* nuncupatam commorantes, nomine dilectarum in Christo filiarum modernarum Abbatissæ, et Monialium supradicti Monasterii in Kesroano erecti, Nobis nuper exponi fecerunt Moniales prædictæ, regulam Sancti Basilij, juxta memorati Benedicti prædecessoris Decretalem, qua par est obedientia susceperint, ac super ipsam regulam peculiares Constitutiones Monastico earum Monasterii regimini accomodatas, ac peropportunas condere curaverint, ac propterea, quo firmius subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent.

Pontifex Constitutiones a Monialibus conditas et a S. Congregatione Propagandæ Fidei approbatas, confirmat.

§. 4. Nos piis eorumdem exponentium, votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, ac exponentium prædictorum, nec non dictarum Abbatissæ, et Monialium singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum, qui jussu Nostro ipsas Constitutiones primum quidem bo: me: Fortunato, dum vixit S. R. E. prædictæ Cardinali Tamburino nuncupato, deinde sequuto ipsius Fortunati Cardinalis obitu, dilecto filio Nostro Laurentio ejusdem S. R. E. Presbytero Cardinali Ganganelli nuncupato, examinandas, ac perpendendas commendarunt, ac relationem ipsius Laurentii Cardinalis, eidem Cardinalium Congregationi factam attenderunt, consilio, supradictas Constitutiones, auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, etiam substantiales, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus; salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§. 5. Decernentes, easdem præsentes literas semper firmas validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xv Novembris MDCCLXII, Pontificatus Nostri Anno quinto.

Clausula sublata, et decretum irritans.

CCCXX.

Dat. die 15 Novembris 1762 Ann. V.

Decretum S. Congregationis Episcoporum, et Regularium, circa transitum, et adscriptionem Fratrum Ordinis Sancti Francisci Discalceatorum Provinciæ S. Gregorii Philippinarum in Provincias alteras, confirmatur, et observari mandatur.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam

Recensentur incomoda provenientia Provinciæ S. Gregorii in Indiis ex transitu Religiosorum ab una ad aliam Provinciam.

§. 1. Nuper pro parte dilecti filii Francisci Mignez Fratris expresse professi, ac Proministri, et Procuratoris Provinciæ S. Gregorii Insularum Philippinarum Ordinis S. Francisci Discalceatorum, Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium præpositorum exposito, quod licet in diversis Ordinis præfati Capitulis Generalibus, et signanter in Vallisoletano 1593, et Romano 1600 respective annis habitis, decretum fuerit pro Indiarum Provinciis, nullum posse permitti transitum de una Provincia, ad aliam, absque consensu utriusque Provinciæ Ministri Provincialis, pro tempore existentis, sub pœna privationis Officii Ministro Provinciali recipienti, et inhabilitatis ad Officia quæcumque Fratri ita recepto, prout etiam si Religiosi ad aliquam Indiarum Provincias transferentes, ad aliam dicti Ordinis minime assignatam, præscriptamque se se converterent, Apostasiæ pœna plecti, et statim, ad Pro-

vinciam ipsam, ad quam destinati fuerant, remitti jubentur, sub pœna privationis et Officio respective Ministris Provincialibus, aut Guardianis, tunc existentibus contrafacientibus: nihilominus non raro accidere soleat, quod Religiosi primodictæ Provinciæ filii, vel antequam ad psam S. Gregorii Provinciam transeant, vel postquam in illa per paucos annos manserint, sollicitent incorporari, et de facto in aliis tum Europæ, tum Indiarum Ordinis hujusmodi Provinciis incorporentur. Et in eadem expositione subjuncto, quod totum, id in grave memoratæ S. Gregorii Provinciæ cedebat detrimentum, quæ utpote unica, et sola in ultimis illis Orientalium Indiarum, seu potius vastissimi Oceani extremitatibus existens, et non aliisFratribus composita, quam illis, qui ex Hispaniarum ipsius Ordinis Provinciis illud mittuntur, amplificatione potius, quam paucitate Filiorum Religiosorum indigebat: hinc si Fratres Provinciæ hujusmodi jam adscripti, ad alias dicti Ordinis desciscant Provincias, verendum profecto est, ne successu temporis, illa amittantur; in iis enim regionibus vix unus ex natis reperitur, qui in dicto Ordine recipi possit, idoneusque sit ad strictioris Observantiæ institutum amplexandum.

Provincia S. Gregorii pluribus indigit Operariis, quippe quæ amplissimis Missionibus incumbit.

§. 2. Ad hæc hujusmodi Provinciæ Fratres in id præcipuæ incumbunt, ut nedum in ipsis Philippinis Insulis, ubi adhuc Barbarorum multitudo viget in Montanis, sed et Sinarum, et Cochinchinæ, aliorumque finitimorum Regnorum gentes, ad Catholicam fidem reducant; non paucis propterea Provincia ipsa S. Gregorii indigebat Operariis; hinc si per incorporationem hujusmodi filiorum dictæ Provinciæ in aliis dicti Ordinis Provinciis, suis ipsa filiis epolietur, pernecessa cessabunt ejusdem Provinciæ Missiones, ac insuper quoad illos, qui a sæpe dicta Provincia negociorum caussa, alio ablegabantur, ea urgebat ratio, quod, ut de negociis sibi comissis, quemadmodum par est, rationem reddere queant, ad ipsammet Provinciam redire debent; alias enim si expeditis commissionibus, per incorporationem illorum in aliis Provinciis dicti Ordinis, a jurisdictione sui Ministri Provincialis illos mittentis eximerentur, illos quoque exemptos esse contigeret a debita rationum redditione.

Preces porrectæ Congregationi Episcoporum, et Regularium ad impediendum transitum de una ad aliam Provinciam Religiosis Provinciæ S. Gregorii in Indiis.

§. 3. Ideoque ad removenda tam gravia damna, quæ Provincia prædicta ex suorum inconstantia quotidie lugere cogebatur, pro parte ejusdem Francisci Prominstri, et Procuratoris ejusdem, Congregationi Cardinalium supplicato, ut declarare dignaretur, quod nullus, sive Prominister, Custos, Comissarius Missionum, aut Procurator missus, seu missi, aut mittendus, vel mittendi a Provincia prædicta S. Gregorii in Europam, aut ad Indias Occidentales, sive quisquis, aut illuc pergens, a quolibet dicti Ordinis Superiore, quacumque auctoritate fungente, absque consensu, et expressa licentia Ministri, et Diffinitorii Provincialis pro tempore existentis ejusdem S. Gregorii Provinciæ, in aliis quantumvis privilegiatis ipsius Ordinis Provinciis incorporari possit, sub pœna nullitatis incorporationis, quæ sine prædictis licentia, et consensu quandocumque pro tempore facienda venerit, ipso facto absque ulla alia declaratione incurrendæ: ita ut incorporatio hujusmodi, sic absque licentia, et consensu prædictis peracta, nulla sit eo ipso et nemini suffragetur, nullumque habeat, et habere prætendatur effectum, firmis etiam remanentibus aliis pœnis in memorati ordinis statuto contentis et expressis: quibuscumque gratiis, privilegiis, ex indultis, cuivis personis concessis, ac concedendisnon obstantibus.

Sacra Congregatio declarat, non esse permittendum transitum Religiosis Provinciæ S. Gregorii Philippinarum ad aliam Provinciam, nisi expleto decennio ab incorporatione, sub pœna nullitatis.

§. 5. Emanavit ab eadem Cardinalium Congregatione decretum tenoris sequentis videlicet = Sacra Congregatio » EE. et RR. S. R. E Cardinalium, ne» gotiis, et consultationibus Episcopo» rum, et Regularium præposita, rife» rente Emo de Rubeis Ponente, ac at» tenta relatione P. Procuratoris Gene» ralis, censuit rescribendum, prout præ» sentis decreti vigore rescripsit, et de» crevit: firma remanente prohibitione » Religiosis Descalceatis Provinciæ in» sularum Philippinarum transeundi, » et sese incorporandi intra decen» nium in alia Provincia, absque con» sensu utriusque Provinciæ, vel pœ» nis contentis in constitutionibus Apo» stolicis, ac in Statutis Generalibus » Ordinis, consulendum SSmo pro ap» probatione declarationis, quod tran» situs, et incorporationes hujusmodi, » absque consensu utriusque Provinciæ » intra decennium, ipso facto, et sine ope » ullius declarationis, sint nullæ, irritæ, » ac nullius efficaciæ ad omnes effectus. » Romæ 10 Sept. 1762. = et facta de præ» missis relatione ab infrascripto D. Se» cretario sub die 17 ejusdem Mensis, » et Anni Sanctitas Sua benigne annuit, » et enunciatum decretum S. C. appro-

» bavit = C. A. Cardinalis Cavalchini =
» S. Bonaccursi Secretarius.

Pontifex resolutionem Sacræ Congregationis approbat, et observari mandat.

§. 6. Cum autem sicut dictus Franciscus Prominister, et Procurator Nobis subinde exponi fecit, ipse decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, et servetur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret. Nos ipsius Francisci Prominístri, et Procuratoris votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, si quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantumodo, absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis firmitatis robur adiicimus, salva semper in præmissis auctoritate præfatæ Congregationis Cardinalium.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes, easdem præsentes literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Sacri Palatii Apostolici Auditores definiri, et judicari oportere, alias si secus factum fuerit, id omne irritum, et inane, atque ad pristinum statum reducere curabimus, quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xv Novemb. MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCCXXI.

Dat. die 17 Novembris 1762. Anno V.

Sardiniæ Regi Illustri de deteriori statu rerum Ecclesiasticarum in suo Regno conquerenti, promittit Pontifex se promptum paratumque esse opportuna præbere remedia ad incolumitatem Catholicæ fidei servandam, et restituendam.

Carissimo in Christo Filio Nostro
Carolo Emmanueli Sardiniæ
Regi Illustri.

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo Fili Noster salutem,
et Apostolicam benedictionem

Regias accepisse Epistolas profitetur de Ecclesiasticarum rerum in Sardinia deteriori statu.

§. 1. Humanissimas, et filialis erga Nos obsequii plenas Regiæ Majestatis tuæ literas die octava Mensis Septembris datas ad Nos attulit, qui ad Sacra Beatorum Apostolorum limina, et hanc fidei petram advenit, Ven: Frater Josephus Augustinus Episcopus Algarensis, ut qui sit Ecclesiæ, Diœcesisque suæ status, et conditio ad Nos uberius referat, et de iis, quæ in omni tuo Sardiniæ Regno ad rem Ecclesiasticam pertinent, Nos plenius doceat, et cumulatius. Libenter illum, et perbenigne excepimus, ut ejus dignitas, et virtus, ut Regiæ Majestatis tuæ de illo testimonium postulat, et commendatio. Ceterum salutationi, et cupidæ illius voluntati declarandi sui erga Nos, et hanc S. Sedem obsequii, et devotionis data est prima hæc ad colloquium, congressumque Nostrum admissio: quamquam res, quarum causa huc sese contulit, leviter quidem, sed tamen attigimus, prolixiore, ut existimamus, et accuratiore sermone pertractandas, cum Nos iterum, ac sæpius convenerit.

Sardiniæ Regis Religionem commendat, Pontificiumque animum ei gratificandi in rebus Ecclesiæ partic[illegible]

§. 2. Majestati vero tuæ, cui certo novimus illud antiquissimum esse, efficacissima quæque adhibere studia, et officia ad incolumitatem Catholicæ fidei in omni ditione tua retinendam, et disciplinæ Christianæ sanctitatem, integritatemque morum vel restituendam, vel conservandam, persuasum esse volumus, sermonibus, quos Nobiscum Regio tuo nomine confert idem Ven: Frater Josephus Augustinus, ita æquas facilesque aures Nos esse daturos, ut ipse intelligat, tuæque Majestati significare possit, quam ad tua desideria propensum animum gerimus. Interea Ma-

jestatem tuam ob præclarum erga S. Ecclesiam studium, quo cæteras Regias virtutes suas, domi forisque insignes, maxime illustrat, impensissime in Domino amamus, et præcipua quadam charitate complectimur: cujus testem etiam esse volumus Apostolicam benedictionem, quam tibi, carissime in Christo Fili Noster, Regiæque Familiæ tuæ universæ, amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVII. Novembris MDCCLXXII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Dat. die 4. Decembris 1762. Anno V.

CCCXXII.

Poloniæ Illustrem Regem hortatur ne Diploma nominationis præbeat Schismatico cuiquam pro Episcopatu Mokilowiensi violenter a Poloceusi Diœcesi avulso, et eidem restituendo.

Carissimo in Christo Filio Nostro Augusto Poloniæ Regi Illustri

Clemens PP. XIII.

Carissime inChristo fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

Narrat qua injuria avulsa sit multis ab hinc annis Ecclesia Mokilowiensis ab Episcopatu Polocensi, de quo prædecessores Pontifices valde, sed inutiliter conquesti fuerant.

§. 1. Mokilowiensem Ecclesiam ab Archiepiscopatu Polocensi Schismaticorum opera, qui adhibitis Moschorum officiis, eam a multo tempore invaserunt, diu est cum Apostolica Sedes deplorat avulsam. Nam fel. rec. Benedictus XIV ad Regiam Majestatem tuam, et multo antea Benedictus XIII. ad gloriosæ Mem. Augustum Regem inclytum Patrem tuum querelas ea de re suas detulerunt. Sed modo coorti tum temporis bellorum motus, modo, quæ a Moschis opponebantur, formidines, vestra de illo Episcopatu a Schismaticorum manibus vindicando, semel atque iterum præclara fregere consilia. Nunc autem Ven. Frater Jason Archiepiscopus Polocensis occasionem, ad quam semper fuit intentus oblatam sibi existimat, Mokilowiensis Episcopatus recuperandi, cum ejus Ecclesiæ invasorem Petropolim accersitum, fama est illinc non amplius discessurum: ab eo tamen interea sollicitari Schismaticum quemdam nomine Hinichi Hegumerum Mokiloviensem, ut a Regia Majestate tua ad eam Ecclesiam studeat se nominari. Et Nobis quidem ipse Archiepiscopus literas dedit, quibus Nos impensissime rogat, ut Nostra apud Regiam Majestatem tuam adhibeamus officia, ne cuiquam interea Schismatico, Regiæ nominationis Diploma concedas, dum ille eo temporis spatio, quod illi præfinieris, ea documenta possit conquirere, quibus exploratissima sua in illam Ecclesiam jura confirmet. Hoc ille a Regia Majestate tua postulat, quo nihil æquius petere potest, nihil moderatius.

Vacante nunc Ecclesia Mokilowiensi, Regem hortatur Pontifex ne præbeat Diploma nominationis Schismatico postulanti, sed sinat Polocensem Antistitem antiqua sua jura recuperare.

§. 2. Verum Dei causam ipsi Nobis deserere videremur, si Regiam Majestatem tuam ad tantum vulnus Mokilowiensis Ecclesiæ tam vetus tamque pestiferum, quovis adhibito medicamento, sanandum non excitaremus. Nec (quod postulat Polocensis Archiepiscopus) Majestatem tuam rogamus, ut tantisper dum ille Ecclesiæ suæ causam instruit, Schismatico postulanti, Regiam nominationem retardes; sed Regiam tuam in Deum fidem, tuumque in Orthodoxam Religionem flagrantissimum studium obtestantes, Majestatem tuam quam maxima animi Nostri contentione obsecramus, ut nulli modo cuiquam unquam Catholici nominis inimico nominationis Diploma concedas. Ne, quæsumus, patiare amplius, carissime in Christo Fili Noster, Lupos in illum Gregem grassari, et strages diutius edere. Satis cladium in animas Christi Sanguine redemptas, per hoc tres, et sexaginta annos illatum est, ex quo Schismatici in miseseram illam Ecclesiam irruerunt. Est igitur Regiæ pietatis et in Ortodoxam Ecclesiam laudatissimi zeli tui, dato Diplomate, privilegiis Antecessorum tuorum inhærente, Mokilowiensem Ecclesiam e Schismaticorum, quo a tam longo tempore premitur jugo, subductam, Polocensi Archiepiscopo restituere: tuaque præcipua laus erit tam multas animas ex ore, et faucibus Diaboli ereptas ad Gregem Domini reduxisse. Hæc pro pastorali Nostro munere, non sine magna animi Nostri sollicitudine, Majestati tuæ scribere voluimus, ea Nobis proposita spe futurum, ut hac Apostolica cohortatione Nostra, digni pietate tua fructus existant. Denique Majestati tuæ omni paternæ Nostræ erga illam charitatis sensu Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ etc. die IV. Decembris MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCCXXIII.

Dat. die 4 Decembris 1762. Anno V.

Polocensem Episcopum hortatur Pontifex, ut serio incumbat recuperationi Mokilowiensis Ecclesiæ,jam prius Polocensi unitæ, ei significat transactionem jam probasse cum Clericis Societatis Jesu, qua finis impositus diuturnis litibus inter partes actis.

Constitutio Pauli V. Anni MDCXIX. qua Mokilowiensis Ecclesia Polocensi fuit unita prætermissa fuit in Bullario Mainardii, Hujus Pontificis Constitutionem, qua approbatur transactio cum Clericis Societatis Jesu, dedimus hoc Tom. II. sub Num. CCLXXXIV. pag. 249.

Venerabili Fratri Jusoni Archiepiscopo Polocensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem.

Episcopum certiorat de Epistola Poloniæ Regi perscripta, ne sinat aliquid agi quoad Mokilowiensem Ecclesiam in præjudicium Ecclesiæ Polocensis.

§. 1. Accepimus Fraternitatis tuæ litteras datas die XXV. Septembris quibus Nostra pietatis, ad carissimum in Christo Filium Nostrum Augustum Poloniæ Regem, Apostolica officia, ne quemquam nominatum velit ad Mokilowiensem Ecclesiam, antequam ipse conquisitis documentis demonstraveris, Polocensi Archiepiscopatui eam esse reddendam Ecclesiam. Nos non tam petitionem istam tuam, datis ad eumdem Regem literis adjuvamus, sed vehementer etiam ejus Majestatem in Domino cohortati sumus, ut Mokilowiensem Ecclesiam, Schismaticis ab ejus regimine depulsis, Polocensi, cui ab anno MDCXIX. unita fuit, aliquando restituat.

Composuisse singulas controversias cum Clericis Societatis Jesu per suas literas in forma Brevis, eidem Episcopo nunciat.

§. 2. Quod autem scribis cupere te, ne a Clericis regularibus Soc. Jesu excitatis litibus impediare, ut huic recuperandæ Mokilowiensis Ecclesiæ tibi non liceat operam dare negotio comperimus, quod et ipse scire debes, lites omnes, quæ prædecessori tuo fuerunt cum iisdem Clericis Regularibus, per Nostras literas in forma Brevis ante hos sex Menses esse diremtas, idque tantum ex ea lite superesse, ut bonorum, de quibus fuit tamdiu, et tantopere disceptatum, fines intra annos tres, communi partium consensu, et, si opus sit, etiam Apostolici Nostri Nuncij imperio terminentur. Vides igitus satis otij tibi dari, ut causam de Mokilowiensi Episcopatu tranquille possis instruere. Novas autem lites inposterum extituras, adhuc ne minima quidem suspicio est. Quamobrem pacato animo in hanc rem sedulo incumbo, cujus illum exitum optamus, qui et Mokilowiensi Ecclesiæ salutem, tuæque Fraternitati præcipuam afferat laudem. Denique Nostræ erga te benevolentiæ pignus Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die IV Decembris MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CCCXXIV.

Dat. die 4 Decembris 1762. Anno V.

Dismembratio Conventus S. Elisabethæ Civitatis Fulginei Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini a jurisdictione, et gubernio Vicarii Conventus Perusiæ, et illius subjectio tam in spiritualibus, quam in temporalibus Priori Generali ejusdem Ordinis.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Subjectio hujus Monasterii Vicario Perusini Conventus valde incomoda pro parvo numero Alumnorum quo Conventus ipse componitur.

§. 1. Injuncta nobis per abundantiam divinæ gratiæ Pastoralis Officii sollicitudo postulat, ac exigit, ad ea, per quæ prospero Monasteriorum devoti feminei sexus statui quoad Nobis integrum esse opportuno consulitur, ejusdem Officii partes sedulo intendamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus Vazquez Prior Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, quoad inter alia Monialium Monasteria, curæ, regimini, et administrationi Superiorum dicti Ordinis subjecta, illud sub invocatione Sanctæ Elisabethæ Civitatis Fulginatensis reperitur, quod unus ex professoribus Congregationis Perusinæ ejusdem Ordinis, ab illius pro tempore existente Vicario, electus, regere, et gubernare solet, et attento quod Congregatio Perusina hujusmodi, ex parvo Alumnorum numero composita remanet, valde difficile existit, ut inter illos ii professores idonei, et capaces reperiantur, qui curam, regimen, et administrationem, prædictam, ut par est, explere possint, ac

propterea dictus Franciscus Prior Generalis, proprium, et consentaneum esse ducit, curam, regimen, gubernium, et administrationem tam spiritualium, quam temporalium dicti Monasterii, tam soli, quam pro tempore existenti Priori Generali dicti Ordinis comittere, et demandare, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportunæ providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Monasterium hoc eximitur perpetuo a jurisdictione Vicarii Conventus Perusini.

§. 2. Nos igitur piis ejusdem Francisci Prioris Generalis votis, hac in re, nec non curæ, regimini, gubernio, et administrationi Monasterii prædicti quantum cum Domino possumus providere ac consulere, nec non pro peculiari Nostra erga quæcumque Sanctimonialium Monasteria charitate, quibusvis incommodis occurrere cupientes, eumque Franciscum Priorem Generalem a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis censuris, et pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Monasterium sub invocatione Sanctæ Elisabethæ Civitatis Fulginatensis Ordinis Sancti Augustini, cum omnibus, et singulis illius Monialibus aliisque personis in eo degentibus, ac illis inservientibus, ac Ecclesia, nec non bonis, juribus, annexis, et connexis, ac pertinentiis universis, ab omni prorsus cura, regimine, gubernio, et administratione dilectorum itidem filiorum moderni, et pro tempore existentis Vicarii Congregationis Perusinæ dicti Ordinis, ac Fratrum ab eo deputatorum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium dismembramus, et separamus, ac dismembratum, et separatum esse, et fore decernimus.

Monasterium idem tam in spiritualibus quam in temporalibus subjicitur perpetuo jurisdictioni Prioris Generalis Ordinis Eremitani

§. 3. Vicissim vero plurimam de dicti Francisci Prioris fide, prudentia, pietate, doctrina, dexteritate, integritate, et Religionis zelo, et regularis disciplinæ observantia fiduciam in Domino habentes, quemadmodum de illius successoribus Nobis pollicemur, immediatæ illius curæ, regimini, gubernio, administrationi, et directioni, dictum Monasterium Sanctæ Elisabethæ Civitatis Fulginatensis a Vicario Congregationis Perusinæ dicti Ordinis, ut petitur, per Nos dismembratum, disjunctum, et separatum, atque illius Moniales, aliasque personas in eo degentes, cum omnibus, et singulis ad dictum Monasterium spectantibus, et pertinentibus, illiusque curam, regimen, gubernium, et administrationem tam in spiritualibus, quam in temporalibus nunc, et pro tempore quandocumque etiam pertinentem, auctoritate, et tenore præsentis perpetuo subjicimus, et supponimus, atque subjectum, et suppositum esse, et fore volumus, decernimus, declaramus, et mandamus.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 4. Decernentes, ipsas præsentes literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in futurum plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et Cancelleriæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, Congregationis, et Monasterii hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorem effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xiv Decembris MDCCLXII, Pontificatus Nostri Anno V.

CCCXXV.

Dat. die 18 Decembris 1762 Ann. V.

Dolet cum Maguntino Archiepiscopo, quod Ecclesiastica judicia, et Clericorum causæ ab Ecclesiastico foro, ad Curias laicales deferantur, et Pontificiam sollicitudinem promittit, ut hæc Sacris Canonibus illata injuria tollatur.

Venerabili Fratri Joanni Friderico Carolo Archiepiscopo Maguntino S. R. I. Principi Electori

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem.

Haud ferendum est Ecclesiastica perturbari judicia, et Clericorum causas ad Laicale forum traduci.

§. 1. Accepimus Fraternitatis tuæ literas datas die XXVIII Octobris, quibus quam vehementer commoti simus, non satis scribendo possumus explicare. Profecto nihil ferendum minus, quam Ecclesiastica perturbari judicia, et Clericorum causas ab Ecclesiastico foro abductas, temporalium adnexorum prætextu, ad laicam potestatem judicandas deferri. Quantum vero turpitudinem habet, homines Deo, et Ecclesiæ devotos, jugum ejusdem Ecclesiæ collo jamjam prope impositum prægravare; quod nuperrime aggressos esse scribis Capitulares Spirenses, qui controversiam, quam habent cum Decano suo jamdiu ad Nostræ Romanæ Curiæ Tribunal deductam, ad Consilium Imperiale Aulicum judicandum detulerunt: nec sacros Canones esse reveritos; nec puduisse in eo peccare, cujus disciplinam profiteantur. Eos hanc sibi suoque statui, et conditioni maculam inussisse, et tantam Ecclesiæ fecisse injuriam, id vero tuum animum æque, ac Nostrum ex tuis litteris graviter perculsisse agnovimus.

Causam Archiepiscopi Maguntini cum Capitulo Spirensi, ut evocetur ab Aulico Imperiali Consilio promittit Pontifex, sed sincere nequit ut ea allo[...] Curia, iterum ad Maguntinam deferatur.

§. 2. Nunc vero dolorem ex hac re tuum molli animo te deponere cupimus, et eo Nobiscum tuas convertere cogitationes, ut novum hoc revellamus telum in Ecclesiasticam libertatem isthic conjectum. Tu vide, Ven. Frater, quid solertia, eximiaque prudentia tua possis efficere. Si qui non pervicaci animo, sed re parum bene consulta, vel fragrantiore justitiæ studio abrepti, in errorem a recta via in hoc negotio deflexerint, eos in gyrum rationis curabimus revocandos. Nec vero studia, et officia Nostra p[..]ticimur desiderari, quo memorata Spirensium Capitularium causa a cognitione consilii Imperialis Aulici subducatur. Quod autem eam a Nostra Romana ad tuam Maguntinam curiam remitti postulas, vide Ven. Frater, ne plus a Nobis petas, quam Nostra in Fraternitatem tuam, quantumvis ad bene de re merendum propensa voluntas, possit tibi tribuere. Etenim ea de re Romæ jam fuit judicatum; et quamquam causa cecideris, tamen jus tuum tibi licet iterum experiri: nec officio suo certe deerunt Judices, quorum Religio, et sapientia nunquam committet, ut quidquam de tuo jure videatur esse detractum. Denique Fraternitati tuæ ab præclaras animi tui virtutes, ac præsertim in tuenda Ecclesiastica libertate robur, atque constantiam magni facimus, et singulari charitate complectimur, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ etc. die XVIII Decembris MDCCLXII Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCCXXVI.

Dat. die 18 Decembris 1762. Ann. V.

Ecclesiasticam libertatem turbatum esse in universa fere Germania queritur cum Spirensi Episcopo, cumque hortatur ut, sub temporalis negotii mixtura, non sinat Clericorum causas ad Laicorum judicia deferri.

Dilecto Filio Nostro Francisco Christophoro S. R. E. Presbytero Cardinali de Hutten Episcopo Spirensi.

Clemens PP. XIII.

Dilecte fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

Quantum Germania a pristina deflexerit Religione, et erga S. Sedem observantiam

§. 1. Cum a multo tempore frequentibus gravibusque querelis de labante pluribus in locis, seu potius ruente Ecclesiastica jurisdictione Nostræ aures, fere quotidie, magna cum molestia Nobis atterantur; nulli tamen ex partibus nuncios videmur accipere tristiores, quam qui e Germania vestra identidem ad Nos veniunt de violata Ecclesiæ libertate. Iis enim multo gravius commovetur, et tamquam totidem vulneribus animus Noster custoditur, quod Nobis in mentem venit, nullam olim fuisse gentem, quæ suo in Ecclesiam obsequio, et Sacrorum Canonum reverentia Nati[..]ni Germanicæ anteiret.

Pessimam esse rationem ostendit pro tradiscendis Clericis ad forum laicale, quod in Causis mixturae sit rerum temporalium, quae semper in Causis fere omnibus intercedere solet.

§. 2. Nunc vero e Regionibus, quæ Ecclesiæ nimis sunt obsequentes, isthuc a pluribus annis trasiisse ingemiscimus, pessimi imitationem exempli, et eam ad Vos judiciorum invectam esse rationem, qua foro Ecclesiastico in omnibus fere Clericorum causis silentium potest indici. Cujusmodi ad Nos illud est nuperrime allatum de controversia, quam habet cumCapitularibus suis Decanus Spirensis; Capitulares enim illos, quum ea causa jamdiu in Nostra Romana curia egeretur, intelleximus ad Consilium Imperiale Aulicum confugisse, et a laica potestate postulasse, ut eamdem causam sub, prætextu eunexorum temporalium, judicandam susciperet. Quæ quidem Ecclesiasticæ jurisdictionis declinandæ ratione, perniciosissime de Germanica Ecclesia, ejusque libertate Capitulares illi meriti sunt; qui laicis Potestatibus occasionem præbeat gravius in dies imponendi servitutis jugum eidem Ecclesiæ, et auctoritatis Romani Pontificis funditus evertendæ. Quæ est enim, aut esse potest causa Clericorum, cui non aliquid temporale conjunctum sit? Quod si ejusmodi prætextui locus sit, ipse pro eximie prudentia tua vides, dilecte Fili Noster, actum esse fere de omnibus Ecclesiasticis judiciis, actum de appellationibus ad Apostolicam Sedem.

Spirensem Antistitem hortatur ut in protuendis Ecclesiæ juribus se præbeat sollicitum.

§. 3. Quamobrem, qui ob delatam tibi amplissimam dignitatem in Sanctæ Romanæ Ecclesiæ adscitus es Ministerium, te quanta maxima possumus animi Nostri contentione in Domino rogamus, et obtestamur, ut auctoritatem tuam hac in re omnem adhibeas, et quantum vales industria, sagacitate, et auctoritate id efficias, ut quo Capitulares inconsulta temeritate progressi sunt, inde magna sui laude referant pedem. Quod si conse juare, mirum quantum quidquid est Episcoporum in tota Germania tibi debebit, mirum ab hac Apostolica Sede quantam inibis gratiam, et ab omnibus bonis quantum ipse feres laudis, et gloriæ! Quam vero meritorum segetem apud Deum tibi parabis, ex eo facile potes conijcere, quod ab Ecclesia ejus Sponsa, novam hanc injuriam propulsaveris. In hanc denique præclaram operam incumbenti, boni exitus auspicem tibi, dilecte Fili Noster, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xviii. Decembris MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CCCXXVII.

Dat die 18Dec. 1762. Ann. V.

Approbatio Decreti Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, quo statuitur nil esse imovendum in statutis, et regulis Collegii Pachecani in Indiis, Missionum Ordinis Fratrum S. Francisci da Observantia Excalceatorum, et Recollectorum.

Statuta, pro regimine Seminariorum Missionum tam erectorum, quam erigendorum in Hispania, et Indiis Ordinis hujus approbata fuere ab Innocentio XI. Const. Anni 1686. Maii 7. quæ prætermissa fuit in Bullario Mainardi: Erectionem unius Seminarii, seu Collegii Missionum in Provinciis Ultramontanis, et Indiarum hujus pariter Ordinis, in quibus erecta non reperiebantur auctoritate Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, jussit Minister Generalis, cujus Decretum confirmavit et exequi mandavit Innocentius XI. Const. Anni 1686. Junii 28. Seminaria pro Missionariis S. Francisci de Observantia in Hispania, et Indiis Occidentalibus erecta, nec non statuta pro illorum regimine condita a Ministro Generali, confirmavit, et approbavit Pontifex idem Const. altera ejusdem Anni, Oct. 26 Erectionem Seminarii Missionariorum in Provincia S. Pauli Fratrum Minorum Excalceatorum strictioris Observantiæ Castellæ Veteris, a Congregatione Episcoporum, et Regularium approbatam, confirmavit Benedictus XIII. Const. Anni 1724. Junii 20. Alteram erectionem unius Collegii Missionariorum in uno ex Conventibus Provinciæ S. Gabrielis hujus Ordinis in Hispania, a Congregatione præfata approbatam, confirmavit prædictus Bened. XIII. Const. Anni 1726. Jan. 16. Ut in unaquaque Provincia Ultramontana, et Indiarum Orientalium, et Occidentalium, hujus Ordinis erigeretur Seminarius, seu Collegium pro Missionariis, probavit decreto suo eadem S. Congregatio, quod decretum confirmavit prælaudatus Pontifex Constit. Anni 1727 Aprilis 3, qua prohibuit unicuique Fratri Ordinis, transitum de una ad aliam Provinciam titulo Missionum, Collegiaque, et Seminaria erigenda, a directa Ministri Gen. Ordinis subjectione exemit, et Ministris Provincialibus respectivis subjecit. Tandem Conventus S. Francisci de Pacheca in Mexi-

eo erectus fuit in Seminarium Missionum in Montibus de Cimapon per Decretum S. Congregationis de Propoganda Fide, quod confirmavit Clemens XII Const. Anni 1733. Jul. 23. ut videre est in Bullario Mainardi.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam

Facultas tributa fuit Ordini huic erigendi Collegium, seu Seminarium Missionariorum in unaquaque Provincia Ultramontana, et Indiarum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Lutre Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Excalceatorum, et Recollectorum nuncupatorum, quod alias felicis recordationis Benedictus Papa XIII praedecessor Noster, per quasdam suas in simili forma Brevis die III. Aprilis MDCCXXVII incipientes, *nuper pro parte etc.* expeditas Literas, omnibus, et singulis Ministris Provincialibus Provinciarum Familiae Ultramontanae, et Indiarum, tam Orientalium, quam Occidentalium ejusdem Ordinis S. Francisci de Observantia Excalceatorum, et Recollectorum, facultatem concessit, ut ipsi in unaquaque ex memoratis Provinciis, unum Collegium, seu Seminarium Missionariorum in altero ex Conventibus utriusque Provinciae sibi beneviso, erigere valerent; Provincia vero S. Didaci de Mexico eorumdem Fratrum, seu tunc existens Minister Provincialis, ad erectionem hujusmodi Collegii, seu Seminarii processit in Conventu S. Francisci de Pacheca nuncupato, Conventum praefatum in Missionariorum Seminarium, seu Collegium immutando, particularibus pro illius spirituali, et temporali regimine, et gubernio, tunc etiam, et pro tempore conditis statutis, et constitutionibus.

Clemens XII approbavit erectionem Collegii Missionum erecti in Conventu S Francisco de Pacheca, cum prohibitione transitus ad alias Provincias.

§. 2. Deinde rec. mem. Clemens Papa XII praedecessor itidem Noster, per alias suas quarum initium est = *Emanavit nuper a Congregatione etc.* die XXIII Julii Anni MDCCXXXIII in pari forma brevis expeditas Literas, confirmavit decretum, quo idem sic erectum Collegium, sive Seminarium Missionum, deputatum fuit pro conversione Infidelium, et signanter existentium in Montibus de Camapan nuncupatis, locisque conterminis, in quibus eo usque nulla alia Missio fundata reperiebatur, cum potestate sacras Missiones in supradicto Monte, et locis conterminis erigendi ab eodem Collegio dependentes, districte prohibendo omnibus ipsius Provinciae S. Didaci Fratribus, ne Fratres praedicti, non solum ad alias Provincias, et Collegia Missionum ejusdem Ordinis S. Francisci de Observantia, verum etiam ad Missiones Provinciae Sancti Gregorii in Insulis Philippinis memorati Ordinis S. Francisci Excalceatorum nuncupatorum, absque licentia tunc, et pro tempore existentium S. R. E. Cardinalium negociis Propagandae Fidei praepositorum, transire possent, et alias prout in dictis tam Benedicti, quam Clementis praedecessorum praefatorum Literis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

Postulante Ministro Provinciali S. Didaci in Indiis pro reformatione statutorum Collegii Pachecani, Sacra Congregatio de Propaganda Fide, quamcumque innovationem prohibuit.

§. 3. Nuper vero dilectus quoque filius Bartholomaeus de Toleto Frater expresse professus, ac Minister Provincialis tunc existens memoratae Provinciae S. Didaci, praetendens, quod aliquae fierent reformationes in constitutionibus, et statutis memorati Collegii, sub praetextu melioris illius regiminis, exactiorisque Alumnorum in eo existentium disciplinae, ad praedictam Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregationem negociis Propagandae Fidei praepositorum recursum habuit, et ab eadem Cardinalium Congregatione die 20. Septembris nuper elapsi editum fuit decretum tenoris sequentis videlicet = Relata per Eminentissimum, et Reverendissimum Dominum Cardinalem Ganganelli Ponentem supplici Libello P. Bartholomaei De Toleto Ministri Provincialis Minorum Discalceatorum Provinciae S. Didaci de Mexico, in quo proposuit nonnullas reformationes per S. Sedem Apostolicam faciendas in constitutionibus, seu regulis Collegii Pachecani, quae ad bonum ejusdem regimen, atque exactiorem Alumnorum disciplinam sibi opportuna videbantur, Sacra Congregatio, auditis prius omnium, quos oportuit, et re mature deliberata, censuit nihil esse innovandum = Datum Romae ex aedibus dictae Sacrae Congregationis die, et Anno, quibus supra = I. Cardinalis Spinellus Praefectus = Loco ✠ Sigilli Marefuscus Secret.

Postulatio Procuratoris Generalis pro confirmatione Pontificia praelaudatae resolutionis S. Congregationis de Propaganda Fide.

§. 5. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Joannes Procurator Generalis, ad praecavendos ulteriores dicti Bartholomaei et aliorum quorumcumque recursus, ex quibus potius quam in dictum Collegium, ejusque disciplinam, reformatio inducatur, jurgia, lites, ac discordiae timeri possunt, pro sui muneris officio pacem, tranquillitatemque super his, aliis-

que ad dictum Collegium, seu Seminarium attinentibus, firmare exoptans, ne illius Alumnos, qui suum ministerium implere exacte depræhenduntur, his de causis ab eorum proposito retrahi contingat, decretum præfatum per Nos confirmari summopere desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportunæ providere, et ut infra, indulgere, de benignitate Apostolica dignaremur.

Pontifex prædictam resolutionem approbat, et observari mandat.

§. 5. Nos igitur ipsum Joannem Procuratorem Generalem specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, interdicti, aliisque censuris, et pœnis si quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum tenore absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertum decretum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

Clausulæ sublatæ, decretum irritans et derogatio contrariorum.

§. 6. Decernentes, easdem præsentes Literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore suosque plenarios effectus sortiri, et obtinere: ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit ad futurum, plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 20 Decembris MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCCXXVIII.

Dat. die 5 Jan. 1763. Anno V.

Prævia moderatione Constitutionis Leonis X. circa numerum Vocalium ad Comitia Generalia Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia pro electione Ministri Generalis, approbatur decretum Discretorii Generalis ipsius Ordinis, quo ipsorum Vocalium numerus reducitur.

Costitutio Nicolai III super declaratione Regulæ S. Francisci, et reductione Vocalium ad Comitia Generalia Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, non reperitur impressa in Bullario Mainardi. Omnes Ministros, et Custodes, sive Vocales, tam Cismontanæ quam Ultramontanæ Familiæ accedere debere ad Comitia Generalia Ordinis ipsius, statuit Leo X. Constitut. Anni 1517. 4. Kal. Jun. in qua plurima quoad Minorum Observantium Ordinem sancivit, ut videre est in Bullario Mainardii.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium

§. 1. Quæcumque ad majorem Regularis disciplinæ observantiam, et Religiosorum Ordinum comodum, et incrementum, nec non pacem, concordiamque inter quosque Christifideles, sub suavi Religionis jugo mancipatos confirmandam, procurandamque, in Domino conspicimus profutura, eadem qua salubrius promoveantur, promota facilius statuantur, ac statuta perennius persistant, supremas Apostolicæ procurationis Nostræ partes, libenti animo interponere, non dedignamur.

Refertur antiqua methodus servata quoad numerum vocalium ad Comitia Generalia hujus ordinis, et incomoda a prægrandi vocalium numero derivantia, exponuntur.

§. 2. Proponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Petrus Joannes de Molina Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod licet transactis temporibus, a tunc existentibus Superioribus Generalibus ipsius Ordinis, pluries animo perpensa fuerint incomoda, dissidia, dissentiones, jurgia, ac discordiæ, quæ manifeste oriebantur, nec non magni momenti sumptus, quos Ordo ipse, et illius Provinciæ omnes facere tenebantur, ex magno Vocalium numero, qui ad Comitia Generalia dicti Ordinis, pro ferendis eorum respective suffragiis conflabant, ascendentium ad tercentos quinquaginta Vo-

cales, quando omnes adventabant, licet id raro accideret, quippe qui aliqui ex illis in itinere in morbum incidebant, aut ab hac luce migrabant, seu antequam convaluissent, tempore debito ad Comilia Generalia accedere nequibant, de præsenti vero, eorum numerus ad trecentos ascendit, et frequenter excedit, prout in Capitulo Generali in Alma Urbe Nostra au. MDCCL. habito, trecenti, ac decem, et novem Vocales numerati fuerunt, ac ad nuperum Capitulum Generale, in proxime elapso anno Mantuæ celebratum, trecenti, et octo Vocales accesserunt, præter, ut ultra alios Socios, et Tertiarios, qui ad quamplurimos Officiales, aliosque inservientes, in præmissis necessario, conjuncti, magnam confusionem, non sine gravi tum in spiritualibus, tum in temporalibus, tam totius Ordinis in generali, quam illius Provinciarum in particulari, detrimento, afferre solent; nihilominus nullum remedium attulerint.

Quæ sane incomoda mature examinata fuere a Diffinitorio Generali Ordinis in Capitulo Generali congregato.

§. 3. Præmissa autem omnia dilecti filii moderni Diffinitorium, seu Discretorium Generale utriusque Familiæ Cismontanæ, ex Ultramontanæ nuncupatæ memorati Ordinis, in dicto Capitulo Generali ultimo loco habito canonice electi, mature perpenderunt, et quo hisce incomodis consulerent, et sumptus quos Ordo prædictus pro celebratione Comitiorum Generalium necessario subire oportet, evitare valerent, eo magis, quod ære alieno pro celebratione dicti Capituli Generalis quatuor mille scutorum monetæ Romanæ gravatus remanet, in unum congregati, suum pro diminutione vocalium, eorumque sociorum, qui ad Comitia Generalia ipsius ordinis pro tempore habenda accedere debebunt, decretum ediderunt tenoris sequentis, videlicet.

Diffinitorium Generale censuit supplicandum esse Pontifici pro imminutione vocalium ad Comitia Generalis Ordinis.

» Ad evitandas gravissimas expen» sas, aliasque incomoda, quæ ex » multiplicitate Vocalium, eorumque » Sociorum ad Capitula Generalia no» stri Ordinis confluentium hactenus » experti sumus, et in dies experimur, » decernit Diffinitorium Generale, sup» plicandum esse Sanctissimo pro ip» sorum diminutione, ita quod (præ» ter Patres Reverendissimi Diffinitorii, » et Custodes regimini Custodiarum) » ex unaquaque Provincia in posterum » unus tantum Vocalis accedat, Mini» ster nempe Provincialis, si possit, » et illo se se excusante, vel legitime » impedito, Custos, qui tantumodo se» cum Tertiarium deferat. Discreti au» tem Generales, unum Socium, vel » Sacerdotem, vel Laicum cum Tertiario, » atque hoc decretum idem Diffinitorium » Generale, mandat Capitularibus acti» bus esse inserendum. Datum Mantuæ » in Capitulo Generali die VI. Junii » MDCCLXII. » *Sequuntur signaturæ* » *PP. Diffinitorii* » Concordat cum Ori» ginali existenti in hoc Archivio Ara» cælitano Generali. F. Ferdinandus de » Roma Lector Jubilatus, et Archivii » Custos » Loco ✠ Signi »

Recessitis veteribus constitutionibus quoad majorem numerum vocalium, preces Pontifici porriguntur, ut resolutionem Diffinitorii Generalis confirmare, et approbare dignetur.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dictus Petrus Jannettius Molina Minister Generalis, nomine etiam dicti Diffinitorii, seu Discretorii Generalis, quo unanimi consensu confectum decretum firmius subsistat, ex servetur exactius, suumque sortiatur effectum (non obstante quod in Sext. Decretal. lib. 5. tit. 12. *de Verbor. significat. Cap. 3. Exiit qui seminat* ubi fel. rec. Nicolaus Papa III. prædecessor Noster exposuit regulam ejusdem S. Francisci, hæc verba habeantur » *Insuper dubitantibus Fratribus prædicti Ordinis an pro eo, quod in regula dicitur, ut decedente Generali Ministro, a Provincialibus Ministris, et Custodibus in Capitulo Pentecostes, fiat electio successoris, omnium Custodum multitudinem oporteat ad Capitulum Generale convenire; aut (ut omnia cum majori tranquillitate tractentur) sufficere possit, ut aliqui de singulis Provinciis, qui vocem habeat aliorum intersint; taliter respondemus, ut scilicet singularum Provinciarum Custodes unum ex se constituant, quem cum suo Provinciali Ministro, pro seipsis ad Capitulum dirigant, voces, aut vices suas committentes eidem. Quod etiam constituerint per seipsos, statutum hujusmodi duximus opprobandum. Quod idem prædecessor noster Gregorius IX. in casu hujusmodi dicitur respondisse* » hactenus dictus Nicolaus qui anno MCCLXXVII. hanc reductionem Vocalium fecit, quando idem Ordo triginta solum numerabat Provincias, et S. Bonaventura dicti Ordinis regimen explere pergebat, et ipsamet dispositio in ipso Ordine vigebat Et subinde rec. mem. Leo X. prædecessor itidem Noster, in sua Constitutione incipiente *Ite, et vos in vineam meum &c.* Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo decimo septimo, quarto Kal. Junii Pontificatus sui Anno V. §. 6. » *Electio vero successoris* (nempe Ministri Generalis) *fieri debeat a solis Ministris Provincialibus*,

et Custodibus reformntis, tam Cismontanis, quam Ultramontanis, in Capitulo Generali sæpe dicti Ordinis, in Festo Pentecostes, in loco quem Minister Generalis, cum Capitulo Generali proxime præcedenti duxerint assignandum, ad quod Capitulum omnes Ministri, et Custodes, sive Vocales tam Cismontani, quam Ultramontani accedere teneantur) Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret.

Previa moderatione præcedentium Constitutionum Apostolicarum, relatam Diffinitorii Generalis resolutionem super immutatione vocalium ad Comitia Generalia, confirmat, et approbat.

§. 5. Nos piis ejusdem Petri Joannettii Ministri Generalis, ac Discretorii, seu Diffinitorii Generalis hujusmodi votis, hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excomunicationis, intordicti, aliisque canonicis censuris, et pœnis si quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus, eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audito etiam dilecti Filii Nostri, Hieronymi S.R.E. Diaconi Cardinalis Columnæ nuncupati, dicti Ordinis apud Nos, et Apostolicam Sedem Protectoris voto, qui omnes, ipsius Ordinis Superiores in Alma Urbe Nostra prædicta degentes, vulgo ut dicitur *Officiales Curiæ* nuncupatos, confirmationi supradicti decreti assentientes esse comperit, præinsertum decretum Discretorii, seu Diffinitorii Generalis hujusmodi, ac omnia, et singula in eo contenta, et expressa, non obstante dicti Leonis prædecessoris Constitutione, quam quoad declarationem, et assignationem Vocalium ad Capitula Generalia factam dumtaxat, auctoritate Apostolica revocamus, cassamus, et annullamus, in reliquis vero, firmis remanentibus omnibus in ea contentis, et expressis, illam observari debere volumus, et declaramus, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis firmitatis robur adijcimus, omnesque, et singulos juris, et facti, etiam substantiales defectus, si qui desuper intervenerint supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 6. Decernentes, easdem præsentes literas, semper validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, sciecter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstante, quatenus opus sit, Nostra, et Cancelleriæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, ac Gregorii, Nicolai, et Leonis aliorumque Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum Constitutionibus, ac Ordinis hujusmodi, et illius Provinciarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; Quibus omnibus, et singulis eorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 8. Volumus autem, quod præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel Procuratoris Generalis, dicti Ordinis munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud SanctamMariam Majorem sub Annulo Piscatoris die quinta Januarii Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Secundo Pontificatus Nostri Anno quinto.

Dat. die 11 Jan. 1763. Ann. V.

CCCXXIX.

P. Comissario Generali Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci tam de Observantia, quam Excalceatorum, et Reformatorum, facultas tribuitur eligendi semel per semetipsum in Provinciis singulis Cismontanæ Familiæ, ubi necessitas, vel utilitas earundem id postulaverit, Ministrum, Diffinitores, aliosque Officiales, si tunc tamen P. Minister Generalis e Familia absit.

Literæ in forma Brevis diei 13. Julii superioris Anni, quibus præsentes facultates tributæ fuere Ministro Generali hujus Ordinis, jam relatæ a nobis sunt, hoc Tom. II. n. CCXCIV. pag. 78.

Clemens PP. XIII.

Dilecte Fili salutem, et Apostolicam Benedictionem

Referuntur incomoda, quæ obveniunt in electione Ministrorum Provincialium, et Diffinitorum familiæ Cismontanæ.

§. 1. Cum sicut Nobis nuper exponi fecisti in Capitulis Provincialibus Familiæ Cismontanæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci tam de Observantia, quam Reformatorum, et Excalceatorum nuncupatorum, cujus tu Comissarius Generalis existis, quando Ministrorum Provincialium, et Diffinitorum fit electio, interdum eveniat, ut dum Præses Capituli bono Provinciæ regimini reformationi maxime invigilat, indigni, seu minus idonei, aut minus digni, et ad reformationem omnino inepti, voces, sive suffragium habentes, malitia temporum sic ferente, eligantur, ac confirmandi proponantur.

Commissario Generali Ordinis impertitur facultates eligendi Ministros Provinciales, Diffinitores, aliosque Officiales una vice in qualibet Provincia in qua Capitula Provincialia habenda sunt.

§. 2. Nos igitur præmissis obviam ire, ac felici, prosperoque Provinciarum præfatarum statui, atque regimini, quantum Nobis ex alto conceditur, providere, teque specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excomunicationis, interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, et pœnis si quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium tantumodo consequendarum, absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; tibi, de cujus fide, prudentia, integritate vigilantia, ac Religionis zelo plurimum in Domino confidimus, ut in eisdem Capitulis Provincialibus, Familiæ Cismontanæ præfatæ, quando necessitas, bonumque dictarum Provinciarum regimen, sive utilitas id exegerit, tu solus juxta datam tibi a Domino prudentiam, Ministros Provinciales, Diffinitores, aliosque Officiales, una vice in qualibet Provincia, in qua Capitulum Provinciale habendum, celebrandumque erit, ante celebrationem Capituli Generalis prædicti Ordinis, si contingat eo tempore, etiam dilectum Filium Petrum Joannettum de Molina Ministrum Generalem ejusdem Ordinis, cui similes facultates per alias Nostras in simili forma Brevis die XIII Julii Anni proxime præteriti expeditas Literas, concessimus, a dicta familia Cismontana, abesse, nominare, et deputare libere, et licite, possis, et valeas, auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, quam etiam facultatem tuo arbitrio vel augendam vel minuendam tuis Comissariis Visitatoribus delegandis, juxta rerum, et locorum exigentiam, in iis Provinciis ad quas accedere nequiveris, tribuere, et subdelegare possis, dicta auctoritate impertimur.

Derogatur contrariis quibuscumque.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Ordinis, et Provinciarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis eorum tenores, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XI. Januarii MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCCXXX.

Dat. die 2. Jan. 1763. Ann. V

Comissarius Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci tam de Observantia, quam Reformatorum Excalceatorum, creatur Comissarius Apostolicus, Visitator, ac Reformator Cismontanæ Familiæ, Ministro tamen Generali absente.

Clemens PP. XIII.

Dilecte fili salutem, et Apostolicam Benedictionem

Exordium

§. 1. In specula supremæ dignitatis, divina dispositione, meritis licet imparibus constituti, inter multiplices rerum, negotiorumque, quibus obruimur curas, ad ea etiam, ex debito Pastoralis Officii Nobis commissi, sollicite advigilare debemus per quæ Religiosa loca, illorumque personæ, divinis mancipatæ obsequiis, in pacis, et quietis tranquillitate, ac Regularis vitæ, Ecclesiasticæque disciplinæ norma, coadjuvante Domino, perenniter conservari valeant, et quæ his contraria esse noscuntur, per Nostræ providentiæ studium, penitus evellantur, prout personarum, rerum et locorum qualitate pensata, conspicimus, in Domino salubriter expedire.

Comissarius Generalis Ordinis in Cismontana Familia creatur Comissarius Apostolicus, Visitator, et Reformator ejusdem Familiæ Cismontanæ.

§. 2. Cum itaque sicut accepimus, tu ad demandatum tibi a Capitulo Generali Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Comissarii Generalis Familiæ Cismontanæ munus rite, sancteque obeundum, iter instituere intendas, ac Provincias dicti Ordinis tam de Observantia, quam Reformatorum, et Excalceatorum Familiæ præfatæ, per te ipsum visitare paratus sis; hinc est quod Nos, ut majora Apostolicæ Nostræ charitatis, erga dictum Ordinem, et te ipsum argumenta declaramus, atque ad omnia, in hac visitatione, vel extra eam opportune, salubriterque peragenda, tibi fortasse necessaria, Apostolicæ auctoritatis documenta præstemus, ac de tua fide, prudentia, integritate, dexteritate, vigilantia, doctrina, rerumque agendarum peritia, ac Religionis zelo, plurimum, in Domino confisi, teque specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, et pœnis, si quibus quomodolibet innodatus existis, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione, Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, te Comissarium Apostolicum, et Visitatorem, Reformatoremque familiæ Cismontanæ dicti Ordinis, durante absentia dilecti quoque filii Petri Joannetti de Molina Ministri Generalis ipsius Ordinis, creamus, facimus, constituimus, deputamus, et delegamus.

Facultates extraordinariæ eidem tribuuntur pro meliori Conventuum, et Provinciarum regimine.

§. 3. Ac tibi præter, et ultra facultates solitas, et consuetas ratione muneris Comissarii Generalis dictæ Familiæ Cismontanæ præfatæ competentes, concedimus, et impertimur, ut visitatione Provinciarum, et Conventuum ipsius Familiæ per te, seu Comissarios Visitatores a te deputandos peragenda, seu illa peracta, ac etiam extra visitationem præfatam, quoscumque Conventus cujuscumque Provinciæ Familiæ Cismontanæ præfatæ pro studiis generalibus præscriptos, et assignatos, juxta datam tibi a Domino prudentiam, et ut res postulaverit, de alio in alium Conventum, tibi opportuniorem visum, studia generalia hujusmodi permutes, transferas, statuas, et præscribas, novosque in Provinciis prædictis, in quibus Conventus studiorum hujusmodi nondum assignati, et fundati fuerint, tuo arbitrio assignes, fundes, deputes; nec non facultatem Novitios supranumerarios in dictis Provinciis, in quibus tamen necessitas id exegerit, recipiendi, et admittendi concedas; ac quæcumque Capitula Provincialia, quæ forsan contra Constitutiones Ordinis prædicti, auctoritate Apostolica confirmatas, peracta fuisse compereris, confirmes, atque convalides, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui denique intervenerint suppleas, et sanes; ac quamcumque Provinciam, vigore cujuscumque facultatis, inter se divisam, et separatam, de novo unias, et incorpores, aliasque dividas, et separes, ac Guardianos haud habiles, quavis auctoritate electos, amoveas, et alios de novo eligas, et ultra triennium dispensare possis, et confirmes: aliaque similia, utilitatem, bonumque regimen, et gubernium Provinciarum præfatarum, illarumque Conventuum concernentia, quæ per Constitutiones Ordinis, et Apostolicas præscripta, et per te ipsum peragenda prohibita, vetitaque sunt, libere, et licite peragere possis, et valeas.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes, easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcum-

que, firma, valida, et efficacia existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac tibi in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, et Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et Cancelleriæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, et Constitutionibus, atque ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, illiusque Provinciarum, et Conventuum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia, sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, clausulis, decretisque roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis; et Literis Apostolicis ejusdem Ordini, et Conventibus in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XII Januarii MDCCLXIII Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCCXXXI.

Dat. die 15 Jan. 1763 Ann. V.

Quum binæ Pragmaticæ in Hispaniarum Regno constitutæ sint, Pontificiæ auctoritati, et veteribus pactionibus adversantes, Toletanum Episcopum hortatur, ut Catholicum Regem a reprobandis hisce novationibus amoveat.

Dilecto Filio Nostro Aloysio S. R. E. Card. de Corduba Archiepiscopo Toletano.

Clemens PP. XIII.

Dilecte Fili Noster salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Bina Pragmatica in Hispaniam introducta, supremam Pontificis judicium laicis potestatibus subjiciunt.

§. 1. Postquam Nobis allatum est, carissimum Filium Nostrum Carolum Hispaniarum Regem Catholicum, editis novissime duabus Pragmaticis, eam in publicum proponendi Apostolica mandata prescripsisse rationem, qua non modo pactiones convelluntur, quas fecit cum hac Apostolica Sede gloriosissimæ Memoriæ Philippus Rex ejus Parens, sed etiam Romanus Pontifex e supremo quodammodo dejicitur loco, in quo illum Ecclesiæ Sanctæ suæ Christus Dominus Doctorem posuit, et Magistrum, vehementer doluimus, ad Principem insigni pietate præditum, et ad ejus Consiliarios religione præstantes, patuisse aditum eorum astutiæ, qui B. Petri Cathedræ, æque ac veritati Catholicæ sunt infensi.

Catholicæ Religioni adversantibus intollerabile est Romanæ Sedis constantia in Ecclesiæ juribus protuendis.

§. 2. Hi nimirum exulceratum animum gerunt, quod errorem a multo tempore veluti cancrum in aliquibus Ecclesiæ partibus occulto serpentem, modo non jam cuniculos, sed erecto collo propalam, nunc ferocientem, et minitantem, nunc exultantem, et pene in oculis Nostris gestientem Apostolico illo vigore profligavimus, qui Dei virtute, singularique Christi Domini beneficio in hac Sacra B. Petri Sede nunquam emorcuit. Hinc hujus mali prima labes. Judicii Nostri et Religionem, et Fidem, et veritatem suspicionibus lædi volunt, et Catholicorum Principum animos ab Apostolica Sede student avertere, atque ita susceptum, ex Apostolica Nostra fortitudine, dolorem suum ulcisci. Hæc vero quæ, et cujusmodi sint, Tibi Ven. Frater Lazarus Opitius Archiepiscopus Naupacti, Noster apud memoratum Carolum Regem Apostolicus Nuncius, vel per lit-

teras, vel eorum, siquando simul erities, commodius, et uberius exponet.

Toletani Episcopi operam postulat ut Catholicum Regem e pravis consiliis amoveat, et religionis semita contineat.

§. 3. Tu interea operam in hac re tuam vehementer petimus: te ut Nobis subsidio venias in Domino rogamus, et obtestamur, ut cum cæteris Collegis tuis, quibus hac ipsa de re scripsimus, connitare, ne in Hispanica Ecclesia, cujus in Deum religio, et in Apostolicam Sedem pietas, et devotio semper emicuit, tanta labes diutius hæreat. Sed quantum in animo tuo roboris est, et nervorum, illuc præsertim velimus adhibeas, ut quam homines omnibus dolis instructi, religioni, et pietati optimi Principis, eorumque, quos ille in consilium adhibuit, egregiæ in Ecclesiam voluntati nebulam objecerunt, per Sacros Ministros, quorum ipse in primoribus excelsum tenes locum, adjuvante Domino dissipetur: qua depulsa nihil amplius piissimo Principi est opus, ut ea capiat consilia, quæ Nos, et Ecclesiam summa lætitia compleant. Hanc igitur a te, dilecte Fili Noster operam postulat tua religio, tua in Romanam Ecclesiam præcipua ob amplissimam, quam geris dignitatem, et necessaria devotio, tua denique in ipsum Regem fides. Videat eximia prudentia tua, qua via id aggrediare, et quid in hac re possis consequi. Quidquid autem ad tantum Romanæ Cathedræ inflictum vulnus sanandum, ad ea revellenda, quæ pactionibus a Philippo Rege, auctoritatis suæ tenacissimo, jampridem factis adversantur, et æternæ salutis periculum a religiosissimo Principe avertendum contuleris, magnus ex eo tibi in hoc sæculo accrescet cumulus laudis, et is animæ tuæ in futura vita fructus proveniet, quo nullus mente concipi potest, neque uberior neque præstantior. Denique tibi dilecte Fili Noster, paternæ in te charitatis Nostræ, singularisque benevolentiæ pignus, Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ etc. die 15 Januarii 1763 Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCCXXXII.

Dat die 15 Jan. 1763 Ann. V.

De eodem argumento Literas mittit Hispalensi Archiepiscopo

Dilecto Filio Nostro Francisco S. R. E. Presbytero Cardinali de Solis Archiepiscopo Hispalen.

Clemens PP. XIII.

Dilecte Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

Hispalensis Episcopi Religionem, et S. Sedi devotionem commendat.

§. 1. Ea est de tuo in Ecclesiam Catholicam studio, et in hanc Apostolicam Sedem observantia, et fide, multis confirmata argumentis, Nostro animo defixa opinio, ut si quid de Hispanicis rebus, quæ ad Dei honorem, et cultum, et ad Ecclesiæ dignitatem vel utilitatem pertinent, huc ad Nos afferatur, quod Nostram requirat Apostolicam opem, illud continuo Nobis incurrat in animum, te, dilecte Fili Noster, in eo, quod ad eam rem moliri debemus, adjutorem adsciscere.

Novas pragmaticam, Pontificias sanctiones ad publicum examen revocantes, Religionis eversivas esse demonstrat.

§. 2. Quas novissime carissimus in Christo Filius Noster Carolus Hispaniarum Rex Catholicus pragmaticas ediderit, quibus rationem proponendi deinceps in publicum Apostolica mandata Nostra præscribit, profecto non ignoras. Quantum per eas non modo de Apostolica Nostra auctoritate detrahatur, et dignitate, sed etiam quam ad nihilum Romanæ Cathedræ redigatur potestas; quantum idcirco in discrimen apud vos veniat Catholica Religio, cum Supremum Romani Pontificis Magisterium aliorum subjiciatur judicio, et Apostolicis vocibus via obstruatur, qua ad Vos perveniant, te jam pro eximia, et perspicaci prudentia tua sacrarumque rerum scientia vidisse arbitramur. Itaque quemadmodum ea res tantum Nobis dolorem peperit, ut cæteras acerbitates præ hac, lenes quodammodo existimemus, ita illuc omnes cogitationes Nostras, curasque contulimus, ut offusa piissimo Principi nebula discutiatur, et non eo ille se pervenisse intelligat, quo ejus pietas intendit, sed eo venisse, unde optima ejus voluntas semper studuit quam longissime deflectere. Neque enim existimandum in animo illum babuisse, pactiones olim a gloriosæ memoriæ Philippo Rege Patre suo cum Apostolica Sede factas evertere, neque itidem re-

ligiosissimo Regi mentem fuisse Romanæ Cathedræ traditam a Christo Domino potestatem adimere. Quæ quidem omnia tibi per sua litteras Ven. Frater Lazarus Opitius Archiepiscopus Neupacti, vel coram, si quando vestrum alteruter alterum conveniat, apertius, et uberius exponet.

Ab Hispalensi Episcopo postulat, ut Catholicum Regem a pravis amoveat consiliis, eique rectam viam ostendat.

Quamobrem a te vehementer petimus tuam opem, et quidquid in hac re potes, ea re volumus adhibere, ut piissimus Princeps tantummodo videat qua sit progressus. Quod si operam tuam in hac re posueris (pones autem, ut confidimus, diligentissimam) caliginemque Religiosissimi Principis animo, piisque Viris, quos ille in consilium adhibuit, ab hominibus S. huic Sedi infensis oblatam discusseris, illi officio satisfacies, quod ob amplissimam, quam geris dignitatem a te proprio quodam jure Romana requirit Ecclesia, et tuæ in Regem fidei plæclarum testimonium exhibebis, qui ab æternæ salutis discrimine studueris illum retrahere; tum hac cohortatione Nostra te permotum esse ostendes; qua quidem devotionis, et obsequii erga Nos tui significatione, nihil Nobis potest esse jucundius, nihil ad leniendam ægritudinem, quam ex tanto Apostolicæ Sedi imposito vulnere suscepimus, accommodatius. Quidquid autem egeris, Deum enixe precamur, efficacissimum ut sit, quo id, quod volumus consequamur. Tibique dilecte Fili Noster, eximiæ, præcipuæque erga te benevolentiæ Nostræ pignus Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xv. Januarij MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCCXXXIII.

Dat. die 15 Jan 1763 Ann. V.

Indiarum Patriarchæ de eodem argumento perscribit.

Dilecto Filio Nostro Bonaventuræ a S. Carolo S. R. E. Præsbitero Card. de la Cerda Indiarum Patriarchæ

Clemens PP. XIII.

Dilecte Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

Novissimæ pragmaticæ veteres pactiones inter Hispanicos Reges et Apostolicam sedem evertunt.

§. 1. Binas a carissimo in Christo Filio Nostro Carolo Hispaniarum Rege Catholico ante hos aliquod menses Pragmaticas editas esse, scire te, et quid earum quæque prescribat, satis cognitum habere non dubitamus. Videris jam pactiones, quas gloriosæ Mem: Philippus Rex ejusdem Caroli Regis inclitus Pater, cum hac Apostolica Sede fecit, omnino sublatas esse, et eversas. Videris e Suprema Cathedra Romanum Pontificem quodammodo deturbatum, eique Magisterium, quod a Christo Domino in universam accepit Ecclesiam, ademtum. Sed unde tantum Nobis Turbarum concitum sit, et quantam Romanæ Sedis hostes materiam ad flammam contulerint, fortasse ignoras. Id vero tibi exponet Venerabilis Frater Lazarus Opitius Archiepiscopus Naupacti, Noster apud memoratum Carolum Regem, Apostolicus Nuncius.

Cur Religioni adversantes, tanto contra Apostolicam potestatem sint moliti.

§. 2. Profecto indignaberis, Catholicæ veritatis, et Apostolicæ Sedis hostes eo venisse temeritatis, ut religiosissimo Rege, ejusque piissimis Consiliariis abuti sint ausi, ad suum ulciscendum dolorem, quem ex Apostolica Nostra fortitudine susceperunt. Te vero, dilecte Fili Noster, nunc maxime oportet illius muneris esse memorem, quod ab amplissima, quam geris, dignitate tibi est injunctum. Vix alia amplior aut idonea magis se obtulerit occasio, qua flagrantissimum zelum tuum pro tuenda Romanæ Cathedræ auctoritate, seu, quod idem est pro defendenda Catholica Religione, tuamque tum in Nos, tum in piissimum Regem devotionem declarare possis et fidem.

Indiarum Patriarcham obsecrat ut zelum, et doctrinam suam conferat ad eam

§. 3. Quantum igitur vales industria, dexteritate, auctoritate, et gratia (vales autem plerimum) id omne ad hanc extinguendam flammam volu-

pias novationes removendas. mus te conferre, teque in Domino obsecramus, ne ab hoc negotio oculos unquam dejicias, sed ad omnem adjuvandæ hujus causæ occasionem intentus, quicumque tibi subinde patuerit aditus, strenue illum occupes, ut inde ad Regis pietatem simplex, nudaque veritas rerum perveniat, cujus primo adspectu, non dubitamus, quin optimus Princeps nihil eorum passurus sit, quæ a pactionibus factis cum Philippo Rege Patre sunt alienissima, et abhorrent ab ea devotione, et obsequio, quod huic Beati Petri sanctissimæ Sedi semper exhibuit, nec cum ea, quam in hac ipsa re declarare in animo habuit, de Romano Pontifice benemerendi voluntate, consentiunt. Quod futurum equidem confidimus Dei misericordia freti, qui bene ut rem geras, tuam dilecte fili Noster, suo numine adjuvabit virtutem, Regisque animum illuc permovebit, unde æternam hauriat salutem, summamque apud omnes, quotquot sunt Catholici nominis, consequatur laudem, et gloriam. Quæ denique tibi in adeo piam curam sedulo incumbenti asidua sit comes, Apostolicam dilectionem tuæ benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ die xv. Januarij MDCCLXIII. Pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXXXIV. Dat. dieu Jan. 1763. Ann. V.

Capitulo, et Canonicis Hildesiensibus gratulatur quod remotis obstaculis, et impedimentis pro novi Episcopi electione, viduatam Ecclesiam Pastore providere promiserint, eosque hortatur, ut talem eligant Episcopum, qui Hildesiensi Ecclesiæ fructus ferat uberrimos.

Jam per alias Epistolas diei 16. Maii 1761 relatas a nobis hoc Tom. II. Num. CCXXII. pag. 119. huic Capitulo suam sollicitudinem significavit Pontifex ad urcenda impedimenta quæ liberæ electioni Antistitis opponebantur; et iis permanentibus impedimentis, tempus ad canonicam explendam electionem prorogavit, successivis Literis diei 19 Oct. eiusdem Anni relatis supra Num. CCLVI, pag. 210.

Dilectis Filiis Capitulo, et Canonicis Hildesiensibus.

Clemens PP. XIII.

Dilecti Filii salutem, et Apostolicam benedictionem.

§. 1. Magnam Nobis voluptatem attulerunt Literæ vestræ die 5. Mensis hujus ad Nos datæ, quibus amota esse renunciatis quæcumque Hildesiensis Episcopi electionem, vel impediebant, vel morabantur. Deo igitur gratulamur, quod hanc vobis tandem præbuerit occasionem, qua vestra quæ sit religio, quæ prudentia, vestrumque Divini honoris, et cultus animarumque santificandarum studium possitis omnibus palam facere. Pietatem vero vestram vehementer amamus, et laudavimus, quod a Deo Patre luminum opem implorandum esse censuistis qui divina luce sua, vestros animos tangat, ut in optimi Episcopi electionem, pacate, et communi omnium consensione conveniatis. Illum, et Nos impensissimis precibus flagitamus, ut exoratus, vobis præsens suo numine adsit, ut cum Episcopum eligatis, cujus Episcopales virtutes Hildesiensi Ecclesiæ fructus ferat uberrimos, et testimonium peribeant, vel nihil in hac re spectasse, quam quod in rem istius Ecclesiæ futurum esse censuistis. Denique Apostolicam benedictionem, vestrorum consiliorum ducem, et op-

timæ electionis auspicem vobis peramantem impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo piscatoris die XXII. Jan. 1763. Pont. Nostri Anno V.

Dat. die 22. Jan. 1763 Ann. V.

CCCXXXV.

Cum Duce atque Veneta Republica graviter condolet de Schismatico Episcopo Græci Ritus in Ecclesia S. Georgei intruso, monetque ut statim eiiciatur ad majores scandalos vitandos.

Monuerat jam Pontifex Venetam Rempublicam per alias suas Literas diei 27 Februarii superioris anni relatas hoc Tom. II. Num. CCLXVII. pag. 224 ne sineret reprobandam persistere electionem Schismatici viri factam a Græcis Catholicis pro regenda Ecclesia S. Georgei.

Dilectis Filiis Nobilibus Viris Duci, et Reipublicæ Venetiarum,

Clemens PP. XIII.

Dilecti Filii Nobiles Viri salutem, et Apostolicam benedictionem.

Præcedentes Literas, de hoc intruso Episcopo Reipublicæ præscriptas commemorat.

§. 1. Ubi primum allatum est Nobis factam a Senatu Vestro Græcis isthic commorantibus potestatem eligendi aliquem in Episcopum, eosque Sacerdotem quemdam nomine Facea, qui Sacros Ordines in Schismate susceperat, futurum Episcopum designasse, zelo Domus Dei vehementer exarsimus, atque ea, qua erga istam Patriam Nostram, ejusque clarissimos Cives incendimur charitate, commoti, cum dilecto Filio Nobili Viro Equite Hieronymo Ascanio Justiniano, vestro apud Nos, et Apostolicam Sedem Oratore, graviter ea de re conquesti sumus, et Senatui etiam literas dedimus, quibus palam fecimus, quanta Nos coeperit admiratio, cum vestram Rempublicam videremus ab ea sententia descivisse, in qua nullo non tempore Majores vestri constantissime permanserunt.

Quanta semper fuerit Venetorum Magistratuum sedulitas, ut in Ecclesia Sancti Georgei Catholica puritas servaretur.

§. 2. Illi enim in Ecclesia S. Georgei, quæ in inclyta vestra Venetiarum Urbe, Pontificia auctoritate fuit erecta, subjectaque immediate Apostolicæ Sedi, puritatem Catholicæ Fidei servari voluerunt semper incolumem, et necessariam cum Ecclesia Romana communionem retineri; eamdemque Ecclesiam a Catholicis Cappellanis gubernari, quos vel Apostolicus Nuncius, vel Patriarcha Venetiarum ad normam originariæ fundationis, ut Catholicos probavisset; quod tum ex vetustioribus decretis Anno MDXXXIV et MDXLII tum ex recentioribus a Senatu vestro editis anno MDCCXX et MDCCXXI luculentissime apparet. Ad has literas Nostras responsum quidem tulimus die XXVII Martii superioris anni, in quo non omnino pastoralis sollicitudo Nostra potuit conquiescere, illud enim maxime desiderabamus, ut confestim omne periculum amoveretur, in quo Catholicam Ecclesiam versari videbamus, ne in eam Episcopus Schismaticus sese intruderet. Sed tamen non nihil animo Nostro tranquillitatis attulit data Nobis Senatus nomine fides, nunquam fore ut a Majorum suorum sententia recederet, tum etiam ipsius, quem Græci Episcopum elegerant, agendi ratio, qui postquam suscepto prætensæ consecrationis munere, Venetias rediit, nullam unquam Episcopalem jurisdictionem in Græcos sibi usurpaverat. Ea igitur spe Nobis injecta, falso huic Pastori a Senatus religione, et fide cohibito nunquam futuram in Jesu Christi Ovile introeundi copiam, ut veneno suo illius Gregis Oves inficeret, patienter opportunum tempus expectandum existimavimus, dum validiora, et Reipublicæ vestræ rationibus apta adhiberi possent remedia, quæ omnino illi malo mederentur, quod in Ecclesiam Sancti Georgei eorum culpa, et dubia fides invexerat, qui eam regunt, et moderantur.

§. 3. Verum nullum amplius silentio Nostro relictum esse locum perspicimus, ac diutius si taceremus Summi Apostolatus a Christo Domino Nobis commissi proditores ipsi Nobis esse videremur. Ipsam quoque Patriam, quæ Nobis carissima est, deserere, et prodere existimaremur, si ab ejus gloriosissimis Civibus excitandis abstineremus, ut ejusmodi scandalum de medio tollant, quo tanta Veneto nomini macula inuritur, et Senatus Religioni haud ita levis imponatur ignominia si populus, Schismaticum hominem videat Episcopum media in urbe Venetiarum, et in Catholicorum Ecclesia inter Græcos Reipublicæ subjectos, sese jactare cum Episcopalibus insignibus, et eos, quos falso sibi subditos esse existimat, suo parere velit imperio. Quod spectaculum Nobilitatum vestrarum oculis, et omni Ve-

Queritur quod intrusus hic Schismaticus Episcopus sacris sese immiscuerit, et publice Episcopalibus insignibus sit usus in Ecclesia S. Georgei.

netorum populo audax ille Præsbyter Facea superioribus diebus objecit. Episcopalibus enim indutus insignibus, solemniter, et magna cum pompa ad Ecclesiam S Georgei se contulit; in Episcopali Cathedra assedit; Clero et Populo benedictionem impertiit; sacris functionibus præfuit, ejusque præsentia, polluta est sacri illius Templi sanctitas, et in crimen adducta eorum pietas, et religio, qui cum eo in divinis communicaverant. Ita ne vero Senatus tantam abominationem ferendam existimaverit? An non in ejus animo flagrans retinendæ Orthodoxæ Fidei studium, conscientiam illi momorderit? Quemquam ne esse Venetiis, qui Schismati studeat? et in summi Dei Templo profanum Altare Baal locatum non illibenter videat?

Reipublicæ moderatores hortatur ut tam turpe scandalum removeant.

§. 4. Vestrum profecto est, dilecti Filii, Nobiles Viri, tantum, tamque turpe scandalum amoliri, et occasionem omnem offensionis Catholicis Græcis imposterum amovere. Vel enim gravissima se culpa obstringent, si cum Episcopo Schismatico in Divinis communicent, vel ab Ecclesia, ubi ille sacris operetur, debebunt quam longissime abesse. Neque vos, dilecti Filii Nobiles Viri, in errorem adducat jactata superiorum temporum consuetudo. Probe enim nostis, semper adversus eam coosuetudinem reclamasse Apostolicam Sedem; nostis quanta subinde scandala extitere, quibus Senatus commotus, veteres leges gravioribus decretis in pristinum revocavit. Venetiis igitur, Urbe, religione, veræque pietatis studio inclyta, Schisma in Ecclesia Sancti Georgei exultare, et hæresim propemodum triumphare nullo modo ferre possumus. Si qua vero ratio sit, qua inter Græcos charitas, et pax constabiliri posse videatur, Nobisque dare demonstretur mala, quæ modo urgent, et quibus tandem remediis sanari possint, Nos eadem remedia ut adhibeantur enixe operam dabimus, modo tamen Catholica communio servetur incolumis, longe absit schisma, et Facea Schismaticus homo, et in Schisma a Schismaticis Presbyter ordinatus, et ab ea obedientia, quæ debetur Romano Pontifici alienissimus, et erroribus hæresibusque Græcorum fœde imbutus longissime ab Ecclesia arceatur.

Monitetur Pontifex supremæ suæ auctoritatis exercitium, ne Catholici Græci cum Pseudo-

§. 5. Alioquin auctoritas, quam a Christo Domino accepimus, ut Christiani Gregis Oves ab ingruentibus lupis tueamur, adhibenda tandem Nobis erit, et Catholicis Græcis cogemur edicere, ne in divinis cum sæpe memorato Pseudo-Episcopo Facea communicent, si Schismatis nolint principes fieri, et a Catholica Religione sejungi. Verum ipsi vos, dilecti Filii Nobiles Viri, ad hoc malum sanandum manum admoveatis oportet. Vestra laus semper fuit prudentiæ, sapientiæque summa, et præcipua; nec dubitandum, si modo hujus Virtutis nervus intendatis, quin rationem reperiatis Reipublicæ liberandæ ex iis incommodis, quæ a Græcis, non illis quidem Catholicis, Ecclesiæque simul, et Reipublicæ fidelissimis, sed a Schismaticis, et nullius fidei hominibus illi evenere, et satis faciendi veræ pietatis officio, cui profecto deesse videamini, nisi tantam inclytæ Reipublicæ vestræ hærentem labem, et maculam eluatis. Quam quidem vos prope diem abstersuros in Domino confidimus, vestra potissimum freti Religione, et Sapientia; vestrasque Nobilitates obtestamur, et obsecramus, ut ab hoc gravissimo Negotio oculos ne deiiciatis, dum fœdum vulnus hujusmodi omnino sanetur, et cicatrix illi solide obducatur; ne forte dum consanuisse videatur, imposterum recrudescat. Denique Nobilitatibus vestris, quas eximiæ charitatis paterno quodam sensu complectimur, Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ etc. die 22 Januarii 1763. Pontificatus Nostri Anno quinto.

Episcopo ulterius communicent.

CCCXXXVI.

Dat. die 9. Feb. 1763 Ann. V.

Alepensi Episcopo per has Literas Pontifex significat, severe jussisse ne Missionarii ad eas regiones missi, eumdem in Episcopali dignitate turbare queat.

Venerabili Fratri Arsenio
Archiepiscopo Alepensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater
salutem, et Apostolicam benedictionem.

Alepensis Episcopi vigilantiam, et zelum comendat pro rebus Religionis gerendis

§. 1. Nihil Fraternitatis tuæ literis religiosius magisque pium, et sanctæ huic Apostolicæ Sedi, Nobisque obsequentius. Quamobrem dum eas legeremus, superabundavimus gaudio, illud cogitantes tam bonum, tam vigilem, tamque fidelem ad istam Dominiei Gregis partem excubare Pastorem, et Ca-

tholicæ Fidei hostium modo sagacitate, et prudentia sua vitare insidias, modo alacritate animi, et Episcopali strenuitate apertum impetum propulsare. Hunc tuum Orthodoxæ Religionis defendendæ ardorem, et studium, Apostolicis omnibus Nostris officiis alendum censemus, et sustentandum, nec unquam patiemur tuo Nostræ opis desiderio restingui.

Significat se mandasse ne Missionarii audeant Episcopum in sua auctoritate deturbari.

§. 2. Itaque ne qua imposterum nova inter vos oriatur discordia, et quæ causæ dissensionum inter Vos et dissidiorum inveterarunt, penitus revellantur, Sacram Congregationem de Propaganda Fide Apostolica mandata gravissimis verbis jussimus renovare, ne Missionarii deinceps quidquam audeant, quod tuam minuant auctoritatem, de qua Sancta hæc Apostolica Sedes per facultates Missionariis traditas nihil unquam voluit esse detractum. Tu vero Ven: Frater impigre, ut facis Ministerium tuum imple, neque difficultatibus deterreare, quas Episcopali labori tuo offerunt homines, ut existimamus, minime mali, sed nimio studio satisfaciendi officio suo, multa, quæ non oportet, suum ad arbitrium revocantes. Hos in Agro Dominico excolendo tecum strenue collaborantes patienter feras oportet, si quando nimium sibi tribuere videantur, nec omnia volis redacta semper ad acerrimam normam. Charitas patiens est, non æmulatur. Neque vero eo hæc dicimus, quasi pati velimus, Missionarios facultatum suarum fines transilire, intra quos omnino eos coerceri volumus, et mandavimus; sed ut intelligas hominum vel cupiditates, vel intemperantiora studia, melius patientia, lenitate, et æquitate animi reprimi solere. Querelas vero tuas ad Nos te detulisse probamus, earumque causas amoveri omnino curabimus. Eximiæ erga te benevolentiæ Nostræ pignus Apostolicam benedictionem Fraternitati tuæ peramanter impertimur. Datum Romæ etc. die ix. Februarii MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCCXXXVII.

Dat die 8 Mart. 1763 Ann. V.

Prævia revocatione Litterarum Bonifacii IX. Anni 1397. Ecclesia S. Petri in Arce Viscehradensi Regni Bohemiæ Archiepiscopo Pragensi denuo subjicitur.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exponitur controversia exhorta inter Collegiatam Ecclesiam S. Petri, et Archiepiscopum Pragensem.

§. 1. Apostolicæ benignitatis, justitiæque ratio exigit, ut ad lites amputandas, ea, quæ alias ab Apostolica hac S. Sede quomodolibet provide concessa, ac bene ordinata noscuntur, si quid super ipsis deinceps dubitationis emerserit, apertis dilucidisque verbis explicentur. Nuper pro parte Venerabilis Fratris Joannis Mauritii Archiepiscopi Pragensis Nobis exposito quod secularis Collegiataque Ecclesia S. Petri, quæ in Arce Viscehradensi prope Pragam, ut asseritur, Anno MLXVIII. fundata est a clar. mem. Wratslay, dum vixit, Bohemiæ Rege Illustri, fuerat variis privilegiis decorata in limine fundationis a fel. rec. Alexandro II., ac deinceps a Lucio itidem II. Innocentio IV., et Urbano V. Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris, postmodum vero rec. me. Bonifacius PP. IX. Prædecessor pariter Noster octavo Idus Aprilis Anno millesimo trecentesimo nonagesimo septimo Pontificatus sui Anno octavo, eamdem Ecclesiam cum Arce et membris separaverat, et avulserat a Diœcesi, et Provincia Pragensi, et huic S. Sedi immediate subjecerat in statu nullius Diœcesis, tributa tunc, et pro tempore existentibus Capitulo et Canonicis ipsius Ecclesiæ, jurisdictione in Clerum et Populum, exercenda ab illius pro tempore existentibus Præposito in temporalibus, Decano vero in spiritualibus, juxta tenorem quarumdam Literarum quas initio hujus sæculi typis edidit quondam Joannes Florianus ejusdem Ecclesiæ Canonicus in libro, cujus titulus = Gloria et Majestas Ecclesiæ exemptæ, et nullius Diœcesis Viscehradensis =. Nihilominus suæ ordinariæ jurisdictioni existimans idem Joannes Mauritius Archiepiscopus dictam Ecclesiam subjectam esse, Anno MDCCLIX. dictum Capitulum in jus vocaverat coram tunc existente Cameræ Nostræ Apostolicæ Auditore Generali, ut Capitulo et Canonicis hujusmo-

di silentium imponeretur super jactata exemptione; sed litem idem Capitulum suscipere recusavit prætextu asserti privilegii de causis non avocandis extra Regnum Bohemiæ.

Preces porrectæ pro parte Archiepiscopi Pragensis ad toles dirimendas controversias.

§. 2. Quare idem Joannes Mauritius Archiepiscopus summopere cupiens, ut antiquæ hujusmodi controversiæ, et veteri contentioni debitus tandem finis imponeretur, quo melius ac liberius præsenti Capituli, atque Ecclesiæ bono regimini, ordini, ac dispositioni consulere posset, annuente etiam atque approbante carissima in Christo Filia Nostra Maria Teresia Hungariæ Apostolica, et Bohemiæ Regina Illustri, Nobis humiliter supplicari fecit, ut sine forma judicii, et formalis juris processu, de benignitate Apostolica dignaremur declarare = *An Bonifacii prædecessoris prædicti indultum, a quo jactatam exemptionem repetit dictum Capitulum dudum fuerit revocatum.*

Pontifex exquirit votum Congregationis Concilii Tridentini, deindeque ejusdem judicio controversiæ examen supponit.

§. 3. Nobis autem primum placuit ea de re votum Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, per Nostrum rescriptum exquirere, et subinde tum de Nostro rescripto, tum de ejusdem Mariæ Theresiæ Reginæ voluntate, dilectus etiam filius moderuus Cancellarius Archiepiscopalis Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis certiores reddidit, dilectos itidem filios modernos Præpositum, Decanum, et Capitulum primodictæ Ecclesiæ Viscehradensis. Delata autem hujusmodi causæ cognitione ad memoratam Cardinalium Congregationem, ipse Joannes Mauritius Archiepiscopus, suas rationes, et jura per suos defensores exponi facere curavit, et inter cætera, quod præfatum ipsius Bonifacii prædecessoris indultum fuit revocatum, nullum, ac irritum redditum, et effectum per aliam Constitutionem, seu alias Literas ejusdemmet Bonifacii prædecessoris sub plumbo XI. Kal. Januarii anno 1402, Pontificatus sui anno XIV expeditas, quarum initium est = *Intenta salutis operibus* = per quas dictus Bonifacius prædecessor revocatis quibuscumque unionibus, aliisque gratiis ad importunam petentium instantiam concessis, inter alia in hæc verba prosequitur = *Item revocamus, et annullamus omnes exemptiones perpetuas per Nos factas, quibuscumque Monasteriis, vel Ecclesiis, aut Capitulis, vel Prælatis, aut Conventibus quorumcumque Ordinum, sive Religionum, et Sæcularium Ecclesiarum Cathedralium, vel Collegiatarum, Universitatibus quorumlibet Castrorum, Terrarum, et Villarum, et Literas Nostras super illis confectas, decernimus esse irritas, et inanes, nulliusque roboris, et momenti.*

Sacra Congregatio declarat privilegia a Bonifacio IX. concessa fuisse revocata.

§. 4. Proposito itaque Dubio = *An Bulla Bonifacii IX. concedens exemptionem Capitulo Viscehradensi sit revocata in casu etc.* die xx. Novembris anno MDCCLXII. prædicti memoratæ Congregationis Cardinales censuerunt = Revocatam fuisse = Factaque Nobis de omnibus per Venerabilem Fratrem Josephum Archiepiscopum Petrensem ejusdem Cardinalium Congregationis Secretarium relatione.

Pontifex suprædictam Sacræ Congregationis resolutionem confirmat, et approbat.

§. 5. Nos omnibus mature perpensis, et consideratis tam sententia, seu voto prædictæ Congregationis Cardinalium tam omnibus, tam juris, quam facti coram eadem Congregatione per ipsum Joannem Mauritium Archiepiscopum, seu ejus defensores deductis, quascumque controversiæ, et dissentionis causas, et occasiones amputare, et ejusdem Mariæ Theresiæ Reginæ voluntati, et justis desideriis quantum in Domino possumus obsecundare volentes, hisce Nostris in perpetuum valituris Literis, voto prædictorum Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum inherentes, declarando pronunciamus, et pronunciando declaramus, indultum exemptionis, et respectivæ jurisdictionis in Clerum, et Populum concessum Capitulo, et Canonicis Ecclesiæ Viscehradensis a memorato Bonifacio IX. prædecessore Nostro, ejusque literas editas VIII. idus Aprilis MCCCLXXXXVII. fuisse per alias posteriores ejusdem Bonifacii prædecessoris literas sub datum XXII. Decembris MCDII, revocatas, ac de medio sublatas, nullas, ac irritas redditas, omnique effectu, ac vigore juris, et facti privatas, perinde ac si nunquam de Apostolica auctoritate emanassent.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes, easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in futurum plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales etiam de Latere Legatos, et Apostolicæ Sedis Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et defini-

ri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus, quatenus opus sit, dictis ejusdem Bonifacii prædecessoris literis MCCCLXXXXVII. expeditis, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die octava Martii Millesimo Septingentesimo, Sexagesimo Tertio, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CCCXXXVIII.

Dat. die 12 Martii 1763 An. V.

Congregationi Generali Ordinis Monachorum S. Benedicti Montis Virginis facultates conceduntur approbandi in proximis celebrandis Comitiis reformationes nonullas, et statuendi privilegia ad fovorem Ex Generalium Ordinis prædicti.

Constitutio diei 23. Aprilis 1762. hujus Pontificis, de qua hic sermo est, quoad confirmationem privilegiorum Congregationis Benedictinæ Montis Virginis relata superius est hoc Tomo II. sub. Num. CCLXXVI. pagin. 234. Plura quoad hanc Congregationem statuit Julius II. Constit. Anni 1503. Nov. 22. De Diffinitorum electione, eorumque vacatione ab Officio, ac de auctoritote Dietæ circa dispositiones Abbatum, eorum mutationes, ac de electione eorum, qui Decanatus munere digni sint, statuit Urbanus VIII. Constit. Anni 1628. Maii 4. quoad usum Baldachini, et Ministrorum, ac aliarum ceremoniarum pro Abbatibus hujus Congregationis habetur prælaudati Pontificis Constit. Anni 1629. Julii 11. quæ relatæ sunt in Bullario Mainardii.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium

§. 1. Sacrosancti Apostolatus officium humilitati Nostræ per abundantiam Divinæ bonitatis, nullo meritorum Nostrorum suffragio creditum, salubriter exequi, adjuvante Domino jugiter satagentes, ad ea, per quæ felici, prosperoque Religiosorum virorum, sub laudabili vitæ Monasticæ instituto, Divinis obsequiis mancipatorum regimini, et gubernio, illorumque tranquillitati, ac ipsorum Ordinum, Congregationumque, et illarum familiarum incremento consulitur, libenter intendimus, munerisque Nostri pastoralis partes propenso desuper studio interponimus, sicut Nos locorum, personarum, rerum, et temporum qualitatibus mature pensatis, ad Omnipotentis Dei gloriam, et animarum salutem expedire in Domino arbitramur.

Referuntur incomoda quæ modo obveniunt ex gubernali regimine temporali, et spiritua-

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Nicolaus Maria Letitia Abbas Generalis, ac Mattheus Jacutius Abbas Procurator Generalis Monachorum Ordinis Sancti Be-

Abbatem Generalium. nedicti Congregationis Montis Virginis quod per constitutiones ipsius Congregationis, auctoritate Apostolica confirmatas, gubernale regimen, siva gubernium tam spirituale, quam temporale sive ipsius Congregationis, vel terrarum, locorum, et oppidorum ad dictam Congregationem spectantium et pertinentium, et ab illa dependentium, in quibus Abbas Generalis pro tempore existens jurisdictionem temporalem tanquam Dominus, et quasi Episcopalem cum qualitate Nullius, tanquam Ordinarius Diœcesis Montis Virginis, Apostolicæ huic Sanctæ Sedi immediate subjectæ, in dictis terris, oppidis, et locis, ac in subditos in illis pro tempore existentes exercet, ac particulare, at omnino separatum territorium ab Archiepiscopis, et Episcopis viciniori-bus independenter, juxta exemptiones, ac privilegia a quamplurimis Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris concessa, et a rec. me. Clemente Papa XII. prædecessore itidem Nostro confirmata, et innovata, et ampliata per suas sub Plumbo anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXXII. pridie Idus Maii Pontificatus sui anno secundo expaditas literas, quas quidem exemptiones, et privilegia cum Diœcesi, et Territorio separato etiam Nos per Nostras in simili forma Brevis die xxx. Aprilis MDCCLXII. expeditas literas confirmavimus, seu de novo concessimus, et innovavimus, habet, dicto Abbati Generali damandatum reperitur, ex quo sæpe fieri contigit, ut dilecti quoque filii, universitates, et homines terrarum, oppidorum, et locorum temporalis jurisdictionis prædictæ, ac Congregatio ipsa assiduis fere immutationibus, et renovationibus jussionum, ordinationum, et stabilimentorum, quia quæ ab uno Abbatæ Generali pro temporo factæ fuarunt, ab aliis Abbatibus Generalibus inde Successoribus aliæ quandocumque illis adversantes publicantur, seu statuantur, obnoxij existant, immutationesque, ac innovationes hujusmodi magno cum eorum detrimento experiantur; eaque de causa interdum accidit, ut Abbatas Generales pro tempore existentes eas ordinationes, at mandata ad Divinum cultum magis magisque adaugendam Regularem, Monasticamque, at Ecclesiasticam Disciplinam confirmandam, instaurandamque, sive inducenda necessaria pro majori spirituali, et temporali Monachorum, et subditorum prædictorum rationa jurisdictionis temporalis prædictæ magis consentaoea, at juxta regionem accomodata sumere, et constituare forsan omittant, timentes, ne absoluto ajus gubernio totum id ab ipso rite, et recte præscriptum ac exequtioni demandatum subinde vertatur, at destruatur;

§. 3. Ac propteraa non solum dicti exponentes, verum etiam dilecti quoque filii Abbatos Diffinitores Generales, seu Diffinitorium Genarale ejusdem Congregationis, præmissa omnia mature perpendentes, quo in dicta Congregatione, ac in dictis terris, locis, et oppidis firmum, stabile, et uniforma gubernium, et regimen semper subsistat, et servetur, ac jussionas, et mandata spirituale, et temporale, regimen, ac gubernium hujusmodi concernentia exequantur, cunsentaneum esse duxerunt pro spirituali, temporalique Congregationis prædictæ, et subditorum prædictorum regimina, et gubernio novas ordinationes statuere, et præscribere, quæ sunt tenoris sequentis, videlicet. Ad quæ incommoda removenda nova Ordinationes Diffinitorium Generale proponendas esse duxit.

I. Ut Abbates Generales nunc, et pro tempore axistentes dictæ Congregationis per Constitutiones prædictas præter, et ultra cætera omnia privilegia eisdem Abbatibus a Sede prædicta, et a Nobis illis concessa, quibus etiam frui, et gaudere debeant, ramaneant Coabbates Generales, sive Congenerales, in regimine, ed administratione memoratæ Congrogationis, et tanquam socii Abbatis Generalis pro tempore existentis, et in officio Collegæ habeantur una cum Abbate Generali semper de novo alecto, et aligendo, ac Diffinitorio Generali. Refertur tenor novarum Ordinationum.

II. Ut in omnibus Capitulis, seu Dietis Diffinitorialibus cum Abbate Generali pro tempore existente, ac aliis Diffinitoribus Generalibus ad singula in dictis Capitulis, seu Dietis, aut Diffinitoriis tractanda tam pro electionibus Abbatum, et Priorum de novo aligendorum, aliorumque officialium, quam pro aliis ipsius Congregationis rebus, et negociis ad illam spectantibus, et pertinentibus, et tam Diffinitorialiter, quam alias pro tempore habendis jus habeant accedendi, et interessendi, et cum aliis decernendi, deliberandi, et definiendi, ac accedere, interesse, decernere, deliberare, ac definire possit, quæ per Diffinitorium Generale definienda veniunt, primumque locum in Capitulis, et Dietis præfatis habeant post Abbatem Generalem, primumque post dictum Abbatem Generalem votum, sive suffragium ferant sub pœna nullitatis omnium actorum, st gestorum in casu,

quo dicti Abbates Congenerales, Socij, et Collegæ edicti, intimati, et certiores facti non fuerint de Capitulo, seu Dieta Diffinitoriali habenda, ac de re ibidem tractanda, prout Abbates Diffinitores Generales, seu Diffinitorium Generale pro tempore convocentur, et convocari solet; si vero dicti Abbates Congenerales, postquam de Diffinitoriali Capitulo, seu Dieta habenda, intimati, et certiores facti ad illam accedere nequiverint, aut noluerint, eo casu quidquid actum, et gestum, ac definitum fuerit in illius absentia, pœnæ nullitatis subjectum minime remaneat, nec subjaceat:

III. Ut si contingat plures esse eodem tempore Abbates Conganerales in Dietis, seu Capitulis hujusmodi, negocia dictæ Congregationis tractari, et definiri debeant, ac vota, sive suffragia paria cum Abbate Generali, Diffinitoribus Generalibus, et Abbatibus Congeneralibus existant, eaque de causa ejusmodi negocia minime definiri possint, eo casu Abbas Generalis duo suffragia habeat, et ferre possit:

IV. Quod licet per memoratas constitutiones præscriptum reperiatur, ut eveniente obitu pro tempore existentis Abbatis Generalis, seu ex illius persona quocumque modo vacante regimine, et gubernio Generali intra triennii prædicti spatium a celebratione ultimi Capituli Generalis computandum, tunc existens Abbas Decanus vulgo ut dicitur Monasterii Montis Virginis Majoris dictæ Congregationis, seu Prior Claustralis Monasterii prædicti regimen, et gubernium generale ipsius Congregationis nonnullis illi præscriptis facultatibus suscipere, gerere, et exercere debeat, usque ad celebrationem Capituli Generalis, nihilominus eveniente obitu prædicto, seu quacumque Generalatus vacatione, in locum dicti Abbatis Decani, aut Prioris Monasteri hujusmodi, Abbas Congenaralis antiquior in exercitio regiminis, et gubernii Abbatis Generalis, si plures fuerint Abbates Congenerales, regimen, et gubernium sic, ut præfertur, vacans, ac administrationem dictæ Congregationis tum spiritualem, tum temporalem tanquam Vicarius Generalis suscipiat, gerat, et expleat usque ad novum Capitulum Generale per eum indicendum, et convocandum eisdem modo, et forma per easdem Constitutiones demandata, ac eisdem dumtaxat facultatibus utatur, qua uteretur, et uti posset dictus Abbas Congeneralis tempore sui Vicariatus Generalis quid quid de actis, et gestis per Abbates Generales, et Diffinitoria Generalia interea nec variare, nec mutare valeat, nullosque actus ex illis ad Abbatem Generalem spectantes exercere possit, et si secus fecerit, quid quid actum, et gestum fuerit, nullum sit eo ipso, et pro nullo habeatur.

V. Demum intuitu Religiosorum laborum per eos hactenus præstitorum, ut ipsi Abbates, et Congenerales absoluto officio, seu munere Abbatis Generalis unum memoratæ Congregationis Monasterium sibi benevisum, pro sua ordinaria residentia, sibi eligere, et in eo remanere possint, non obstantibus quibusdam rec: me: Urbani PP. VIII prædecessoris Nostri die iv Maii MDCXXIX expeditis literis, quibus facultas alias a a fel: mem: Gregorio Papa XV prædecessore pariter Nostro concessa eisdem Abbatibus Generalibus super electione Monasterii ab illis facienda, absoluto gubernio, revocata fuit, quas quatenus opus sit, ad hunc effectum cassamus, et annullamus, ac si propter ingravescentem ætatem, vel propter infirmitates, aliamve legitimam causam, regimen, et gubernium Monasterii sibi electum explere, et administrare nequiverint, vel noluerint, facultas ipsi tribuatur tres Monachos ejusdem Congregationis sibi benevisos, dummodo qualitatibus pro assequendo Prioratu prædicti sint, nominandi, quorum unus ex tribus nominatis a Diffinitorio Generali eligatur in Priorem Claustralem, qui Monasterii curam tum in spiritualibus, tum in temporalibus sub obadientia ejusdem Abbatis Congeneralis, et non aliter exercet, dictusque Prior interea omnibus prærogativis Prioribus gubernii concessis gaudere possit, et debeat.

§. 4. Quare memorati exponentes asserentes, novas ordinationes hujusmodi, si fiant, in majorem dictæ Congregationis cessuras esse utilitatem, Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Preces porrectæ pro approbatione relatarum reformationum.

§. 5. Nos igitur felici, prosperoque prædictæ Congregationis, quam ob illius Abbatum Generalium, et Alumnorum erga hanc Sanctam Sedem obsequium, et reverentiam, aliarumque suarum virtutum merita, speciali affectione semper prosequuti fuimus, et paternis complecti pergimus affectibus, ac Nostræ, et Sedis prædictæ benignitatis argumenta eisdem Abbatibus Congeneralibus prævia concessione privilegii gestandi habitum Prælatitium, alia-

Pontifex Abbatibus Congeneralibus præter usum habitus Prælatitii quo Abbates Generales fruuntur, titulum etiam Prælati Domestici concedit.

que insigna Generalitia, quibus utuntur Abbates Generales in exercitio muneris, expleto eorum munere a Nobis facta, etiam addendum ducimus alium etiam honorem, et titulum di Monsignore, et Prælati Nostri Domestici, quo ex hujus Sedis beneficentia Abbates Generales pro tempore in exercitio muneris gaudent, quo etiam Abbates Congenerales in posterum uti, habere possint.

Facultas impertitur omnibus Vocalibus ad futura Comitia generalia necessaria approbandi supra relatas reformationes per duas ex tribus suffragiorum partes

§. 6. Et subditorum prædictorum regimini, et gubernio salubriter prospectum esse cupientes, dictosque Exponentes, et Diffinitorium Generale hujusmodi, amplioribus favoribus, et gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnibus, et singulis memoratæ Congregationis Montis Virginis Vocalibus ad Capitulum Generale tertia Dominica post Pascha Resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi currentis anni habendum, celebrandumque de jure, et consuetudine accessuris, quos omnes ab iis, od quos spectat, vocare, et intimare mandamus, quibus supradictæ novæ ordinationes tractandæ, et definiendæ per dictum Nicolaum Mariam Abbatem Generalem, seu per Secretarium Capituli in actu ipsius Capituli prius notificentur, auctoritate Apostolica per præsentes committimus, et mandamus, ut facta prius de præmissis omnibus significatione, illisque per eos mature perpensis, si duabus ex tribus partibus suffragiorum per subscriptiones uniuscujusque Vocalis proprio charactere faciendas concurrentibus accesserit assensus; dictas novas ordinationes ad favorem moderni, et pro tempore existentium Abbatum Generalium absolutorum ejusdem Congregationis, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, ac illas approbamus, et confirmamus, et inter acta Capitularia referendas, et deinceps observandas esse mandamus, ac ratas existere, et fore decernimus, et ordinamus, earumque usum, commodum, et effectum eisdem moderno, et pro tempore existentibus Abbatibus Generalibus absolutis, una cum aliis gratiis, privilegiis, et prærogativis, ac honoribus a Nobis concessis in perpetuum concedimus, et impertimur, ac assignamus.

Quæ reformationes si approbatæ ut supra in Congregatione generali fuerint, eas Pontifex Apostolica auctoritate confirmat, et observari mandat.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas validas, et efficas existere, et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus præmissis, ac prædicti Urbani prædecessoris, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis, ac Congregationis hujusmodi, et illius Provinciarum, aliisve etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, novisque Constitutionibus; privilegiis quoque indultis, et Litaris Apostolicis Superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XII Martii MDCCLXIII, Pontificatus Nostri Anno quinto.

Dat. die 21. Martii 1763. Anno V.

CCCXXXIX.

Praevia confirmatione Constitutionum Alexandri IV, et Urbani IV. conceditur Abbatibus Generalibus Ordinis Monacorum S. Benedicti Congregationis Montis Virginis eadem jurisdictio in causis immunitatis Ecclesiasticae contra facinorosos, qua pollent ex concessione Sedis Apostolicae caeteri Episcopi, et Ordinarii.

Congregationem hanc approbavit Celestinus III. Constit. Anni 1197. Novemb. 11. Exemptiones, et immunitates Congregationis ejusdem confirmavit Urbanus IV. Const. An. 1263. Maii 14. Quae ambo relatae sunt in Bullario Mainardii. Constitutio Alexandri IV. Anni 1261. Idib. Aprilis de qua in praesenti sermo est non reperitur impressa in praedicto Bullario Mainardii. Quoad alia privilegia, et indulta hujus Congregationis vide Constitutionem a Nobis relatam sub numero praecedenti, et adnotationem eidem praemissam.

Clemens Papa XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Romanum Pontificem fidelem dispensatorem a Deo super familiam suam constitutum, et si omnium Religiosorum Ordinum curam deceat habere, ac de felici eorum statu plurimum esse sollicitum, commissa tamen divinitus sibi Apostolici cura regiminis videtur exposcere, ut eos potissimum gratiis cumulet, et honoribus, qui acceptum semel pie, sancteque vivendi institutum, et traditam a Sanctis Fundatoribus regulam, et morum normam custodientes, tum coelestium rerum contemplationi, et orationibus vacant, tum jugi sacrarum literarum studio operam praestant, tum demum magnae Christianae Reipublicae bono fructuosum in vinea Domini exhibent famulatum.

Monachos hujus Ordinis laudibus commendat cujus fundatio Sancto Gulielmo tribuitur.

§. 2. Hinc est, quod Nos dirigentes Pontificiae mentis aciem ad uberes fructus, quos dilecti filii Monachi Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Montis Virginis ab ipsius Congregationis primordio militanti Ecclesiae semper, et huc usque attulerunt, et quotidie afferre pergunt, ac sedulo recogitantes, jacta a Sancto Gulielmo Fundatore in ipsa sua Congregatione regularis observantiae, sanctaeque institutionis semina, fertili tanquam in agro, magno Christianae perfectionis incremento in dies adolescere, atque ejusdem Sancti Institutoris Alumnos morum sanctitate, Monastica disciplina, sacrarumque literarum studio florentes, nedum praeclarissimo Sancti Benedicti Ordini, verum etiam Catholicae Ecclesiae non parvo esse ornamento, facere nullo modo possumus, quin camdem Congregationem sincera in Domino charitate complectentes, novis Pontificiae beneficentiae ornamentis prosequamur, per quae status dictae Congregationis in agro Dominico divina dispositione plantatus, sublatis omnibus perturbationibus, ad Divini Nominis gloriam, et Catholicae Fidei exaltationem conservetur, ac tranquillis foveatur crementibus et votivis proficiat incrementis.

§. 3. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Nicolaus Maria Letitia Abbas Generalis memoratae Congregationis Montis Virginis, quod in Concordatis inter Apostolicam hanc Sanctam Sedem, et carissimum in Christo filium Nostrum Karolum nunc Hispaniarum Regem Catholicum, tunc utriusque Siciliae, et Hierusalem Regem Illustrem Anno MDCCXXXXI. initis inter caetera Cap. II. Immunità Locale §. VIII. haec verba expressa reperiuntur = *Che sotto nome de' Vescovi, s' intendano i veri Vescovi, e non già i Prelati inferiori di qualunque specie, quantunque abbiano proprio, e separato Territorio, e Giurisdizione quasi Episcopale, dovendosi per tali luoghi esenti ricorrere o al Vescovo Diocesano, se il luogo é nella Diocesi, o pure al Vieiniore, alla riserva bensì di quei Prelati inferiori, che avessero ottenuto, o che ottenessero dalla Santa Sede uno speciale indulto di procedere in queste cause d'immunità locale* = Referuntur conventiones inter Apostolicam Sedem, et Regem Utriusque Siciliae quoad exercitium jurisdictionis in causis immunitatis Ecclesiasticae.

§. 4. Et sicuti Congregatio Montis Virginis hujusmodi, seu illius Abbas Generalis pro tempore existens quam plurimis privilegiis gaudet, et fruitur, indultisque, gratiis, et exemptionibus prius a fel. rec. Alexandro Papa IV. praedecessore Nostro concessis, qui per quasdam suas sub Plumbo Idibus Aprilis Anno Incarnationis Dominicae MCCLXI. expeditas Literas sancivit, Monasterium de Monte Virginis etc. ac alias Provincias, et Loca ei subdita ad jus, et proprietatem Romanae Ecclesiae in perpetuum pertinere, atque ab omni tam Ecclesiasticae, quam Secularis personae jugo ita omnino liberum manere decrevit, ut S. R. E. cum omnibus Ecclesiis, Provinciis, et locis illi subjectis subditum Pluribus privilegiis doteti fuerunt, Abbates Generales hujus ordinis, quoad exercitium jurisdictionis in Causis immunitatis Ecclesiasticae.

haberetur; et deinde a piæ mem: Urbano Papa IV. prædecessore itidem Nostro, qui post concessionem usus Pontificalium Anno MCCLXIII. Abbati pro tempore existenti Montis Virginis factam cum facultate conferendi Ordines Minores suis Subditis, concedendi Indulgentias quadraginta dierum, benedicendi Sacras Suppellectiles, cognoscendi causas Matrimoniales inter Vassallos locorum, in quibus habet spiritualem, temporalemque jurisdictionem, allas dedit literas etiam sub plumbo Idibus Januarii MCCLXIV. per Consistorium expeditas, quibus privilegia ab ipso Alexandro prædecessore concessa confirmavit, ac principale Monasterium Sanctæ Mariæ Montis Virginis, nec non Ecclesias, et loca omnia illi subdita, et personas eorum ad instar ejusdem Alexandri prædecessoris ad jus, et proprietatem Sancti Petri, et prædictæ Sedis assumpsit, atque ab omni jurisdictione, et potestate, ac dominio quorumcumque Prælatorum, seu Ecclesiasticarum personarum cum omnibus locis, Ecclesiis, et locis suis de speciali gratia totaliter perpetuo exemit; ita quod, nec aliquis Prælatus, seu quævis alia persona Ecclesiastica, ipsum Abbatem cum omnibus Ecclesiis, et locis suis ab omni Episcopali jure prorsus exemptum, vel eos, aut alios interdicere, suspendere, aut excommunicare valerent, seu quocumque modo alias in prædictum Monasterium, Ecclesias, et loca illius omnia, et personam eorum jus aliquod habere, potestatem, et jurisdictionem aliquam exercere, et si contra facere præsumptum fuerit, esset irritum, et inane.

Quæ sane privilegia ac exemptiones a superis Pontificibus, et ab ipso Clemente XIII alias confirmata fuere, et amplieta.

§. 5. Postmodum rec: me: Clemens Papa XII. prædecessor quoque Noster accepto, quod dicta Congregatio, seu illius pro tempore existens Abbas Generalis vigore indultorum, et privilegiorum ab Apostolica hac Sancta Sede illi concessorum inter cætera indulto gaudet utendi Mitra, Baculo, Annulo, cæterisque indumentis, et insigniis Pontificalibus, nec non Ecclesias, et paramenta Sacra, dictæque Congregationis Monachos in Abbates ad regimen, et gubernium Monasteriorum ipsius Congregationis de novo electos, ac jurisdictionem temporalem, ac spiritualem, et quasi Episcopalem in Terris, seu Locis, et Oppidis Mercuriani, Hospitaletti, Vallis Torelli, Sancti Gulielmi de Guleto, Sancti Joannis Aquariæ, Sancti Martini Terræ Novæ, Sancti Jacobi, et Fesulati, et Massæ, aliisque locis Nullius Diœcesis Montis Virginis, quorum Abbas Generalis prædictus Dominus in temporalibus etiam existit, exercendi, et particulare, ac separatum territorium habendi, Synodum convocandi, Examinatores in ea deputandi, nec non concursus pro Parochialibus Ecclesiis in terris, locis, et oppidis prædictis, et illorum territoriis, evenientibus illarum vacationibus, indicendi, et habendi, nec non quæcumque beneficia pro tempore vacantia in Ecclesiis terrarum, oppidorum, et locorum prædictorum, et illorum respective territorium vacantia conferendi, ac suos subditos Clericali charactere insigniendi, eisdemque Minores Ordines conferendi, literasque Dimissoriales eisdem ad Sacros etiam Presbyteratus Ordines concedendi, literasque Apostolicas exequendi, prævia præmissorum omnium confirmatione, tunc, et pro tempore existenti Abbati Generali ipsius Congregationis, ut indumentis Pontificalibus indutus, Sacramentum Confirmationis suis subditis prædictis, quocumque tempore ministrare, pro ut pro tempore existentes Montis Cassini, et Cavensis Monasteriorum respective Abbates ministrare solent, posset, et valeret, perpetuo itidem concessit, et indulsit; quæ quidem privilegia, gratias, exemptiones, facultates, et indulta a dictis prædecessoribus Nostris, vel Monasterio principali Montis Virginis, vel Congregationi prædictæ, aut Abbati illius Generali pro tempore existenti, sive in genere, sive in specie hactenus concessa, juxta illarum tenores perpetuo etiam confirmavimus, et approbavimus, seu de novo concessimus, prout in Nostris die XXX. Aprilis MDCCLXII, et dictorum prædecessorum Nostrorum literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressum, et insertum haberi volumus, prout fusius dicitur contineri.

Preces porrectæ, pro extendendis Abbatibus Generalibus hujus Ordinis privilegiis in causis immunitatis, quibus fruuntur ex Romanæ Sedis concessione cæteri Ordinarii.

§. 6. Quapropter, cum sicuti eadem expositio subjungebat, dictus Nicolaus Maria Abbas Generalis, qui ab immemorabili tempore juxta privilegia, indulta, et exemptiones ejusmodi ordinariam jurisdictionem, et quasi Episcopalem exercuerit, et adhuc exerceat in clerum, et populum terrarum, oppidorum, et locorum Nullius Diœcesis Montis Virginis cum sola immediata subjectione Sedi Apostolicæ prædictæ, juxta tenorem literarum tam Alexandri, quam Urbani prædecessorum prædictorum, ita ut ab omni quavis ordinaria jurisdictione, correctione, visitatione,

et auctoritate Episcoporum, aliarumque personarum Ecclesiasticarum, terræ, loca, et oppida prædicta ad principale Monasterium Montis Virginis Nullius spectantia, et ab illo dependentia, exempta existant, et hujusmodi Sanctæ Sedi, Romanoque Pontifici reperiantur, et Congregatio ipsa multum detrimentum, tam quoad exemptiones illi concessas, quam quoad jurisdictionem quasi Episcopalem, si cognitio causarum immunitatis localis contra facinorosos, scelerosque viros refugium in Ecclesiis, locisque immunibus per dicta concordata admissis, et in casibus in illis compræhensis, ad dictam Diœcesim Nullius Montis Virginis spectantibus petentes, ad Episcopos spectaret, ac propterea facultatem, qua Archiepiscopi, et Episcopi in causis Immunitatis localis in propriis Civitatibus, et Diœcesibus utuntur, sibi, et pro tempore Abbatibus Generalibus dictæ Congregationis per Nos concedi plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Pontifex Abbati Generali hujus Ordinis eamdem jurisdictionem concedit, et confirmat in causa immunitatis Ecclesiasticæ, quæ cæteri alii Episcopi, et Ordinarii donantur.

§. 7. Nos igitur vestigiis dictorum Alexandri, Urbani, Clementis, aliorumque Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum inherentes, intuitu etiam vetustissimi, et toto Orbi celeberrimi Monasterii in cacumine Montis olim Cybetis, nunc Virginis nuncupati, in quo Abbas Generalis prædictus Cathedralem Sedem babet, et dum ad illam a Palatio suo Abbatiali Laureta no nuncupato accedit, ac eundo per terras, seu loca eidem Monti confinia utriusque jurisdictionis suæ erectam Crucem preseferre ex hujus Sanctæ Sedis beneficentia possit, ad cujus Ecclesiam, præcelsæ Dei Genitricis Virginis Mariæ vocabulo specialiter insignitam, magnus Christifidelium undique concursus devotionis causa accedere solet, considerantesque, si Congregatio prædicta, et illius Abbas Generalis amplioribus honorificentiæ, et gratiarum titulis, et privilegiis ultra expressa, a Nobis, et Sede prædicta decoraretur, gratiæ, tituli, et privilegia hujusmodi in Divini cultus incrementum, in maximum ipsius Congregationis, et illius Abbatis Generalis congruum honorem, et subditorum illius non mediocrem commodum, ac spirituale solatium essent cessura, hujusmodi supplicationibus, inclinati, eidem moderno, et pro tempore existenti Abbati Generali ejusdem Congregationis Montis Virginis, ut omnibus, et singulis facultatibus, quas fel. rec. Gregorius Papa XIV. prædecessor Noster in rebus ad Ecclesiasticam immunitatem spectantibus attribuit Episcopis, ita ut tam modernus, quam pro tempore existentes Abbates Generales memoratæ Congregationis Montis Virginis canonice electi, durante eorum gubernio eisdem facultatibus in causis ad immunitatem localem, in casibus in concordatis prædictis expressis, et juxta illorum tenorem, formam, et dispositionem contra facinorosos, scelerosque viros, in locis immunibus intra limites Nullius Diœcesis Montis Virginis existentibus refugium petentes cognoscendis, et declarandis, quibus Episcopi uti solent, et possunt, pari modo, et absque ulla prorsus differentia, absque eo, quod Archiepiscopi, et Episcopi viciniores sese in præmissis ingerere, et quicumque id pretendere possint uti valeat, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, plenamque Abbatibus Generalibus prædictis in præmissis causis, et casibus recognoscendi, declarandi, et definiendi facultatem tribuimus perpetuo, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Decernentes, easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac Abbatibus Generalibus Congregationis hujusmodi prædictis plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac dictæ Sedis Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus dicti Gregorii, et Benedicti XIII. Clementis XII., et Benedicti XIV. aliorumque Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, aliisve quibusvis etiam Ordinis prædicti juramento, confirmatione Apo tolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decima octava Martii Millesimo, Septingentesimo Sexagesimo tertio, Pontificatus Nostri anno Quinto.

Dat. die 21. Martii 1763. Anno V.

CCCXL.

Locum inter Consultores Sacræ Congregationis Sacris Ritibus præpositæ perpetuo assignat pro altero ex Religiosis Ordinis Fratrum S. Francisci de Paula Minimorum.

Clemens Papa XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium

§. 1. Romanum Pontificem fidelem dispensatorem a Deo super familia sua constitutum, et si omnium Religiosorum Ordinum curam deceat habere, ac de felici eorum statu plurimum esse sollicitum; commissa tamen divinitus sibi Apostolici cura regiminis videtur exposcere, ut eos potissimum gratiis cumulet, et honoribus, qui acceptum semel pie, sancteque vivendi institutum, et traditam a Sanctis Fundatoribus regulam, et morum normam custodientes, tum cœlestium rerum contemplationi, et orationibus vacant, tum jugi Sacrarum Literarum studio operam præstant, tum demum magnæ Christianæ Reipublicæ bono fructuosum in vinea Domini exhibent famulatum.

Laudes, et merita hujus Religiosi instituti in propagatione Orthodoxæ fidei.

§. 2. Hinc est, quod Nos dirigentes Pontificiæ mentis aciem ad uberes fructus, quos dilecti filii Fratres Ordinis Sancti Francisci de Paula Minimorum nuncupatorum ab ipsius primordio in agro Militantis Ecclesiæ in propagatione Religionis, et Fidei Orthodoxæ hactenus produxerunt utiliter, et producunt, ac in futurum fore producturos, indubitanter speramus; paterna charitate prout etiam dum in minoribus essemus eos complectimur, dignum prorsus quinimo et debitum reputamus, Nos ad illa ad Summi Apostolatus apicem, meritis licet imparibus, divina favente clementia, assumpti, Nostros debere dirigere cogitatus, per quæ studiosorum dicti Ordinis Professorum commoditati consulitur, debitaque virtutibus præmia unde, et ipsi ferventius in illas incumbant, et alii eorum exemplo ad eas amplectendas magis excitentur, rependatur.

Etiam quamplures alii Religiosi Ordines muneribus, et officiis perpetuo decorati fuere, quod in Ordinum ipsorum incrementum cessit

§. 3. His sane, aliisque animum Nostrum moventibus, atque etiam ex eo adducti, quod in hac Alma Urbe Nostra alia officia, et ministeria aliis nonnullorum Religiosorum Ordinum Alumnis ita addicta in perpetuum sunt, ut ministeria, et officia hujusmodi tamquam sibi debita vindicantes eorumdem Ordinum Superiores, quo laudabiliter obeantur optimum quemque suorum omni studio, atque cura conquirant, confidimus fore, ut in posterum quemadmodum hactenus, benedicente Domino, factum est, ex memorato Ordine eximii Viri habeantur, eo magis quod dilectus filius Noster Carolus S. R. E. Presbyter Cardinalis Rezzonico nuncupatus, Noster secundum carnem ex germano fratre Nepos, memorati Ordinis apud Nos, et Apostolicam hanc Sanctam Sedem Protector sedulo exposuit Nobis, quod, si Ordo prædictus amplioribus honorificentiæ, et gratiarum titulis a Nobis, et Sede prædicta decoraretur, honorificentiæ, et gratiæ hujusmodi in Divini cultus incrementum, et maximum dicti Ordinis, illiusque Superiorum honorem, et Alumnorum spirituale solatium essent cessuræ.

Iisdem adductus rationibus Pontifex perpetuum locum inter Consultores Rituum assignat huic Ordini pro altero ex illius alumnis

§. 4. Nos sperantes, quod Minimorum Ordo quanto majoribus gratiis, et favoribus a Sede prædicta cumulatur, tanto majores pietatis, obedientiæ, obsequii, et reverentiæ erga Nos, Sedemque prædictam, aliarumque virtutum, et scientiarum fructus sit editurus; motu itaque proprio, ac certa scientia, et matura deliberatione, Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, et auctoritate Apostolica, tenore præsentium statuimus, decernimus, et ordinamus, ut deinceps perpetuis futuris temporibus, unus ex Consultoribus Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositæ, eveniente obitu dilecti filii Joannis Jacobi Bò fratris expresse professi ejusdem Ordinis, quem alias Nos in Consultorem Congregationis prædictæ elegimus, uni ex Fratribus memorati Ordinis Sancti Francisci de Paula Minimorum nuncupatorum semper, et in futurum concedi, et assignari debeat. Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXI. Martii MDCCLXIII Pontificatus Nostri Anno quinto.

Dat. die 26. Martii 1763. Anno V.

CCCXLI.

Suam sollicitudinem confirmat erga Ecclesiam Osnabrugensem, ne nova eidem injuria inferatur contra fœdus Westphalicum, perpetua Episcopi exclusione ab illius administratione.

De hoc eodem argumento sunt Epistolæ hoc II Tom. relatæ sub n. CCCXIV CCCXV CCCXVI CCCXVII, et CCCXVIII pag. 310 ad 314, quibus in tanto Germanicarum Ecclesiarum periculo, Catholicorum Principum protectionem provocavit.

Dilectis Filii Præposito, Decano, Seniori, cæterisque Catholicis Capitularibus Cathedralis Ecclesiæ Osnabrugensis.

Clemens PP. XIII.

Dilecti filii salutem, et Apostolicam benedictionem

Quanta semper cura studuerit prospicere Ecclesiæ Osnabrugensi, ne Westphalico foedere conculcato, in deteriorem conjiceretur conditionem.

§. 1. Omnium quidem Ecclesiarum curam a Nobis postulat infirmitati Nostræ commissum a Domino Jesu Christo Apostolicum munus. Sed a multo tempore concepta, acrior in dies animo hæret Nostro de ista Osnabrugensi Ecclesia sollicitudo, cujus stimulos etiam exacuerunt literæ vestræ, quæ Nos admonent, illam in gravissimo versari periculo, ne contra fœdus Wastphalicum e statu sane miserando, quo tunc dejecta fuit, accepta nova calamitate, in deterrimam nunc incidat conditionem, neque amplius modo a Catholico Episcopo, modo a Principe aliquo Brunswicensi alternis vicibus gubernetur, sed ab ea regenda Catholicus Episcopus perpetuo excludatur. Est quidem fœdus illud Catholicæ Religioni acerbum, et luctuosum, et ab hac Apostolica Sede nullo non tempore reprobatum, sed si pactiones etiam illæ, quæ eidem Religioni paullulum afferunt comodi, convellantur, nihil esse potest illo fœdere exitialius. Et jam multo ante, quæ Vobis impenderet calamitas prospicientes, ad carissimos in Christo Filios Nostros Catholicos Reges literas dedimus, eosque quanta maxima adhortati sumus contentione, ut a Wesphalicis Ecclesiis cladem, quæ illis parabatur, depellerent.

Nova penes Catholicos Principes officia promittit, interimque ad fundendas preces hortatur pro consequenda coelesti gratia.

§. 2. Et nunc vestris literis acceptis, statim ad carissimum in Christo Filium Nostrum Ludovicum Gallorum Regem, qui fœderis illius custos est, et sequester, confugimus, ut Ecclesiam vestram omni studio defendendam suscipiat, nec unquam committat, ut nova illi vulnera infligantur, quibus tandem isthic Catholica Fides funditus pereat. Apud carissimum etiam in Christo Filium Nostrum Franciscum in Romanorum Imperatorem Electum, et carissimam itidem in Christo Filiam Nostram Mariam Theresiam Apostolicam Hungariæ Reginam ejus Conjugem, cæterosque Catholicos Principes, qui prodesse quidpiam possunt, atque huic mederi malo, officia Nostra iterabimus, eorumque excitabimus Religionem, ut laboranti isti Ecclasiæ, quam celerrime suppetias ferant. Interea submissis precibus Omnipotentem Deum supplices adeamus, ut Principum quorum imploravimus opem, cœlestis suæ gratiæ robore communiat animos, atque iis aptissima quæque consilia suppeditet, quibus ab Ecclesia vestra, quam in visceribus charitatis gerimus, tantum malum possit averti: ejus misericordiam magna cum fiducia præstolantes, Apostolicam benedictionem vobis, dilecti filii, peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVI Martii MDCCLXIII Pontificatus Nostri Anno quinto.

Dat. die 26. Aprilis 1763. Anno V.

CCCXLII.

Patavinæ Cathedralis Canonicos, Crucis ad pectus appensæ honore gratificat in dilectionis signum erga Ecclesiam, cui tanquam Antistes per plures annos præfuit, ante assumptionem ad Summi Pontificis dignitatem.

Clemens PP. XIII.

Dilecti Filii salutem, et Apostolicam benedictionem

Suum amorem exprimit ergaPatavinam Ecclesiam, constantemque animum eidem gratificandi.

§. 1. Singularis amor, quo semper Patavinam Ecclesiam Nostram olim dilectissimam sponsam dileximus, summaque de vobis, qui pars illius estis præcipua, benemendi voluntas, et studium, quos diutius est, quum immerentes ad hanc Sacram Beati Petri Sedem sublati, ab illius Ecclesiæ complexibus sumus avulsi, eo majores ex longinquitate temporis vires cæpit, acrioribusque in dies Nostrum sollicitat animum. Nostis, dilecti filii, quum isthic apud vos Episcopale munus gereremus,

nihil Nos, quantum patiebatur infirmitas Nostra prætermisisse, quod ad istius Ecclesiæ vel conservandam incolumitatem, vel dignitatem amplificandam pertinere arbitraremur, et quæ, comoda, et ornamenta eidem Ecclesiæ tribuendi nulla Nobis erat facultas, et copia, a felicis recordationis prædecessore Nostro Benedicto XIV impetravimus.

Commemorat Beatificationem a se factam Gregorii Cardinalis Barbadici sui in Patavino Episcopatu prædecessoris.

§. 2. Sed postquam inscrutabile Divinæ Providentiæ consilium, ad Apostolicam Sedem humanitatem Nostram evexit, summam potestatem assequuti, diu multumque cogitavimus quanam tandem honorifica significatione, quæ Pontificiam auctoritatem requireret, voluntatem Nostram, qua vos afficare insigni aliquo studuimus ornamento, re ipsa declararemus. Quum autem peropportune Divino Dei beneficio factum sit, ut Gregorium Barbadigum istius Ecclesiæ olim Episcopum, propter summas, sanctasque virtutes ejus, at præclara in Ecclesiam merita, in Beatorum numerum retulerimus, Nobis in mentem venit unde Nostro desiderio satisfaciamus.

Insignia Crucis ad cultum appensæ cuique Canonico Patavinæ Ecclesiæ concedit.

§. 3. Itaque dilecto filio Nostro Sancto Cardinali Veronesio mittimus totidem, quotquot vos estis, exiguas Cruces, cesii coloris, encausto obductas, et argento circumdatas, quæ omnes in anteriore parte Beatissimæ Virginis in Cœlum Assumptæ, in altera Beati Gregorii Barbadici, auream habent immaginem. Harum singulas serica tænia rubri coloris, et collo suspensas, singulos vestrum, tum in choro, canonicalibus vestibus indutos, tum extra chorum, et Ecclesiam ubique supra pectus propalam gestare volumus, eo consilio, ut non tam hisce veluti insignibus, sua cujusque vestrum dignitas exornetur, quam ut identidem, modo Sanctissimæ Dei Genitricis imaginem vestris oculis objecta, flagrantior in dies vestra fiat davotio, quam Sanctissimæ Dei Matri, etiam ut Cathedralis Templi, et Civitatis Patronæ debetis præcipuam; modo Beati Gregorii virtutibus, ad ejus imaginis adspectum, in memoriam revocatis, quibus universam Ecclesiam, et Diœcesim Patavinam, bono Christi odore complevit, suos quisque vestrum mores ad perfectum illud, quod vir Sanctissimus præbuit, omnium Christianarum virtutum exemplum effingere, et conformare studeatis.

Moderno Patavino Episcopo, de novarum Crucum distributione munus committit, et normam præscribit futuris temporibus observandam.

§. 4. *Mementote*, Beatissimi Pauli vos alloquimur verbis, *Præpositorum vestrorum, qui vobis loquuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem.* Volumus autem ut nunc primum memoratus dilectus filius Noster Cardinalis Veronesius, in aula, seu alio, quo illi placuerit loco Episcopalium ædium, vel si malit in Cathedrali Ecclesia, vobis has Cruces distribuat, et suo cujusque vestrum pectori accomodet. Quum autem vestrum quispiam ex hac ad æternam vitam migraverit, Crux quam ille gestabat, ab ejus hæredibus, ad eum, qui Thesaurarii dignitatem tenet, remittatur; Canonico autem successori, Canonicatus possessionem capienti, aderit qui primam apud vos obtinet dignitatem, ejusque pectori eamdem Crucam e collo pendentem aptabit. Huic denique, præcipuo erga vos benevolentiæ Nostræ significationi, comitem addimus Apostolicam benedictionem, quam vobis, dilecti filii, intimo paterni animi affectu, peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die XVI. Aprilis MDCCLXIII, Pontificatus Nostri Anno V.

Dat. die 21. Aprilis 1763. Ann. V.

CCCXLIII.

Praevia moderatione Constitutionis Alexandri VII. diei 23. Dec. 1661. quo Collegium Congregationis Somaschiae Civitatis Bononiae ad Provinciam Romanam spectabat, in comune administrandum conceditur tribus ipsius Ordinis Provinciis

De origine, et aliis, quae hanc Congregationem concernunt, adest Constitutio Pauli III. Anni 1540 Junii 5. Constitutiones hujus Congregationis sub nuncupatione Clericorum Regularium S. Majoli, alias de Somascha sub regula S. Augustini, nec non privilegia ejusdem approbavit Pius V. Const. Anni 1568. Decem. 6. Eidem Congregationi gratias, et privilegia Ordinibus Mendicantibus concessa, et concedenda communicavit Paulus V. Const. Anni 1507. Nov. 9. Gratias a praedecessoribus Pontificibus concessas confirmavit, aliasque de novo Congregationi hinc indulxit Clemens VIII. Const. Anni 1593. Aprilis 26. Congationem hanc in tres Provincias divisit Alexander VII. Const. Anni 1661. Dec. 23.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei momoriam

Proemium.

§. 1. Apostolatus officium, quod auctore Deo, nullo licet meritorum Nostrorum suffragio, gerimus, postulat, ut ad illa, quae in religionis incrementum, felicemque progressum cessura esse dignoscuntur, libenter intendamus, partesque Nostras desuper interponamus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Exponitur antiqua divisio Collegiorum hujus Ordinis in tres Provincias, et incomodum ex hoc derivans administrationi Collegii Bononiensis.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Praepositus Generalis Clericorum Regularium Congregationis de Somascha, quod in Capitulo Generali ipsius Congregationis propediem, benedicente Domino, celebrando, de communi vocalium consensu decernendum, statuendumque erit, ut Collegium ejusdem Congregationis in Civitate nostra Bononiensi erectum, et ob nonnullas legitimas rationes aliquo ab hinc tempore clausum, de novo aperiatur, et si contingat Collegium hujusmodi reserari, illius regimen, et gubernium ad provinciam Romanam ipsius Congregationis spectaret juxta tenorem, et dispositionem quarumdam literarum fel: rec: Alexandri Papa VII. praedecessoris Nostri die xxiii. Decem. MDCLXI. in simili forma Brevis expeditarum, per quas inter caetera ipse Alexander praedecessor statuit, et decrevit, ut praedicta Congregatio divisa existeret in tres provincias, videlicet Lombardiae, Venetiarum, et Romanam nuncupatas, et provincia quidem Lombardiae contineneret omnia loca, quae in statu Mediolanensi, et ditionibus adjacentibus dilectorum filiorum Nobilium Virorum Ducum Sabaudiae, Mantuae, et Parmae ac Cominii Helvetiorum possideret ipsa Congregatio; provincia vero Veneta complecteretur omnia loca, quae continebuntur in Dominio Reipublicae Venetorum, et Principatu Tridentino; provincia vero Romana compraehenderet omnia loca posita in reliquis Italiae ditionibus; ipse vero Praepositus Generalis pro majori commoditate, et facilitate constituendi, assignandique in eodem Collegio ministros necessarios, et ut illius stabilitas tuta, et firma efficiatur, regimen, et gubernium Collegii praedicti in commune dictis tribus provinciis per turnum, prout reliqua ejusdem Congregationis munia, seu officia distribui solent, per Nos demandari, et statui plurimum desiderat.

Preces porrectae ut Bononiensis Collegii administratio alternative habeatur ab tribus provinciis, et hujus petitionis Pontificia approbatio.

§. 3. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur piis ejusdem Praepositi Generalis votis, hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si qnas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut de caetero, si contingat Collegium dictae Congregationis in Civitate Nostra Bononiensi, alias erectum, et aliquo ab hinc tempore clausum, per decretum Capituli Generalis ipsius Congregationis proxime habendi, reserari, seu aperiri, illius regimen, et gubernium, ac assignationem, nominationem, et deputationem ministrorum necessariorum in commune ad dictas tres provincias legitime spectare, et pertinere, non obstantibus ejusdem Alexandri praedecessoris literis praedictis, per quas provinciae Romanae praedictae assignatum reperitur, quas quidem literas quoad hanc partem, seu statutum cassamus, et annullamus, et

irritamus, firmis tamen remanentibus in cæteris dispositionibus in illis expressis, et contentis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium statuimus, volumus, decernimus, et mandamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit in futurum plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definire debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus dicti Alexandri prædecessoris literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, nec non Collegii, et Congregationis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die Vigesima prima Aprilis Millesimo, Septingentesimo Sexagesimo tertio, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CCCXLIV.

Dat. die 14 Maii 1763. An. V.

Ordini Fratrum Beatæ Mariæ Virginis da Mercede Redemptionis Captivorum Excalceatorum conceditur ut post festum Sanctissimi Corporis Christi, Octavam privilegiatam, una cum Officio, et Missa celebrari possit exceptis diebus Festis primæ Classis.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Preces porrectæ pro Octava privilegiata indulto obtinendo.

§. 1. Pia devotorum Deo, et Ecclesiæ desideria, quæ divini cultus, et Religionis augmentum, nec non salutem animarum respicere dignoscuntur, libenter Apostolico favore prosequimur, eisque benignum impartimur assensum. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus Filius Michael Maria à Sancto Antonio Procurator Generalis Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ Virginis de Mercede de Redemptionis Captivorum Excalceatorum nuncupatorum nomine dilecti quoque Filii Michaelis Raymundi Vicarii Generalis dicti Ordinis, quod per Constitutiones præfati Ordinis auctoritate Apostolica confirmatas præscriptum reperitur, ut Festum Sanctissimi Corporis Christi, et per septem dies immediate sequentes in omnibus Conventibus ejusdem Ordinis, prævia Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti publicæ Christifidelium venerationi expositione, ac Matutino cantato, celebretur; dictus vero Michael Maria Procurator Generalis Octavam Festi hujusmodi privilegiatam imposterum per Ordinem præfatum celebrandam per Nos sibi concedi plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur:

Pontifex postulationem approbat, precibusque indulget.

§. 2. Nos igitur piis ejusdem Michaelis Mariæ Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut futuris temporibus in universo Ordine familiæ Fra-

trum Beatæ Mariæ Virgis de Mercede Redemptionis Captivorum Excalceatorum nuncupatorum, Octava Sanctissimi Corporis Christi imposterum sit privilegiata, itaut per totam Octavam, Officium, et Missa de eadem Octava celebrentur, exceptis Festis primæ Classis; ac servata semper rubrica de translatione festorum, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, decretum irritans, et derogatio contrariorum.

§. 3. Decernentes, easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et in futurum spectabit plenissime suffragari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIV. Maji MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CCCXLV.

Dat. die 5. Maii 1763 Ann. V.

Statuitur quod minores viginti Annis, qui præcogitati homicidii facinus admiserint, Ecclesiastici asyli beneficio privandi non sint

Quoad homicidas, et deferentes arma prohibita in Alma Urbe, et reliquo statu Ecclesiastico ubi præcedentium Pontificum Constitutiones quoad immunitatem Ecclesiasticam confirmantur, innovantur, et ampliantur, adest Constit. Clementis XII. Anni 1735. Febr. 1. relata in Bullario Mainardii. Constitutionem hanc ad loca ditionis Reipublicæ Lucanæ extendit Benedictus XIV. Constit. altera Anni 1744. Jan. 24. quæ extensa pariter fuit ad alias Principum, et Rerumpublicarum Ditiones, ut videre est in Benedictino Bullario. De immunitate Ecclesiastica locali, et forma extrahendi reos ex locis immunibus, habemus Clementis XIII. Constitutionem pro Ditione Comitis Palatini Rheni edit pridie Kal. Octobris Anni 1758. relatam hac Nostra Continuatione Tom. I. sub Num. XIV. pag. 42. itemque de Criminibus, et locis, qui Ecclesiastici asyli beneficio juvari minime poterunt in Sardiniæ Regno adest Encyclica ad ipsius Regni Archiepiscopos, et Episcopos relata eod. Tom. I. sub Numer. XLVI. pag. 105.

Venerabili Fratri Josepho Philippo Episcopo Salutiarum

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem et Apostolicam benedictionem

Romana Ecclesia habenda est Magistra non modo in iis quæ ad fidem pertinent, sed etiam quoad universalem disciplinam.

§. 1. Quemadmodum fel: rec: Innocentius III. prædecessor Noster Archiepiscopo Nidrosiensi præcipuam tribuit laudem, quod Romanam Ecclesiam non modo magistram in rebus, quæ ad fidem, sed in iis etiam, quæ ad disciplinam pertinent, consultam voluerit, sic te Ven. Frater laudamus, atque etiam amamus, quod ad Nos quæstionem Apostolico Nostro judicio attuleris dissolvendam, sacri ne asyli gaudeat beneficio minor sexdecim annis, qui homicidii etiam præcogitati commiserit facinus.

Refertur Sanctæ Sedis constans jurispru-

§. 2. Huic quæstioni locum dedisse videntur plures Apostolicæ Consti-

dentia quoad immunitatis beneficium favore minorum.

tutiones, et Instructio Benedicti XIV. prædecessoris Nostri ad Episcopos, qui sunt in ditione carissimi in Christo Filii Nostri Caroli Emmanuelis Sardiniæ Regis Illustris, in ea parte, ubi de immunitate locali agitur, et de delictis exceptis. Nos quidem consideravimus rationes contentas in iis scriptis, quæ ad Nos misit ex utraque parte Fraternitas tua, tum ex parte Archiepiscopalis Curiæ Taurinensis, quæ minorem sexdecim annis declaravit esse restituendum Ecclesiæ, unde, servata Constitutionum Apostolicarum forma, fuerat extractus, tum ex parte sæcularis Fisci, qui juxta præscriptum in memorata Instructione ad Tribunal tuum appellavit; ac examinatis earumdem rationum ponderibus, censuimus, Archiepiscopalis Curiæ sententiam, validissimis fundamentis juris inniti; ideoque a te confirmari, ejusque exequutionem mandari oportere. Nam si Apostolicas spectemus Constitutiones, perspicuum est, in iis non contineri minores; quorum ita præcipuam singularemque rationem semper habuerunt tum sæculares tum Ecclesiasticæ leges, ut nullius sanctionis severitas censeatur ad eos pertinere, nisi in ea expresse nominentur. Absurdum vero, et ab omni regula alienum seu potius monstrosissimum esset, si tantummodo, ubi agatur, sacrum ne illis asylum suffragari debeat, nullus his legibus esset locus.

Dirimitur contraria interpretatio circa immunitatem quoad minores

§. 3. Et quamquam non desunt qui publicum bonum, et Reipublicæ prætexentes securitatem docuerunt, in iis sanctionibus, quæ in atrocissimorum criminum reos pœnas constituunt, minores contineri æque ac majores; ac propterea immunitatis beneficio privandos, etiamsi expresse non nominentur in Apostolicis Constitutionibus, quæ cæteris idem immunitatis beneficium eripiunt; hanc tamen opinionem, ut erroneam prædecessores Nostri semper respuerunt, et Clemens VIII. in primis, qui cum ageretur de pluribus reis, qui per proditionem hominem interfecerant, ab Archiepiscopo Panormitano consultus, num illis sacrum asylum suffragaretur, respondit, omnibus quidem utpote in minori ætate constitutis deberi Immunitatem, sed duos tantum jussit Ecclesiæ restitui, quorum alter sexdecim, alter duo de viginti Annis natus erat, cæteros vero propter atrocitatem criminis, summa sua potestate usus, privilegio privavit immunitatis. Quod attinet ad instructionem Benedicti XIV. certissimum est, in ea nullam minorum fieri mentionem. Quæ quidem ratio ex eo tantam habet firmitatem, ut nullo modo possit everti, quod Benedictus XIV. per instructionem memoratam extendit ad loca, quæ sunt in ditione memorati Sardiniæ Regis, Bullam Clementis XII. prædecessoris Nostri, quæ incipit = In supremo Justitiæ solio = quæ quidem Constitutio in casu homicidij, quod neque casu, neque ad sui defensionem perpetratum fuerit, contrahendo inter angustiores fines privilegium minorum, privat beneficio immunitatis localis eos, qui minores sint viginti quinque annis, sed majores sint annis viginti, ex quo invicte conficitur eo privilegio gaudere, qui sint viginti annis minores.

Uberior explicatio præcedentium declarationum quoad immunitatem Ecclesiasticam.

§. 4. Pugnaretur autem cum omnibus juris principiis, si quis contenderet, eam Constitutionem ad loca, quæ sunt in ditione memorati Regis, tantummodo productam extensamque fuisse in ea tantum parte, qua exceptioni casuum laxiores fines definiuntur, non vero in ea parte, qua minores viginti annis excipiuntur; neque enim eadem lex scindi potest, ut ejus pars altera recipiatur, altera repudietur. Huc accedit, ipsum Benedictum XIV. satis hac in re suam mentem declarasse. Nam in ea Bulla multis post annis edita, quæ incipit = Officii Nostri Ratio = dum eam extensionem Bullæ Clementinæ a se in concordatis cum utriusque Siciliæ, et Sardiniæ Regibus factam commemorat, expressis profitetur verbis, se eam extendisse omnino in eo, quod Clemens XII. addidit ad jus commune. Quidquid autem idem Clemens statuit de minoribus, id omne est ad jus commune quædam additio. Præterea iidem prædecessores Nostri Clemens XII. et Benedictus XIV. cum extenderent Bullam = In Supremo Justitiæ solio = ad Regna Hispaniarum, et ad ditionem aliorum Principum, qui eam postulaverant extensionem, in suis quisque Constitutionibus disertissime afferunt quidquid de minoribus memorata Bulla Clementina constituit. Ex quo palam fit, illum non assequi veram Benedicti XIV. mentem, qui putet, illum Pontificem aliam in ditione memorati Regis Sardiniæ voluisse praxim inducere, ac minores, de quibus nullam mentionem facit in sæpedicta Instructione, privilegio minoris ætatis omnino privasse; cui privilegio Clemens XII fines tantummodo ad ætatem viginti annorum præscripserat.

Præcavet Episcopum Salutiarum (con-tis erroneum principium, quod in dubio standum sit pro exclusione immunitatis.

§. 5. His igitur de causis existimamus, rectam esse, quam in hoc casu, de quo Nos consuluisti, Archiepiscopalis Curia Taurinensis sententiam tulit, eamque a te confirmandam. Si qua vero supersit in hac quæstione dubitatio summa tibi cautio erit Ven: Frater, ne perinde ac generale principium amplectare, nimirum, in re dubia standum esse adversus immunitatem, quod secularis Fiscus contendit. Semper enim huic præpositioni contradixit Ecclesia, semperque contrariam, et doctrinam tenuit et praxim, tibi vero commodissime fortunateque contigit, Episcopale munus tuum gerere in ejus Principis ditione, cujus præcipua quidem laus est summus amor justitiæ, sed qui pari sibi laudi ducit Religionem revereri: nec ignorat Religionem id postulare, ut summa veneratio sacris locis adhibeatur. Cæterum justissimum est, maximeque cum aequitate conjunctum, majores discernere a minoribus; quod discrimen leges ipsæ in eo recognoscunt, quod minoribus non illa sit perfecta ratio, cujus defectu plena ab eorum criminibus videtur abesse malitia, ut idcirco statuerint minus, severe in illos animadvertendum. Pari vero, seu potius eadem plane ratione, quam differentiam agnoscunt sæculi leges in pœnis sanciendis adversus reos, eamdem æquum est in eisdem reis immunitatis beneficio defendendis Ecclesiasticas leges recognoscere. Publico prodesse ajunt bono si severius statuatur exemplum, et acerrime animadvertatur in eos, qui se tam atroci crimine adstrinxerint.

Demonstratur quo parvo compendio sit Societati exclusio immunitatis favore minorum.

§. 6. Sed si rem bene perpendas, parum inde Respublica trahit utilitatis: perraro enim fit, ut minores viginti annorum atrocissima admittant facinora: contra plurimom illa cautio Rempublicam juvat, ne Ecclesiæ vilescant, aut quidquam de illa detrahatur reverentia, quæ sacris debetur locis, ubi quodammodo peculiarem sedem habet Religio; cujus si minuatur majestas, communem perturbari tranquillitatem, et ipsam oportet labare Rempublicam. Denique tibi Ven. Frater, eximiæ erga te benevolentiæ Nostræ pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariæ Majorem sub Annulo Piscatoris die xxv. Maij. MDCCLXIII. Pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXLVI.

Dat die 26 Maii 1763 Ann. V.

Alloqutio habita in Consistorio secreto diei 26. Maii 1763., qua Pontifex Cardinalibus significat, Ecclesias Ostiensem, et Velitrensem una cum Decanatu Sacri Collegii, quæ munia antiquiori ex Cardinalibus Ordinis Episcoporum conferuntur, antiquiore ob ætatem, vel infirmam valetudinem ad ea munia explenda impedito, posse sub-Decano conferri.

Clemens PP. XIII.

Venerabiles Fratres

Exponit veterem consuetudinem conferendi Decanatum Sacri Collegii, et Ecclesias Ostiensem, atque Velitrensem antiquiori Cardinali ex Ordine Episcoporum.

§. 1. Etsi non dubitabamus, notum exploratumque Vobis esse, antiquiorem inter Vos ipsos ex Episcoporum Ordine, qui quum Ecclesiarum Ostiensis, et Velitrensis Episcopatus, Amplissimique Collegii Vestri Decanatus vacarent, præsens in Curia existeret, aptusque ad ea munera obeunda essat, ex prædecessorum sanctionibus, ad hujusmodi Episcopatus optionem, et Decanatus honores admitti oportere; tamen quod ita, et res ipsa posceret, et vetus ferret Apostolicæ Sedis consuetudo, a Nobis etiam ex hoc loco publice ad Vos referendum fuit, ut quid de illis Ecclesiis, et Decanatu posteaquam per obitum bonæ memoriæ Josephi Cardinalis Spinelli vacarunt, decreverimus, intelligeretis.

Rationem exprimit cur antiquiore Cardinali legitime impedito optionem ad Decanatum alteri proximo in Ordine concedere intendat.

§. 2. Eas sane Ecclesias, et Decanatus Collegii Vestri honores, Venerabili Fratri Nostro Camillo Episcopo Portuensi, et Cardinali Paulutio, si antiquitatis temporis ratio habenda esset, optandi, assequendique jus esse agnoscitis; verum cum adeo corporis infirmitate detineatur, ut Ecclesias ipsas moderari, functionesque Decanatus exercere nequaquam possit, idemque literis ad Nos scriptis, iis se se oneribus ferendis, imparem esse testatus sit, jurique proinde omni optandi, si quod forte ipsi competeret, ultro cesserit, optionis locum Venerabili Fratri Nostro Carolo Alberto Episcopo Albanensi Cardinali Cavalchino dedit, qui secundus est in Ordine Cardinalium Episcoporum. Itaque Venerabili eidem Fratri Nostro Carolo Alberto, optandi potestatem fecimus, eumque ex Albanensi, in Ostiensem, et Velitrensem Episcopatum transferre, atque ad Decanatus honores ac munera admittere constituimus. Quod ad majorem Dei gloriam, ad Sanctæ

Romanæ Ecclesiæ utilitatem, ad Collegii Vestri honorem, et animarum salutem futurum fore speramus.

Cardinali sub-Decano confert Ecclesias Ostiensem, et Velitrensem.

§. 3. Absolvimus ergo Venerabilem Fratrem Nostrum Carolum Albertum Cardinalem Guidobonum Cavalchini, e vinculo quo tenetur Ecclesiæ Albanensis, et transferimus ad Ecclesias Ostiensem, et Velitrensem invicem perpetuo Canonice unitas, præficientes eum in Episcopum, et Pastorem cum retentione omnium, et quorumcumque, quæ obtinet, ac indultorum quibus gaudet, nec non cum decreto quod teneatur quotannis visitare præfatas Ostiensem, et Velitrensem Ecclesias, earumque Diœceses ad normam Concilii Tridentini, et insuper renovamus decretum felicis recordationis Urbani Papæ VIII prædecessoris Nostri circa visitationem Sacrorum liminum. In Nomine Pa✠tris, et Fi✠lii, et Spiritus✠Sancti.

Dat. die 14 Jun. 1763. Ann. V.

CCCXLVII.

Prævia derogatione dispositioni Testamentariæ Pauli Ludovici Rivaldi, Conservatorio Mendicantium ad Templum Pacis assignantur nonnulla subsidia Dotalia, quæ pauperibus, puellis tribuenda fuissent ad Pontificis nominationem, ex eadem Testamentaria dispositione.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Refertur tenor testamentariæ dispositionis Pauli Ludovici Rivaldi.

§. 1. Exponit Nobis dilectus filius Noster Joannes Constantius S. R. E. Diaconus Cardinalis Caracciolo nuncupatus Protector, nomine etiam dilectorum filiorum Deputatorum Conservatorii puellarum Mendicantium ad Templum Pacis de Urbe, quod quondam Paulus Ludovicus Rivaldi germanus frater bo: me: Magistri Ascanij Rivaldi, dum vixit Romanæ Curiæ Prælati, qui dictum Conservatorium suum nominaverat hæredem, in suo sub quo ab humanis decessit testamento, die vero xxx. Januarii MDCLXXXII per acta tunc existentis publici in dicta Urbe Notarii cognominati Giannetti resignato, suum hæredem instituit filium, seu filiam, qui, seu quæ nasceretur ex quondam Francisca Berettoni sui, vulgo ut dicitur, Comatre, hoc injuncto onere illi nato, seu natæ assumendi nomen, cognomen, et Gentilitia ejusdem Pauli Ludovici Testatoris, insigniisque Gentilitiis hujusmodi utendi, atque illi, ut supra hæredi instituto quandocumque decedenti, ejus filios, et descendentes in infinitum substituit; deficientibus autem omnibus hæredibus tam institutis, quam ut præfertur, substitutis, Cappellam a quondam Gaspare Rivaldi genitore suo in Ecclesia de Pace nuncupata de eadem Urbe, Congregationis dilectorum itidem filiorum Canonicorum Regularium Lateranensium Ordinis Sancti Augustini fundatam, et erectam hæredem instituit, hac dumtaxat conditione, atque onere imposito, unius scilicet anniversarii singulis annis celebrandi, ac faciendi reparationes necessarias in dicta Cappella in casu, quo dos illi assignata minime sufficeret; ex superextantibus vero suæ hæreditatis fructibus, et reditibus voluit, ut tot subsidia dotalia quadraginta scutorum monetæ Romanæ pro quolibet subsidio totidem puellis pauperibus a Romano Pontifice pro tempore existenti nominandis destribuerentur; subinde memoratus Paulus Ludovicus hanc suam dispositionem, seu voluntatem in suis Codicillis per acta supradicti Notarii conditis confirmavit, et alias prout in Testamento, et Codicillis prædicti Pauli Ludovici uberius dicitur contineri.

Controversia exorta inter Conservatorium Mendicantium, et Pauli Ludovici hæredem, super hæreditate Præsulis Ascanii Rivaldi, quæ transactione deinde fuit dirempta.

§. 2. Porro dicta Francisca memorati Pauli Ludovici Testatoris commatre, ut præfertur, puellam procreavit, cui Sacris Baptismalibus aquis ablutæ impositum fuit nomen Paulæ Ludovicæ, quæ postquam in ætate processit, juxta præceptum ab eodem Paulo Ludovico Testatore injunctum litem inter dictum Conservatorium, quoad hæreditatem memorati Magistri Ascanii ex una, ipsumque Paulum Ludovicum Testatorem ex altera partibus vertente, quæ indecisa remanserat, prosequi perrexit, quæ quidem lis postmodum extincta, et absoluta remansit, prævia inter contendentes partes concordia per publicum Instrumentum die xii. Februarii MDCCXVI confectum per acta publici in dicta Urbe Notarii ad præsens cognominati Gaudentii inita, cujus vigore pro parte ipsius Conservatorii quamplurima loca Montium Cameræ Nostræ Apostolicæ non Vacabilium ex hæreditate dicti Magistri Ascanii hujusmodi Conservatorio relicta provenientia, pro majori parte summæ quinque millium scutorum monetæ prædictæ ad favorem dictæ Paulæ Ludovicæ, juxta me-

moratam concordiam quomodocumque debitæ, et conventæ, tradita, consignata, et restituta fuerunt. Demum ipsa Paula Ludovica hæres instituta matrimonio se junxit una cum dilecto pariter filio Philippo Gama, ac successione carens, prævio obtento a fel: rec: Benedicto Papa XIV prædecessore Nostro rescripto ad Congregationem tunc existentium S. R. E. prædictæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum remisso, ab eadem Cardinalium Congregatione sibi concedi obtinuit, ut tam dictorum Locorum Montium, quam aliorum bonorum hæreditariorum in dotem sibi assignatorum annui fructus, redditus, et proventus post sui obitum ad favorem dicti Philippi viri sui, ejus vita naturaliter durante assignarentur, et reservarentur, ac illorum reservatio super iisdem bonis, et locis Montium prædictis, opponeretur, prout constat ex mandato vulgo nuncupato, a Tribunali tunc existentis in Urbe prædicta Vicarii in Spiritualibus Generalis expedito, ac instrumento exhibitionis dicti mandati per acta publici ejusdem Tribunalis Notarii ad præsens cognominati Ferri die XXX Augusti MDCCXXXVIII confecto; pro anniversario autem, et manutentione supradictæ Cappellæ cum tunc existentibus Canonicis Regularibus dictæ Ecclesiæ de Pace conventa fuit solutio annua decem, et octo scutorum similis monetæ, cujus annuæ solutionis intuitu, dicti Canonici Regulares suum pro exequutione dictæ reservationis fructuum ad favorem ejusdem Philippi ab eadem Cardinalium Congregatione factæ, sicut præmittitur, et mandato a Tribunali prædicto expedito consensum præstiterunt.

Preces porrectæ pro assignatione subsidii dotalis favore Conservatorii Mendicantium.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat dictus Joannes Constantius Cardinalis, et Protector, habita consideratione, quod capitale, seu sors principalis eorumdem locorum Montium, majori in parte provenit ex bonis hæreditariis ejusdem Magistri Ascanii relictis dicto Conservatorio in favam illius pauperum puellarum mendicantium, quæ multo ab hinc tempore assidue perseverant in claborandis laneis opificiis pro servitio Cameræ Nostræ Apostolicæ, et Triremium Nostrarum, parvo tamen cum Conservatorii prædicti lucro, et emolumento, propter adauctum prætium lanarum, sequuto obitu dicti Philippi, omnes superextantes fructus, redditus, et proventus dictorum Locorum Montium de præsenti in persona dictæ Paulæ Ludovicæ, sicut præmittitur vulgo cantanti, una cum reservatione eorumdem fructuum ad favorem ipsius Philippi sua vita naturali durante, firma tamen remanente assignatione dictorum decem, et octo scutorum supradictæ Cappellæ facta in locum puellarum incertarum, eisdem puellis Conservatorii hujusmodi per Nos applicari, et in tot subsidiis quadraginta scutorum parium pro quolibet subsidio pro illarum Monachatu aut Matrimonio distribuendis concedi, et assignari plurimum desideret. Nobis propterea supplicavit, ut dictis Deputatis, et puellis prædictis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Pontifex postulationem approbat, et Conservatorio Mendicantium subsidia dotalia assignat.

§. 4. Nos igitur, qui Conservatorium hujusmodi, illiusque puellas paternis complectimur affectibus, ac illius, et illarum conservationi manutentioni, et indemnitati quantum cum Domino possumus consulere cupientes, dictosque Deputatos, et puellas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, ac Testamenti, et Codicillorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnes, et singulos fructus, redditus, et proventus dictorum locorum Montium a dicto Magistro Ascanio relictorum ad favorem ejusdem Conservatorii puellarum Mendicantium, et ex illius hæreditate provenientium, quæ vigore dictæ concordiæ idem Conservatorium memoratæ Paulæ Ludovicæ cessit, de præsenti ad favorem ipsius Paulæ Ludovicæ vulgo cantanti, cum reservatione fructuum prædictorum ad favorem ipsius Philippi illius Viri, ejus vita naturali durante, vigore decreti, seu resolutionis supradictæ Cardinalium Congregationis, ac mandati super præmissis a dicto tunc existente in Alma Urbe Vicario in Spiritualibus Generali expediti, sicut præmittitur, nunc pro tunc, et quando ipse Philippus viam universæ carnis ingressus fuerit, et assignatio fructuum prædictorum cessaverit, firma tamen remanente dicta assignatione decem et octo scutorum pro anniversario, et reparationibus Cappellæ sæpedictæ, auctoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuo applicamus,

et quatenus opus sit dicta Loca Montium post obitum memorati Philippi, et postquam assignatio illorum fructuum ad favorem dicti Philippi facta, ut præfertur, cessaverit, eidem Conservatorio auctoritate, et tenore præsentium de novo assignamus, relinquimus, et donamus.

Præfiniuntur subsidia dotalia in scuta quadraginta pro quolibet ex iis favore puellarum in dicto Conservatorio degentium.

§. 5. Ac modernis, et pro tempore existentibus Deputatis prædicti Conservatorii, ut ipsi postquam assignatio eorumdem fructuum, reddituumque, et proventuum dictorum Locorum Montium ad favorem dicti Philippi facta per ejus obitum expiraverit, et cessaverit, fructus, redditus, et proventus hujusmodi in tot subsidiis dotalibus quadraginta scutorum pro quolibet subsidio totidem puellis in dicto Conservatorio pro tempore existentibus, quæ vel in Domino, vel in sæculo nubere desideraverint in locum aliarum puellarum extranearum per Nos, seu Romanum Pontificem pro tempore existentem, juxta dispositionem dicti Pauli Ludovici nominandarum, distribuere, et assignare libere, et licite possint, et valeant, auctoritate, et tenore præsentis concedimus, et indulgemus, plenamque facultatem tribuimus: hac tamen conditione, ut si contingat eo anno nullas puellas existere, quæ habitum Monachalem suscipere, vel matrimonium contrahere possint, eodem anno fructus, reddituque hujusmodi pro alimonia, et manutentione earumdem puellarum, seu in favorem Conservatorii hujusmodi cedant, et cedere debeant, et applicentur, prout in more positum est pro aliis subsidiis dotalibus, quæ distribuuntur a Deputatis prædictis aliis puellis ejusmodi Conservatorii ex aliis fructibus proventibus ex hæreditate dicti Magistri Ascanii juxta resolutionem supradictæ Cardinalium Congregationis die xx Martii MDCCXXXIV captam.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus supradicti Pauli Ludovici Testatoris etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter et expresse commutamus, ac constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum per præsentes non intendimus supradictum Conservatorium illiusque institutum in aliquo approbare. Datum in Arce Gandulfi die xiv Junii MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCCXLVIII.

Dat. die 14. Junii 1763. Anno V.

Approbatio concordiæ inter Monasterium S. Bartholomei Trisulti Ordinis Carthusiensis et Communitatem, atque homines Civitatis Alatrii super præfixione confinium Castri diruti nuncupati *Tecchiena* ad dictum Monasterium spectantis

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Originem, et progressum controversiæ inter Monachos, et Communitatem Alatrii designat.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Prior, et Monachi Monasterii sub invocatione Sancti Bartholomei de Trisulti nuncupati, Ordinis Carthusiensis, quod postquam per plures Annos coram tunc pro tempore, ac Venerabili Fratre Nicolao Archiepiscopo Matilen, moderno, existentibus Generalibus Cameræ Nostræ Apostolicæ Auditoribus, lis, et controversia inter Monasterium, et Monachos prædictos ex una, et dilectos etiam filios Communitatem, et homines Civitatis Alatriæ ex altera partibus ab eisdem Communitate, et hominibus mota super manutentione in possessione cujusdam Montis vulgo nuncupati *il Monte Reo* positi in confiniis Castri diruti de Tecchiena pariter nuncupati spectantis ab antiquo tempore ad Monasterium, et Monachos hujusmodi ab ea parte, qua præfatus Mons est confinis, seu conterminus territorio memoratæ Civitatis Alatriæ, non sine magno utriusque partis dispendio mature perpensa, et discussa fuerat, demum dilectus itidem filius Magister Philippus Maria Pirelli Locumtenens Civilis ejusdem Nicolai Archiepiscopi, et Auditoris suam definitivam sententiam protulit, qua concessit eidem Monasterio, et Monachis conservationem, seu manutentionem in possessione illius partis memorati Montis, quæ dictum Castrum de Tecchiena prospicit, reservatis rationibus utrique parti congruentibus in judicio petitorio quoad integrum Montem supradictum, prout latius continetur in prædicta sua Sententia die x. Martii MDCCLXII. per acta dilecti quoque filii cognominati Martorelli publici ejusdem Auditoris Notarii publicata. Subinde vero, cum Communitas, et homines prædicti ab hujusmodi Sententia appellationem interposuissent, causa prædicta causarum Palatii Apostolici Auditorio commissa fuit.

Sacra Congregatio Boni Regiminis, ad se avocato controversiæ examine, eamdem per concordiam finiendam esse censuit.

§. 2. Sed antequam causa prædicta coram Auditorio prædicto proponeretur, Congregatio Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium super bono regimine Civitatum, et Universitatum Status Nostri Ecclesiastici, auctoritate Apostolica, deputata, quæ utilitati, et commodo earumdem Civitatum, et Universatum semper invigilare pergit, habita de præmissis notitia, dedit in mandatis dilecto etiam filio Magistro Francisco Mantica ejusdem Congregationis Ponenti, ut rationes ambarum partium mature perpenderet, et referret, quæ quidem Cardinalium Congregatio audita relatione ab ipso Magistro Ponente facta die XXIX. Januarii proxime præteriti suum edidit Decretum, seu rescriptum, tenoris sequentis = *Ad Eminentissimum Præfectum cum Ponente, et Secretario pro omnimoda concordia stipolanda etiam ex officio* = In vim dicti rescripti subinde inter partes, nempe pro parte, et nomine Civitatis, et hominum prædictorum, a dicta Cardinalium Congregatione, concordia per publicum confectum instrumentum inita fuit, tenoris, qui sequitur videlicet =

Tenor concordiæ.

= Essendo conforma a Noi Notari » in solidum rogati per verità viene » asserito, che il Feudo di Tecchiena, » confiscato già dalla Reverenda Camera Apostolica nell'Anno 1248. o altro » più vero tempo sotto il Pontificato » d'Innocenzo Quarto alla Comunità di » Alatri per delitto proditorio commesso contro li Cittadi ,i di Ferentino, fosse nell'Anno 1395. sotto il Pontificato di Bonifazio Nono venduto dalla » medesima Reverenda Camera Apostolica con tutte le sue ragioni, e » pertinenze al Ven: Monastero, e Reverandi Padri Certosini di S. Bartolomeo di Trisulti.

» Essendo che ancora nell'Anno » 1754.] nascesse controversia territoriale trà la detta Comunità di Alatri » da una parte, ed il prefato Monastero, e PP. dall'altra, sopra i confini dell'anzidetto Feudo di Tecchiena, » e suo territorio, e che la Comunità » in seguito sotto li 16. Novembre del » medesimo Anno spedisse un Monitorio iact. iact. avanti Monsignor Illmo, » e Reverendissimo allora A.C. de Zelada per gli atti del Martorelli suo » Notaro sopra la manutenzione a di » lei favore nel possesso, ed esercizio » giurisdizionale dell'intiera Montagna » di *Monte Reo*, tanto per la parte, » che l'acqua pende verso Tecchiena, » quanto per parte, che l'acqua pende » verso Alatri, come che posto, e situato nel suo territorio Alatrino.

» Essendo altresì, che a simile » istanza s'opponessero il Monastero, e » Padri di S. Bartolomeo dimostrando » in progresso della lite equivoci, ed » inconcludenti gli atti che si portavano da detta Comunità, e che quindi il prelodato Monsignore A.C. de » Zelada con suo Decreto emanato sotto li 10. Settembre 1757. ordinasse » l'accesso formale sulla faccia del luogo a spese dell'una, e l'altra parte, » et deinde cujus de jure, e che in » vigore di un tal Decreto accedesse » sotto il dì 21. Ottobre del medesimo » anno al luogo della differenza, con » fare, oltre la descrizione dell'accesso, elevare la pianta da Perito Geometra.

» Sia parimenti, che simile differenza non essendosi potuta ultimare dal medesimo Monsignore A. C. » de Zelada per la sua promozione al » Tribunale della S. Rota, passasse indecisa avanti Monsignore Illmo, e » Rmo A. C. Pirelli suo Successore, » il quale ritrovando similmente torbide, ed equivoche le ragioni, che si » allegavano per parte della Comunità, » ne giudicando bastevole per la decisione della controversia l'accesso di » Monsignor Zelada, decretò anche egli » sotto il giorno 24. Gennaro 1761. di » accedere al luogo della differenza, » ove portatosi il dì 30. dello stesso » mese, fece un'esatta ricognizione di » tutti li confini del Feudo di Tecchiena, a tenore della descrizione fattane dal Fiscale della Rev. Cam. Ap. » fin da quando essa Rev. Camera ne » era in possesso, e prima, che ne facesse la vendita al Monastero, e Padri di S. Bartolomeo, trovatili in tutto, e per tutto corrispondenti, e conformi alla detta confinazione Camerale, ne venne contemporaneamente » alla descrizione; come si ha dall' » Istromento del suo accesso, e fece » altresì nell'atto medesimo elevare da » Francesc'Antonio Salemi Perito Agrimensore, e Geometra, la pianta » Geografica della tenuta, e territorio » di Tecchiena, con tutte le contrade » descritte in accesso, prodotta, ed allegata infine del medesimo accesso.

» In seguito di che sua Signoria » Illma, e Rma assunse l'esame delle » ragioni dell'una, e dell'altra parte. » Istavasi dalla Comunità di Alatri per » la manutenzione nel possesso di Monte Reo non solamente per quella par-

» te, che pende verso Alatri, ma ancora per l'altra, che pende verso Tecchiena, e che era appunto il luogo della controversia. In prova di questa sua pretenzione portavansi dalla Communità atti possessorj di giurisdizione esercitata in Monte Reo, ed inoltre per colorire, ed avvalorare questo suo possesso facevasi forte sul titolo, come che a lei favorevole, atteso, che la confinazione della Camera, in cui fondavalo non metteva detto Monte in territorio di Tecchiena, ma bensì ne lo escludeva per la parola *juxta* apposta in detta confinazione ivi = A latere Civitatis Alatrii juxta Montem Reum, juxta Pontem Montis Rei, juxta Pontem Guidi = qual parola essendo di sua natura esclusiva del confine del confinato, veniva ad inferire che tanto il Monte Reo, che il Ponte di Monte Reo, ed il Ponte di Guido, come disegnati, e descritti per confine restavano esclusi dal territorio di Tecchiena, che era il confinato.

» Si diceva all'incontro per parte del Monastero, che gli atti possessorj portati dalla Comunità non rilevavano, perchè vaghi, generali, ed equivoci, nè percuotevano il luogo della controversia, quale era, ed è la facciata di Monte Reo verso Tecchiena, cominciando dalla sbarra detta volgarmente di Tecchiena, che interseca il Colle Alto di Alatri, e che è l'ultimo de' confini del territorio di Tecchiena descritti in detta confinazione Camerale, e terminando al Ponte di Guido, ove termina la detta facciata; E siccome gli atti possessorj della Communità non percuotevano la medesima facciata, o acquapendenza, ma bensì si riferivano in Monte Reo, così si ripigliava per parte del Monastero, che non si dovevano attendere al confronto, ed in corso de'suoi, concludentemente provati in detta facciata, e specificamente in tutte le contrade, che la compongono. Tanto maggiormente, che il Monte Reo non è solamente quel monte, che era in controversia, e che racchiudesi nella confinazione Camerale, ma sortivano ancora la stessa denominaziona, i contermini, come il monte *Colle alto* assegnato espressamente dalla Camera nella riferita confinazione per confine da quella parte del territorio di Tecchiena, ivi = ac sbarram Tecclenæ confinante cum Colle Alto de Alatro, ed il Monte de Colli.

» Laonde concludevasi, che gli atti possessorj della Communità non percuotendo precisamente la pendenza di Monte Reo in facciata di Tecchiena luogo della controversia, ma genericamente portati in Monte Reo, restavano torbidi, ed equivoci, ed al più verificabili, e nella parte di detto Monte, che pende verso Alatri, o degli altri contermini che sortiscono ancora la stessa denominazione di Monte Reo.

» Ed in quanto alle ragioni del titolo fondate dalla detta Comunità sulla confinazione Camerale rispondevasi per parte del Monastero, che il possessorio per lui chiaro, e concludentemente provato nel luogo della controversia non potevasi intorbidare dal titolo, ne restare ossorbito dal territorio, poichè ancor questo eragli totalmente favorevole, non solamente per la controversa facciata di Monte Reo, ma eziandio in tutta quanta la sua estenzione.

» In prova di che, premessa la descrizione de' confini del territorio di Tecchiena fatta dal Fiscale della Reverenda Camera Apostolica, che è del seguente tenore, cioè » Et ne per tractum temporis territorium dicti Castri valeat occupari, fraudari, vel super aecipi ab aliquibus circumstantibus Civitatibus, seu Castris, aut specialibus personis, propterea quod dictum Castrum depopulatum, et inhabitatum est in præsenti regestro nomine Cameræ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, particulariter, et circiter duximus confinare videlicet » A latere Civitatis Alatri juxta Montem Reum, juxta Pontem Montis Rei, juxta Pontem Guidi, sicut recte protendit fossatum exeundo ad Sylvam recte, exeundo ad vadum de Fluri, exeundo ad vadum de Francisco sub vado de Francisco juxta territorium Frusinonis, juxta Collem Sancti Leonardi, juxta fontem ejusdem sicut vadit fossatum recte, et juxta Turrim olim Cicchi Malavolte, juxta Pontem Pedeluseo, juxta fossatum unde fluit aqua dicti fontis, juxta fossatum, et rem belli hominis de Frusinone, exeundo sicut vadit cursus aquæ recte ad Pontem Sancti Petri, juxta rem Raynaldi Nicolutii. de Frusinone, juxta rem Hæredum Joannis Dominici Nicolai de Ferentino, juxta Pontem Gelli, juxta muros S. Luciæ recte cum certa parte Montis Radicini, exeundo ad limitem de meta, juxta rem D. Nan-

» næ Raymundi D.Petri, exeundo recte » ad rem Colæ Baronis, Thomæ Palumbæ de Alatro, at fossatum, at » stradam, ac sbarram Teclenæ confinan cum Colle Alto de Alatro.

» Si diceva per parte del Monastero, che per bene intendere simile descriziona conviene riflettera in » fatto, che il Castello di Tecchiena » era della Comunità di Alatri, che fu » confiscato dalla Reverenda Camera » Apostolica, a che il medesimo Castello resta situato in facciata di Monte Reo, riguardando dal lato sinistro » verso Ferentino, dal lato destro per » linea retta verso Veroli, e di fianco » per linea obliqua verso la Città di » Alatri, la quale da detto Castello non » può vedersi, potendosi soltanto scoprire dalla cima di detto Monte.

» Ciò premesso soggiungevasi per » parte del Monastero necessariamente » derivarne, che la Camera volle descrivare soltanto i confini delle Comunità confinanti con Tecchiena, per » la ragione, cha le pertinenze di Tecchiena Castello già spopolato non fossero occupate da vicini, e perciò cominciò la sua descrizione » Et ne per » tractum temporis territorium dicti » Castri valeat occupari, fraudari, vel » super accipi ab aliquibus circumstantibus Civitatibus, seu Castris, aut » specialibus personis etc. propterea dniximus confinandum a latere Civitatis Alatri juxta Montem Reum » » cioè fino alle pertinenze di Monte Reo.

» Ne per escludere il Monte Reo » dal Territorio di Tecchiena poter giovare alla Comunità di Alatri il significato della parola *juxta*, apposta nella riferita confinazione Camerale per » la ragione, che separi il confinato » dal confinante, poichè ciò camminerebbe se la Camera Apostolica avesse voluto descrivera li confini di Tecchiana contermini della Comunità di » Alatri, ma non poter mai procedere quando il Fiscale ha voluto solamente descrivere li confini delle Comunità confinanti con Tecchiena, essendo che la confinazione cominciata a latere Civitatis Alatri presuppone, che da quella parte vi dovesse » essera effettivamante tarritorio di Tecchiena, altrimenti la confinazione » predetta non avrebbe avuto luogo tanto più, che i confini a quali trovasi apposta la parola *juxta* sono realmenta inclusi nel Territorio di Tecchiena, come apparisce dall' accesso » di Monsignor Pirelli.

» Per le quali cose tutte conchiudevasi per parte del Monastaro, che » la confinazione della Camera non solamente avvalorava il suo possesso » nella facciata del Monte Reo verso » Tecchiena, ma che inoltre davagli » titolo, ed azione a tutto il Monte, » tanto per la parte, che pende verso Tecchiena, quanto per l' altra, » che guarda verso Alatri.

» In questo stato di cose avendo Monsignore A. C. Pirelli riconosciute insussistenti le ragioni, ed » equivoci gli atti della Giurisdizione » pretesa dalla Comunità di Alatri, dopo un lungo, e maturo esame della Causa, diede finalmente Sentenza » di manutenzione al Monastero di San » Bartolomeo, e perchè il luogo della controversia era l' acquapendenza » di Monte Reo in facciata di Tecchiena, così avendo il Monastero giustificati, e concludentemente provato » gli atti giurisdizionali di esso esercitati nella medesima acquapendenza, la manutenziooc fu conceduta, » e ristretta a quella sola facciata con » designarsena nella Sentenza i confini » già descritti nell' accesso, ed indicati nella Pianta cioè = a Via Romana ascenden ad sbarram signatam » in Mappa Litt. E. usque ad summitatem dicti Montis, pro ea parte tantum » a qua aqua pendet versus Teclenam, » et inde descendendo ad Pontem signatum Lit. D. et Pontem Guidi signatum Lit. E. = come dalla copia » della Sentenza, e della Mappa, che » s' inseriscono nel presente Istromento » del tenore ec.

» Perchè poi dal prelodato Monsignore A. C. Pirelli nell' esame della causa per colorare il possessorio, » fu gustato ancora del titolo, che dall' » una, e l' altra parte si fondava sulla verificazione, ad intelligenza de' » confini nel territorio di Tecchiena » giusta la sopra riferita descrizione » fattane dalla Reverenda Camera Apostolica, così nella promiscua pretensione di far cadauna, tutto suo il sudetto Monte Reo, tanto per la parte, » che acquapende verso Tecchiena, » tanto per quella, che riguarda verso » Alatri, riservò ad ambedue le loro » ragioni nel suo congruo giudizio petitorio, come dalla sopra citata Sentenza, alla quale ec.

» Non contenta di sì fatta decisiona la Comune d'Alatri ne interpose l' appellazione nel Tribunale della » S. Rota per proseguire la lite, facen-

» done commettere la proposizione a » Monsignore Illmo, e Rmo Ratta.

» In questo stato di cose la Sagra Congregazione del Buon Governo, che sempre invigila all' utile, e vantaggio della Comunità, essendo venuta in cognizione d'una tal lite, ne commise a Monsignore Illmo, e Rmo Mantica come Ponente la cognizione a fine di riferire le ragioni dell'una, e dell' altra parte par indi impedire il proseguimento, ed evitarne le spese molto considerabili con procurare un vantaggioso accomodamento alla Comunità, qualora le di lei ragioni fossero equivoche, e non avessero sussistenza.

» In esecuzione de'supremi commandamenti il prelodato Monsignore Illmo, e Rmo Mantica, avendo assunta la cognizione della sudetta lite, e causa, esaminati gli accessi tanto di Monsignore A. C. de Zelada, che di Monsignore A. C. Pirelli, e la loro respettive Piante; viste altresì, e considerate le ragioni, e scritture dell' una, e l' altra parte, riferì nella Congregazione Generale dei 29 Gennaro prossimo passato essere la Sentenza di Monsignore A.C. Pirelli molto giusta, e ben fondata negli atti possessorj pienamente, e concludantemente giustificati per parte del detto Monastero, e torbide altresì, e dubiose, mal fondate, ed equivoche le prove in contrario addotte dalla Comunità di Alatri non meno nel possessorio, che nel petitorio come quello, che viene chiaramente favorito a pro del detto Monastero dalla lettera, e spirito della sopra riferita confinazione Camerale, a perciò per evitare il notabile, a grave dispendio della Comunità nal proseguimento della causa, e trarla nel caso niente lontano di soccombenza, dal pericolo della rifazione delle spese molto considerabili a prò del Monastero, essere egli di parere, che si procurassa un'onesto, e convenevole aggiustamento con il sudatto Monastero di S. Bartolomeo.

» In vista di sì fatta sincera, veridica, e prudente informazione di Monsignore Illmo, e Rmo Mantica Ponente, la Sagra Congregazione venne nel di lui sentimento come più vantaggioso alla Comunità di Alatri, onde sotto il giorno 29 Gennaro diede fuori la seguente risoluzione = Ad Emum Præfectum cum Ponente, et Secretario pro omnimoda concordia stipulanda ex officio = ed acciò la Comunità non si facesse lecito di proseguire la lite vi aggiunse la clausola = Et quoad Procuratorem ad mentem = in virtù della quale fu da Monsignore Illmo Mantica Ponente fatto intendere al di lei Procuratore, che non ardisse di proseguirla sotto le pene ad arbitrio di essa Sagra Congregazione.

» In seguito pertanto di una sì benigna, a favorevole risoluzione per la detta Commità di Alatri, tanto da Monsignore Illmo, e Rmo Giuseppe Vincentini Segretario di essa Sagra Congregazione, fu assunto il trattato di accomodamento tra il Monastero de' Padri Cartosini di S. Bartolomeo di Trisulti, e per esso loro con il molto Reverendo Padre D. Biagio Maria Civaloni Professo della medesima Certosa, e dimorante nella Certosa di Roma in qualità di Procuratore, loro legittimo Procuratore conventualmente a tale effetto eletto specialmente deputato in assenza del Rmo P. D. Pietro Paolo Maria Bedini Priore della sudetta Certosa di Trisulti, come dal mandato di Procura fatto in sua persona, ed in forma autentica a me Notaro stipolante si consegna per inserirlo al presente Istromento del tenore ec., e poscia presenzialmente, e personalmente con il medesimo P. Priore, e Visitatore Bedini, ed avendo trovata presso entrambi questi due Padri Bedini, e Cicaloni tutta la propensione, e condiscendenza non meno per cessare dalla lite, e venire ad una amichevole concordia con l' Illma Comunità di Alatri, che di depositare a di lei fivore nel Sagro Monte della Pietà di Roma, ed a disposizione della Sagra Congregazione del Buon Governo, e per essa dell' Emo, e Rmo Signor Card. Lante Prefetto la somma di scudi 700 moneta in considerazione della rinuncia da farsi dalla Comunità alla sudetta lite, e respettivamente a qualunque diritto, pretensione, e ragione, che la medesima avasse, o potesse avere nell' acquapendenza del detto Monte Reo verso Tacchiena, giusta i confini designati, e prescritti nella riferita Sentenza di Monsignore A. C. Pirelli tanto nel possessorio, che nel petitorio, e con altri patti, capitoli, e condizioni, come meglio si dirà in appresso.

» Quindi è che avanti di Noi Notari in solidum rogati, e testimo-

» nj infrascritti presenti, e personalmente esistenti l' Emo, e Rmo Sig. Card. Lanto Prefetto, Monsig. Illmo, e Rmo Giuseppe Vincentini Segretario, e Monsig. Illmo, e Rmo Mantica Ponente della Sagra Congregazione del Buon Governo; viste, e considerate le scritture, e ragioni della predetta Comunità di Alatri: servendosi non solo delle loro rispettive facoltà ordinarie, ma ancora di quelle communicategli dalla Sagra Congregazione di stipolare sopra la predetta Lite, e controversia territoriale tra la Comunità di Alatri, ed il Ven. Monastero e RR. PP. Certosini di S. Bartolomeo di Trisulti qualunque Istromento di transazione, e concordia etiam ex-Officio, come dalla sopra riferita risoluzione della medesima Sagra Congregazione, alla quale ec. da una parte ed il Rmo P. D. Pietro Paolo Maria Bedini, ed il Molto Rev. P. D. Biagio Maria Cicaloni ne' loro respettivi nomi di Priore, e Procuratore della sudetta Certosa di S. Bartolomeo di Trisulti in riguardo, ed a contemplazione della lodata risoluzione della Sagra Congregazione del Buon Governo, e non altrimenti ec. dall' altra tutti a Noi Notari cogniti asserendo, ed affermando le cose di sopra esposte, e narrate esser vere, e verissime, e quelle come tali, e per tali confermando, ed approvando, in esecuzione pertanto d' esse, e per ultimare le sopradette differanze nel riferito luogo di controversia sono venuti alla presente stipolazione di publico, e giurato Istromento di transazione ordinato dal prelodato Emo, e Rmo Sig. Cardinal Lante Prefetto, e dagl' Illmi, e Rmi Monsignor Vincentini, e Monsignor Mantica in virtù delle loro facoltà come sopra nelli seguenti modi, e forma cioè

» Primo che sia, e s'intenda a favore di detto Venerabile Monastero riservato, conforme detti RR. PP. Bedini, e Cicaloni si riservano il beneplacito Apostolico quatenus opus sit, et requiratur, ed allora da impetrarsi, ed ottenersi a tutte, e singole spese di detto Monastero, e PP. Certosini di S. Bartolomeo di Trisulti, e non altrimenti ec. perche così ec.

» Secondo. Che ambe le parti debbano rinunziare alla lite, e rimettersi vicendevolmente alle spese fatte per la medesima, come in fatti le medesime parti scambievolmente, e vicendevolmente hanno rinunciato, e rinunciano alla lite, e causa sudetta come sopra ancora indecisa pendente, e suoi emergenti, rimettendosi, e condonandosi hinc inde tutte, e singole spese in quella fatte, a qualunque somma anche considerabile, e considerabilissima ascendenti, facendosene una all' altra, e l'altra all' una reciproca, scambievole, finale, e generale, e generalissima quietanza in forma anche per patto ec.

» Terzo. In quanto alla terminazione de' confini territoriali tra la Comunità di Alatri, ed il Feudo di Tecchiena i confini siano, e debbano esser quelli prescritti, e designati nella Sentenza di Monsignore Illmo, e Rmo A. C. Pirelli, così, che l'acquapendenza del Monte Reo verso Tecchiena sia, e debba essere incontrastabilmente, ed in perpetuo territorio del medesimo Feudo di Tecchiena cominciando dalla strada Romana, salendo per la sbarra detta volgarmente di Tecchiena nominata in Sentanza, a segnata nella Pianta, che s' inserisce nel presente Istromento del tenore ec. *Lett. e piccola* sino alla sommità, o scrima di detto Monte Reo per quella parte, che pende verso Tecchiena, ed indi discendendo al Ponte enunciato in Sentenza, e segnatamente in Pianta Litt. D. qual Ponta resta provato tanto nell' accesso di Monsignore A. C. de Zalada, quanto di quello di Monsignor Pirelli essere il vero Ponte di Monte Reo uno de' confini del territorio di Tecchiena dalla parta della Città di Alatri descritto nella sopra riferita confinazione Camerale ivi = juxta Pontem Montis Rei = e dal detto Ponte di Monte Reo segnato Lett. D. prosegnendo fino al Ponte di Guido segnuto Lett. E. parimenti descritto in detta confinazione Camerale per un'altro de' confini del medesimo territorio di Tecchiena = ivi = juxta Pontem Guidi =

» Quarto. E da detta sbarra di Tecchiena, scrima di Monte Reo per la parte, che acquapende verso Tecchiena, Ponte di Monte Reo, e Ponta di Guido siano i luoghi, e siti certi, sicuri, ed incontrastabili della terminazione del territorio di Tecchiena secondo la Sentenza sudetta, come tanto l'Emo, e Rmo Sig. Card. Lante Prefetto, quanto gl' Illmi, e Rmi Vincentini Segretario, e Mantica Ponente con tutte le sudette fa-

» coltà hanno inteso, ed intendono, che » siano, e debbano essere. Qual termi- » nazione, luogo, o luoghi, e precisi » siti, e vocaboli li sudetti Rmi P. Prio- » re Bedini, e Molto Reverendo P. Ci- » caloni ne' nomi come sopra, intendo- » no di approvare, come per il presen- » te Istromento mediante l' infrascritto » obligo Camerale, e giuramento in for- » ma tacto pectore in tutte le sue par- » ti l' approvano in nome, e vece del » Monastero, e PP. di Trisulti, rinno- » vando, qualora facesse di bisogno, il » loro assenso, e consenso, prometten- » do stare in perpetuo a detta termi- » nazione ita quod etc. de quo etc. et » non alias etc.

» Quinto. All' incontro li sudet- » ti Padri Bedini, e Cicaloni nei nomi » come sopra, e sotto l' istesso obligo, » e giuramento cedono, e rinunciano a » qualunque pretensione, e ragione, che » il sudetto Venerabile Monastero di San » Bartolomeo di Trisulti avesse, o po- » tesse mai avere sopra l' acquapenden- » za del Monte Reo verso la Città di » Alatri non ostante la riserva delle ra- » gioni fatta a favore di esso Ven. Mo- » nastero in sentenza di Monsig. A. C. » Pirelli sopra detta acquapendenza del » Monte Reo verso Alatri.

» Sesto. E respettivamente tanto » Sua Emza il Prefetto, che gl' Illmi, » e Rmi Signori Monsignor Segretario, » e Monsignor Ponente, con le facoltà » come sopra, cedono, e rinunciano alla » riserva fatta in detta Sentenza di Mon- » signore A.C. Pirelli a favore della Co- » munità di Alatri sopra l' acquapen- » denza del medesimo Monte Reo ver- » so Tecchiena, volendo, ed ordinan- » do, in virtù delle medesime facoltà, » che l' acquapendenza del medesimo » Monte Reo verso Alatri, sia, e deb- » ba essere perpetuamente del territo- » rio Alatrino, ed altresì che l'acqua- » pendenza del medesimo Monte verso » Tecchiena, giusta i confini di sopra » espressi, e prescritti sia, e debba es- » sere perpetuamente del territorio di » Tecchiena, e ciò anche per patto » espresso ita, quod etc. alias etc.

» Settimo. Li preominati PP. » RR. Bedini, e Cicaloni, a fine di man- » tenere la pace, l' armonia, e tutta » la buona corrispondenza con detta » Illma Città di Alatri, e suoi Cittadi- » ni, e far loro conoscere, che la li- » te finora agitata, e sopita mediante » la presente transazione, ed amiche- » vole concordia, non è stata per parte » del Monastero, e Monaci di Trisulti » sostenuta con animo di togliere, ed » usurpare l'altrui, ma unicamente per » difendere, e sostenere i proprj diritti, » e ragioni, nei nomi come sopra, » per un contrasegno della loro stima, » ed affetto verso li Signori Alatrini, » e per qualunque ragione anche ino- » pinata, che a' medesimi potesse mai » competere sopra la detta acquapen- » danza del Monte Reo verso Tecchie- » na, giusta li confini sopra descritti, » e designati, tanto nel possessorio, quan- » to nel petitorio, a cui tanto l'Emo, » e Rmo Sig. Cardinal Lante Prefetto, » che gl' Illmi, e Rmi Signori Monsi- » gnor Vincentini Segretario, e Monsi- » gnor Mantica Ponente, con le repetite » facoltà, hanno rinunciato, e nuova- » mente quando facciane di bisogno ce- » dono, e rinunciano in nome, e ve- » ce dell' Illma Comunità di Alatri: e » per titolo di simile rinuncia li sudet- » ti RR. PP. Bedini, e Cicaloni, nei no- » mi come sopra, sono condiscesi, e » condiscendono di pagare, e sborsare » a prò di detta Comunità di Alatri, » siccome ora alla presenza di Noi No- » tarj in solidum rogati, sborsano, e pa- » gano la somma di scudi 700 mone- » ta, mediante un'ordine di simil som- » ma diretto al Sagro Monte di Pietà » di Roma, a favore di essa Comunità, » ed a disposizione della Sagra Congre- » gazione del Buon Governo, e per es- » sa dell'Emo, e Rmo Sig. Card. Lan- » te Prefetto, quale originalmente tira- » no a loro, lasciatane pria copia col- » lazionata per inserirla al presente Istro- » mento del tenore, come ec., e adesso, » e per quando l' avranno esatto, » se ne sono chiamati, e chiamano » pienamente contenti, e sodisfatti, e » ne hanno fatta, e fanno a favore di » detto Venerabile Monastero, e Mo- » naci di S. Bartolomeo di Trisulti quie- » tanza finale, e finalissima in forma, » anche per patto ec.

» Ottavo. Finalmente si convie- » ne, che d'ambi le parti si debba sta- » re, ed inviolabilmente, e perpetua- » mente osservare quanto si è conve- » nuto, disposto, ed ordinato nel pre- » sente Istromento di transazione, e » di amichevole concordia, obligandosi » vicendevolmente di evizione alias ad » omnia damna etc.

» Nono. Che ancora nel caso, che » li particolari di detta Comunità quan- » tunque non abbiano alcun diritto, o » ragione, volessero ciò non ostante a » loro nome, e spese proseguire la su- » detta lite sopita, estinta, e termi-

» nata colla presente transazione, e » concordia, in tal caso tanto sua Eminenza Prefetto, quanto detti Illmi, e » Rmi Monsignore Vincentini Segretario, e Monsignor Mantica Ponente in » virtù delle predette facoltà vogliono, » ed intendono, che la Comunità sia tenuta, ed obbligata a favore del medesimo Monastero, e PP. Certosini di » S. Bartolomeo di Trisulti alla liberazione delle molestie, ed in seguito » a tutte, e singole spese tanto giudiziali, che estragiudiziali, che loro » occorressero di fare per sostenere, » contru di particolari non meno la validità, e giustizia della presente transazione, che la di lei plenaria esecuzione, e per la difesa, de loro » diritti, e ragioni ita quod ec. et non » alias ec.

» Qual concordia, e tutte, e » singole altre cose di sopra espresse, » e narrate, le parti sudette nei respettivi nomi promettono esser buone, » vere, valide, o legitime, bene, validamente, e legittimamente fatte » e come tali, e per tali sempre, ed » in ogni futuro tempo attendere, ed » inviolabilmente osservare, averle rate, grate, valide, e ferme, e contro non fare, dire, opporre, o venire sotto qualsisia pretesto, causa, » ingegno, o figurato colore, altrimenti oltre la precisa, ed inviolabile osservanza delle cose premesse vogliono essere tenute a tutti, e singoli » danni, de quali ec.

Sacra Congregatio Episcoporum, et Regularium, supra relatam concordiam approbavit, et exequutioni comitti posse mandavit.

§. 3. Inter cætera vero in eadem concordia expressa conventum fuit, quod pro firma validitate, et observantia omnium pactorum, et conventionum in dicta concordia contentorum, Nostrum, et Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis beneplacitum obtinere deberent ipsi exponentes propriis sumptibus, prout re ipsa a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium præpositorum obtinuerunt Decretum tenoris sequentis nempe = *Sacra Congregatio Emorum, e Rmorum S. R. E. Cardinalium negotiis, et consultationibus Episcoporum et Regularium præposita, referente Emo Columna de Sciarra Ponente, attenta relatione Episcopi Alatrini, ac P. Procuratoris Generalis Ordinis, benigne commisit eidem Episcopo, ut, veris existentibus narratis, et constito sibi de evidenti Carthusiæ utilitate, præsntam concordiam cum pactis, et conditionibus supra expressis, pro suo arbitrio, et conscientia approbet atque confirmet. Romæ 20 Maii 1763*

Quod sane Rescriptum exequutioni commissum fuit ab Episcopo Alatrino.

§. 4. Cujus vigore Venerabilis Frater Joannes Franciscus Episcopus Alatrinus, ac facultatis sibi attributæ suum edidit sequens Decretum = Nos Joannes Franciscus Cavallini Dei, et Apo» stolicæ Sedis gratia Episcopus Alatri» nus Sanctissimi D.N.PP. Prælatus Do» mesticus, ac Pontificio Solio assistens, » et in hac parte Judex Commissarius, » visis Juribus, ex Testium depositio» nibus formaliter inductorum, ex qui» bus constat, concordiam, seu transa» ctionem initam ex officio inter Com» munitatem Alatrii ex una, et Vene» rabile Monasterium, et RR. Mona» chos Carthusiæ S. Bartholomei de Tri» sulto Nostræ Alatrinæ Diœcesis ex al» tera partibus, de qua in licentia Sac. » Congregationis Emorum, e Rmorum » S. R. E. Cardinalium negotiis, et con» sultationibus Episcoporum, et Re» gularium præpositæ, sub datum Ro» mæ xx. Maii MCCLXIII. Nobis ex» hibita, et in actis producta, conten» ta, cedere in evidentem utilitatem » dicti Venerabilis Monasterii, causas» que in precibus Sanctæ Sedi expres» sas veritati niti, et coram Nobis ve» rificatas esse, ideo vigore facultatis » in eodem Beneplacito Nobis tributæ » dicimus, et declaramus, præfatam con» cordiam cum pactis, et conditioni» bus in ea expressis approbandam, et » confirmandam fore, et esse, prout » præsenti Nostro Decreto, et juxta for» mam præscriptam in dicto Benepla» cito, et non alias etc. approbamus, » et confirmamus, omni etc. Datum » Alatrii ex Episcopali Palatio hac die IV. » Junii 1763.

Pontifex concordiam, Rescriptum Sacræ Congregationis, et Decretum Exequutoriale Apostolica robore firmavit.

§. 5. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes, præmissa omnia, quo firmius subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostrae patrocinio communiri summopere desiderent. Nos igitur, ipsos Exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, praeinsertam concordiam, Decretumque ab ipso Joanne Francisco Episcopo vigore facultatis a memorata secundo dicta Cardinalium

Congregatione sibi attributæ in præmissis interpositum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque, et singulos juris, et etiam substantiales defectus, si qui desuper in præmissis intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes, easdem præsentes literas, ac in eis contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, ac ab eis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos etiam causarum Palatii Apostolici auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quevis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non Monasterii, Ordinis, et Civitatis prædictorum, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quevis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hanc vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ in Arce castri Gandulphi sub annulo Piscatoris die vigesima secunda Junii anni MDCCLXIII. Pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXLIX.

Dat. die 15. Junii 1763. Anno V.

Prævia dismembratione a Diœcesi Calaritana, Sulcitanæ, seu Ecclesiensi Diœcesi suus iterum conceditur Antistes, qui ipsius Calaritanæ Ecclesiæ Suffraganeus declaratur.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam

Proœmium.

§. 1. Universi Christiani populi cura divinæ bonitatis consilio Nobis credita exigit, ut non modo amantissimi Pastoris sollicitudine dominico gregi præesse studeamus, sed vigilis quoque agricolæ partes implere enixe curemus, ne ager Domini, cujus cultura pluribus variorum Ordinum operariis distribuitur, ob nimis dissitas regiones, quas unusquisque sua administratione complectitur incultus remaneat, neque pro electo frumento zizania, et dumeta in eo succrescant.

Calaritana Diœcesis nimis ampla, incomodisque referta, sub uno tantummodo Pastore regi recte nequibat.

§. 2. Cum itaque Nobis nuper pro parte Venerabilis Fratris Nostri Ignatii Mariæ Natta Archiepiscopi Calaritani expositum fuerit, ob plures Calaritanæ Ecclesiæ unitas Diœceses, earumque amplitudinem, cœli quoque varietatem, asperitatemque montium, accessu difficillimorum, unicum ad eas perlustrandas, propriique muneris partes implendas Præsulem, et Pastorem non sufficere, et populis, qui remotiores sunt, quam gravia in spirituali regimine obvenire detrimenta, quæ sane idem Ignatius Maria Archiepiscopus cum præsertim in Sulcitanæ, olim, modo Ecclesiensis nuncupatæ Diœcesis visitationis decursu re ipsa compererit, ut animarum spirituali profectui uberius consultum sit, nullum aptius, magisque præsens remedium exhibendum autumavit, quam ut Ecclesiensi Diœcesi, licet ea a duobus, et ultra seculis Calaritano Archiepiscopatui annexa fuerit, proprium, et peculiarem Præsulem, quemadmodum olim habebat, restitueremus, sive alias ea statueremus, quæ illius gregis saluti, ac divinæ gloriæ magis in Domino conferre arbitraremur.

In Ecclesiensi, olim Sulcitana Civitate existebat etiam nunc Cathedralis Ecclesia, Capitulum, et Mensa Episcopalis, ut comode posset iterum de separato Pastore provideri.

§. 3. Nos autem exinde certiores facti, in Ecclesiensi Civitate adhuc esse pervetustam Cathedralem Ecclesiam cum Capitulo, et Canonicis, mensamque Episcopalem satis redditibus instructam, dicti Ignatii Mariæ Archiepiscopi zelum, ut par est commendantes, perspectum habentes, in magnam animarum illarum utilitatem evasurum, si proprium, et

Z z 2

immediatum constituamus in ea Diœcesi Præsulem, qui jugiter illam perlustret, asperrima loca incunctanter visitare aggrediatur, plurima juxta ordinem disponat, et quæ provide statuenda erunt effectu confirmata conspiciat, utque ardentibus etiam votis obsecundemus carissimi in Christo Filii nostri Karoli Emmanuelis Sardiniæ Regis Illustris, qui etiam, uti Patronus ad promovendam bonorum morum disciplinam, et spiritualem subditarum sibi gentium profectum, opportunam opem regioni illi per Nos afferri summopere exoptat.

Pontifex prævia præcedentis unionis cum Calaritana Ecclesia abrogatione, iterum Sulcitanam, seu Ecclesiensem Diœcesim separat, proprioque Pastore regi jubet, suffraganeo tamen Archiepiscopi Calaritani.

§. 4. Motu proprio, et ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, cujuscumque unionis, seu annexionis Sulcitanæ, seu Ecclesiensis Ecclesiæ eidem Calaritano Archiepiscopatui Apostolica auctoritate quomodolibet factæ integrum tenorem præsentibus pro expressis habentes, unionem, seu annexionem hujusmodi, Apostolica, auctoritate, tenore præsentium perpetuo dissolvimus, Ecclesiamque Sulcitanam, seu Ecclesiensem cum omnibus, et singulis ejus juribus, jurisdictionibus, membris, et pertinentiis quibuscumque, ab Archiepiscopatu Calaritano penitus, et omnino separamus, eamque in pristinum, et eum, in quo ante unionem, et annexionem hujusmodi erat statum restituimus, reponimus, et plenarie reintegramus, proptereaque illam statim ac Ecclesia Calaritana vacaverit, vigore hujus separationis ab ea sejunctim conferendam esse decernimus; verum Archiepiscopali Ecclesiæ Calaritanæ, illiusque Archiepiscopo pro tempore existenti, ipsam Sulcitanam, seu Ecclesiensem Ecclesiam, ac pro tempore existentem illius Episcopum in suffraganeam imposterum fore declaramus; itaquod Archiepiscopus Calaritanus pro tempore existens, in eadem Sulcitana, seu Ecclesiensi Diœcesi jus Metropoliticum, juxta canonicas sanctiones, ac Concilii Tridentini decreta gerere, et exercere possit, ac respective debeat, et teneatur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Præsentes autem literas, et in eis contenta quecumque, etiam ex eo quod quicumque in præmissis interesse habentes, vel habere prætendentes, ad id vocati, et causæ, ob quas præsentes emanarint verificatæ non fuerint, et ex quavis alia causa de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel invalidari non posse, sed illas semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suumque plenarium et integrum effectum sortiri, et obtinere, ac sub quibusvis revocationibus, vel contrariis dispositionibus nullo unquam tempore compræhendi, sicque in præmissis omnibus, et singulis, per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Apostolici auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definiri debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. Non obstantibus quatenus opus sit Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, ac quavis unione seu annexione dictæ Sulcitanæ, seu Ecclesiensis Ecclesiæ a prædecesoribus Nostris Romanis Pontificibus quomodolibet facta, et aliis constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, nec non Ecclesiæ Calaritanæ, illiusque Archiepiscopatus, et mensæ privilegiis, indultis, et literis Apostolicis, illis, et Præsulibus sub quibuscumque tenoribus et formis, ac alias in contrarium quomodolibet concessis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque integro tenore specialis, specifica, epressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quevis alia expressio habenda, seu quævis exquisita forma ad hoc servanda foret, illis alias in suo robore permansuris latissime hac vice specialiter, et expresse derogamus contrariis quibuscumque.

Taxa præfinitur persolvenda in nova Diœcesis Ecclesiensis provisione

§. 7. Volumus autem quod taxa CL florenorum in libris Cameræ Apostolicæ ratione ejusdem Ecclesiæ Sulcitanæ, seu Ecclesiensis ante unionem, seu annexionem hujusmodi præfixa, deinceps servetur, illaque a taxa Calaritanæ Ecclesiæ subducatur.

Sanctio poenalis.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ dissolutionis, separationis, restitutionis, repositionis, reintegrationis, declarationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septiugentesimo sexagesimo tertio, quinto decimo Kalendas Junii, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Dat. die 27. Junii 1763. Anno V.

CCCL.

Approbatio novi Statuti Collegii Salviati Orphanorum Urbis, quo cavetur ut Alumni, qui e Collegio egressi sunt, et deinde ad meliorem devenerunt conditionem, teneantur persolvere eidem Collegio alimenta, nec non praescribitur ut ad Collegium idem spectet haereditas Alumnorum, qui nullum relinquerint propinquum usque ad tertium gradum.

Clemens Papa XIII.
Ad futuram rei memoriam

Alumni Collegii Salviati Orphanorum Urbis in actu receptionis jurare tenebantur, quod si decessissent nullo condito testamento, vel nullis relictis haeredibus usque ad tertium gradum, ad Collegium decedentis haereditas esset deferenda.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii deputati, seu administratores Collegii Salviati Orphanorum nuncupati Almae Urbis Nostrae, quod bo: me: Antonius Maria, dum vixit, S.R.E. Cardinalis Salviati nuncupatus, ipsius Collegii fundator, inter caeteras Constitutiones, et regulas ab ipso Antonio Maria Cardinali, et fundatori pro bono illius et Alumnorum pro tempore in illo existentium regimine, gubernio, et administratione conditas, mandavit, ut quilibet Alumnus Collegii praedicti in die sui in eo ingressus promittere debeat in primis promptam observantiam omnium, et singularum Constitutionum et regularum, ac statutorum ipsius Collegii, ac secundo loco antequam in numero Alumnorum, sive inter Alumnos ipsius Collegii admissus sit, seu admittatur, juramento sese obstringi debeat, ut si contingat, eum in eodem Collegio viam universae carnis ingredi, absque legitimis haeredibus, nempe absque fratribus, et sororibus, utroque parente conjunctis, sive extra illud absque eo, quod suum condat, aut condere queat testamentum, tunc bona quaecumque ad dictum Alumnum quomodolibet spectantia ad idem Collegium pleno jure pertineant, sive Collegium praedictum legitimus sit, et esse intelligatur haeres, prout in cap. tertio earumdem Constitutionum §. 22., et alias prout in dictis Constitutionibus, seu regulis, ac statutis, quorum tenorem praesentibus pro plene, et sufficienter expressum, et insertum haberi volumus, prout uberius dicitur contineri.

Quod quum in desuetudinem abierit, novo condito statuto, successio Collegii in casum decessus Alumni absque propinquis ad tertium usque gradum confirmata fuit, et obtentorum alimentorum persolutio favore Collegii, quoties ad meliorem fortunam devenerit Alumnus.

§. 2. Et quia interdum accidere solet, ut Alumni praedicti ab hac luce decedant absque legitimis haeredibus, et successoribus, ac consanguineis usque ad tertium gradum hujusmodi, qui condito testamento extraneos haeredes in suis bonis, nulla habita forsan consideratione juramenti ut praefertur, praestiti, seu sub praetextu quod tempore, quo ipsi conceptis verbis, seu juxta formulam exhibitam juraverint, in aetate legitima nondum constituti non erant, eaque de causa in adultiori aetate dictum juramentum observare, et exequi minime tenerentur, constituere, et nominare pergunt, ac propterea dicti exponentes ad evitandas quascumque verborum interpretationes, quaestiones, et lites, magnis cum dicti Collegii sumptibus, in Congregatione die XIV. Martii proxime praeteriti in Collegio praefato habita, proprium, et consentaneum existimaverint, eorum loco, quae, ut praefertur, demandata, praescripta, et constituta fuerant ab eodem Antonio Maria Cardinali, et fundatore substituere decretum hujusmodi, nempe ut si contingat futuris temporibus dictos Alumnos postquam e dicto Collegio exiverint opibus, et facultatibus auctos ad pinguiorem fortunam devenire, teneantur dicti Alumni, vita eorum naturali duraote, ac obligati omnino sint solvere ipsi Collegio alimenta percepta per totum tempus, quo in eo permanserint, juxta taxam, stylum, et consuetudinem dicti Collegii; nempe in scutis octuaginta monetae romanae pro singulis annis, et si ab hac luce ab intestato, absque haeredibus, et consanguineis usque ad tertium gradum inclusive decedere, eo casu idem Collegium in illorum bona, et haereditatem succedere debeat, et haeres institutus intelligatur,

Postulatur confirmatio novae hujus sanctionis, eaque a Pontifice indulgetur perpetuo futuris temporibus observanda.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes decretum hujusmodi, quo perpetuae, et inviolabilis legis, statuti, et Constitutionis, vim, et robur obtineat, et firmius subsistat, et servetur exactius, Apostolicae auctoritatis Nostrae approbationis, et confirmationis robore, et patrocinio communiri summopere desiderent. Nos indemnitati dicti Collegii, quod paternis complectimur affectibus, illiusque commodo, et incremento, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere cupientes, ac dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, decretum

supradictum, ac omnia, et singula in eo contenta, et expressa, auctoritate Apostolica, tenore præsentium de novo decernimus, statuimus, præcipimus, confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, derogantes in hac parte, et ad effectum præsentium ultimæ voluntati, ac cuicumque dispositioni in præmissis præfati Antonii Mariæ Cardinalis, et Fundatoris omnes et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint supplemus, et sananus.

Clausula salutaris, et decretum irritans

§. 4 Decernentes, easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos etiam causarum Palatii Apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5 Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Collegii, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXVII. Junii MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCCLI.

Dat. die 5. Julii 1763 An. V.

Approbatio resolutionis Capituli Generalis Ordinis Monachorum S. Benedicti Congregationis Cassinensis pro suffragiis præbendis Religiosis ex hac vita decessis.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam

Describitur Monachorum decedentium suffragandi methodus ex Ordinis constitutionibus ab Innocentio XI. approbatis.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Julius Andreas de Palma a Nola Procurator Generalis Monachorum Ordinis S. Benedicti Congregationis Cassinensis, quod per declarationes ad regulam ejusdem Sancti Benedicti, et per Costitutiones ipsius Congregationis, pro felici Monachorum ejusmodi Congregationis gubernio, et directione jam dudum jussu rec. mem. Innocentii Papæ XI. prædecessoris Nostri conditas, et subinde ab eodem Innocentio prædecessore auctoritate Apostolica confirmatas, inter cætera statutum reperitur, ut eveniente obitu cujusvis Abbatis regiminis, ab unoquoque Abbate regiminis decem, totidemque pro Abbate titulari a singulis Abbatibus titularibus a Prioribus respective claustralibus, sive titularibus; tres vero a singulis Decanis pro Decano, et una tantum Missæ a singulis Sacerdotibus pro Sacerdote in illorum suffragium celebrandæ essent, pro Clerico autem semel persolvendum Officium defunctorum duplex, seu sub ritu duplici a quovis Clerico; Demum pro Commisso defuncto a Commissis omnibus Corona Major de Domina nuncupata, vulgo *Rosario* dicta, cum requiem æternam etc. et in fine cujusvis Decadis recitanda esset.

Capitulum generale Ordinis novam suffragiorum præstandorum methodum invenit.

§. 2. Capitulum vero Generale ipsius Congregationis ultimo loco celebratum, mature perpendens, quod in hac declaratione nihil præscriptum fuit pro Decanis titularibus, et aliundo numerus decem Missarum pro quolibet Abbate titulari defuncto ab Abbatibus titularibus celebrandarum, attento quod in dicta Congregatione pauci Abbates titulares, existunt, tenue suffragium esse videtur; æquum et consentaneum existimavit, supradictam declarationem, sive Statutum, aut Constitutionem commutare, declarando, ac statuendo, ut quilibet Monachus expresse professus ejusdem Congregationis in Sacro Presbyteratus Ordine constitutus cujusvis qualitatis, Superioritatis, et Dignitatis,

ac conditionis existens, unam Missam in suffragium animæ cujuscumque Monachi, sive Abbatis, Prioris, et Decani regiminis, vel tituli, aut Monachi expresse professi Congregationis hujusmodi ab hac luce decedentis imposterum celebrare teneatur.

Novam a Capitulo generali invectam pro suffragiis methodum Pontifex approbat.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Procurator Generalis, nomine etiam dicti Capituli Generalis, quo nova declaratio, seu Statutum hujusmodi firmius subsistat, et servetur exactius, non obstante supradicta alias facta, et huc usque observata, ac Apostolica auctoritate confirmata declaratione, et consuetudine, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio illam, seu illud communiri summopere desideret. Nos piis ejusdem Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, memoratam declarationem, seu Statutum a Capitulo Generali sæpedictæ Congregationis Cassinensis Ordinis Sancti Benedicti, sicut præmittitur, factum, editum, ac etiam publicatum, ut singuli Monachi ejusdem Congregationis in Sacro Presbyteratus Ordine constituti cujuscumque qualitatis, dignitatis, gradus, et conditionis existentes, unam Missam in suffragium animæ cujuscumque Monachi expresse professi dictæ Congragationis, sive Presbyteri, sive Clerici, in posterum celebrare debeant, et teneantur, non obstante supradicta, ac quacumque alia declaratione in Constitutionibus prædictis contenta, et expressa, quæ præfato novo statuto, seu declarationi a Capitulo Generali prædicto factæ adversetur, cui per præsentes auctoritate Apostolica derogamus, cassamus, et irritamus (firmis in reliquis remanentibus dictis Constitutionibus, præsertim quoad Missam Conventualem in illis expressam) auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, qui desuper in præmissis intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes, easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, et ab illis inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis, et Congregationis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die v. Julii MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CCCLII.

Dat. die 7. Julii 1763. Ann. V.

Confirmatio Decreti Sacræ Congregationis Episcoporum, et Regularium super omnimoda observantia Costitutionum Ordinis Bethlemitarum auctoritate Apostolica in Indiis Occidantalibus instituti, cum aliqnibus declarationibus, et provisionibus opportunis.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Sacrosancti Apostolatus officium humilitati Nostræ per abundantiam divinæ bonitatis, nullo meritorum Nostrorum suffragio creditum, salubriter exequi, adjuvante Domino jugiter satagentes, ad ea, per quæ felici, prosperoquo Religiosorum Virorum sub suavi Religionis jugo diviuis obsequiis mancipatorum regimini, et gubernio, illorumque tranquillitati, ac ipsorum Ordinum commodo et Incremento consulitur libenter intendimus, munerisque Nostri Pastoralis partes propenso desuper studio interponimus, sicut Nos, locorum, personarum, rerum, et temporum qualitatibus mature pensatis, ad omnipotentis Dei gloriam, et animarum salutem expedire in Domino arbitramur.

Dubia in Sacra Congregatione proposita a Superioribus, aliisque Religiosis hujus Ordinis.

§. 2. Exposuit siquidem Nobis dilectus Filius Noster Joannes Franciscus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconus Cardinalis Banchieri nuncupatus, Ordinis fratrum Bethlemitarum nuncupatorum Apostolica auctoritate in Indiis Occidentalibus instituti, apud Nos, et Apostolicam hanc Sanctam Sedem protector, quod alias pro parte et nomine dilectorum filiorum superiorum, et fratrum dicti Ordinis in sacro Presbyteratus ordine constitutorum supplex libellum Congregationi venerabilium fratrum Nostrorum ejusdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, et consultationibus Episcoporum et Regularium præpositæ porrectus fuit, quo postulabatur affirmativa resolutio horum trium dubiorum, nempe: Primi = *An Religiosi Presbyteri Ordinis Bethlemitici exercere possint munus Secretarii Reverendissimi Patris Generalis, et officium Procuratoris Generalis in Romana Curia, ita ut electiones factæ substineantur?* = Secundi = *An electiones eorumdem Presbyterorum, utcumque non factæ per suffragia secreta, validæ fuerint?* = Tertii: *An pendente controversia super validitate electionum prædictarum, liceat Presbyteris Bethlemitis obtenta munera Secretorii Reverendissimi Patris Generalis in Romana Curia exercere?* =

Aliæ preces laudatæ Congregationi porrectæ nomine Vice-Præfecti Generalis Mexici.

§. 3. Pro parte vero, et nomine dilecti quoque filii tunc existentis Vice-Præfecti Generalis Mexici, et assistentium sui diffinitorii supplex alius libellus comprobatus literis Venerabilis Fratris Emmanuelis Archiepiscopi Mexicani, prius datis claræ memoriæ Ferdinando, dum vixit, Hispaniarum Regi Catholico, inde ad bonæ memoriæ Joachimum, dum pariter vixit, memoratæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Portocarrero etiam nuncupatum, ejusdem Ordinis tunc Protectorem, eidem Cardinalium Congregationi porrectus fuit, quo expositum fuerat, in novissimo Generali ipsius Ordinis Capitulo anno MDCCLVII. celebrato, omnino illegitime, ac nulliter deventum esse ad electionem Presbyterorum memorati Ordinis pro muneribus *Secretarii Generalis*, *et Procuratoris Generalis ablegandi ad Curiam Romanam*, *et alias* quamplures invectas esse *novitates* Constitutionibus dicti Ordinis auctoritate Apostolica confirmatis adversantes; ea propter urgebatur, decernendam fore novi Capituli Generalis convocationem, ad hoc ut omnia rite recteque juxta formam, et tenorem ipsarum Constitutionum perficerentur.

Sacra Congregatio statuit, servandas esse Ordinis Constitutiones.

§. 4. Eadem vero Cardinalium Congregatio, exquisito prius voto ipsius Joannis Francisci Cardinalis, et Protectoris, referente Venerabili Fratre Nostro Friderico Marcello Episcopo Prænestino ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Lante nuncupato, re mature perpensa, rescripsit = *Serventur Constitutiones, et juxta votum dicti Joannis Francisci Cardinalis et Protectoris in omnibus*; Cujus voto inhærendo specialiter decrevit, = *Religiosos Presbyteros Bethlemitos exercere non posse munera Secretarii Generalis, et Procuratoris Generalis in Curia Romana, ideoque electiones eorumdem Presbyterorum non substineri.* Cum autem, sicut dictus Joannes Franciscus Cardinalis, et Protector Nobis subinde exposuit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, et servetur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri, aliisque in præmissis per Nos opportune provideri, et, ut infra, indulgeri summopere cupiat.

Supra relatum decretum Pontifex approbavit, novasque addidit declarationes pro uberiori Constitutionum observantia.

§. 5. Nos igitur felici, prosperoque dicti Ordinis regimini, et gubernio salubriter prospectum esse cupientes, supplicationis ipsius Joannis Francisci Cardinalis, et Protectoris Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, *Decretum præinsertum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus*: ac dilecto filio moderno Præfecto Generali ipsius Ordinis, auctoritate Apostolica præfata committimus, et mandamus, ut *ipse omnes novitates invectas contra tenorem, et dispositionem earumdem Constitutionum statim aboleat, et aboleri, ac illorum observantiam, pristinumque vigorem restituat, ac restitui curet, faciat, et mandet*, ita tamen, ut de hujusmodi *Nostri sibi injuncti Mandati exequutione* ipse *Præfectus Generalis*, vel in casu sui obitus, dilectus etiam filius *Vicarius Generalis dicti Ordinis* apud eumdem Emanuelem modernum, seu tunc existentem *Archiepiscopum Mexicanum*, antequam proximum Generale sæpedicti Ordinis Capitulum ioibi anno MDCCLXVI, benedicente Domino habendum, celebretur, *docere teneatur*, sub *indignationis Nostræ*, *ac privationis juris præsidendi in eodem Capitulo Generali proxime habendo, ut præfertur, ab alterutro id non adimplente, ipso facto incurrendis pœnis*; quo casu idem *Archiepiscopus tunc existens*, eoque tunc impedito, illius *Vicarius in*

spiritualibus Generalis, seu Officialis, et si Sedes Archiepiscopalis Mexicana, quod Deus avertat, tunc vacans extiterit, illius *Vicarius Capitularis* legitime deputatus, in dicto *Capitulo Generali*, sicut præmittitur, proxime habendo, *auctoritate Nostra Apostolica præsideat*; et circumscriptis, abrogatisque omnibus innovationibus, ad novi *Præfecti Generalis* electionem ita deveniri faciat, ut ab eo exigatur *Juramentum in forma juris valida*, super omnimoda *observantia* dictarum Ordinis hujusmodi *Constitutionum*, præsertim de non admittendis *Fratribus Presbyteris* ad munia professoribus non Presbyteris reservata, tam scilicet quoad *Prælaturas*, ita ut *solummodo esse possint Discreti Conventuum*, *Magistri Novitiorum*, *et Assistentes Provinciæ*, quam vicissim quoad alia *munera*, seu *officia* solis ipsis *professoribus* non Presbyteris *Laicis* congruentia, ut sunt *Janitoris*, aut *Clavigeri*, aut *Vestiarii*, seu similia *materialia*, quæ dignitati non conveniunt Sacerdotali, ita ut *ad ea professores Presbyteri* non *adigantur*. Ad quem effectum *exemplaria* earumdem *Constitutionum* nuper in alma Urbe Nostra typis edita cum additione *Italæ versionis*, ac Textus *Resolutionum*, ac *Literarum Apostolicarum*, quibus ipsæ Constitutiones nituntur, tum *ad singulos* ipsius *Ordinis Conventus*, tum ad *Archiepiscopum Mexicanum*, et *Limanum* transmitti, auctoritate et tenore præfatis debere volumus, præcipimus, et mandamus.

Clausula sublata, decretum irritans, et derogatio contrariorum.

§. 6. Decernentes, easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in futurum, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis: cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die VII Julii MDCCLXIII Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Ad exitum perducta Anno V. quoad materias Ecclesiasticas, assuetam servantes methodum, gradum facimus ad Constitutiones alias hoc eodem Anno V. editas quoad temporalis potestatis exercitium.

CCCLIII

Dat. die 27. Augusti 1762. Ann. V.

Confirmatio Cedulæ Motus-proprii Sanctitatis Suæ pridie Kal. Octobris 1760 super privilegiis Auditoribus causarum Palatii Apostolici concessis, nonnullisque aliis ordinationibus in dicto Motu-proprio insertis, cum specifica dictorum privilegiorum designatione.

Motus proprius qui hic confirmatur relatus a nobis fuit hujus continuat. Tom.I. sub. num.CLIV. pag. 345. ubi adnotatio apposita consulenda est.

Clemens Episcopus

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Romani Pontifices ad justitiam administrationem cuncta ordinantes S. Rotæ Tribunal constituerunt, et summo in honore habuerunt.

§. 1. Etsi justitia, in qua virtutis splendor est maximus, apud omnes fere gentes semper in honore fuerit, summaque prudentia, et cultu foveatur: Ea tamen in Ecclesia Dei, virtutum omnium varietate circumdata, potissimum præfulgere debet et emicare. Qua de re Romani Pontifices prædecessores Nostri, ad justitiæ administrationem cuncta sapienter ordinantes, præter Tribunalia cætera, disparibus officii gradibus distincta, præstantissimum causarum Palatii Apostolici Auditorii Tribunal constituerunt, in quo semper Viri ex variis Nationibus selecti, et excellenti doctrina, singularique probitatis laude illustres ita sunt versati, ut quæ inde scita, sententiæque manarunt, decretorum, quibus Ecclesiasticæ, civilesque controversiæ dirimi queant, legumque firmissimarum loco, ubique gentium habeantur.

Adeoque certam methodum pro causarum gravitate in Rotalibus judiciis servandam statuerunt.

§. 2. Huic igitur præclaro Judicum cœtui certa methodus judicandi, et gravitas causarum, quæ ad illum deferri possunt, eorumdem Pontificum suprema authoritate designata erat, sed postremo fel. rec. Benedictus Papa XIV. prædecessor Noster, per suam Constitutionem incipientem *Justitiæ et Pacis Custodes*, editam sub Datum Romæ Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLVI Sexto Nonas Octobris, Pontificatus sui Anno Septimo, et causarum genera, quæ in Romana Curia judicium subire debent, earum videlicet, quæ alicui ex illius Auditoribus, sive uti Auditori, sive uti Prælato committi possent, summa prudentia, et æquitate distinxit.

Quam satie methodum Pontifex hic promulgari judiciorum exitu reformare decrevit.

§. 3. Verum cum ad celeriorem causarum in dicto Auditorio vertentium decisionem, et expeditionem procurandam in eventum æqualitatis suffragiorum, novam proponendi causas statuerit methodum: ubi primum Nos, divina favente clementia, ad supremum justitiæ solium evecti fuimus, ex porte Collegii dilectorum filiorum causarum Palatii Nostri Apostolici Potronorum, Nobis fuit supplicatum, ut veterem usum restitueremus; alia quoque super iis, quæ in ipsa Constitutione sancita sunt, eodem ferme tempore, ad Nos delata fuit circa causarum minus gravium in ulteriori instantia commissiones, quas appellantis arbitrio, uni ex ipsius Auditorii Auditoribus, uti Prælato in eadem Constitutione committi posse concedebatur. Unde rebus mature perpensis, et auditis dilectis etiam filiis ejusdem Auditorii Auditoribus, nedum utrique instantiæ annuere, sed antiquam itidem consuetudinem circa numerum in studiis Auditorum restituere optantes; imminente tunc die, quo dicti Auditorii solemnis aperitio annis singulis haberi solet, schedulam quomdam Nostri Motus proprii manu Nostra signatam edidimus (*illius tenor omittitur jom relatum in hac continuatione Tom. I. sub n. CLIV. pag.* 345.)

Super præcedenter reformatis literas Apostolicas expediri mandat.

§. 4. Cumque Literarum Apostolicarum expeditionem, super iis, in præinserta schedula sancitis, quæ experientia quoque valde opportuna comperta sunt, ulterius differre, incongruum videatur: ea sumpta occasione, animi Nostri sensus erga præclarum hunc cœtum, illiusque personas, e quorum numero dudum fuisse gloriamur, iterum, atque iterum patefacere non omittimus.

Ea quæ in præcedenti Motu-proprio, aliisque Pontificis Constitutionibus continentur confirmat.

§. 5. Itaque recensentes Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum Constitutiones, et prærogativas, ac privilegia omnia ipsorum Auditorum, quos itidem prædecessores Nostri Capellanos et familiares, ac continuos commensales, Sedique Apostolicæ immediate subjectos declararunt, et Apostolicos crearunt Subdiaconos: Motu proprio et ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, nedum præinsertam Nostri Motus similis schedulam, cum omnibus et singulis in ea contentis, sed cunctas etiom Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum, circa idem Auditorium editas Constitutiones et dispositiones, præsentibus Nostris non adversantes: privilegia quoque gratias, prærogativas, immunitates, exemptiones, largitiones, et indulta eidem Auditorio, illiusque Auditoribus pro tempore existentibus, ab iisdem Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris, et signanter a Calisto III. Martino V. Julio II. Leone X. Clemente VII. Paulo III. Alexandro VII. Clemente X. et Clemente XI. ac prædicto Benedicto, prout fuerunt jampridem concessa, et elargita, dummodo privilegiis hujusmodi, vel eorum cuilibet, hactenus directe, et expresse non fuerit derogatum; literarum Apostolicarum desuper expeditarum tenores, ac datas, perinde, ac si de verbo ad verbum insertis habentes: quascumque pariter leges, usus, stylos, consuetudines, observantias, ac facultatem, et authoritatem omnem ipsius Auditorii, ac ejus Auditorum, harum serie confirmamus, et approbamus, illis Apostolicæ Nostræ authoritatis vim, robur, et efficaciam adiicimus, ac omnes, et singulos, si qui in literis super privilegiis, et indultis hujusmodi expeditis defectus intervenerint, illos singillatim etiam pro expressis habentes, authoritate Nostra per præsentes amplissime, ac plenissime supplemus: ac, quatenus opus sit, privilegia, et indulta præmissa adversus quamcumque inobservantiam, seu desuetudinem, quocumque tempore continuatam, restituimus, reponimus, et plenarie reintegramus: ac expresse præcipimus, et mandamus, ne deinceps contra illa quivis inobservantiæ, vel desuetudinis, vel etiam Pontificiæ voluntatis defectus opponi queat; neque ullo unquam tempore illis, ac præsentibus Nostris literis, sine expressa dicti Auditorii, ac illius Auditorum, et Locumtenentium mentione, specialique derogatione derogari possit, nec directe, vel indirecte censeatur derogatum.

Novis privilegiis, et prærogativis Judices S. Rotæ condecorare decernit.

§. 6. Porro, cum inter cætera ejusdem Auditorii, ac ejus Auditorum, et Locumtenentium privilegio, illa etiam enumerentur concessa, nimirum usus Altaris portatilis pro Missæ celebratione, juxta Clementis VII. sub datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MDXXV. nonis Augusti, Pontificatus sui anno secundo: ac etiom expediendi gratis quascumqua literas Apostolicas in eorum favorem per viam secretam, juxta alias, signanter Clementis X. prædecessorum præfatorum, sub datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno etiam Incarnationis Dominicæ MDCLXXI. quortodecimo Kalendas Januarii Pontificatus sui anno secundo, respective ex-

peditas literas; ne illa in dubium revocari queant, aut super ipsarum literarum interpretatione, et usu aliqua suboriatur difficultas, utrumque præsentibus Nostris literis asserere et declarare, quin etiam amplioribus prærogativis, potioribusque beneficiis illos augere volentes; ipsis Auditoribus, et Locumtenentibus modernis, et pro tempore existentibus, ut eorum singuli, domi propriæ habitationis, nedum in Urbe, sed etiam in quibusvis Civitatibus, et Diœcesibus, in quibus eos pro tempore commorari contigerit, Altare Sacra supellectili instructum, ac in decenti loco, ab omnibus domesticis usibus libero, erigere, et supra illud Sacrosanctum Missæ Sacrificium, bis, diebus singulis, etiam festis solemnioribus, et ante diluculum, et per horam post meridiem, absque aliqua Ordinariorum visitatione, et licentia, in eorum tamen præsentia, per quibuslibet Sacerdotes seculares, aut cujusvis Ordinis, et Instituti, annuentibus eorum superioribus, Regulares, celebrari facere, aut eorumdem Sacrorum alterum per se ipsos, quatenus Presbyteri sint, celebrare, libere, et licita valeant: quod quidem Missæ Sacrificium, in præcepti adimplementum, etiam quibuscumque personis tunc præsentibus, plenarie suffragentur, perpetuis futuris temporibus concedimus, e indulgemus.

Exemptionem a quæcumque taxa in provisionibus Ecclesiasticis jam a Clemente X indultam, confirmat, et ampliat.

§. 7. Pariformiter præmissis Clementis X. prædecessoris literis inhærentes, et quatenus opus sit, ex integro, perpetuis etiam futuris temporibus elargimur, ut quæcumque collationes, provisiones, et commendæ Beneficiorum Ecclesiasticorum, Canonicatuum, Dignitatum, Monasteriorum, et Ecclesiarum, nec non quævis dispositiones, uniones ad vitam, præfectiones, pensionum reservationes, facultates, mandata, indulta, dispensationes, et quælibet literæ Apostolicæ, gratiam, vel justitiam, aut utramque simul concernentes, quæ per Nos, et successores Nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, etiam promotionis, et præfectionis ad Ecclesias Episcopales, Archiepiscopales, vel Patriarchales, cum indulto tamen retentionis officii Auditoris in Consistorio Nostro concedi solito, ipsis Auditoribus, vel Locumtenentibus præfatis, quoad munere hujusmodi funguntur, in posterum concedentur, et ad eorum favorem expedientur, absque ulla taxarum, et emolumentorum ac etiam dimidiæ annatæ, et communis, ac minutorum servitiorum, nec non aliorum quorumcumque jurium solutione, et exactione, sed gratis, et per viam secretam expediri debeant: ad quorum effectum, stylum, seu consuetudinem concedendi in Consistorio pro prima promotione ipsorum Auditorum ad Ecclesias prædictas, indultum retentionis officii Auditoris, hactenus servatum probantes, deinceps quoque servari volumus: itaut ipsi Auditores in prima promotione, de eorum personis ad Ecclesias prædictas, Apostolica auctoritate facienda, et in expeditione Literarum Apostolicarum super eadem prima promotione conficiendarum, adhuc Auditores, et Locumtenentes in dicto Auditorio censeri debeant: et insuper Venerabili Fratri Nostro Carolo Alberto Episcopo Albanensi S.R.E. Cardinali Guidobono Cavalchini nuncupato, Pro-Datario Nostro, et Dilectis filiis Nostris Carolo Tituli Sancti Laurentii in Damaso ejusdem S. R. E. Presbytero Cardinali Rezzonico nuncupato, Nostro secundum carnem ex fratre germano Nepoti, et prædictæ S. R. E. Vice-Cancellario, ac Literarum Apostolicarum Summatori, et Nicolao Tituli Sanctorum Nerei, et Achillæi dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali Antonelli nuncupato, Literarum Apostolicarum in forma Brevis a secretis, nec non dilectis quoque filiis earumdem Literarum Pro-Summatori, et Plumbatori Nostro, ac earumdem literarum Apostolicarum Scriptori secreto nuncupato, eorumque in officiis hujusmodi successoribus pro tempore existentibus, in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, ut ipsi, et eorum quilibet, quascumque Literas prædictas per Nos, et successores Nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, in favorem eorumdem Auditorum, et Locumtenentium, ac eorum singularium personarum, ut præfertur concedendas, per emdem viam secretam, modo, et forma præmissis expediant, et relaxent, atque expediri, et relaxari permittant, et faciant.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Præsentes autem literas, et in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis, vel illorum aliquo quomodolibet interesse habentes, seu habere putantes, ad hoc vocati, et auditi non fuerint, aut ex quibusvis aliis causis, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quovis alio defectu notari, vel impugnari, aut alias infringi, seu quomodolibet retractari, suspendi, rastringi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus unquam pos-

se, easque omnino sub quibusvis contrariis constitutionibus, revocationibus, derogationibus, modificationibus, decretis, vel declarationibus generalibus, et specialibus, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, aut aliis quibusvis de causis pro tempore factis, minime comprehendi, sed semper ab illis exceptas, et quoties illæ manabunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, ac de novo concessas, semperque et perpetuo validas, firmas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectabit quomodolibet in futurum perpetuo, et inviolabiliter observari, eidemque Auditorio, illiusque Auditoribus, et Locumtenentibus nunc et pro tempore existentibus, perpetuis futuris temporibus plenissime suffragari debere; eosdemque supar præmissis omnibus, et singulis, vel illorum occasione, per quoscumque alios, quavis auctoritate, et præeminentia fulgentes quomodolibet molestari, perturbari, vel impediri nunquam posse: et ita per quoscumque Judices, ac Tribunalia etiam Collegialia, ac S. R. E. prædictæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, dictæ Sedis Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et authoritate, judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 9. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, nec non Innocentii IV. Sixti etiam IV. Innocentii VIII. et Pauli II. contra exemptos æditis, ac Pii IV. de gratiis interesse Cameræ Apostolicæ quomodolibet concernentibus in eadem Camera registrandis, et insinuandis, aliisque Apostolicis aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum, etiam in favorem jurium Collegii Venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium super expeditionibus Ecclesiarum, et Monasteriorum in libris Cameræ Apostolicæ taxatorum, ac itidem in favorem Collegiorum, Officiorum quorumcumque vacabilium Cancellariæ Apostolicæ, Romanæque Curiæ, etiam in limine eorum erectionis, ac in universalibus et Provincialibus Conciliis editis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, et ordinationibus: privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis, dicto Sanctæ R. E. Cardinalium Collegio, et Cameræ præfatæ, et ab eis causam habentibus, nec non officiis præfatis, et quibusvis aliis personis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores Nostros, et Sedem Apostolicam præfatam, vel alios quoscumque sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, nec non irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis, atque innovatis: quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret; tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti etiam forent, præsentibus pro sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad effectum validitatis, et perpetuæ firmitatis præmissorum omnium, et singulorum, hac vice dumtaxat, harum serie specialiter, et expresse derogamus, aliisque omnibus, et singulis, quæ Nos in præinserta Nostra schedula, aliique superius enunciati prædecessores Nostri in singulis eorum literis, indulta, privilegia, prærogativas, exemptiones, et gratias eidem Auditorio, illiusque Auditoribus, et Locumtenentibus attributa concernentibus, voluimus, ac respective voluerunt non obstare, contrariis quibuscumque.

§. 10. Volumus autem, quod ipsarum præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus ex Notariis dicti Auditorii subscriptis, et sigillo ipsius Auditorii munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Transumptorum fides.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrarum confirmationum, approbationum, defectuum suppletionis, restitutionis, reintegrationis, præcepti, concessionum, indultorum, elargitionis, mandati, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se Sanctio poenalis.

noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo sexagesimo secundo, sexto Kalendas Augusti, Pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 28 Decembris 1762. Ann. V.

CCCLIV.

Collegium Notariorum S. Rotæ in veterem statum restituitur, novæque leges cuduntur pro majori Tribunalis decore, et litigantium indemnitate.

Clemens Episcopus

Servus Servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium

§. 1. Licet curandum Pontifici Maximo sit, ut in Christiano Republica, res quæque summa fide integritateque administrentur, illud tamen semper prædecessoribus Nostris vehementer curæ fuit, ut in Judiciis, Tribunalibusque, non solum omnia recte, atque ordine reipsa fierent, sed nihil etiam non decore, atque ordine fieri videretur. Id autem cum perpetuo Nobis ita animo, ac pene ante oculos obversetur, ut omne consilium Nostrum, operam, diligentiam in eo poni oportere judicemus postequam nonnulla de Auditorio ipso Causarum Palatii Nostri, quod præcipuum, honorificentiusque est, præ cæteris Urbis, Tribunal, et in quo Nos etiam ejus inter XII. Viros sedimus, constituimus, quæ ad illius amplitudinem conferre posse putavimus; de Collegio demum Notariorum ejusdem Tribunalis in veterem statum restituendo, certisque quibusdam legibus muniendo cogitavimus, ne qua re Tribunalis ejusdem decori, indemnitatique litigantium defuisse extimaremur.

Congregationem specialem Pontifex deputavit pro audiendis novis ordinationibus, et praescriptionibus.

§. 2. Alias siquidem auper precibus Nobis a Notariis Auditorii causarum Paletii Apostolici oblatis, particulare quamdam delegimus duorum ex S. R. E. Cardinalibus, et aliquot Romanæ Curiæ Prælatorum Congregationem, ut ea Nobis referret, qua ratione foret consulendum Notariorum eorumdem juribus, et prætensis oneribus, nec non defectui integri Regestri documentorum omnium, penes ipsos productorum, a Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris demandati, quod Notarii ipsi modo superfluum esse contendebant. Postquam autem eadem Congregatio pluries coacta fuerit, expensis omnibus, singulisque circumstantiis serio consideratis, inspectaque methodo, qua documenta originalia actis tradita servantur a Notariis; sub die XXVIII. Maji proxime præteriti, cum ipsa Congregatio a dilectis filiis Nostris Cajetano Tituli Sancti Augustini dictæ S. R. E. Præsbytero Cardinali Elephantutio nuncupato, et Cornelio Sanctorum Cosmæ et Damiani, ejusdem S. R. E. Diacono Cardinali Caprara etiam nuncupato, ac dilectis etiam filiis modernis Cameræ Apostolicæ Thesaurario Generali, et Auditore Nostro, ac præfati Auditorii Decano, nec non ejusdem Cameræ Commissario Generali, ac itidem Magitro Paulo Francisco Antamoro Signaturæ Nostræ Justitiæ Votante, uti Congregationis hujusmodi Secretario, componeretur, articulos quosdam resolutionum et ordinationum, ut infra coordinatos, et digestos per Nos approbandos proposuit.

Sequitur tenor novarum ordinationum a prælaudata Congregatione propositarum.

I. Absolvendos esse Notarios ab omissa Regestrorum confectione, ac etiam a neglecta custodia, vel recuperatione scripturarum, absque tamen partium præjudicio, si, et prout juris fuerit: item communem massam inter ipsos ab Anno MDCCLI. hactenus factam, cessante proinde in collitigantium commodum, occurrentibus Turni mutationibus, necessitate, aeta ab uno ad alium Notarium daferendi, deinceps quoque observandam esse.

II. Novam methodum recens totius Curiæ plausu introductam, scribendi cujuslibet causæ acta, secundum ordinem, in sejunctis foliis vulgo *Quinterni*, quæ exacto anno in Libros etiam vulgo *Protocolli*, et *Brogliardi* nuncupatos, cum distinctis Indicibus, rediguntur, quam diligenter esse continuandam: ac in iis per extensum Commissiones omnes, etiam Subrogatorias, Sententias, Decreta definitiva, Appellationes, Renunciationes, Citationes, Intimationes, Interpellationes, ac id omne quod ad acta, et judicii ordinem attinet, describendas esse.

III. Documenta, et jura producta servanda esse in distinctis fasciculis, facta super iis brevi, eorum quæ continent inscriptione, ac etiam mensis, et Anni, quo fuerunt producta: quoties vero illa parti instanti commodanda forent, id vetitum sit, nisi Causidicus requirens, Notario fuerit probe notus, et in Libro *Accomodatorum* proprio caracthere fassus fuerit, ille rece-

pisse, sub restitutionis debito: quod si eorum copiæ tantum requirerentur, illæ emolumento in taxis præscripto, et a Clemente XII. prædecessore Nostro in ejus reformatione epprobato, concedi debeant.

IV. Expeditis causis, infra bimestre post exactum quemlibet annum, completum esse debeat Regestrum, incipiendo a præsentatione Commissionis, usque ad sententiam, et appellationem, vel renunciationem inclusive, absque eo tamen, quod acta judicialia per extensnm referantur, sed indicando solum commissiones, citationes, productiones, protestationes, omniaque alia, relative ad folia Broliardi, seu Broliardorum, in quibus juxta prædictam novam methodum consecutive compræhenduntur; et sic egendo exigantur Regestrorum emolumenta ad normam taxarum, perinde ac si omnia per extensum regestreta fuissent.

V. Absoluto Regestro, servari et reponi debeant scripturæ originales in fasciculis separatis, quibus singulatim titulus apponatur, verbe continens: *Jura diversarum expeditarum Anni* ec. ut distinguantur ab aliis fasciculis scripturarum in causis nondum expeditis, et quarum jurium proinde adhuc non fit regestrum *ex officio*: sed instente alterutra ex litigantium parte, regestrum confici poterit, soluto solito juxta taxas stipendio, et elter hic fasciculus noteri poterit titulo: *Jura diversa causarum pendentium Anni etc.*

VI. Ad prædictorum omnium complementum, injungi debeat Noteriis obligatio, bis seltem in anno librum *Accomodatorum* scrutandi, ednotando scripturas eatenus eccomodatas, quæ subinde confestim erunt recuperandæ.

VII. Post ultimam Rotam, quæ habetur in Quadregesima, videlicet instantibus Feriis Paschatis Resurrectionis, a Decano, ac duobus Auditoribus senioribus, una cum eorum Depositario, visitentur quolibet anno officia, et ejusdem visitationis occasione exhibere debeant Notarii, se recuperasse non solum scripturas *Accomatas*, sed etiem Regestra causarum expeditarum explevisse, omniaque elia desuper contenta edimplevisse, quod si qui forte in aliquo defecerint, possint ab iisdem Rotæ Auditoribus ad adimplementum cogi, interpositis pœnis pecuniariis, Manu Regia, ac etiam officii, et emolumentorum ipsis spectantium suspensione: si vero omissio fuerit ex parte Causidicorum, qui requisiti, scriptures reddere recusaverint, tunc ipsi Visitatores, etiam contra ipsos pœnis pecuniariis, ac Manu Regia, ut supra, procedere possint.

VIII. Ne imposterum tam sententiæ, quam decrete, ac Decisiones Roteles careant præcedentium actorum productione, iterum imponi debebit, quod in causis appelletionum Auditorio Rotæ directis, non subscribentur dubia a Ponentibus, nisi prius Rotalibus officiis transmissa sint Extracte, Processus, Acta, et Documente primæ instantiæ, ac nisi præcesserint solitæ citationes: *Ad dicendum contra commissionem*, et *contra jura*: juxta præscriptum Decreti, eb eodem Tribunali, cum approbatione Clementis XII. die XIII. Octobris MDCCXXXIX. emenati, quod impressum legitur, et ab eodem Pontifice confirmatum fuit in sue Constitutione quæ incipit: *Romanus Pontifex* §. 7. sub Datum XXVII Januerii MDCCXL. Et a Notario omnium gestorum cum juremenio fides exhiberi debebit ejusdem causæ Ponenti, alias dubiorum subscriptio suspendenda erit. In causis periter primæ instantiæ, quæ vel ex commissione specieli, vel ex consensu partium, vel quocumque alio modo eidem Auditorio Rotæ committentur, ed dubiorum subscriptionem minime sit procedendum, nisi prius præcesserit citatio: *Ad dicendum contra commissionem*, et *ad dicendum contra jura*: et productio documentorum, et scripturarum partis illius, quæ instebit pro concordatione ac subscriptione dubii, seu dubiorum, excepto tantum casu, quo ab eadem Rota definitive non sit pronunciandum, sed suum tantummodo tribuendum votum alieno Judici, vel Tribunali, coram quo fecta, vel fecienda foret opportuna productio, et necessariæ citationes intercesserint.

IX. Videtur insuper expedire, renunciationes causarum Rotalium, post publicatam Decisionem, seu Decisiones, eoque magis post emanatem sententiam, omnino fieri debere in actis Rotalibus, et coram eodem Ponente, ut pateat exitus causæ, derogando etiam, quatenus opus sit, Constitutioni Benedicti XIII. quæ incipit: *Quum nostrum in primis* §. *Si causa terminata fuerit.* emanatæ die XXVIII. Aprilis MDCCXXVIII. Ideoque statuendum esse, quod si renunciationes diversimode fierent, a parte victrice libere procedi possit ed expeditionem causæ, perinde ac si renunciatio facta non fuisset, ac respective plenum jus habeat repetendi expensas expeditionis, vel eidem parti victrici licitum

sit pro suo arbitrio, renunciationis, extra acta Rotalia factæ, probationem in iisdem actis producere, coram causæ Ponente, solvendo tamen emolumentum, prout in dicta Constitutione Benedicti XIII. loco citato, præscribitur: quæ quidem solutio erit repetenda infra cæteras expensas, cujusque productionis vigore, procedendum erit in eadem Rota, ad taxam exponsarum, seu Mandatorum relaxationem, aliorumque actorum exequutionem: neque earumdem renunciationum vigore a Tribunali Auditoris Cameræ, vel a Judice primæ, vel alterius instantiæ ad taxam expensarum, seu Mandatorum expeditionem procedi possit, sub pœna nullitatis; semper enim recurrendum erit ad eumdem Judicem, cui ante renunciationem causa erat devoluta. Injungendum tamen ejusdem Rotæ Notariis, ne forte audeant ullo umquam tempore, receptionem dictarum renunciationum differre, sed eas, si legitime exhibitæ sint, illico transcribere debeant, alioquin transgressor hujusmodi possit removeri, quoties Decano recursus fiet.

Prælaudatæ Congregationi injunctum ut methodum proponeret pro tollenda venalitate officiorum Notariatus Rotalis.

§. 3. Verum, cum ex ipsa Congregatio, omnibus satis provisum esse minime arbitraretur, et in congressibus habitis pluries fuerit deductum, satius fore, nedum illorum Notariatuum conditionem quæ venaliter ad vitam concedebantur, immutare, sed gratuitam prorsus reddere ad eos exercendos deputationem: idcirco ex ipsius Congregationis sensu, Decano dicti Auditorii, et eidem Magistro Paulo Francisco injunctum fuit, ut ipsi opportunam methodum, qua, sublata venalitate officiorum, rectius illa administrarentur, excogitarent. Cum autem provido consilio, diligentique opere eorumdem Decani dicti Auditorii, et Magistri Pauli Francisci demandata methodus, post plures inter eos habitos congressus, concordata, et descripta fuisset, ac de ipsa certior factus prædictus Thesaurarius Generalis, qui perutilem huic rei contulit operam, nil objiciendum deprehenderit: in postrema Congregatione, die v. præsentis mensis habita, ab ipsis Cardinalibus, et Prælatis, in eam ut præfertur adscitis, unanimi voto, quod Nobis proponi posset existimatum fuit.

Pontifex ordinationes a Congregatione deputata propositas confirmat, et perpetuo observari mandat.

§. 4. Nos igitur, qui providas ordinationes, resolutionesque in præmissis articulis digestas, nec non methodum pro eorumdem Notariatuum administratione designatam mature perpendimus, hæc omnia in id maxime conducere censemus, ut amplius decori illius Tribunalis, et litigantium ac publicæ securitati, nec non idemnitati Cameræ Nostræ Apostolicæ prospectum sit, Motu proprio, et ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, præmissas resolutiones, et ordinationes, cum omnibus et singulis in eis contentis et expressis, Apostolica auctoritate, easdem tenore præsentium ita confirmamus et approbamus, ut ea omnia in præmissis articulis Nobis proposita, modo Nos harum serie ex integro et de novo statuamus, propterea que illa, perpetuis futuris temporibus exequi et observari præcipimus et mandamus: absolutionem vero dictis Notariis, supra expresso tamen modo et forma, concedimus et indulgemus.

Veteribus Constitutionibus revocatis, vacabilia officia Notariatus Rotalis supprimit, eaque Apostolicæ Cameræ applicat.

§. 5. Præterea ad delendam prorsus venalitatem officiorum Notariatuum eorumdem, quorumvis Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum, et præcipue Pauli V., qua officia hujusmodi Vacabilia et venalia reddita fuere, ac Clementis X., qua confirmata venalitate, ad quatuor fuerunt redacta, Constitutiones, seu schedulas eorum Motus proprii: nec non facultates quaslibet de officiis ipsis disponendi vel ad ea nominandi, et pretium recipiendi, etiam pro tempore existenti Cardinali S. R. E. Camerario, ac prædicto Auditorio, seu quibusvis aliis, ab ipsis prædecessoribus Nostris quomodolibet concessas, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, specialiter, et expresse revocantes, et de medio, tollentes: eadem quatuor officia vacabilia, quorum pretium juxta quantitatem a Camera Apostolica vere perceptam, titularibus seu proprietariis singulis, per eamdem Cameram restitui mandavimus; ipsorumque officiorum titulos et concessiones, vel collationes cum reservationibus, seu decretis in eis contentis, pari motu, scientia, et potestate, eadem authoritate, penitus et omnino supprimimus, extinguimus, et abolemus: omnes vero fructus, redditus, et proventus, ac jura quæcumque, et emolumenta ad ipsa officia, illaque obtinentes, et exercentes quomodolibet spectantes et spectantia, eidem Cameræ Apostolicæ perpetuis futuris temporibus applicamus, et appropriamus.

Unus ex Rotalibus Notariis, cæterorum præsidens, et Arcarius deputatur, atque illius electionis modus statuitur.

§. 6. Ut autem Tribunalis ipsius Auditorii judicialia acta deinceps diligentius peragantur, documenta vero producta exactius custodita serventur, sicuique a litigantibus absque quærela, quæ ad Notariatus spectant jura exigantur; harum serie expresse præcipi-

mus, et mandamus, ut Notarius probitate, et scientia præditus deputetur, qui aliis, et directioni officiorum præerit, ac sedulo curabit, acta, ut par est, scribi, et confici, documenta, et scripturas fideliter asservari, nec non omnia ordinatim fieri: ipse quoque Notarius præsideos, Arcarius erit emolumentorum omnium ad Notariatus jura pertinentium. Ob quæ ad munus hujusmodi ex nunc, et quoties illud vacare contigerit, una seu plures personæ a dicto Thesaurario Generali proponantur ejusdem Auditorii Decano, qui illas, etiam juxta Pauli prædecessoris prædicti Constitutionem, diligenter examinare debebit: si autem plures erunt personæ æque in examine approbatæ, meritorum, ac idoneitatis paritate in eis concurrentibus, præelectio personæ ad eumdem Thesaurarium Generalem spectabit, quatenus vero unicus ex propositis personis fuerit approbatus, ille ex reportata approbatione censebitur electus, et ad salarium in postrema Congregatione, ipsi quemadmodum aliis Notariis, et ministris eorumdem officiorum præfinitum, admittatur, cum assignatione mansionum officiis ipsis contiguarum, ut illorum custodiæ, omnibusque ei incumbentibus præsto adesse possit.

Eidem Notario præsidenti onus injugitur conficiendi singulis annis elenchum librorum, scripturarum, et documentorum.

§. 7. Præter autem præmissa, hujus Notarij, qui aliis præerit, munus erit, elencbum genaralem conficere omnium librorum, et fasciculorum scripturarum, et documentorum, ac processuum, nec non eorum regastrorum, acta coram Judicibus in præcedentibus instantiis facta continentium, quæ quidem vulgo *Protocolli*, *Filse*, *ed Estratti* nuncupantur, ac etiam omnium et singularum aliarum rerum, et scripturarum in ipsis officiis existentium, et quæ esse debent: ac sub initium cujuslibet anni similem adjiciet elencbum novarum rerum, quæ proxime prætarito anno acta, sive ad officia delata fuere, sicque de anno in annum peragatur, ut omnia successoribus tradi possint; curet quoque, ut universæ Curiæ Romanæ commodo, pateant officia singulis non feriatis diebus, ac etiam feriatis, dummodo illi in ipso Auditorio juridici sint, ab hora, qua signum campanæ Curiæ Camaræ Apostolicæ dari solet, tum matutina usque ad meridiem, tum vespertina usque ad solis occasum, ac facultatem habeat alios Notarios, Substitutum, et Ministros, ut officiis intersint et propria munera adimpleant adigendi, indicta aliqua pecuniaria multa, et in eventum defectus alicujus, multas persolutas inter diligentiores suo arbitrio distribuat.

Nec non administratio committitur omnium proventuum a singulis officiis derivantium sub lege reditionis rationis.

§. 8. Cumque ipse Notarius præsidens, administrator quoque proventuum, et emolumentorum omnium esse debeat, ideo designatum habeat librum, in quo dietim, proprio charactere, proventus omnes, et expensas adnotet, et ab aliis Notariis qualibet hebdomada, vel saltem infra mensem rationes recipiat. Idem quoque salaria Notariis ipsis, Substituto, Auditori, et Novitio juxta resolutionem dictæ postremæ Congregationis, mensibus singulis, ex proventibus officiorum persolvat: quolibet vero anno pro tempore existenti Thesaurario Generali accuratam rationem reddat proventuum omnium exactorum, et expensarum, quæ, jam præfinitæ sunt, et aliarum etiam, quæ, prævia tamen approbatione, ac de mandato ejusdem Thesaurarii Generalis et non alias, contingere poterunt. Quod vero supererit in creditum Cameræ Apostolicæ omnino deponi debeat, unde ad faciliorem computorum redditionem, Notarius ille præsidens in duabus distinctis arcis pecunias servabit, in una videlicet proventus omnes officiorum ad Cameram Apostolicam pertinentium, et in alia ea incerta emolumenta, quæ inter ipsos sunt dividenda.

Modus eligendi in posterum Notarios Rotales præfinitur, et munera designantur quibus incumbere debent.

§. 9. Et quoniam quatuor officiis per Nos suppressis, totidem Notarios in arte peritos, una cum præsidente Collegii Notariorum dicti Auditorii constituentes, præficere intendimus, ideò statuimus, quod Notarius præsidens pro tempore existens, illos, prævia tamen scientia Thesaurarii Generalis præfati, seligere possit, sed illorum approbatio ad ejusdem Auditorii Decanum spectet, qui Notarios illos pro tempore deputandos examinare debeat, et quatenus babiles fuerint, opportunas patentes literas eis concedet. Munus autem eorumdem quatuor Notariorum, erit, scribendi acta causarum in eodem Auditorio pendentium, juxta alphabeticam coordinationem, desumptam ex titulis causarum, et in quatuor partes divisam, prima erit a Littera A usque ad E inclusive, secunda a Littera F ad O etiam inclusive, tertia ex Littera R tantum constabit, quarta demum a littera P usque ad alphabeti finem. Ipsi quoque ad legendas coram ipsius Auditorii Auditoribus citationes in causis ad eos respective, juxta præmissam alphabeticam divisionem spectantes, sese conferre debebunt. Quatenus vero aliquis eorum, vero impedimento deten-

tus fuerit, aut alio diverterit, alterius ex Notariis opem implorare poterit.

Quilibet ex Notariis tenetur receptorum regestrum habere, atque de receptis rationes reddere Notario præsidenti.

§. 10. Item, quilibet ex Notariis proprium retineat *Receptorum* librum, in quo adnotabit dietim summas, quas in expeditionibus causarum, aut aliunde recipiet, habita tamen relatione ad librum *Computorum*, ubi calculus omnium erit descriptus, ideo expediens erit, quod liber ille *Computorum* a Notario aliis præsidente custodiatur. Quum autem ipsi quatuor Notarii in libris *Receptorum* aliquam scribent solutionem, titulum causæ, diem, et annum solutionis, summam receptam, nomen personæ solventis, folium libri *Computorum*, ex quo calculus integer pariet, exprimere debebunt: e converso vero, ut semper relatio inter utrumque librum inspici queat, in libro *Computorum* minime precedunt, prout sunt, ex communicatione jurium productorum, et aliis incertis, illæ quoque describi debebunt in *Receptorum* libro, indicando folium libri *Accomodatorum*, et alius *Incertorum*. In his vero adnotandum erit folium libri *Receptorum*, ubi receptio constat, et illius Notarii nomen, qui pecunias recepit.

A solo Notario præsidente servari debet liber incertorum, deque illis rationem reddere tenetur.

§. 11. Penes Notarium præsidentem asservari debeat dictus liber, qui unicus erit, sub titulo: *Incertorum*: in quo describentur omnia incerta emolumenta percipienda, uti sunt viatica, strenæ substituti, et aliorum in expeditionibus causarum, et quodlibet aliud similis speciei emolumentum, ex quo post exactum annum, a Thesaurario Generali, et Decano ipsius Auditorii inspici possit, ad quam summam ea ascendant, et præfiniri rata Notario præsidenti, aliisque quatuor Notariis, Substituto, Auditori, et Novitio assignanda. Ea tamen rata semel primo anno præfixa, amplius variari nequibit.

Accuratiores præscriptiones pro recta perceptionum redditione rationis.

§. 12. Ita quoque unicus erit *Accomodatorum* liber summa diligentia custodiendus: ejus autem emolumenta in libro *Receptorum* describenda erunt, et singulorum mensium instante fine, quilibet ex Notariis rationem etiam de illis reddet Notario præsidenti, sicut de aliis emolumentis, quæ is in arcam Cameræ Apostolicæ qualibet hebdomada, seu singulis quibusque mensibus referre tenebitur, ac eodem ferme tempore in eodem *Receptorum* libro diem, et summæ receptæ quantitatem, ac Notarium, a quo illam recepit, adnotabit, idque proprio nomine subscribet.

Quatuor Notariis assignatur Substitutus,

§. 13. Etsi quatuor futuri sint Notarii Collegium constituentes, nihilominus unicus esse debet eorum Substitutus, et alius Adjutor, ac demum Novitius. Substituti munus præcipuum erit, citationes coram Tribunali Signaturæ Justitiæ legere, ipseque cum aliis sub Notariorum directione Curialibus deserviet: ii quoque poterunt exarare regestra, recepta mercede, arbitrio ejusdem Thesaurarii Generalis. Unus porro ex hisce scripturas commodatas repetat, computa exigat, ac id omne ipsi exequi debebunt, quod eis a Notario præsidente fuerit præceptum: neque ipsi ultra præfixum in dicta postrema Congregatione salarium, ratam incertorum in fine anni statuendam, et pro copiis regestrorum mercedem, quidquam aliud prætendere possint: quoties vero ii officiorum Ministri aliis vacarent occupationibus, Notarius præsidens, ad eadem regestra conscribenda Amanuensium operam, mercede ipsis quoque a dicto Thesaurario constituta, adhibere poterit.

Adjutor, et Novitius, eorumque functiones designantur.

Quomodo Substitutus, Adjutor, et Novitius sint eligendi.

§. 14. Quoad eorumdem Substituti, Adjutoris, et Novitii deputationem, statuimus, quod quamvis illi, prævia scientia Thesaurarii Generalis, a Notario præsidente proponi debeant, ante tamen eorum admissionem, ipsius Auditorii Decanus illos examinet, præcipue super praxi et stylo Notariorum, et an polleant qualitatibus, ut habiles effecti, Novitius in Adjutorem, iste in Substitutum, et respective Substitutus in Notarium, repetito ut supra examine, deputari queat.

Prospicitur emolumentis debitis Tribunali S. Rotæ ex proventibus Notariorum, eorumque admissione.

§. 15. Cumque Auditorium dictarum causarum, idest illius Tribunal, etiam juxta prædictam dicti Pauli prædecessoris Constitutionem, ex redditibus, et proventibus Collegii ejus Notariorum annis singulis, summam Millecentum quinquagintaduorum scutorum monetæ romanæ percipere debeat: ideo Thesaurarius Generalis pro tempore existens, Cameræ Apostolicæ nomine, singulis quibusque annis, penes Montem Pietatis de Urbe similem summam in quatuor æquales ratas divisam, juxta solitum, absque exceptione aliqua, aut temporis limitatione, in creditum ipsius Auditorii, et ad dispositionem ejus Depositarii teneatur deponere. In compensationem vero jurium pro admissione Notariorum eidem Auditorio competentium, præter præmissam præstationem annuam, statuimus, quod quilibet ex Notariis, prævia scientia dicti Thesaurarii, ab Auditorii hujusmodi Decano approbatus, ab eodem Decano patentes literas obtinere, et recipere, ac pro admissione ad officium, summam juxta solitum centumviginti scutorum monetæ

romanæ, eidem Auditorio inter illius Auditores dividendam solvere debeat. Ad quod onus etiam Notarius præsidens teneatur, nisi fuerit ex Collegio Notariorum assumptus, itaut in primæva sui admissione ad Notariatum, illud subiisset. Reliqui vero, Substitutus videlicet, Adjutor, et Novitius, pro ipsorum patentibus literis, seu admissionibus aliqua jura minime solvant.

Auditorio S. Rotæ servatur jurisdictio super personas Officialium, et R. P. D. Thesaurario tribuitur auctoritas quoad oeconomiam.

§. 16. Cæterum, ne ex præmissis super regimine dictorum officiorum, aut alias, aliquod jurisdictionum suboriatur dubium, generaliter præcipimus, et declaramus, omnem authoritatem super officiis ipsis, Notario præsidente, aliis quatuor Notariis, Substituto, Adjutore, et Novitio, circa justitiam, acta judicialia, illorum scripturam, et directionem causarum, independenter a quolibet, ad idem Auditorium pertinere; quod vero ad œconomicum, proventuum exactionem, et rationum redditiones, et id genus alia spectat, id totum a Thesaurario Generali ipsius Cameræ dependeat, qui more Camerali, et utendo manu regia, Notarios, etiam præsidentem, et ministros ad computorum redditiones, et solutiones adigere valeat. Quamvis etenim, minima ambigendum sit, quin idem Thesaurarius Generalis, et Auditorium hujusmodi, illiusque Decanus, quorum mutua cura in id tendere debet, ut in iis officiis, Curiæ et litigantibus optimum exhibeatur servitium, unanimiter reos quosque, etiam privatione munerum assent puniturі, attamen, si culpa, ut præfertur, erit quoad justitiam, acta, et causas, jus erit Auditorii, seu Decani illam promerita pœna vindicare. Quoties vero depræhendatur quoad œconomicam rem defectus aliquis, in Thesaurarium Generalem illius emendatio spectabit.

Rotalibus Notariis eadem tribuuntur facultates, quibuscæteri Notarii Urbis pollent.

§. 17. Demum ad asserenda ordinaria eorumdem Notariorum jura, statuimus pariter, et declaramus, ipsos Notarios facultatem habituros stipulandi, et sese rogandi, nedum in actibus dependentibus a causis vertentibus in prædicto Auditorio, aut ab eo decisis, sed in quibusvis aliis ad instar aliorum Curiæ Cameræ Apostolicæ, et Capitolinæ, ac Tribunalis in Urbe Vicarii Nostri in spiritualibus Generalis, Notariorum; et quatenus opus sit, facultatem hujusmodi dicti Auditorii Notariis pro tempore existentibus, de novo, et ex integro in perpetuum plenarie concedimus et impertimur: ipsi autem, cum rogati in quibusvis actibus sese subscribere debebunt, hac utentur formula = *N.N. unus e Collegio Notariorum Sacræ Rotæ* = quæ vero receperint omolumenta in communem massam referantur, ac in memoratis libris = *Computorum, et Receptorum* = adnotentur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 18. Præsentes autem literas, et in eis contenta quæcumque, etiam eo, quod quilibet in præmissis interesse habentes, vel habere quomodolibet prætendentes ad præmissa minime vocati, at auditi, minusque causæ, ob quas eædem præsentes emanarint, adductæ, verificatæ, seu alias sufficienter aut etiam nullatenus justificatæ fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis gravi, inexcogitato, et substantiali, sive etiam ratione enormis, et totalis læsionis, aut quocumque alio prætextu, vel jure, seu etiam ex quavis causa, quantumvis juxta, rationabili et privilegiata, ac tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus vel controversiam revocari posse, neque ipsas præsentes, sub quibusvis similium, vel dissimilium dispositionum revocationibus, limitationibus, aut aliis contrariis ordinationibus, pro tempore quomodolibat faciendis, compræhendi, sed semper ab illis exceptas perpetuo, validas, firmas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus obtinere, et ab omnibus, et singulis, ad quos spectat, et quomodolibet spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari: sicque, et non alias in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque Judices ordinarias et delegatos, ac pro tempore existentem Thesaurarium Generalem dictæ Cameræ, ac etiam ejusdem Palatii Nostri Apostolici Auditores, et ipsius S. R. E. Cardinales etiam Camerarium, sive de latere Legatos, ac quosvis alios, qualibet auctoritate et potestate fungentes, in quosvis alios, qualibet auctoritate et potestate fungentes, in quavis causa et instantia, sublata eis et eorum cuilibet aliter judicandi, et interpretandi facultate, et authoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam, quavis authoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 19. Non obstantibus præfati Pauli V et Clementis X nec non Benedicti XIII. etiam prædecessoris Nostri incipien. *Quum nostrum*, aliisque quorumvis Romanorum Pontificum prædecesso-

rum Nostrorum Constitutionibus, et Ordinationibus, ac Nostra et Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, nec non erectionibus dictorum officiorum, et eorum concessionibus, acquisitionibus, gratiis, privilegiis, facultatibus, et indultis quibuscumque, alias motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus per prædecessores eosdem, sub quibusvis clausulis et decretis, a: derogatoriarum derogatoriis, irritantibusque decretis quomodolibet concessis: quibusvis omnibus et singulis, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum, et forma iu illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad effectum validitatis, et plenariæ præsentibus axecutionis, hac viee, harum serie derogamus, et derogatum esse volumus.

Sanctio poenalis. §. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum confirmationis, approbationis, absolutionis, revocationis, suppressionis, extinctionis, abolitionis, et applicationis, appropriationis, præcepti, mandati, statuti, declarationis, facultatum concessionis, et impertitionis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLXII. v Kalendas Januarii, Pontificatus Nostri anno quinto.

CCCLV.

Dat. die 18. Febr. 1763. Anno V.

Prævia derogatione Constitutioni Benedieti XIV. die 21 Decembris 1744. super reformatione Tribunalium, statuitur ut Judices recursus in Civitate, et territorio Spoletano percipere possint propinas, dumodo eæ non excedant taxam a Judicibus ordinariis exigi solitas.

Benedictina Constitutio de qua sermo est in præsenti, perlegenda est in Bullario illius Pontificis.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Proœmium. §. 1. Ea profecto est rerum humanarum ratio, ut omnia, et singula, quæ alias a Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris sapientissime, ac providentissime constituta, et veluti in perpetuum ordinata reperiuntur, variatis vicibus, sublatisque eis momentis, propter quæ sic constituta, et ordinata illa fuerunt, aliter juxta salutarem providentiæ ordinem disponantur, ac statuantur.

Exponuntur incomoda obvenientia ex suppressa Judicibus recursus propinarum perceptione. §. 2. Sane pro parte dilectorum filiorum Priorum Residentium, seu Communitatis, et hominum Civitatis Nostræ Spoletanæ Nobis expositum fuit, quod attenta dispositione Constitutionis super reformatione Tribunalium a fel. rec. Benedicto Papa XIV, prædecessore Nostro anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLIV. XXII Kal. Januarii, Pontificatus sui anno quinto, incipien. Romanæ Curiæ ec. et præsertim paragraphi XII = Item = Exceptis causis = cujus vigore in causis recursus, præscriptum reperitur, ut a Judicibus Subdelegatis procedatur absque ulla exactione, seu perceptione propinæ, et regestri = omnes causæ in gradu recursus pendentes ad Communitatem, et homines prædictos remanent indecisæ, aut suspensæ, quia Judices Subdelegati, neque causarum hujusmodi cognitionem sibi assumere, minusque illas definire curant, attenta prohibitione exigendi propinam, quæ tamen in ipsis causis semper persolvenda venit Judicibus ordinariis, qui procedunt in prima instantia, non obstantibus aliis emolumentis, quæ aliunde percipiunt, quibus Judices Subdelegati, seu recursus privati existunt, ipsi exponentes ex hujusmodi prohibitione magnum detrimentum recipiunt, dum ter-

ceutæ, et ultra eorum causæ multo ab hinc temporæ suspensæ, et indecisæ, ut præfertur, numerantur, quoniam ab Auditoræ Signaturæ Nostræ Justitiæ pro tempore existente, præviis pluries editis, et iteratis decretis observantia ejusdem Constitutionis semper præscripta, et ordinata est, ac consequenter Judices Subdelegati, vel commissiones sibi demandatas, aut subdelegationes de eorum persona factas, suscipere, aut causas prædictas cognoscere, et fine debito terminare negligunt; in hoc rerum statu dicti exponentes per Nos sibi opportune provideri plurimum desiderant.

Pontifex reformata in hac parte Benedictina Constitutione, Judicibus recursus facultatem tribuit perceptionis propinarum, dummodo non superent eas, quæ Judicibus ordinariis persolvuntur.

§. 3. Nos eorumdem exponentium votis hac in re, quantum in Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, auditis informatione, et voto Venerabilis Fratris Vincentii Episcopi Spoletani, ac dilecti filii Magistri Dentici, Civitatis Spoletanæ prædictæ, ejusque Comitatus, et Districtus Gubernatoris, licet per dictum paragraphum XII memoratæ Constitutionis Benedicti prædecessoris prædicti super reformatione Tribunalium editæ præscriptum, cautumque reperiatur, ne Judices deputati in causis recursus propinas, et regestra recipiant, cui quidem paragrapho per præsentes quoad causas recursus ad Communitatem, et homines prædictos dumtaxat spectantes, at pertinentes, auctoritate, et tenore præsentium derogamus, ac insuper auctoritate, et tenore præsentis concedimus, volumus, et mandamus, quod in causis recursus ad Communitatem, et homines hujusmodi spectantibus in posterum judicandis, procedi valeat cum solutione propinæ, aut sportularum, ita tamen, ut hujusmodi emolumenta ab Judicibus Deputatis percipienda non sint iis majora, quæ Judicibus Ordinariis solvuntur in prima instantia.

Clausula sublata, decretum irritans, et derogatio contrariorum.

§. 4. Decernentes, easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissima suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus memorata Benedicti prædecessoris predicti, aliisque Constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vigesima octava Februarii millesimo septingentesimo sexagesimo tertio, Pontificatus Nostri anno quinto.

CCCLVI.

Dat. die 8 Apr. 1763 Ann. V.

Prævia confirmatione præcedentium Apostolicarum Constitutionum, declaratur, Milites vulgo Corazzieri Lauretanæ Domui addictos, iisdem privilegiis, et exemptionibus frui debere, quibus cæteri servitio addicti prælaudatæ Lauretanæ Domui donantur.

Clemens Papa XIII.

Motu Proprio

Romani Pontifices sedulo decori, atque splendori Lauretanæ Domus conservandis, et augendis incubuere.

§. 1. Penetrati i Romani Pontefici Nostri predecessori dallo zelo di propagare la divozione verso la Bma Vergine Nostra Signora, e di tener viva la memoria dell' Incarnazione del Verbo, unico oggetto della nostra salute, a di ogni nostro bene, non si sono risparmiati d' indagara in ogni tempo i mezzi più confacenti a mantenere, e conservare il decoro, e lo splendore della Santa Casa di Loreto, chiamata una volta Nazarena, ove nel Seno purissimo della Beata Vergine fecesi Uomo il Figliuolo di Dio.

Enumerantur privilegia concessa iis, qui Lauretanæ Domus servitio erant addicti.

§. 2. A tal fine fornirono quel santuario di moltissimi privilegj, esenzioni, e prerogative, e segnatamente Paolo V. di fel. ricordazione Nostro predecessore con sua Bolla, che incomincia *Divina disponente*, volle, che tutti quegli, che servono alla Santa Casa, anche per ragione di qualsivoglia delitto commesso o in Ufficio, o fuora d'Ufficio non sieno soggetti ad altra giurisdizione, che a quella del Protettore della Santa Casa, nel cui luogo è succeduta la Congregazione Lauretana; privilegio, che molto prima era stato concedulo da Sisto IV. parimente Nostro predecessore, con suo Motu proprio enunciato, e confermato in detta Bolla,

il quale motu proprio dichiara, che i ministri, e le persone, che sono addette al servigio della Santa Casa debbanu essere esenti da qualunque giurisdizione ordinaria per ragione di delitta, o di contratto, o di cosa, ovunque sia commesso il delitto, fatto il contratto, ed esista la cosa controversa; disposizioni, che furono confermate prima da Innocenzo XII., poi da Benedetto XIV. Nostri predecessori, questi nella sua Bolla, che incomincia *Humilitatis Nostrae*; quelli in occasione, che eresse la Congregazione Lauretana con sua Bolla, che incomincia *Sacrosancta Redemptionis*.

Declaratur, Milites nuncupatos *Corazzieri* inter continuo addictos servitio Lauretanae Domus esse accensendos.

§. 3. Ciò non ostante si è preteso dai Giudici ordinarj di poter controvertere ai Corazzieri della Santa Casa il privilegio del foro per rapporto ai delitti commessi fuora di Ufficio, e ne' luoghi delle respettive giurisdizioni, sul supposto, che non servino di un servizio vero, attuale, e continuo, quale richiedono le nominate Bolle; senza riflettere, che non sono i Corazzieri Soldati di solo ruolo, e di puro nome, ma sono realmente addetti, e rendonsi utili alla Santa Casa per l' obbligo, che hanno di occuparsi in varie funzioni, e frà l'altre di scorrere in certi tempi le spiaggie vicine in difesa di quel Santuario, perciò nell' Anno 1734. siccome non erano di un numero sufficiente per rendere un pieno fervigio alla Santa Casa, furono accresciuti fino a ducento. Posto addunque, che la Compagnia de' Corazzieri sia un Corpo non di puro nome, e di sola comparsa, ma utile, e di attual servigio, e come tale sia compresa nelle Bolle divisate, non può controvertersele il privilegio del foro, n si tratti di delitto commesso in Ufficio, o fuora di Ufficio, nel Territorio, o fuora del Territorio di Loreto, conforme con lettere di Segreterìa di Stato dichiararono Clemente XII., e Benedetto XIV. di fel. ricordazione.

Adeoque Milites ipsi, iisdem privilegiis donantur, ac ceteri Lauretanae Domus inservientes.

§. 4. Perciò volendo Noi provvedere ai disordini, che continuamente accadono per causa di detta pretensione dei Giudici ordinarj, confermando in tutte le sue parti le nominate Bolle di Benedetto XIV., d' Innocenzo XII. di Paolo V., e Motu proprio di Sisto IV. Nostri predecessori, avendone qui per espresso, e di parola in parola registrato l' intiero tenore, di Nostro Motu proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema potestà, dichiariamo, e vogliamo, che la Compagnia de' Soldati Corazzieri della Santa Casa di Loreto, e ciaschedu o di loro sia esente da ogni giurisdizione ordinaria per ragione di qualsivuglia causa anche di delitto in Ufficio, o fuori di Ufficio, ed in qualunque luogo commesso, e che dette cause toccanti in qualche modo le persone, e cose de' medesimi Corazzieri non possano conoscersi da altri Giudici, che dal Governatore di Loreto, e dalla Congregazione Lauretana. Essendo così mente, e volontà Nostra espressa.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Ordinando, e decretando, che alla presente cedola di Motu proprio, benchè non esibita, ne registrata in Camera, non possa mai darsi, nè opporsi di surrezio e, urrezzione, nè di alcun altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, nè che mai sotto tali, ed altri pretesti quantunque validi, e validissimi, e giuridichi, anche di gius quesito, e pregiudizio del terzo, possa essere impugnata, moderata, ridotta ad viam juris, o concedersi contro di essa l' aperizione Oris, qualunque rimedio, e che così debba sempre giudicarsi da qualunque Giudice, Tribunale benchè Colle.iale, Congregazioni anche de' Rmi Cardinali, Camerlengo di Santa Chiesa, Tesoriere, Rota, Camera, e qualunque altro, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di deffinire, ed interpretare in contrario. Dichiarando Noi fin d' adesso nullo, irrito, ed invalido tuttociò, che da ciascuno di essi con qualsivoglia autorità, scientemente, o ignorantemente fosse in qualunque tempo giudicato, o si tentasse di giudicare contro la forma, e disposizione della presente Nostra Cedola di Motu proprio, quale vogliamo, che debba aver sempre il suo vigore, e pieno effetto con la semplice Nostra sottoscrizione.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non ostante la Bolla di Pio IV. Nostro predecessore de Registrandis, la regola della Nostra Cancelleria de jure quaesito non tollendo, e qualsisieno altre Costituzioni, e Ordinazioni Apostoliche, leggi, statuti, usi, consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato per la piena, e totale esecuzione di quanto si contiene nella presente Nostra Cedola di Motu proprio ampiamente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro Palazzo Apostolico di Monte Cavallo questo di XXVIII. Aprile MDCCLXIII.

ANNO SEXTO

Dat. die 9. Julii 1763. Ann. VI.

CCCLVII.

Hierosolymitano Magno Magistro significat, ut exequutioni committere quam cito curet S. Rotæ Romanæ judicatum, quo statuitur, Alemannicam Ordinis linguam in duas esse dispartiendam, Germanicam nempe, ex Helveticam.

Dilecto Filio Emanueli Pinto Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani Magno Magistro

Clemens PP. XIII.

Dilecte fili salutem, et Apostolicam benedictionem.

Quam adhibitam sollicitudinem exprimit Pontifex pro præsentis controversiæ compositione.

§. 1. Studere te maxime, ac cupere, diu multumque disceptatam litem duas inter Nationes Germanicam, et Helveticam, quibus Alemanna constat Lingua, per aliquam amice transigendi rationem, bonaque cum gratia aliquando componi, tum ex tuis literis, tum ex sermonibus, quos nobiscum habuit dilectus filius Jacobus Laurus de Breteville universi Hierosolymitani Ordinis apud Nos, et S. Sedem Orator, intelleximus. Nobis quidem persuasissimum erat per quam esse difficile, ut cujusquemodi conditionibus inter litigantes res conveniret: illam enim partem, quæ post longam concertationem causam apud Nostræ Romanæ Rotæ Duodecemvirale Collegium obtinuerit, nihil aliud expetere putabamus, quam decisionis exequutionem habere, et ex victoria sua fructum capere, quem longiori cunctatione amittere vereretur nec propterea quidquam de suo jure unquam remissuram, quod omnino fieri oporteret, si res ad transactionem redeat.

Quæ concilitio quum optatum exitum habere haud potuerit, exequutioni committendum esse Rotale judicatum hortatur, ad cuncta dissidia dirimenda.

§. 2. Verum, ut et novum Nostræ voluntatis, et studii erga tuum Ordinem præberemus indicium, investigare, dilecte fili, non prætermisimus, qui hac in re animus esset Nationis Helveticæ; quodque verebamur, illud comperimus, nihil eam velle diminutum de suo jure, quod Duodecemvirale Collegium Rotæ bonum æquumque judicasset, ejusque judicii exequutionem vehementer expetere, et verbis quidem obsequuti, et observantiæ plenis, sed tamen instantissime flagitare. Nullus igitur, Dilectæ Fili, rei transigendæ relictus est locus, ac propterea, nisi justitiam aperte læsam velimus, negotii hujus cursum diutius remorari non possumus. Itaque postquam amantissimi parentis egimus partes, judicis personam Nos suscipere oportuit; idque decrevimus, non amplius cunctandum, ac sine ulla mora Decisionem Romanæ Rotæ exequutioni esse mandandam, cui exequutioni te, dilecte Fili, promptam, et diligentem operam daturum esse non dubitamus, nec quemquam suspicamur voluntati tuæ restiturum, qui tuum in hanc Sacram B. Petri Sedem obsequium, tuique Ordinis universi pronum ad parendum animum probe perspectum habemus, et exploratum. Atque ita omnis sedabitur ægritudo animorum, et in cunctis tui Ordinis partibus restituetur concordia, qua ut nihil in omni corpore præstabilius, sic in Hyerosolymitano, quod habemus commendatissimum et in oculis gerimus, constitutam maxime volumus. Tibique, dilecte Fili, eximiæ erga te, singularisque in universum Ordinem benevolentiæ Nostræ pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo piscatoris die IX. Julii MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Dat. die 12 Julii 1763 An. VI.

CCCLVIII.

Universitatem studiorum in Civitate Calaris Regni Sardiniæ jam aliss usque ab Anno 1606. a Paulo V. institutam confirmat, novisque redditibus, atque privilegiis donatum ampliat.

Constitutio Pauli V. Anni 1606. super erectione hujus Universitatis, de qua in præsentibus literis sermo est, non reperitur impressa in Bullario Mainardi.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam

Romanorum constans Pontificum cura semper fuit, scientiarum propagatio, et conservatio.

§. 1. Divinas, humanasque scientias conservandi, et propagandi studium quod prædecessores Nostri, e Beati Petri Cathedra veritatis magistra adeo impense coluere, Nos itidem divinæ sapientiæ consilio in ea modo constituti, pari animo foventes, omnem curam, sollicitudinemque Nostram adhibemus, ut populi ad scientiarum agnitionem, et adeptionem invitati, inde disjecta ignorantiæ caligine, solertes dominicæ vineæ operarii, validique Catholicæ veritatis assertores, et vindices efficiantur. Cumque compertum, et exploratum sit, maximopere ad id contulisse universarum disciplinarum scholas, ab ipsis Nostris prædecessoribus Apostolicæ Sedis actoritate institutas, in quibus non solum scientias omnes, bonasque artas addiscendi præbatur incitamentum, et occasio, verum ea potissimum adolescentes imbuuntur doctrina, qua intaminata fides gignitur, coalescit, tuetur, et roboratur, ideo libentissime scholarum generalium restitutioni, seu novæ potius institutioni, auctoritatis Nostræ præsidio consulere satagimus.

Paulus V. anno 1606 studiorum Universitatem in Civitate Calaris instituit, eamque pluribus privilegiis ditavit.

§. 2. Siquidem anno Dom. MDCVI. Paulus Papa V. prædecessor Noster bo: me: Philippi III. Hispaniarum Regis, cui tunc Sardiniæ Regnum etiam parebat, nec non ejusdem Sardiniæ Ordinum, et Magistratuum supplicationibus annuens, ne quamplures amplissimæ Insulæ adolescentes a studiis, quibus alio incumbere debuissent ob sumptuum, vel maris difficultates, et incommoda distinerentur, ad augendum illius Insulæ decorem, Apostolicis literis, universitatem studiorum generalem in Civitatæ Calaris instituit, eique privilegia omnia addidit, quibus Salamentina, Vallisoletana, Complutensis, aliæque in Hispaniis universitates gaudent.

At ex temporum difficultatibus, belloque in Sardinia gestis, quæ a Paulo V. ordinata fuere, nondum plenam abiuere exequutionem.

§. 3. Verum sicut accepimus quamquam scholarum ædificium incœptum fuerit, habendorumque studiorum regulæ digestæ, quædam etiam præstitutæ leges, ac aliqui scientiarum Professores essent delecti, ad exitum tamen non modo res non perductæ, sed ne ædes quidem fuere. Etenim ob temporum vicissitudines, ob bella, aliasque calamitates minime datum fuit, ut assignarentur universitati redditus, vel alia saltem ratione necessariis impendiis consuleretur. Unde qui hactenus in ea Insula ad scientiarum gradus, vel magisteris vi privilegii dicti Pauli prædecessoris ascendere nisi sunt, privatos sibi ipsis quesierunt præceptores.

Modernus Sardiniæ Rex de celeri implemento singulorum ad Universitatem hanc spectantium sollicitus fuit.

§. 4 Quare carissimus in Christo filius Noster Karolus Emmanuel Sardiniæ Rex Illustris, publicæ Accademiæ opus ad diuturna illinc depellenda mala unice necessarium, abjecta cunctatione omni, ut statim exercitatione, vigeat, et floreat, reique publicæ, et Ecclesiasticæ tandam exoptatos efferat fructus penitus perficere, deliberatum habens de extruenda in ipsa Calaris Civitate commodiori loco ædificii mole, quodque præcipuum est, de annuis proventibus scientiarum professoribus assignandis, cæterisque sustinendis impendiis, plures qua pallet prudentia rationes iniit opportunas.

Adeoque a Summo Pontifice postulavit supremæ suæ manus adjectionem.

§. 5 Verum cum eas ad ingentes sumptus, totque assiduas erogationes impares esse ambigeatur, plurimique intersit ejusdem publicæ studiorum universitati, ut illa denuo Apostolicæ auctoritatis vi restituatur. Ideo pro ejus, avitaque Regiæ gentis suæ in Apostolicam Sedem pietate, et devotione, rem totam, votaque sua Nobis aperuit, ut plurima etiam Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum exempla imitati huic operi supremam manum, atque ex Ecclesiæ bonis, dotis supplementum preheremus.

Pontifex Regis votis obsecundans, redditnum augmento prospexit, et hujus Universitatis institutionem a Paulo V. probatam, confirmavit juxta illius institutionis literas.

§. 6. Nos igitur, qui per alias nostras literas in accessionem, et partem dotis mox futuræ universitatis, Præbendam de Assemini nuncupatam, a Canonicatu Ecclesiæ Calaritanæ sejungere, et ipsi Universitati ita addicere, et attribuere intendimus, ut inde provenientes fructus, curante pro suo munere Calaritano Archiepiscopo, in stipendia Ecclesiasticorum virorum, sive Secularium, sive Regularium, qui Theologicas, Canonicas, ac Sacræ, et Eccle-

siasticæ Historiæ disciplinas tradent, atque in ejusdem Universitatis conservandum, ornandumque sacellum, ejusque opportunos Ministros impendantur, ejusdem Karoli Emmanuelis Regis tam provida consilia maxime commendantes ad populorum Sardiniæ utilitatem, atque in Religione, et doctrina profectum, motu etiam proprio, et ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Universitatem studiorum, et scientiarum generalem in dicta Civitate Calaritana a Paulo prædicto prædecessore institutam, cum omnibus, et singulis juribus illi attributis, harum serie innovamus, et quatenus opus sit, ut in ejus Scholis bonæ artes, scientiæque omnes a designandis Lectoribus, et Magistris publice doceantur, iterum Apostolica auctoritate erigimus, et instituimus, et juxta ejusdem Pauli prædecessoris literas, pro temporo existentem Ecclesiæ Calaritanæ Archiepiscopum in perpetuum illius Præsidem, et Rectorem itidem perpetuis futuris temporibus eligimus, et deputamus.

Insuperque novam hanc Universitatem singulis honoribus, et privilegiis decoravit, quibus celebriores Italiæ, atque Europæ donantur.

§. 7. Ipsi quoque Universitati præter ea, quæ ab eodem Paulo prædecessore collata fuere decora, atque ornamenta, illiusque Præsidi antecessoribus lectoribus, magistris, professoribus, alumnis scholasticis, aliisque personis ei quoquo modo addictis quibuscumque, ut omnibus, et quibusvis privilegiis, et indultis, libertatibus, favoribus, immunitatibus, exemptionibus, gratiis, prærogativis, honoribus, et in præeminentiis Romanæ, Taurinensis, Patavinæ, aliisque per Italiam, et Hispaniam similibus publicis studiorum generalium Universitatibus, illarumque superioribus, lectoribus, magistris, doctoribus, præceptoribus, alumnis scholasticis, procuratoribus, bidellis, nuntiis, officialibus, ministris, aliisque personis in genere, vel in specie quomodolibet concessis non solum ad eorum instar, sed pariformiter, et æque principaliter in omnibus, et per omnia uti, potiri, et gaudere; ac insuper eidem Universitati, ejusque Præsidi, seu Rectori, ut de antecessorum, seu rectorum, aut magistrorum consilio, et cum eorum suffragio quoscumque ad illam accedentes, ac per tempus ut infra statuendum studiis inibi vacantes, si scientia, et moribus idoneos esse compertum fuerit, in omnibus scientiis, et facultatibus, quæ in illa Universitate docebuntur, et legentur ad Baccalaureatus, Licentiaturæ, Laureæ, ac Doctoratus, nec non Magisterii, et quoscumque solitos gradus, servata tamen in omnibus decretorum Viennensis, et Tridentini Conciliorum forma, juxta laudabiles quarumvis publicarum universitatum consuetudines promovere: illisque, ut post promotionem hujusmodi solita insigna deferre, et gestare, et scientias, ac facultates, ad quas promoti fuerint publice docere, et legere, ac interpretari, in iisque disputare, nec non quoscumque actus gradui, seu gradibus per eos receptis convenientes gerere, ac aliis omnibus, et singulis privilegiis, favoribus, prærogativis, et indultis, quibus alii in cæteris Universitatibus, juxta earum ritus, et mores ad gradus ipsos promoti, de jure, vel consuetudine (aut alias utuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum) æque principaliter uti, potiri, et gaudere libere, et licite possint, et valeant, ac etiam debeant, et teneantur, eadem auctoritate concedimus, et indulgemus.

Calaritano Archiepiscopo tamquam Universitatis Rectori facultas tribuitur condendi leges, et Statuta, illorumque observantiis incumbere.

§. 8. Præterea ipsi Archiepiscopo tamquam præsidi, seu rectori, et aliis ejusdem Universitatis constituendis directoribus, ut ad prosperum, et felix illius regimen, et gubernium procurandum, aptiorique methodo literæ, et scientiæ ibidem doceantur, ac Religionis præscribantur peragenda exercitia, quævis leges, statuta, et ordinationes Sacris Canonibus, et Concilii Tridentini decretis conformes concedere, et promulgare, ac pro temparum, et rerum opportunitate immutare, et obrogare, aliaque de novo edere, ac pro earum, observantia adversus contravenientes pœnas condignas statuere, libere, et licite possint et valeant, plenariam facultatem, eadem auctoritate per præsentes tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 9. Decernentes, easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suasque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quandoenmque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores. ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, Sedisque Apostolicæ Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ir-

ritum quoque, et hanc si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 10. Non obstantibus, quatenus opus sit, Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, Privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet forsan concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, harum quoque serie specialiter, et expresse derogamus, et derogatum esse volumus contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis. §. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc Nostræ innovationis, novæ erectionis, institutionis, electionis, deputationis, concessionis, indulti, facultatum impertitionis, decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ MDCCLXIII, IV idus Julii, Pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLIX.

Dat. die 13 Julii 1763. Ann. VI.

Viennensi Archiepiscopo per hasce literas exprimit Sanctæ Sedis sollicitudinem ad impediendam Canonicorum Regularium S. Ruffi suppressionem, pariterque eidem Archiepiscopo suum dolorem participat pro sequuta expulsione Clericorum Regularium Societatis Jesu ab universis Galliarum Regnis.

Quoad arbitrariam suppressionem Canonicorum Regularium S Ruffi, eorumque bonorum incorporationem Ordini Militari S. Lazzari adsunt hujus Pontificis Epistolæ, ad hunc Viennensem Antistitem, nec non ad Valentinum, et Diensem, quas retulimus hoc Tom. II sub num. CLXXIV. CLXXV. et CLXXXV. pag. 45. 46. et 64.

Venerabili Fratri Guillelmo Archiepiscopo Viennensi in Delphinatu

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem.

Viennensem Archiepiscopum laudat, eo quod arbitrariæ Canonicorum Regularium S Ruffi suppressioni obsistat, et Apostolicæ Sedis auxilium promittit. §. 1. Literas Fraternitatis tuæ libentissima legimus, tuumque de Ecclesiæ rebus præclarum laudavimus studium, et in ejus dignitate defendenda constantiam. Scribis enim, te paratum esse, vel solum, ad omnem dimicationem procurrere pro tuendo Ordine Canonicorum Regularium S. Ruffi, de quo extinguendo, ejusque bonis Militari Ordinis S. Lazari tribuendis jamdudum Nobis scripsit Fraternitas tua, auctoribus hominibus Regularium statui paullo infensioribus, agitari consilia. Quæ quidem alacritas tua noli quærere in his asperis rebus, in quibus Pontificatus Nostri Apostolicus versatur labor, quantum Nobis consolationem, et jucunditatem attulerit. Confortare igitur, et esto robustus in Domino. Cæterum iis, qui prælia Domini præliari susceperint, nunquam deerit Apostolica auctoritas Nostra, quin illis veniat auxilio. Atque hac de re jam ab eo tempore, cum a Fraternitate tua, et Venerabilibus Fratribus Episcopis Diensi, et Valentinensi litteras accepimus, statim constituimus, si forte ad Nos deferretur ejusmodi postulatio, ut illum Ordinem vellemus extinctum, cum omnibus Delphinatus Episcopis rem om-

nem communicare, vestram prudentiam consulere, et a vobis præsertim exquirere, qua tandem ratione ab ista Provincia vestra possemus tantum malum avertere, quod Fidelium utilitatem tantopere detereret, Regularium Ordinum dignitatem imminueret, et tum spirituali, tum temporali Ecclesiarum denique bono adversaretur. Confirmarunt hanc animi Nostri sententiam tum Episcoporum, quos memoravimus, iteratæ querelæ, tum Cleri Gallicani acta in superioris anni Comitiis, qui ad carissimum in Christo Filium Nostrum Galliarum Regem Christianissimum suas ea de re querelas voluit delatas: Quod factum eam spem Nobis ostentat, futurum ut, qua est religione Princeps optimus, nunquam committat, tot incommodis premi vestras Ecclesias quotquot ab ejus Ordinis extinctione proficiscerentur, et eorum, qui Ecclesiæ destructionem malunt quam ædificationem, consilia, et molitiones evertat. De incerto rumore quodam, quem scribis manasse in vulgus, Fraternitatem tuam hujus Ordinis extinctioni non adversari, vel etiam consensisse, nihil omnino inaudivimus; et ad aures Nostras si pervenisset, facile judicassemus falso, et malitiose ab hujus machinationis auctoribus fuisse jactatum.

Condolet pro expulsione e Gallico Regnis Clericorum Regularium Societatis Jesu, et damna prænuncit exinde Religioni futura.

§. 2. Postremo de pulsis isthinc Clericis Regularibus Societatis Jesu Fraternitas tua conqueritur. Non tua tantummodo ista est, sed bonorum omnium querela. In vinea Domini, quæ veremur, ne isthic silvescat, pauciores fieri Operarios minime oportuit, præsertim eos, qui non tam verbo, quam exemplo fidelibus rectum cursum ad æternæ salutis portum commonstrabant. Remedia omnia sumus experti, ut tantam ab Ecclesia Dei propulsaremus calamitatem, quæ cum ad nihilum reciderint, nil Nobis reliquum est, quam Dominum Jesum Christum orare flagrantissimis precibus, ut qui imperat ventis, et mari, pristinam in Ecclesia Sancta sua serenitatem revocet, et tranquillitatem. Te vero quamquam stimulis cohortationis Nostræ non indiges, hortamur in Domino, et obsecramus, ne in hac temporum iniquitate ab Ecclesia tua oculos unquam dejicias, excubesque tamquam in Episcopali custodia, ne in gregem tuum paucioribus nunc custodibus communitum adversarius Diabolus ipetum faciat. Tibi denique, Venerabilis Frater, Nostræ, quæ tuo zelo, tuisque Episcopalibus debetur virtutibus benevolentiæ pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XIII. Julii MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno sexto.

CCCLX.

Dat. die 13. Julii 1763 Anno VI.

De eadem pertentata arbitraria suppressione Canonicorum Regularium Sancti Ruffi scribit Valentinensi Episcopo, cui S. Sedis auxilium numquam defuturum promittit.

Videnda adnotatio apposita Epistolæ præcedenti.

Venerabili Fratri Alexandro Episcopo Valentinensi in Delphinatu

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

De tollendo Ordine Canonicorum Regularium S. Ruffi, ejusque bonis Militari Ordini S. Lazzari assigoandis tribuendisque, non est, quod a Nobis metuas, Venerabilis Frater; si qua enim proponatur Nobis ejusmodi postulatio, jam inde cum tuas, et Venerabilium Fratrum Archiepiscopi Viennensis, et Diensis Episcopi ea de re querelas accepimus, vestram statuimus animo prius rogare sententiam, quam quidquam agatur in tam gravi negotio. Nobis quidem maxime illi cura esse debet, ut Regulares Ordines serventur incolumes, neve a sacro usu ad seculares sumtus eorum bona traducantur. Nostri hujus consilii tenaciores fecit non solum iterata Episcoporum, quos memoravimus, expostulatio, sed etiam Gallicanus Clerus, qui in Comitiis anno superiore habitis, a carissimo in Christo Filio Nostro Ludovico Galliarum Rege Christianissimo deprecatus est, ne S. Ruffi Ordinem pateretur extingui. Unde magna spes est Nobis injecta, nunquam pro animi sui religione commissurum optimum Regem, rem confici ejusmodi, quæ Ecclesiæ damnum inferret, et Ecclesiasticas averteret regulas. Hanc vero spem Nostram majorem facit, quod ea res siletur a multo tempore. Verum utcumque erit, nunquam Apostolica Sedes quidquam in hoc negotio

capiet consilii, nisi antea rogaverit Episcopos quid ea de re sentiant, et ad canonicarum regularum, legumque, Ecclesiasticæ, regularisque disciplinæ trutinam rationes probe expenderit, quibus fulciatur ea petitio. Vides, quod ad Nos attinet, Venerabilis Frater, nullam precibus tuis fieri posse accessionem ad eam animi Nostri constantiam, qua Regularium Ordinum incolumitatem semper tuebitur. Sed tamen perquam gratum Nobis fuit, quod zelum te egregio Episcopo dignum in tuis litteris recognovimus, tuumque studium defendendi Regulares Ordines vehementer probamus, semperque laudabimus; tuæque Fraternitati, summæ erga eam voluntatis Nostræ pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XIII. Julii MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno sexto.

Dat. die 13. Julii 1763. Anno VI.

CCCLXI.

Passaviense Capitulum hortatur, ut vacanti illi Ecclesiæ de idoneo Pastore eligendo sollicitum habeat animum, interimque recte vacantis Ecclesiæ regimini incumbat.

Dilectis Filiis Præposito, Decano, Seniori, et universo Passiviensis Cathedralis Ecclesiæ Capitulo

Clemens PP. XIII.

Dilecti filii salutem, et Apostolicam benedictionem

Dolere vos atque angi immaturo Episcopi Passaviensis interitu, quod ex literis vestris accepimus, minime mirandum. Pastorem enim amisistis, de cujus virtutibus, plurimum vobis jure pollicebamini. Nunc vero spes omnes illius morte sunt vobis ademptæ. In hac tamen, quam fecistis, tanta jactura, a Deo petenda vobis est consolatio; ejusque misericordia fretos sperare vos oportet futurum, ut alius demortui similis isti præficiatur Ecclesiæ, qui nihilo minore sanctificandarum animarum studio teneatur, Deique gloriam eadem plane cura, et alacritate animi amplificandam suspiciat. Id ut assequamini, vestra sunt consilia ad Dei voluntatem accomodanda, qui in talibus deliberationibus privatarum rerum respectum aspernatur, et respuit, nec alio, quam ad procurandam Ecclesiæ utilitatem dignitatemque conservandam, Electorum mentes vult esse conversas. Nos quidem pietati vestræ confisi, non dubitamus, quin ex hac deliberatione vestra luculentissimum extiturum sit argumentum, vos de Passaviensis Ecclesiæ bono unice cogitasse. Prærepti vobis Episcopi animam, vestrorum sacrificiorum precationumque suffragiis pro certo habemus jam esse adjutam, et adhuc pro singulari vestro in eum amore adjuvari. Interea id volumus existimetis illi mortuo fore gratissimum si, dum illi succedatur, Ecclesiam quam vivus tantopere adamavit, eadem qua ille sedulitate, vigilantia, et studio gubernetis. Nos a Deo Patre luminum suppliciter poscimus, ut divinæ lucis radio tactos velit animos vestros, illumque vobis eligendum ostendat, qui doctrina, et quod est potissimum, puris, sanctisque moribus, et omnis vitæ suæ exemplo Gregi sibi commisso viam ad cœlestem Patriam muniat. Quod ut eveniat auspicem Apostolicam benedictionem Vobis peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XIII. Julii MDCCLXIII. Pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 20. Julii 1763. Anno VI.

CCCLXII.

Cum Trevirensi Archiepiscopo gratulatur de nova editione Cathechismi Romani, deque Epistola ad Pastores Trevirensis Diœcesis missa super ejusdem Cathechismi promulgatione et usu pro bono Catholicæ Religionis.

Venerabili Fratri Joanni Phillppo Archiepiscopo Trevirensi S. R. I. Principi Electori

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

Quantopere conservandæ, augendæque Catholicæ Fidei cupida sit Fraternitas tua, quam devota Apostolicæ Sedi, quanta Nos colat denique observantia, et obsequio, declaravit modo elegantissima edito Catechismi Romani, quem mitissimis formis recudendum,

et ad Protestantes æque, ac ad homines Catholici nominis pervulgandum curasti. Encyclicam Nostram, qua primores Ecclesiarum Pastores cohortati sumus, ut ad populum erudiendum eo Catechismo uterentur, multum apud te valuisse oportuit, qui ei libro præfixam illam voluisti, et ad eam cohortationem consilium in hac re tuum accuratissime accommodasti. Et vero Fraternitatis tuæ mirifice Nobis placuit ad Pastores Animarum Trevirensis Diœcesis epistola, qua quibusdam ex encyclica Nostra, aliisque pluribus de sapientiæ tuæ penu depromptis prudentissimis monitis, rectam proponis graviter cauteque tradendæ Christianæ Doctrinæ rationem. Quamobrem librum hunc, tam opportune a te editum, Venerabilis Frater, existimamus, custoditæ a Fraternitate tua Catholicæ Fidei fore monumentum ad memoriam Episcopalis zeli tui semp*iternam*; quod ut tibi magnopere gratulamur, ita quod ad Nos eumdem librum concinne eleganterque compactum dono miseris, et per dilectum Filium Franciscum Fargnam diligentem rerum tuarum in Nostra Romana Curia Procuratorem in manus Nostras volueris traditum, tibi gratias agimus, et semper habebimus; cujus grati animi Nostri testem interea, Venerabilis Frater, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xx. Julii MDCCLXIII. Pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 2. Augusti 1762. Ann. VI.

CCCLXIII.

Confirmatio decreti Prioris Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini super perpetua unione Conventuum existentium in Civitate Notabili, atque in alia Valettæ Insulæ Melitensis.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Binos hujus Ordinis Conventus in Insula Melitensi existentes invicem unire, et incorporare duxit Prior Generalis Ordinis præfati.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus Xaverius Vasquez Prior Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, quod, ipse cupiens in duobus dicti Ordinis, uno in Notabili, et alio in Valletta Oppidis Civitatibus nuncupatis Insulæ Melitensis existentibus Conventibus, meliori alumnorum suorum præsertim Juvenum dictorum Conventuum educationi consulere, proprium, et consentaneum, dictos duos Conventus, illorumque filios, ac bona, annuosque redditus, et proventus, nec non sumptus et expensas pro illorum conservatione necessarias unire, et inter se commiscere, ac in unum corpus redigere existimavit, summque, ea super re ordinaria, qua utitur facultate, decretum condidit, tenoris sequentis videlicet.

Tenor decreti unionis Prioris Generalis Ordinis.

§. 2. » Frater Franciscus Xaverius » Vazquez Peruanus Sacræ Theologiæ » Magister, totius Ordinis Fratrum Eremitarum S. P. N. Augustini Prior Generalis = Cum Rev. Pater Magister » Frater Josephus Maria Lombardo Provinciæ nostræ Siciliæ Prior Provincialis, occasione Sanctæ Visitationis, elapso anno habitæ in insula Melitensi, » statum duorum Conventuum nostrorum Notabiliensis scilicet, et Valitensis serio perpendens, illius opulentiam, hujusque paupertatem observaverit, atque inde maximum oriri » inconveniens adverterit, quod studia » nostra, quæ in Civitate Notabilis vel luti marcescunt, ad Civitatem Vallettæ, in qua, utpote in illius principatus capite, cum non modico Ordinis nostri decore florere possent, » minime transferri queant: nec quod » magis est, ruinis, quas præfatus Valitensis Conventus, et Ecclesia undique minitantur obviam iri, ob prædictam ejus paupertatem, sit ullo modo possibile: cumque his omnibus » remedium afferri posse cogitaverit, » si duo prædicti Conventus uniantur, » ita ut communis fiat exitus, communis introitus, cæteraque omnia communia; re cum Religiosis utriusque » Conventus communicata, et ab omnibus Conventus Vallettæ filiis, ac a » majore parte filiorum Conventus Notabilis obtento consensu, ad Nos recursum habuerit, nostramque auctoritatem imploraverit. Nos omnibus » mature perpensis, certioresque facti » nedum ab ipso Procuratore Provinciali, sed etiam ab aliquibus Nobilissimis Equitibus, qui ad Nos super » eadem re literas dedere suas, eamdem unionem valde Ordini nostro profuturam, multumque Celsitudini Eminentissimæ Magni Melitensium Magistri, totiusque percelebri Hierosolymitanæ Religioni fore placituram, » tenore præsentium, nostrique muneris auctoritate, nec non de consilio Adm. RR. PP. Nobis Assistentium, » duos præfatos Conventus Valitensem,

» ac Notabiliensem unimus, prout uni» tos esse volumus, et declaramus; » statuentes, quod in Conventu nostro » Notabiliensi, duodecim semper esse » debeant ad illius Ecclesiæ, et Con» ventus servitium Religiosi, octo, aut » novem Sacerdotes, reliquique Laici; » et quod sicut communis est, atque » unus duorum Conventuum adfiliatio; » ita ut, qui uni ex prædictis Con» ventibus adfiliabitur, alteri quoque » adfiliatus eo ipso intelligatur. Et ita » semper in posterum servari volumus, » atque mandamus; præcipientes omni» bus nobis inferioribus cujuscumque » sint gradus, et conditionis in meri» tum salutaris obedientiæ, et sub pœ» nis contra inobedientes a sacris nostris » Constitutionibus statutis, aliisque no» stro arbitrio reservatis, ne sub quo» cumque prætextu, seu colore huic » nostro decreto, se opponere, sive » contraire præsumant. Datum in Con» ventu Nostro S. P. Agustini de Urbe » die 8. Martii anno 1762 = Fr. Fran» ciscus Xaverius Vazquez Generalis » » Nostri mun. aff. sigillo = Magister » Fr. Philippus M. Tamburini Picenus » Ord. Secr,

Pontifex supra relatum decretum, Apostolica auctoritate confirmat, et observari mandat.

§. 3. Quoniam autem dictus Franciscus Xaverius Prior Generalis decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, et servetur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderat. Nos piis ejusdem Francisci Xaverii Prioris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis humiliter porrectis inclinati, præinsertum decretum, ac omnia et singula in eo contenta, et expressa, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque, et singulos juris et facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sanitatis, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes, easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, nec non Conventuum prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis, superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarium derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 11. Augusti MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno sexto.

Dat die 4. Augusti 1763. Anno VI.

CCCLXIV.

Cum Elisabetha Hispaniarum Regina Vidua gratulatur, quod a Carolo Catholico Rege filio suo, revocatæ fuerint binæ Pragmaticæ, Pontificiæ auctoritati infensæ, contra quas Apostolicam jam Pontifex vocem extollerat.

Officia a Pontifice hoc præstita, ut Pragmaticarum de quibus hic sermo est revocationem obtineret, habes in Epistolis a nobis relatis hoc Tom. II. sub num. CCCXXXI. CCCXXXII. CCCXXXIII. pag. 330 ad 332.

Carissimæ in Christo Filiæ Nostræ Elisabethæ Hispaniarum Reginæ Catholicæ Viduæ

Clemens Papa XIII.

Carissima in Christo filia Nostra salutem, et Apostolicam benedictionem

§. 1. Decretum a carissimo in Christo Filio Nostro Carolo Hispaniarum Rege Catholico die quinta Julii proxime elapsi editum, incredibile dictu est, quanto, non modo Nos, sed devotos etiam omnes Apostolicæ Sedi compleverit gaudio; nec verbis satis assequi possumus piissimi Regis, inclyti Tuæ Majestatis Filii religionem, præclaramque in Beatissimum Apostolum Petrum devotionem quantopere boni omnes collaudent. Quod autem scribit Majestas Tua, nullum Tuis fuisse in hac re locum officiis, quibus apud eumdem Regem amantissimum Tui Filium uterere, eumque solo suæ pietatis impulsu amotis ante illis Pragmaticis, quam Nostræ ad Majestatem Tuam litteræ perferrentur, omnia Tua studia antevertisse; nec aliquin ejus religioni opus esse cohortationem adhibere ullam, Nos magnam inde Tibi, carissima in Christo Filia Nostra, oriri laudem existimamus, quæ usque a pueritia illius animo non monitis modo, sed etiam exemplo ipsius Tuo, præclariores virtutes Tuas, ac præsertim summam erga Deum pietatem inseveris. Reliquum est, ut assidua omnipotentem Deum oremus prece, qui misericordiam suam super Regiam Majestatem Tuam, itidemque super inclytum Regem piissimum Filium Tuum multiplicet, illum impugnantes expugnet; Tibi, carissima in Christo Filia Nostra, intercedente Bmo Apostolo Petro, ob Tuam in eum devotissimam voluntatem dies superdies adjiciat Nos omnium officiorum Tuorum nunquam immemores, Regiæ Majestati Tuæ, quam gerimus in visceribus charitatis, paterno Nostri cordis affectu, Apostolicam benedictionem impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IV. Augusti MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno sexto.

Dat die 6 Augusti 1763. Anno VI.

CCCLXV.

Plenipotentia favore Sedis Apostolicæ Nuncii apud Franciscum Romanorum Regem, et in Imperatorem electum, pro emendis nonnullis bonis liberis a prælaudato Francisco possessis in Ecclesiastica ditione, ad comodum Reverendæ Cameræ Apostolicæ.

Venerabili Fratri Vitaliano Archiepiscopo Thebarum apud carissimum in Christo filium Nostrum Franciscum Romanorum Regem, in Imperatorem electum, Nostro, et Apostolicæ Sedis Nuncio.

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

Describuntur bona Allodialia in Ecclesiastica Ditione existentia; quæ venum exponere cupiebat Franciscus Romanorum Rex Imperator Electus.

§. 1. Postulat Nostri muneris ratio, ut quæ ad ditionem Nostram Ecclesiasticam amplificandam, atque tuendam pertinere videntur, quantum in Nobis est, sollicite exequamur. Itaque cum accepimus, carissimum in Christo filium Nostrum Franciscum Romanorum Regem, in Imperatorem electum, Ducem Lotharingiæ et Barri, ac magnum Ducem Hætruriæ sibi subjectæ, vendere, et alienare statuisse omnia bona sive libera, et vulgo ut dicitur Allodialia, sive etiam Feudalia, et Jurisdictionalia cujusvis generis, atque speciei, quæ tamquam ejusdem Hetruriæ Magnus Dux, atque uti hæres claræ memoriæ Annæ Mariæ Aloysiæ Principissæ dum vixit Hetruriæ, ac Neoburgi Ducissæ Viduæ habet, et possidet in Ducato Nostro Urbinatensi, atque in Provincia Romandiolæ, et exarcatu Nostris Ravennateosi, nec non in quibusvis aliis Nostræ, et Sedis Apostolicæ temporalis ditionis partibus (exceptis dumtaxat, quæ posita sunt in Alma Urbe Nostra) et velle simul in ea venditione compræhendere omnes census, et canones,

pensiones, responsiones cujuscumque pariter generis, mobilia, immobilia, et semoventia, jura, actiones, et credita cum annexis, et connexis omnibus ad eumdem, Franciscum Regem in Imperatorem electum, nominibus, quibus supra quavis de causa spectantia, et pertinentia, pro pretio quingentorum quinquaginta millium scutorum monetæ Romanæ.

Cupiens Pontifex bona eadem pro Apostolica Camera coemere, ea de re plenipotentiam concedit Apostolico Nuncio penes prælaudatum Franciscum Imperatorem electum.

§. 2. Nos quidem optantes hujusmodi bona, et jura omnia pro Camera Nostra Apostolica pretio prædicto emere, et adquirere, nulli sane melius negocium hujusmodi pertractandum, et absolvendum committere posse censuimus quam Fraternitati tuæ, cujus studium, diligentiam, dexteritatem, et fidem, in cæteris rebus pro hac Apostolica Sancta Sede gestis, jam pænitus novimus, et perspectam habuimus. Hac ergo spe, et fiducia confisi, te in Nostrum, et Sedis Apostolicæ prædictæ Plenipotentiarium tenore præsentium nominamus, constituimus, atque deligimus, tibique, ut Nostro, dictæque Sedis nomine, cum alia persona ab eodem Francisco Rege in Imperatorem electo, tanquam Magno Hetruriæ Duce, et hærede, ut præfertur, Principissæ Annæ Mariæ Aloysiæ nominanda, et pari ad hoc auctoritate munita, emptionem omnium prædictorum bonorum, juriumque pretio prædicto contrahere, et pacta, conditiones, ac leges secundum instructionem, quæ per secretariam Nostram Status ad te transmittetur conjunctim subscribere, tuoque et illius signis munire libere, et licite possis, et valeas, plenam, et amplam facultatem harum serie concedimus, et impertimur. Decernentes, validum, et efficax fore quidquid earumdem præsentium vigore tu subscripseris, et signaveris, atque id omne acceptum, et gratum, firmumque, ac ratum habere, nec non observare, et exequi in verbo Romani Pontificis promittentes. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VI Augusti MDCCLXIII, Pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXVI.

Dat. die 8. Augusti 1763. Anno VI.

Prævia confirmatione Constitutionum Leonis X. et Clementis VII super alternativa collatione Beneficiorum inter Sanctam Sedem, et Ordinarios Regni Poloniæ, eamdem alternativam observari perpetuo mandat.

De hac eadem alternativa agunt Pontificiæ Epistolæ quas dedimus hoc Tom. II. sub num. CCCI, et CCCII pag. 295, et 296, quæ consulendæ sunt, una cum adnotatione ibidem apposita.

Clemens Episcopus

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Romani Pontifices id sedulo curarunt, ut quoad Beneficiorum collationem serventur indulta, limites statuentia inter Sanctam Sedem, et Ecclesiarum Præsules.

§. 1. Ecclesiastici ordinis ornamento et utilitati consulens Apostolica Romana Sedes, dum Beneficia iis, qui morum integritate, et meritorum laude perfolgent, provida circumspectione conferre satagit, omnem simul adhibet curam, ut personæ ad ea delectæ, divinis ministeriis, sacrarumque litterarum studiis, absque ulla animi perturbatione, vacare possint. Ideoque magnopere exoptat, quod juxta Romanorum Pontificum concessiones, inter ipsam, et Ecclesiarum Præsules super conferendi jure statuti sint indubii limites, intra quos Præsules ipsi in hujusmodi juris exercitio sese continere valeant. Quo sane consilio, Nos etiam nullis Nostris suffragantibus meritis, sed sola divina favente clementia, in Beati Petri Cathedra sedentes, omnem curam sollicitudinemque Nostram in id quoque conferimus, ut quæ a prædecessoribus Nostris indulgenter statuta sunt, suum sortiantur effectum, et Præsulum, nec non Ecclesiarum juribus circa hæc definitis, remota quoad eorum usum, quavis quæstionum causa, pax, et tranquillitas inter Ecclesiasticas personas foveatur, et inviolata servetur.

Ex concessionibus Leonis X, et Clementis VII alternativa semestralis inducta fuit pro Poloniæ Regno.

§. 2. Cum itaque Nobis nuper authentica literarum Apostolicarum, tum Leonis X sub datum Kalendis Julii, Pontificatus sui anno septimo, tum aliarum Clementis Septimi Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum, sub datum Kalendis Decembris Pontificatus sui anno tertio exhibita, atque ab Archivio Nostro secreto extracta fuerint, et ex eis, signanter illis dicti Clementis prædecessoris, Archiepiscopis, et Epis-

copis in Poloniæ Regno alternativam perpetuam, super jure conferendi omnia et singula Beneficia Ecclesiastica, quæ in eorum respective Civitatibus, et Diœcesibus, etiamsi Canonicatus et præbendæ, Dignitates etiam majores post Pontificales, et principales, personatus, administrationes, et officia etiam curata, et electiva in Cathedralibus etiam, Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, et ex quavis causa, etiam ratione familiaritatis, continuæ commensalitatis Romani Pontificis, ac etiam alicujus Cardinalis viventis, cujus consensus exquiri deberet, generaliter reservata forent, in Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris, et Decembris Mensibus in posterum vacare contigisset, concessam fuisse deprehendatur. Ipsarumque vigore, Beneficiorum in aliis sex alternis, nempe Januarii, Martii, Maj, Julii, Septembris, et Novembris Mensibus pro tempore vacantium collatio, omnimodaque dispositio, Romano Pontifici pro tempore existenti reservata fuerit.

Preces Pontifici porrectæ circa prædicti juris alternativæ conferendi observantiam.

§. 3. Ea de re a Venerabili Fratre Nostro Uladislao Lubienski moderno Archiepiscopo Gnesnensi, nomine etiam Venerabilium Fratrum Nostrorum Archiepiscoporum, et Episcoporum in eodem Regno existentium, Nobis fuit supplicatum, ut gravibus tandem diuturnisque controversiis, circa eorum jus in primodictis alternis Mensibus conferendi, dirimere, ipsarumque Leonis et Clementis literarum super alternativa hujusmodi concessarum observantiam præcipere dignaremur. Insuper circa præmissa, charissimus etiam in Christo filius Noster Augustus Poloniæ Rex Illustris, per Venerabilem Fratrem NostrumJoannemFranciscumEpiscopumSabinensemS.R.E.Cardinalem Albani nuncupatum, apud Nos, et Apostolicam Sedem ipsius Regni Protectorem, preces quoque suas effudit.

Pontifex præcedentem conferendi alternativam, prout in præcitatis Constitutionibus indulta fuit, confirmat, et approbat.

§. 4. Nos igitur, dum animum, mentemque ad ipsas prædecessorum Nostrorum dispositiones componero studemus, perpendentes, easdem litteras, justis de causis, precibus Sigismundi tunc Poloniæ Regis, præsertim ob præclara illius in Catholicam Religionem, Romanamque Apostolicam Sedem merita, fuisse elargitas; ut controversiæ hactenus habitæ eliminentur, omnesque divinis obsequiis, Ecclesiarumque servitii mancipati, de Ecclesiasticis proventibus participes facti, libera et integra animi intentione sacris officiis et ministeriis vacare possint: intuitu dicti Augusti Regis Religionis, atque filialis erga Nos, et Apostolicam Sedem observantiæ, neo non ob insignem eorumdem Archiepiscoporum, et Episcoporum pietatem, eorumque merita, qui dum Regi ipsi prosunt consiliis, propria etiam pastoralia munia quam laudabiliter adimplere satagunt; hujusmodi supplicationibus inclinati, ac motu quoque proprio, et ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, harum serie, expresse præcipimus et mandamus, præmissas Leonis et Clementis litteras, quibus Archiepiscopis et Episcopis in dicto Regno jus conferendi Beneficia in primodictis sex alternis Mensibus vacantia, ut præfertur, tribuitur, perpetuo et inviolabiliter servandas esse: quapropter ipsi moderni et futuri pro tempore existentes Archiepiscopi et Episcopi in eodem Regno, facultate omnia et singula Beneficia in dicto Regno in Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris, et Decembris Mensibus præfatis pro tempore vacantia, etiamsi Canonicatus, et Præbendæ, Dignitates majores quoque post Pontificales, et principales, ac ex quavis causa ut præfertur reservata fuerint, prout in iisdem litteris exprimuntur, personis Ecclesiasticis habilibus et idoneis, infra tempus a jure statutum conferendi, ipsis per Leonem, et Clementem prædecessores præfatos concessa, perpetuis futuris temporibus gaudere debeant: eamdem quoque facultatem aliis inferioribus collatoribus, et Ecclesiasticis Patronis, ad quos collatio et provisio, seu nominatio vel præsentatio personarum idonearum ad quævis Ecclesiastica Beneficia alias spectat et pertinet, concedimus et tribuimus: e converso vero omnia et singula Beneficia præfata in Januarii, Martii, Julii, Septembris, et Novembris mensibus pro tempore vacantia in dicto Regno, Nostræ, et successorum Nostrorum Romanorum Pontificum, ac Sedis Apostolicæ collationi, omnimodæque dispositioni, earumdem tenore præsentium, etiam perpetuis futuris temporibus, generaliter reservata esse et fore declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Præsentes antem litteras, et in eis contenta, ex quibusvis causis vel prætextibus, de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quovis alio defectu notari, impugnari vel quomodolibet retractari, suspendi, restringi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus umquam posse, easque omnino sub quibusvis contrariis Constitutionibus, revo-

cationibus, suspensionibus, derogationibus, decretis vel declarationibus generalibus, et specialibus pro tempore faciendis, minima comprahendi, sed ab illis semper exceptas, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, ac de novo concessas, semperque, et perpetuo validas, firmas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum, perpetuo et inviolabiliter observari, præfatisque modernis Archiepiscopis, et Episcopis, nec non inferioribus Collatoribus, Capitulis, et Canonicis, Collegiis, Universitatibus, aliisque, quorum favorem eædem præsentes quomodolibet concernunt, perpetuis futuris temporibus plenissime, suffragari: e converso vero eosdem Archiepiscopos, ac inferiores Collatores, Capitula, et Canonicos, Collegia, Universitates, aliosque præfatos, absque ampliatione, val declaratione aliqua, ad earumdem præsentium observantiam teneri, et obligatos existere; sicque in præmissis ab omnibus censeri, et ita per quoscumque Judices ordinarios vel delegatos, quavis auctoritate, et potestate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, dictæque Sedis Nuncios, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, at interpretandi facultate, et auctoritate, judicari et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his, ac etiam adversus reservationes Nobis, et successoribus Nostris, ut præfertur competentes hujusmodi, a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter quoquomodo contigerit attentari, harum quoque serie decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ, super reservatione mensium Apostolicorum per Nos edita, et per successores Nostros præfatos in crastinum eorum respectivæ assumptionis pro tempore edenda simili regula, nec non quorumvis prædecessorum Nostrorum, ac etiam in Synodalibus, Provincialibus, et Universalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non Ecclesiarum in dicto Regno, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis respective statutis et consuetudinibus: privilegiis, quoque Indultis, et literis Apostolicis dictis Ecclesiis, earumque Præsulibus, ac Capitulis, et Canonicis, Collegiis, Universitatibus ac Personis quibuscumque, in genere, vel in specie per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores Nostros, et dictam Sedem, vel alios quoscumque et quacumque dignitate, vel auctoritate fulgentes, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus et insolitis clausulis, nec non irritantibus, et aliis decretis in genera val in specie concessis, confirmatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad effectum validitatis, et perpetuæ firmitatis, ac exequutionis præmissorum omnium, et singulorum, hac vice dumtaxat, harum serie specialiter, et expresse derogamus, contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 7. Volumus autem, quod earumdem præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, aut sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio et extra illud habeatur, quæ iisdem præsentibus haberetur, si exhibitæ forent vel ostensæ.

Sanctio poenalis.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostri præcepti, mandati, concessionis, declarationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo sexagesimo tertio, sexto idus Augusti, Pontificatus Nostri Anno sexto.

Dat. die 16. Augusti 1763 Anno VI.

CCCLXVII.

Quomodo procedendum sit ab Ordinariis in confirmando, vel denegando Religioso cultu iis quibus fuit aliquando ab universali consensiona populorum præstitum, Syracusano Episcopo designat, nec non casus in quibus Romanæ Sedis judicium est requirendum.

Venerabili Fratri Josepho Antonio Episcopo Syracusano.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

Causæ enumerantur, quarum intuitu Syracusanus populus Religiosum cultum præstitit B. Friderico Campisano

§. 1. Efflagitari scribis ab Optimatibus Cleri, et populi Syracusani restitutionem cultus jampridem exhibiti Friderico Campisano, qui isthic jam inde ab anno millesimo trecentesimo vigesimo quinto, cum mortalitatem explevit, ab omnibus Beati nomine appellatus, et in Beatorum numero est habitus. Quod universi Syracusani populi judicium plura, quæ in epistola tua congeris, probare videntur non levia argumenta. Campanas enim narras, sua sponta edito sonitu, Urbem omnem de ejus obitu monuisse; quo miraculo excitatum Episcopum, cum universo populo illuc propere profectum, ubi Fridericus extremum diem obierat, sacrum corpus veneratum esse, et Syracusas solemni pompa translatum in Arca marmorea, prope portam Majoris Templi collocasse: supra sepulchrum appositam ipsius Friderici Imaginem, faculas accensas, et hinc, et hinc votivas tabellas circumjectas; esse qui in suis scriptis post duo sæcula illi nomen Divi tribuerit, et adhuc ætate sua hunc cultum viguisse duo tastari e Societate Jesu scriptores: baculum ejusdem Friderici cum cæteris Sanctorum reliquiis in Sacrario Syracusani Collegii Societatis Jesu asservari, et in quadam tabula, quæ in veteri Syracusarum extra mænia Majori Templo divi Joannis asservabatur, inter alia Sanctorum omnium Syracusanorum nomina, etiam B. Friderici nomen esse repertum.

Quum vero tractu temporis cultum alias præstitum, vel obsoleverit, vel intermissum fuerit, Ordinario de hisce inquirendo spectat

§. 2. Cultum vero non interdictum, aut vetitum, sed aut vetustate obsolevisse, aut esse intermissum, quod Friderici corpus satis inconsulte cum aliis corporibus mixtum, per occasionem Ecclesiæ instaurandæ, in Beatæ Virginis Sacellum translatum fuerit. De his vero omnibus, et si quæ sint alia, quæ diligenter in Epistola tua persequutus es, ordinaria auctoritate juridicas probationes in acta publica redigat Fraternitas tua, processumque constituat. Eo conjicias oportet legitimam, et judicialem Imaginis Friderici recognitionem; vetustatem etiam Inscriptionum rite examinandam; præterea testium ætate seniorum dicta juridice sumta; tum Auctorum, qui de Frederico memoriæ prodiderunt, omnia, quæ in literis tuis profers, testimonia: et si quidem ex his actis colligas, cultum Friderico fuisse exhibitum centum annis ante decreta prædecessoris Nostri felicis recordationis Urbani VIII, tum poteris illi cultum restituere.

Juxta decretum Urbani VIII.

In qua sane inquisitione diligentia omnis servanda est, et præscriptum a Tridentina Synodo sess. 25.

§. 3. In quo examine omnis adhibenda est diligentia, ne alterutrum contingat, vel ut Beato cultus aboleatur, quem juxta decreta memorati prædecessoris Nostri Urbani sublatum non oporteret; vel cultus retineatur, qui fortasse tollendus esset, quod non haberet vetustatem centum annorum a die, quo illa decreta sunt edita, retro computandorum. Quia vero, qui sapiens est, audit consilia; rem omnem antequam quidquam decernas, cum Theologis, virisque harum rerum intelligentibus communicabis. Quidquid autem egeris, id ordinaria tua facias auctoritate. Cum enim agitur de conservando cultu erga Dei Servos, quem obtinuerint, vel ex Apostolicis indultis, vel ab immemorabili tempore, Ordinariorum solum est onus examinare, sint ne vere in aliquo ex casibus a memorato prædecessore Nostro Urbano exceptis; et si viderint, cultum eis exhiberi, et casum esse inter exceptis, cultum abolere non debent; atque etiam servatis servandis, præsertim vero forma a Concilio Tridentino præscripta Sess. xxv. de Invocatione, Veneratione, et Reliquiis Sanctorum, poterunt ferre sententiam, quæ in his casibus Apostolica confirmatione non indiget. Cæterum Apostolicæ authoritati Nostræ tantummodo tunc esset in hac re locus, cum causæ de casu excepto afferendæ ad Apostolicam Sedem, consueta via iniretur, et ratio: tibique, Venerabilis Frater, benevolantiæ erga te Nostræ pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xvi. Augusti MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Dat. die 24 Augusti 1763. Anno VI.

CCCLXVIII.

Poloniæ Regi Illustri omni studio commendat, ne sinat Jesuitas e Lotharingiæ Ducatu ejici, sed imo illorum curet conservationi pro Religionis bono, officiaque sua adhibeat penes Christianissimum Francorum Regem.

Carissimo in Christo Filio Nostro Stanislao Poloniæ Regi Illustri

Clemens PP. XIII.

Carissimo in Christo fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem

De Gallicanæ Ecclesiæ perturbatione conqueritur cum Poloniæ Rege, deque inutiliter tentatis remediis ad tot mala evertenda.

§. 1. In hac tanta Gallicanæ Ecclesiæ perturbatione, quantam non videmur a multo tempore meminisse, unde potissimum orta, quod excussa Apostolicæ Sedis, et Ecclesiæ universæ auctoritate, eo res paullatim deducta est, ut haud ita pauci pro lubitu quisque suo novas efferant opiniones, quæ non modo Catholicæ Fidei sunt adversæ, sed quæ Christianam etiam Religionem funditus evertunt, Apostolici muneris Nostri postulat ratio, ut quoniam inania omnia experimur remedia, quibus tanto malo mederi in florentissimo Regno conati sumus, eo cogitationes Nostras convertamus, ut illæ Christiani Gregis partes serventur incolumes, quo circumeuntibus lupis nondum apertus est aditus.

Gratulatur quod Lotharingia, præcipua quadam custodia divinitus septa quodammodo sit, adeoque obsecrat ne ab ipsa pelli permittatur Jesuitas, qui tanto studio Religioni incumbunt.

§. 2. Lotharingiam tuam, carissime in Christo Fili Noster, manifesto inde apparet præcipua quadam custodia Deum ad hanc usque diem sepsisse, quod eam adhuc recentiorum errorum labes, et macula non infecerit: verum, si etiam isthinc pellantur qui doctrina, et exemplo, Pastoribus in custodiendo Grege, suam operam navant, profecto verendum est, ne eadem peste qua circa vos laboratur, ista etiam aliquando pars Gregis Dominici corripiatur. Quamobrem a Majestate tua regiam opem illi petimus, et præsidium. Quantum utilitatis Ecclesiæ universæ ex Clericis Regularibus Societatis Jesu provenerit, Regia Majestas tua non ignorat. Neque itidem nescius es, fere omnes Gallicani Episcopi quantopere doleant, quod ex eorum Diœcesibus illi Religiosi fuerint avulsi. Ut igitur ab ista Provincia, quam unice videris diligere, quam tuarum virtutum odore conspersam fecisti beatam, et florentissimam, eadem, quæ illi imminet fortasse calamitas, avertatur, te carissime in Christo Fili Noster, obsecramus in Domino, et obtestamur, ut facias, quod fecisse legimus Josue, qui cum longævus esset, et persenilis ætatis, vocavit omnem Israelem, majorasque natu, et Principes, ac Duces, et Magistros, dixitque ad eos: ego senui, et progressioris ætatis sum; vosque cernitis omnia, quæ fecerit Dominus Deus vester cuctis per circuitum Nationibus. Confortamini, et estote solliciti, ut custodiatis omnia, quæ scripta sunt in volumine legis Moysi. Quod si volueritis gentium harum, quæ inter vos habitant erroribus adhærere, jam nunc scitote, quod erunt vobis in foveam ac laqueum. Ad eumdem modum Regia Majestas tua, Nobilissimos quosque, qui te circumsident, et Magistratus potissimum adhortetur ad defendendam Religionem, et Catholicam Fidem, Religiososque viros retinendos tuendosque, qui tam strenue pro illius incolumitate, nullis parcentes laboribus, nullis deterriti periculis, propugnarunt. Id ex omnibus tuis in Catholicæ Religionis utilitatem egregiæ factis erit pulcherrimum.

Poloniæ Regem laudat pro eximia beneficentia, qua semper Lotharingiam est cumulatus.

§. 3. Est etiam Regiæ tuæ dignitatis providere, quæ ipse, et prædecessor tui fecistis, ne ad nihilum redigantur, neve quæ ad salutem rei Catholicæ sapienter consilia cœpistis (quod Deus prohibeat) confringantur. Ex quo enim Regiæ Majestati tuæ Lothoringia tradita est, tanta usus es in eam beneficentia, ut liberalitate tua, tuisque beneficiis provincia illa nunc tota colluceat, iis præsertim, quæ non tam pro animi tui magnitudine, quam singulari erga Deum pietate, et flagrantissimo Religionis studio in rem Catholicam contulisti. Nam non modo superiorum beneficia Dominorum, qui pietatis egregiæque in Catholicam Ecclesiam voluntatis laude florentes provinciam illam tenuera, tua pecunia, tuisque opibus auxisti, sed ad nova quædam commoda Ecclesiæ ex integro paranda, Regiam liberalitatem tuam admovisti. Non minor igitur providentiæ, quam liberalitati tuæ debebitur laus si quæ Lotharingiæ Regia Majestatis tuæ benignitate peperit bona, prospiciens, in posterum ea sic tueare, ut ab hominum molitionibus, qui suæ magis factioni student, quam quod sanctæ faveant Ecclesiæ, in tuto posita esse videantur.

Commendat summopere Domum Missionum Societatis Jesu alumnis concreditam, et opibus

§. 4. Tendere ad te supplices manus suas, carissime in Christo fili Noster, prope oculis cernimus domum Missionum, quam memoratis Clericis Regularibus Societatis Jesu tuis opibus ipse

Poloniæ Regis fundatam, nec non Mussipontanam Academiam.

fundasti, multum sibi metuentem, et trepidam, ne cum mortalitatem expleveris, in orbitate sua, te prope parente suo extincto mœrens jaceat, ad omnem projecta injuriam, et Mussipontana etiam Academia, Regiam tuam implorare Nobis videtur opem, et fidem, ne cum ad hanc usque diem tum Lutheranos, et Calvinianos, tum quos Bajus, Jansenius, et Quenellius novissime in Ecclesia extulerunt errores, universæ Lotharingiæ defenderit, in manus eorum fortasse incidat, qui a suspicione ejusmodi recentium errorum non sunt remotissimi. Rationem vero, qua iis, quæ a Majestate tua, tuisque prædecessoribus fundata fuerunt, et constituta, stabilitatis addantur præsidia: tibi prudentissime, et maximarum rerum usu expertissimo Principi, non est Nostrum suggerere, neque itidem preclaræ pietati tuæ, et religiosissimo divini honoris studio cohortationis Nostræ acriores stimulos admovere. Tu enim, carissime in Christo fili Noster, si quisquam alius senex, tuis moribus, tua virtute, omnique excelsi, et generosi animi tui indole veritatem illius, quod ajebat sapiens, confirmas » Corona senum multa peritia, et gloria illorum timor Dei «

Hortatur ut Christianissimum Francorum Regem, ejusque Familiam ad pro tuendam Catholicam Religionem suadeat, atque confirmet.

§. 5. Illud autem prætermittere nullo modo possumus, si quando carissimum in Christo filium Nostrum convenias Ludovicum Galliarum Regem Christianissimum generum tuum, in societatem confirmandi ea, quæ supra memoravimus, illum adsciscas, et cum eo tantam laudem atque præclaram communices. Non multum tibi laborandum existimamus; res enim tibi erit cum Catholicæ Religionis tenacissimo Rege, eodemque justi amantissimo, qui nunquam patietur, pias fundationes, ad æternam animarum salutem constitutas, everti. Optimum præterea factu arbitramur, Majestatem tuam sibi adjutores, et apud eumdem Christianissimum Regem precatores adhibere carissimam in Christo filiam Nostram Mariam Galliarum Reginam filiam tuam secundum carnem, et dilectissimum in Christo filium itidem nostrum Ludovicum Delphinum Nepotem tuum, quorum precibus Christianissimus Rex si temporum iniquitate impedimenta sibi offeri videat, factus alacrior, fieri non potest, quin omnia sit summoturus, quæ suæ obstiterint voluntati. Interea impensissimis precibus Majestati tuæ prosperrimam valetudinem, et longævam implorabimus a Deo senectutem, annorumque numerum ætati Josue parem, ut quam diutissime piissimo cæteroquin Nepoti tuo, et suavissimis Pronepotibus vivum in terris optimi Principis exemplar exhibeas, quo semper respiciant, et ad Regias virtutes tuas, se, suosque mores conforment. Denique Majestati tuæ, et Christianissimo Regi genero tuo, Filiæque tuæ Galliarum Reginæ, non tam Regali splendore, quam pietatis, et Religionis laude illustri, tum Regio Nepoti, ob insignes magnasque virtutes, ac præsertim ob ejus amorem in Catholicam fidem, purissimosque mores Deo, hominibusque carissimo, ejusque Regiæ conjugi, Nepotibusque tuis, et dulcissimis pronepotibus, intimo Nostri paterni cordis affectu Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIV. Augusti MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno sexto.

CCCLXIX.

Dat. die 30. Augusti 1763. Anno VI.

Episcopo Placentino facultates impertitur permittendi in sua Diœcesi artium exercitationes, et opera servilia, audita tamen Missa, in festis diebus, aliquibus tamen solemnioribus exceptis.

Quoad alias Diœceses per diversa Catholica Regna, festorum dierum reductionem indulsit Pontifex hic, peculiaribus in id datis Apostolicis literis, nempe pro Diœcesibus Mirandensi, Angriensi, Malacitana, et Abbadia Compluti Regii, quas retulimus supra in hujus Continuationis Tom. I. sub Num. XXXI. pag. 85. Itemque pro Monasteriis, S. Juliani de Samos Provinciæ Compostellanæ, et alterius de Sahagun ejusdem Provinciæ, relatas pariter eod. Tom. I. sub Num. CXLVII. pag. 333, et 334.

Venerabili Fratri Episcopo Placentino Provinciæ Bononiensis

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

Romani Pontifices numquam temperare neglexerunt ea, quæ nec præceptis Evange-

§. 1. Cum sicut quædam sunt, ut inquit S. Leo Magnus prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quæ aut pro con-

licis, neque Sanctorum Patrum decreti adversantur.

ditione ætatum, aut pro necessitate rerum opporteat temperari, illa semper consideratione servata, ut in his, quæ vel dubia fuerint, out obscura, id noverimus sequendum, quod nec præceptis Evangelicis contrarium, nec decretis Sanctorum Patrum inveniatur adversum: ea propter hæc Sancta Sedes, pro paterna erga universos Christifideles benignitate, quod integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in his auctoritatem interponere, quæ cæteroquin ad majus Divini cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem ad otium, luxuriamque convertantur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessariarum inopiam non sine conscientiæ angore contemnuntur.

Preces porrectæ pro reductione festum dierum ex populi calamitate insinuatæ.

§. 2. Cum itaque sicut Nobis nuper exponi fecisti, tu quotidie experientia nimis edocearis, ob crebiorem operum servilium Reipublicæ proficuorum cessationem, non tam Coelitos coli, aut Deum reddi propitium, quam emolliri mores, nutriri otium, et quæ inde promanant, vitia adaugeri, ac proinde id a Nobis studiosissime efflagitaveris, ut hominum istius Civitatis, et Diœcesis Placentinæ, Provinciæ Bononiensis, tuæ curæ commissorum calamitatibus sublevandis, qui in sudore vultus sui panem comedunt, Sa ctorumque dierum cultui, et religioni amplificandæ eorumdem festorum dierum numerum imminuere dignaremur.

Pontifex precibus annuit, solemnioresque designat festos dies religiose servandos, festis a festivitatibus suppressis, onere audiendi Missam.

§. 3. Nos igitur piis votis tuis, hac in re quantum cum Domino possumus obsequenti, festorum dierum grandiorem numerum admodum revocandum existimavimus. Fraternitati itaque tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut in Civitate, et Diœcesi Placentina Provinciæ Bononiensis, hanc de festis diebus legem auctoritate Nostra Apostoli ca edicas, nempe Paschatis Resurrectionis, et immediate duobus sequentibus, ac Pentecostes, aliisque per annum Dominicis, nec non Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Circumcisionis, Epiphaniæ, Ascensionis, Corporis Christi, ac Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ, Sanctorum Petri, et Pauli Apostolorum, ac omnium Sanctorum, ac Sancti Josephi, et Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ festivis diebus, ac festo die cujusvis præcipui Civitatis, et cujuslibet loci Diœcesis prædictæ Patroni, pro veteri Ecclesiæ Catholicæ instituto sacris non solum astare Christifideles ejusdem Civitatis, et Diœcesis teneantur, sed a servilibus operibus se abstinere debeant; in reliquis vero festis, sive Synodales Diœcesis hujusmodi constitutiones, sive per hanc Sanctam Sedem præceptis, sive quacumque alia de causa, etiam ex causa Voti per Christifideles ejusdem Civitatis, et Diœcesis, eorumque majores facti, quod hanc partem etiam, auctoritate Apostolica per te commutari volumus, præscriptis, audita tamen Missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus, sine ullo conscientiæ scrupulo vacare possint.

Placentinum Episcopum hortatur, ut populos edoceat, et edocere faciat in iis quæ ad Religiosi cultus exercitium spectant.

§. 4. Fraternitatem tuam in Domino hortamur, ut populos tuæ curæ demandatos, quam sæpissime edoceas, ac edocere cures, quæ ad justam; legitimamque dierum festorum celebrationem pro temporum varietate pertinere videbuntur, qua Spiritus alacritate, qua mentis contentione, qua cordis humilitate astare opporteat Sanctissimo Altaris Sacrificio, in quo Christus Dominus tradit semetipsum pro nobis oblationem, et hostiam Deo in odorem suavitatis, quam frequentes divinis officiis, sacrisque concionibus, Christianæ Do trinæ explicationibus, et explanationibus esse debeant, et quanti piaculi sit, eos temerare dies, quos ad sui Nominis gloriam amplificandam sibi Dominus consecravit; Ne autem per eos dies potissimum Christifidelium corda graventur in crapula, et ebrietate, ac cogitationibus sæcularibus, quam diligentissime curare debes, ut prophana quæque, ludicra, et minus religiosa, a publicis locis quam longissime amoveantur, etiam invocato, si opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis. Quod sane non defuturum neutiquam dubitamus, memores semper Prophetici illius oraculi, quo solemnitates, quas vitiosa consuetudine homines deturpant, tanquam stercus a Deo projciendas, et disperdendas esse declaratur.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non Civitatis, et locorum Diœcesis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis et Consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis, superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac in-

solitis clausulis, irritantibusque, et aliis Decretis in genere, vel in specie, ac eliis in contrerium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ec de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ed præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ epud Sancram Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die trigesima Augusti Millesimo Septingentesimo Sexagesimo tertio, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Dat. die 30 Augusti 1763. Anno VI.

CCCLXX.

Episcôpo Burgi Sancti Donnini easdem tribuit facultetes, sub iisdem reservationibus, et præscriptionibus.

Vide adnotationem appositam superiori numero.

Venerabili Fratri Episcopo Burgi Sancti Donnini

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

In rebus, quæ nec præceptis Evangelii sunt contraria, nec decretis SS Patrum Adversantur, consuevit Sancta Sedes temperate procedere.

§. 1. Cum sicut quædam sunt, ut inqnit Sanctus Leo Magnus prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quæ aut pro conditione ætatum, aut pro necessitate rerum opporteat temperari, illa semper consideratione servata, ut in iis, quæ dubia fuerint, aut obscura id noverimus sequeodum, quod nec præceptis Evangelicis contrarium, nec decretis Sanctorum Patrum invenietur adversnm: Ea propter hæc Sancta Sedes, pro paterna erga Universos Christifideles benignitate, quod integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere, quæ cæteroquin ad majus Divini cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem, ad otium, luxuriamque convertantur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessariarum inopiam non sine conscientiæ angore contemnuntur.

Preces porrectæ pro reductione festivitatum in Civitate Burgi Sancti Donnini.

§. 2. Cum itaque sicut Nobis nupes exponi fecisti, tu quotidie experientia nimis edocearis, ob crebiorem operum servilium Reipublicæ proficuorum cessationem, non tam Coelitos coli, aut Deum reddi propitium, quam emolliri mores, nutriri otium, et quæ inde promanant, vitia edaugeri, ac proinde id e Nobis studiosissime efflagitaveris, ut hominum istius Civitatis, et Diœcesis Placentinæ, Provinciæ Bononiensis, tuæ curæ commissorum, calamitatibus sublevandis, qui in sudore vultus sui panem comedunt, Saoctorumque dierum cultui, et religioni amplificandæ, eorumdem festorum dierum numerum imminuere dignaremur.

Pontifex designatis specialibus diebus, in quibus festivitatis præceptum servari vult, cæteras supprimit festivitates, sub onere tamen audiendi Missam

§. 3. Nos igitur piis votis tuis hac in re quantum cum Domino possumus obsecuti, festorum dierum grandiorem numerum admodum revocandum existimavimus. Fraternitati itaque tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut in Civitate, et Diœcesi Burgi Sancti Donnini, hanc de festis diebus legem auctoritate Nostra Apostolica edices, nempe Paschatis Resurrectionis, et immediate duobus sequentibus, ac Pentecostes, aliisque per annum Dominicis, nec non Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Circumcisionis, Epiphaniæ, Ascensionis, Corporis Christi, ac Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ, Sanctorum Petri, et Pauli Apostolorum, ec omnium Sanctorum, ac Sancti Josephi, et Nativitatis Sancti Joeonis Baptistæ festivis diebus, ac festo die cujusvis præcipui Civitatis, et cujuslibet loci Diœcesis prædictæ Patroni, pro veteri Ecclesiæ Catholicæ instituto, sacris non solum astare Christifidcles ejusdem Civitatis, et Diœcesis teneantur, sed a servilibus operibus se abstinere debeent; In reliquis vero festis, sive per Synodales Diœcesis hujusmodi Constitutiones, sive per hanc Sanctam Sedem præceptis, sive quacumque alie de cause, etiam ex causa Voti per Christifideles ejusdem Civitatis, et Diœcesis, eorumque majores facti, quoad hanc partem etiam, auctoritate Apostolica per te commutari volumus, præscriptis, audita tamen Missæ, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus sine ullo conscientiæ scrupulo vacare possint.

Episcopum hortatur ut sedulo populum edoceat de necessitate venerandi dies festos, illosque sanctificandi.

§. 4. Fraternitatem tuam in Domino hortamur, ut populos tuæ curæ demandatos quam sæpissime edoceas, ac edocere cures, quæ ad justam, legitimamque dierum festorum celebrationem pro temporum varietate pertinere vide-

buntur qua spiritus alacritate, qua mentis contentione, qua cordis humilitate astare opporteat Sanctissimo Altaris Sacrificio, in quo Christus Dominus tradit semetipsum pro nobis oblationem, et hostiam Deo in odorem suavitatis, quam frequentes Divinis Officiis, sacrisque Concionibus, Christianæ Doctrinæ explicationibus, et explanationibus esse debeant, et quanti piaculi sit, eos temere dies, quos ad sui Nominis gloriam amplificandam sibi Dominus consecravit; ne autem per eos dies potissimum Christifidelium corda graventur in crapula, et ebrietate, ac cogitationibus sæcularibus, quam diligentissime curare debas, ut prophana quæque ludicra, et minus religiosa, a publicis locis, quam longissime amoveantur, etiam invocato, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Quod sane non defuturum nequiquam dubitamus, memores semper Prophetici illius oraculi, quo solemnitates, quas vitiosa consuetudine homines deturpant, tanquam stercus a Deo projciendas, et disperdendas esse declaratur.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non Civitatis, et locorum Diœcesis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficientar expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die trigesima Augusti Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Tertio, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

CCCLXXI.

Dat. die 30. Augusti 1763. Anno VI.

Statuitur, Regulares Ordines quibus facultas impertita est benedicendi solemniter populo, haud ipsa facultate uti posse nisi prius implorata venia, eaque in scriptis obtenta ab Ordinariis locorum.

Constitutio qua generales traditæ fuere leges super solemni benedictione, nomine Pontificis, populo impertienda, relata habetur hoc Tom. II. sub Num. CCC. pag. 292.

Clemens Episcopus

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Exordium. §. 1. Decet Romanos Pontifices, assiduas super Dominicum gregem excubias, divino præcepto agentes, quæ ad fidelium pietatem fovendam, diversis ecclesiasticis Ordinibus, pro eorum in Ecclesiam meritis a se, vel a Romanis Pontificibus prædecessoribus suis indulta sunt, si aliqua exinde minus congrua, et eorum voluntati, ac menti consentanea exorta comperiantur, provida diligentia, ac prudenti circumspectione ita coercere, ac moderari, prout melius ad animarum salutem, et Catholicæ Ecclesiæ decorem, in Domino putant salubriter expedire.

Recensetur quod in superioris anni Brevi dispositum fuerat quoad Benedictionem Papalem. §. 2. Cum alias per nostras literas sub plumbo incipientes: *Inexhaustum*: datas tertio Nonas Novembris Pontificatus Nostri Anno Quinto, Venerabilibus Fratribus Nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, et Episcopis, duabus anni solemnitatibus, nimirum Paschate Resurrectionis Domini, alioquc festu solemni eorum arbitrio designando: Prælatis vero inferioribus, usum Pontificalium, cum Territorio separato, et jurisdictione quasi Episcopali habentibus, semel in anno, in uno ex diebus, in quibus eorum singulis Pontificalium usus ab Apostolica Sede permittitur, nempe in præfato solemni die Paschatis Resurrectionis Dominicæ a Nobis præfinito, populo in Ecclesia congregato, Apostolica Summi Romani Pontificis pro tempore existentis auctoritate, illiusque nomine, facultatem solemniter benedicendi, cum elargitione plenariæ Indulgentiæ, juxta ritum, et formam tunc traditam, concesserimus, in iisdem literis facultates simi-

les impertiendi Romani Pontificis nomine Apostolicam benedictionem aliquibus Regularibus Ordinibus concessas præservavimus; districte tamen dilectis filiis eorumdem Ordinum Superioribus, et Professoribus, etiam speciali mentione dignis, facultate, et indulto hujusmodi gaudentibus, et qui in posterum gaudebunt, injunximus, ac præcepimus, ut quibus diebus Episcopi facultate hujusmodi uterentur, ab elargienda prædicta solemni benedictione penitus abstinerent, prout in dictis literis plenius continetur.

Regulares Ordines nulla ab Episcopo implorata licentia facultate benedicendi populo, proprio arbitrio utebantur.

§. 3. Verum, cum ad Nos perlatum sit, ex quo in concessionibus illis Ordinibus factis minime fuit expresse præscriptum, Regulares personas ad impertiendam supra populum benedictionem a propriis Superioribus designatas, opportunam prius ab Archiepiscopo, vel Episcopo, aut Prælato respective loci illius licentiam exquirere debere, functiones hujusmodi absque Ordinariorum licentia, et permissione, imo ipsis aperte dissentientibus, non semel, sed pluries in anno, atque etiam contra Nostrum expressum præceptum, et mandatum iisdem diebus a prædictis locorum Prælatis peraguntur, non sine gravi Christianæ pacis perturbatione, et fidelium scandalo, a Regularibus peragi contigisse.

Ad tolla removenda scandala, jubetur expresse, nullum Regularem Ordinem facultate uti posse benedicendi populo, nisi prius Ordinarii licentia in scriptis obtenta, sub suspensionis poena.

§. 4. Quare, cum maxime dedeceat, et tolerari ubique non debeat, Apostolica jussa et mandata, a Religiosis præcipue Viris negligi, aut non servari, et omnino incongruum sit, solemnem super populum, et sacram peragi actionem, ignaris, vel dissentientibus Pastoribus, quibus ejusdem populi cura et solicitudo, divina disponente clementia, commissa est, hujusmodi non mediocri malo congrua Apostolicæ provisionis remedia adhibere volentes, ut in posterum Apostolicæ Sedi, et aliarum Ecclesiarum Pastoribus debitus honor, ac reverentia habeatur, utque cujuscumque discordiæ, ac dissensionis fomite, et causa sublata, pax, et concordia in procuranda Fidelium salute, inter sacros Ecclesiæ Dei Ministros retineatur diligentius, et exactius custodiatur; Motu-proprio, et ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac Nostra in perpetuum valitura sanctione constituimus, decernimus, ac declaramus, Regulares Ordines etiam specialiter exprimendos, quibus facultas benedictionem elargiendi super populum, a Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris quomodocumque concessa, et per Nos in dictis Nostris literis præservata fuit, eorumdem Ordinum personas Regulares ad id designatas, ac Superiores ipsos, facultate et concessione hujusmodi respective uti non posse, sine scientia et permissione Episcopi Diœcesani, aut Prælati loci ordinarii activam jurisdictionem in Clerum, et populum habentis, ab ipsis quidem ante in scriptis impetranda, quam per publica edicta, seu enunciationes, aut proclamationes populum de benedictione stata die elargienda, ut se ad Sacramenta Confessionis, et Communionis ea die suscipienda disponat, certiorem faciant, vel si edicta huiusmodi omitti contingat, triduo saltem ante ipsam diem benedictionis, eadem licentia, et permissio in scriptis impetrari omnino debeat, sub pœna suspensionis ab omni officio et dignitate, aliusque arbitrio Nostro inferendis.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes, præsentes Nostras literas, et in eis contenta, ex quibusvis causis, vel prætextibus, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quovis alio defectu notari, impugnari, vel quomodolibet retractari, suspendi, restringi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus umquam posse, easque omnino sub quibusvis contrariis Constitutionibus, revocationibus, suspensionibus, derogationibus, decretis, vel declarationibus, novisque privilegiis generalibus, et specialibus pro tempore faciendis minime compræhendi, sed semper ab illis exceptas esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab iisdem Ordinibus Regularibus, Superioribus, et personis quibuscumque, perpetuo, et inviolabiliter absque declaratione aliqua observari debere: sicque in præmissis omnibus censeri, et ita per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos, ac etiam privilegiorum eorumdem Ordinum Conservatores, etiam quavis auctoritate et potestate fungentes, causarum quoque Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, dictæque Sedis Nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et authoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariarum.

§. 6. Non obstantibus quorumvis prædecessorum Nostrorum, ac etiam in Synodalibus, Provincialibus, et Universalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Or-

dinationibus; privilegiis quoque ipsis Ordinibus, et eorum singulis in genere, vel in specie a prædecessoribus præfatis, etiam quacumque causa, ac sub quibusvis tenoribus, et formis, ac quibuslibet derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, nec non irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie concessis, ac etiam pluries confirmatis, et innovatis: quæ omnia et singula, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem impertantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad effectum validitatis, perpetuæ firmitatis, et observantiæ præmissorum omnium, et singulorum, hac vice dumtaxat, harum serie specialiter, et expresse moderamus, et quatenus opus sit illis opportune, et valide derogamus, contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis

§. 7. Volumus autem, quod earumdem præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ iisdem præsentibus adhiberetur, si exhibitæ forent, vel ostensæ.

Sanctio poenalis.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ constitutionis, declarationis, decreti, moderationis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo sexagesimo tertio, Tertio Kalendas Septembris, Pontificatus Nostri Anno sexto.

CCCLXXII.

* Dat. die 8. Sept. 1763 Anno VI.

Quæ de immunitate Ecclesiastica sanciverat Benedictus XIV. pro dominio temporali Sardiniæ Regis illustris, ea ad alias Provincias deinde dominio ipsi unitas, extenduntur, et observari mandantur.

Ne homicidæ proditorii immunitate Ecclesiastica juvari possint prohibuit Gregorius XIV. Constit. anni 1591. 10 Kal. Junii. Immunitatis privationem extendit, etiam ad illos qui animo præmeditato occisionem patrassent Benedictus XIII. Constit. Anni 1725. sexto Idus Junii. Constitutionem super immunitate Ecclesiastica personali, et locali, confirmatis præcedentium Pontificum Ordinationibus, edidit Clemens XII. Anno 1734 quarto Kal. Febr. ut videre suis locis est in Bullario Mainardi. Constitutionem Clementis XII. extendit ad loca dominii Reipublicæ Lucanæ Benedictus XIV. Constitutione sua anni 1744. Jan. 24. Dubia quamplurima circa immunitatem localem declaravit Pontifex idem Constitutione alia Anni 1750 Martii 15. Quoad immunitatem Ecclesiasticam localem, et formam extrahendi reos ex locis immunibus pro ditione comitis Palatini Rheni adest Clementis XIII. Constit. Anni 1758. prid. Kal. Oct. relata hujus continuationis Tom. I. sub num. XIV. pag. 42. Itemque de Criminibus, et locis, qui Ecclesiastici asyli beneficio juvari minime poterunt in Sardiniæ Regno, peculiaria significavit Pontifex idem ad illius Regni Archiepiscopos, et Episcopos per Encyclicam relatam eod. Tom. I. sub num. XLVI. pag. 105. Quod minores viginti Annis, qui præmeditati homicidii facinus admiserint, Ecclesiastica immunitate privandi non sint, declaravit prælaudatus Pontifex Episcopo Salutiarum per literas suas hujus anni Maii 23 relatas hoc Tom. II. sub Num. CCCXLV. pag. 350.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Narrantur controversiæ, et dissentiones obortæ inter Sanctæ Sedis Ministros, et Officiales Sar-

§. 1. Pastoralis officii Nobis licet immerentibus, divinitus commissi sollicitudo Nos admonet, ut votis Catholicorum præsertim Principum, per quæ Ecclesiæ immunitati nihil sit detractum,

;diniæ Regis quoad immunitatem, et libertatem Ecclesiasticam quas dirimere incoepit Benedictus XIII.

et simul publicæ consultum sit tranquillitati, Apostolicum præbeamus assensum. Sane pro parte carissimi in Christa filii Nostri Karoli Emmanuelis Sardiniæ Regis Illustris Nobis expositum fuit, quod cum jam dudum nonnullæ controversiæ, et dissentiones inter ministros hujus Apostolicæ Sanctæ Sedis ex una, et officiales, ac ministros clat me: Victorii Amadel, dum vixit, ejusdem Sardiniæ Regis Illustris ex altera partibus, tam quoad immunitatem, libertatemque Ecclesiasticam, quam quoad materiam beneficialem vigerent, fel. rec. Benedictus Papa XIII. prædecessor Noster ad illas sedandas, componendasque nonnulla pacta, et concordata inire studuit, et quoniam in tractatu, seu deliberatione desuper habita pro dicto solemni concordato, et pactione ineunda conventum, et reservatum fuit, ut quædam instructio tum super jurisdictionem, tum super immunitatem, libertatemque Ecclesiasticam conficeretur transmittenda tunc nominando, et eligendo suo, et Apostolicæ Sedis prædictæ Nuncio apud eumdem Victorium Amadeum Regem, ad effectum illa communicandi cum omnibus Archiepiscopis, et Episcopis in ditionibus temporalibus ipsi Victorio Amadeo Regi subjectis, existentibus, sed quoniam neque Nuncius id tempus missus, neque instructio confecta fuerat.

At Benedictus XIV, quæ a prædecessore suo incoepta tantum fuere, audita prius peculiari Cardinalium Congregatione, debito fini perducere curavit, opportunamque præbere instructionem.

§. 2. Propterea rec: me: Benedictus Papa XIV. prædecessor itidem Noster, vestigiis prædecessorum suorum inhærens, cupiensque quæstionibus omnibus tunc vigentibus debitum finem imponere, auditis prius nonnullis ex tunc existentibus S.R.E.Cardinalibus, de tranquillitate, et quiete dictæ Apostolicæ Sedis sollicitis, et in rebus, de quibus agebatur peritis, ac versatis, inspecto prius, penitusque cognito statu, in quo res immunitatis, et libertatis Ecclesiasticæ reperiebantur, tunc suo, et prædictæ Sedis Commissario in ditionibus prædictis existenti, quamdam instructionem trasmitti mandavit, quam ipse Commissarius cum Archiepiscopis, et Episcopis in ditionibus temporalibus prædictis, eidem Karolo Emmanueli Regi subjectis, ut præfertur, existentibus, communicare, seu illos de illa participes facere deberet, per quam quidem instructionem nonnullæ difficultates, quæ in intelligentia, et executione dictorum concordatorum ab ipso Benedicto XIII. initorum natæ, et exortæ fuerant, explicandæ, et aperiendæ, alieæque leges pro bono jurisdictionis, et immunitatis Ecclesiasticæ regimine, et gubernio addendæ erant, dictamque instructionem in duas partes divisit, quarum prima ad concordatum per dictum Benedictum XIII. prædecessorem initum pertinebat, in alia vero continebantur ea, quæ ad bonum regimen jurisdictionis, et immunitatis Ecclesiasticæ attinebant.

Sardiniæ Modernus Rex quæ pro veteribus suis populis a Sancta Sede sancita fuerant, ad novas Provincias eidem Regno incorporatas extendi postulavit.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat ipse Karolus Emmanuel Rex, quo controversiæ, et dissentiones inter Curias Ecclesiasticas, et magistratus, seu tribunalia sæcularia Provinciarum in statu, et Ducatu Mediolanensi disjunctarum, et juxta tractatus Viennæ, et Aquisgrani sibi assignatarum, ac suo temporali dominio unitarum rigentes, et quæ forsan in posterum, quod Deus avertat, oriri possunt, super Ecclesiasticum asylum, et intelligentiam, ac executionem præsertim antiquorum usuum, legum, et consuetudinum huc usque in eodem statu Mediolanensi in præmissis observatarum, componantur, nil aliud consentaneum, justum, et equum esse ducat, quam ut totum id, quod per dictum Benedictum XIV. prædecessorem in sua momorata instructione dispositum, declaratumque fuit quoad immunitatem, libertatemque Ecclesiasticam in paragraphis nono, decimo, decimo primo, decimo secundo, et decimo tertio pro omnibus priscis, antiquisque provinciis sui dominii temporalis, ad novas provincias sibi assignatas, et a statu Mediolanensi disjunctas per Nos extendatur, et amplietur, declarando, quænam sit, et esse debeant loca, quæ in posterum immunitate Ecclesiastica minime gaudent, neque gaudere possint, prout etiam, quænam sint delicta, propter quæ delinquentes ad publicam quietem, et securitatem, ne pœnam juxta patrata delicta, et crimina affugiant, Ecclesiastici asyli beneficio minime fruantur.

Pontifex piissimus Regis votis obsecundans, benigne excipit illius preces.

§. 4. Nos igitur, qui nihil curamus impensius, quam, ut justitia, et pax se se invicem osculentur, piis ejusdem Karoli Emmanuelis Regis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione, Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, totum id quod idem Benedictus XIV. prædecessor Noster in supradicta sua Instructione, præsertim in paragraphis nono, decimo, decimoprimo, decimo secundo, et decimo tertio contentum, et expres-

sum quoad immunitatem, libertatemque Ecclesiasticam pro dominio temporali ejusdem Karoli Emmanuelis Regis tunc existentibus in eo Archiepiscopis et Episcopis transmissa præscripsit, statuit, decrevit, et declaravit, ad easdem provincias vigore tractatuum Viennæ, et Aquisgrani a Statu, et Ducatu Mediolanensi avulsas, ac dicto Karolo Emmanueli Regi assignatas, attributas, et subjectas, ejusque temporali dominio prædicto unitas, extendimus, et ampliamus. Ac pro majori securitate, et intelligentia, ne novæ in posterum ea de causa oriantur dissentiones, motu, scientia, deliberatione, et plenitudine paribus, decernimus, statuimus, et declaramus, hanc esse in præmissis Nostram voluntatem, nempe.

Sequitur tenor auctionum, quarum hic extenditur observantia.

§. IX. » Essendo pur troppo cresciuta la malizia degli uomini, e desumendo i cattivi, contro l' espressa intenzione de Sacri Canoni, e delle Costituzioni Apostoliche, facilità di commetter delitti pel pronto confugio alle Chiese, ed a luoghi immuni, non goderanno per l' avvenire del beneficio dell' asilo tutti i seguenti.

» Gli Omicidi, non solo se l'omicidio sia proditorio, giusta il jus commune, e la Bolla Gregoriana, ma ancora se sarà appensato, giunta la Bolla della Santa Memoria di Benedetto XIII. che incomincia *Ex quo divina*, non dovendo più godere del beneficio dell' asilo, se non chi commette omicidio casuale, o per propria difesa *cum moderamine inculpatæ tutelæ*, estendendo sua Santità ai dominj del Re di Sardegna la Bolla *In supremo Justitiæ Solio* della Santa Memoria di Clemente XII.

» Gl' incendiarj, cioè coloro, che *dolo malo*, *et data opera* metteranno o faranno metter fuoco, o che *scienter* daranno ajuto, o consiglio a chi mettesse fuoco a qualunque Chiesa, luogo Sagro, o Religioso, o a qualunque casa abitabile, sia tanto in Città, e luoghi abitati, quanto fuori di essi, come altresì a tugurj costrutti *ad instar domorum*, soliti abitarsi da contadini, o pastori, o sopra gli armenti, e le greggi, alle vigne, seminati, oliveti, selvati, o qualunque altro podere alberato, coltivato, e fruttifero.

» I ricattatori, cioè a dire coloro, i quali conducono, e trasportano violentemente, o dolosamente *de loco ad locum* uomini, e donne, ivi ritenendoli per obbligarli a riscattarsi: come altresì coloro, che per via di ambasciate, o lettere chieggono denaro, o altra cosa, con minaccia di ammazzare le persone, o d' incendiare i beni di quelli, a qualj sono dirette in caso, cha non facciano quel che chieggono.

» Coloro, che *scienter*, *dolo malo*, *et animo nocendi* compongono, vendono, e propinano il veleno, quantunque non sia seguita la morte della persona, che voleva avvelenarsi, e nè tampoco abbia la medesima in effetto, per qualche fortunato accidente, preso il veleno.

» Coloro, che fanno assassinare, o che per commissione data loro, assassinano, o che a sudetti scellerati danno ajuto, o consiglio, quantunque non vi sia seguita la morte, purchè *deventum fuerit ad actum proximum*, *hoc est ad insultum*, *ita ut intervenerint vulnus*. I grassatorj, e ladri di strade publiche, e vicinali, anche per la prima volta, che commettessero un tal delitto, quantunque senza alcuna offesa della persona del derubbato.

» Coloro, che di notte tempo aprono con chiavi false, o adulterine, con grimaldelli, ed altri istromenti le porte delle case, botteghe, fondachi, o magazzini, o pure, che rompono, o bruciano le sudette porte, o che entrano in tali sudetti luoghi per gli tetti, o finestre, o per aperture fatte nelle muraglie, o rubbano tanta quantità, per la qual cosa meritano secondo le leggi communi, o municipali, la morte.

» Così parimenti coloro, cha in tempo di notte, sotto nome di Corte, o con falsi pretesti di essere Ministri della giustizia, si fanno aprire dagli abitatori le porte delle case, ed ivi entrati, rubbano, o fanno violenza all' onestà delle donne di detta casa.

» I falsificatori di cedole, o siano fedi di credito, o di altre scritture de' publici banchi, come altresì coloro, che falsificano ordini per mezzo de' quali, in pregiudizio della publica fede, esiggono danaro d' altri, depositato ne publici banchi.

» I Mercatanti fraudolentemente decotti, i quali fingendo di esser falliti, nascondono il loro avere in frode de' loro Creditori.

» I Regj Tesorieri, ed i Percettori generali, i quali ritenendo, o ricevendo denaro Regio dagli Uffizia-

» li inferiori, o da altri debitori della » Regia Camera, per trasmetterla alla » cassa generale, commettono furto, » o falsità, in somma, che abbia luo- » go la pena ordinaria, così pure il Cas- » siere maggiore, e gli altri Uffiziali, » e Ministri de' publici banchi, che » rubbano da quelli il denaro in tanta » quantità, che perciò debbano sog- » giacere alla stessa pena ordinaria. I » Conservatori de' pegni, e gli altri uf- » fiziali, e ministri de' publici Mon- » ti, che rubbassero i pegni in tanta » quantità da dover soggiacere alla me- » desima pena, e per ultimo coloro, » i quali essendo publici cassieri delle » università, rubbano il denaro della cas- » sa publica, nella stessa notabile, e » punibile quantità.

» Tutti i delinquenti, o rei di de- » litto di lesa Maestà nel primo, e se- » condo capo. E nel secondo capo per » quello, che appartiene ad offese per- » sonali fatte a ministri, ed uffiziali per » ragion del loro uffizio, debbano in- » tendersi compresi coloro solamente, » i quali facessero offesa personale, e » non verbale a quei ministri, ed a » quegli uffiziali, che amministrano » giustizia, ed esercitano giurisdizione » communicata loro immediatamente » dal Sovrano, e non già dagli utili » Padroni, e Baroni di luoghi.

» Coloro, che per forza estrag- » gono, e fanno estrarre i rei dalla » Chiesa, o da qualsivoglia altro luogo » immune.

» Coloro, che tanto nelle Chiese, » quanto ne Cimiterj, o in qualunque » altro luogo immune, commettono » omicidj, mutilazioni di membri, o » qualsivoglia altro delitto, per cui *de* » *jure communi intrat pœna sanguinis*, » *aut triremium*, come altresì coloro, » che usciti dalle sudette Chiese, e » luoghi immuni, commettono i mede- » simi delitti.

» Coloro, che si abusano del » confugio anche per la prima volta, » si estraggano da quello d' ordine del » Vescovo, e d' ordine del medesimo » si trasportino in altra Chiesa, nel » qual trasporto non possano essere » molestati dalla Curia secolare *sub pœ-* » *na violatæ Immunitatis*; e s' intimi » loro, che abusandosi del confugio » per la seconda volta, sarà dichiarato » dal Vescovo, che non godono più » veruna sorta d'Immunità Ecclesiasti- » ca. Ed affinchè da Vescovi possa » farsi speditamente una tal dichia- » razione, sarà da Sua Santità conce- » duta loro una volta per sempre la fa- » coltà, acciocchè non debbano in cia- » scun caso, che potrà occorrere di » doverne fare uso, scriverne in Roma » per ottenerla.

» X. Per l' avvenire non goderan- » no dell' Immunità i seguenti luoghi.

» Le Chiese rurali esistenti fuo- » ri della Città, e luoghi abitati, nel- » le quali non si conserva il Venerabi- » le, eccettuatene le Parrocchie, e le » Chiese figliali delle medesime, nel- » le quali si esercita la cura delle ani- » me: con dichiarazione, che tanto ri- » spetto alle sudette Chiese rurali riser- » bate, quanto a riguardo di tutte le » altre Chiese, che sono in Città, ed » altri luoghi abitati, non debba il be- » nefizio dell' asilo distendersi, quan- » to all' esteriore, ad altro, che all' » atrio, quando sia circondato di mu- » ro, o portici, scale, e porte tanto » anteriori, che laterali, ed alla faccia- » ta anteriore solamente.

» Le Cappelle, e gli Oratori esi- » stenti nelle case dei particolari, e ma- » gnati, quantunque abbiano privilegio » di Cappelle publiche, e l' adito in » istrada publica. Così parimenti tutte » le Cappelle delle Fortezze, e Castel- » li chiusi, ancorche si conservi in es- » se il SSmo Sagramento.

» I Campanili separati dalle Chie- » se, e dalle muraglie di esse.

» Le Chiese dirute, ed abbando- » nate colla precedente profanazione, » che si ordinerà ai Vescovi, ed Ordi- » narj de' luoghi rispettivamente di » fare.

» Gli Orti, e Giardini, ed altri » luoghi di Chiese, e di qualsisia al- » tra Casa religiosa, i quali non sono » circondati da muraglie, e non sono » compresi nella clausura.

» Le Botteghe, e le Case attac- » cate alle muraglie delle Chiese, o de » Monasterj, o di qualsivoglia altra Ca- » sa religiosa, quantunque abbiano in- » terna communicazione colle mede- » sime, purchè non siano comprese » nella clausura.

» Le Case in cui abitano i Sacer- » doti, o altri Ecclesiastici, ancorchè » abbiano l' ingresso nella Chiesa, ec- » cettuatene però le Case, ove abitano » Parrochi, ed altri Ecclesiastici desti- » nati alla cura, e custodia della Chie- » sa, purchè bensì tali Case si abitino » da essi stessi e non da altri, le quali » avendo l' immediata communicazio- » na interiore colla stessa Chiesa, go- » deranno dal sagro asilo, non ostan-

» te, che abbiano la porta coll' uscita » in strada publica.

». §. XI. Rifugiandosi nel luogo » immune qualcuno de'delinquenti lai- » ci, supposto reo di eccettuato delit- » to, ad ogni istanza, e richiesta del » Laico Magistrato, cogl' indizj *ad ca- » pturam*, concedasi dai Vescovi, e lo- » ro Vicarj Generali in Città, e negli » altri Luoghi da Vicarj Foranei, ed » in mancanza di questi dalla persona » Ecclesiastica più degna, che fà figu- » ra di Superiore nel luogo, la licen- » za di trarlo dal sagro asilo coll' in- » tervento di persona Ecclesiastica da » destinarsi da medesimi, e si conse- » gni alla Curia Secolare coll' obbligo » giurato in scriptis di ritenerà il reo » *nomine Ecclesiæ*, e di restituirlo al- » la Chiesa in caso si decida, che deb- » ba goderla, e non restituendosi, ri- » manga al Vescovo la facoltà di pro- » cedere contro del Magistrato Secolare » colle pene Canoniche di violata Immu- » nità.

» Nel caso, che rispetto agli ac- » cennati delinquenti detta licenza fos- » se negata, dopo ricercata nel modo » detto di sopra, sia lecito al Giudice » laico senza timore d' incorrere nel- » le censure, estrarre il delinquente » con tutta modestia, e senza scanda- » lo coll' obbligo però in iscritto, co- » me sopra, da trasmettersi alla Curia » Ecclesiastica del Vescovo.

» Costituito il reo nelle carceri » laicali, si formi dal Giudice Secola- » re il processo informativo sopra il de- » litto, e nel termine di quattro me- » si si esibisca alla Curia del Vescovo; » e questi dentro il termine di un me- » se debba dichiarare, se il reo goda, » o nò.

» Quando poi il Giudice Laico » fra lo spazio di quattro mesi non esi- » bisca il processo, dovrà il Vescovo » richiederlo per la restituzione del reo » alla Chiesa: la qual restituzione non » potrà dal Giudice Laico ritardarsi a » forma dell' obbligo fatto nell' atto » della consegna.

» Perchè possa il Vescovo dichia- » rare, che l' Inquisito non goda del » benefizio dell' asilo, bastino gl' in- » dizj *ad torturam*.

» Dichiarandosi dal Vescovo, che » il reo non goda, in tal caso debba » cessare l' effetto dell' obbligo fatto dal » Giudice Laico nell' atto della consegna » detto di sopra; ed all' incontro dal- » lo stesso Giudice Laico dovrà farsi » nuovo oblìgo del tenore di quello » detto di sopra, di rimettere il reo » in Chiesa, qualora il medesimo ab- » bia nelle sua difese purgati gl' indi- » zj sopra le qualità, che rende il de- » litto eccettuato, restando ciò a carico » della coscienza dello stesso Giudice » Laico.

» Che sotto il nome di Vescovi » s' intendono i veri Vescovi, e non » già i Prelati inferiori di qualunque » specie, quantunque abbiano proprio, » e separato territorio, e giurisdizio- » ne quasi Episcopale, dovendosi per » tali luoghi esenti ricorrere al Vesco- » vo Diocesano, se il luogo è nella » Diocesi, o pure al viciniore; alla ri- » serva bensì di quei Prelati inferiori, » che avessero ottenuto, o ottenessero » dalla Sede Apostolica uno speciale In- » dulto di procedere in queste cause » d' Immunità locale.

» §. XII. A coloro, che si rifugia- » no nelle Chiese, o luoghi Immuni, » i Vescovi, i Vicarj Foranei, o chi- » unque fà figura di Superiore Eccle- » siastico in Città, o in qualunque al- » tro luogo della Diocesi, faccian su- » bito togliere le armi, implorando, » quando vi sia di bisogno, il braccio » della Curia Secolare: la quale facen- » do istanza ai sudetti Superiori Eccle- » siastici, che si levino le armi dalla » Chiesa, e luoghi Immuni, siano te- » nuti i medesimi dare la licenza di » estrarle coll' intervento di persona Ec- » clesiastica: e non volendosi accorda- » re da sudetti Superiori Ecclesiastici » la licenza, sia lecito alla Podestà Se- » colare estrarre le dette armi, le qua- » li anche nel caso, che si tolgano ai » rifugiati da Superiori Ecclesiastici, » dovranno consegnarsi al Magistrato » Laico, premessa la protesta da farsi » dalla medesima persona Ecclesiasti- » ca, a tenore del *Cap. Prælatis, de » homicidiis in sexto*.

» Qualora dovrà farsi qualche » perquisizione in Chiesa, o in altro » luogo Immune di cosa rubbata, o di » scrittura, o di denarò, o robbe oc- » cultate da contumaci, o che in qua- » lunque maniera possono al Fisco ap- » partenere, dovranno i Ministri (sen- » za però esser tenuti a manifestare il » luogo preciso, ed individuo) chie- » derne la licenza a Superiori Eccle- » siastici, la quale dovrà accordarsi in » Città dal Vescovo, e negli altri luo- » ghi della Diocesi dai Vicarj Foranei, » ed in lor mancanza dalla persona più » degna, che fà figura di Superiore » Ecclesiastico, eccettuati però i Mo-

» nastarj di Monache, e Conservatorj » di Donne. Ottenuta la licenza, si farà la perquisizione, coll'intervento di » persona Ecclesiastica; e ritrovandosi contrabando, o robba rubbata, o » qualunque altra robba, o cosa delle » dette di sopra, premessa dalla medesima persona Ecclesiastica la protesta da farsi a tenore del *Cap. Prælatis, de homicidiis in sexto*, si estrarrà, e si consegnerà alla Curia Laicale: anzi, che chiedendosi dalla medesima la licenza sudetta ai Superiori Ecclesiastici, se le fosse negata, potrà in tal caso da se stessa procedere alla detta perquisizione, ed » estrazione, senza timore d'incorrere » nelle censure, a riserva però sempre » come sopra, de' Monasterj di Monache, e de' Conservatorj di Donne.

» §. XIII. Appartenendo, conforme » di sopra si è detto, al Vescovo, il » dichiarare, se il reo goda, o non » goda del benefizio dell'Immunità, e » dovendo, come pure di sopra si è » detto, lo stesso Vescovo dentro il termine di un mese dal dì, che gli sarà » stato consegnato il processo dal Giudice Laico, proferire la detta sentenza; inoltre potendosi dare il caso, che dentro il predetto mese non » si proferisca dal Vescovo la sentenza, o che nelle discussioni di queste cause ad istanza o del Fisco Ecclesiastico, o del Fisco Laico sia d'uopo l'ordinare, che s'impingui il processo, o che si faccia un nuovo processo, acciò la giustizia abbia libero » il suo corso, e non sia esposta alle » frequenti mutazioni de' Giudici, la » Santità di Nostro Signore deputa Monsignore Arcivescovo di Torino dandogli ogni facoltà opportuna, e necessaria per decidere la causa, se non » sarà stata decisa dal Vescovo dentro » il mese stabilito, come pure in caso » di qualche differenza, che insorga » per ordinare l'impinguazione del processo, o confezione del nuovo. Deputa pure, e dà le facoltà opportune, e necessarie al predetto Monsignor Arcivescovo, acciò possa ricevere » le appellazioni dal giudicato del Vescovo sopra il punto dell' Immunità » locale, costituendolo Giudice nella » detta materia di seconda istanza; e » trattandosi di sentenza proferita dal » predetto Monsignor Arcivescovo di » Torino, da cui una delle parti volesse reclamare, o che la sentenza non » fosse stata da esso proferita dentro il » mese, o che in una causa pendente » avanti di lui insorgesse qualche differenza circa l'impinguare il processo, o farne un nuovo, il tutto si » devolva al Vescovo di Saluzzo, a cui » Sua Beatitudine conferisce tutte le facoltà opportune, e necessarie per essere Giudice di seconda istanza in » questi casi; come pure al Vescovo » d'Jvrea, in caso di vacanza, o d'impedimento dell'Arcivescovo di Torino, » o del Vescovo di Saluzzo.

» Trattandosi di materia nella » quale con l'individuazione de' casi, e » de' luoghi, in cui deve, e non deve rispettivamente aver luogo l' Immunità, presentemente si ritrova ogni » chiarezza, e di materia, che richiede pronto disbrigo per servizio della » giustizia, si determina, che i sopradetti Giudici delegati, e che procedono in seconda istanza, procedano » inappellabilmente, e privativamente » a qualunque Ministro, Giudice, o Tribunale tanto Ecclesiastico, che Laico, » sia di qualsivoglia rango, anche di » Monsignor Nunzio, o di qualsivoglia » altro Giudice, Ministro, che pretendesse procedere per via di Regia protezione, o economica provvidenza. »

§. 5. Decernentes, easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in futurum plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sedis prædictæ Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. *Clausula sublata, et decretum irritans.*

§. Quo circa Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Mediolanensi, ac Episcopis Novariensi, Dertonensi, Nebiensi, Viglevanensi, Papiensi, et Placentino Provinciæ Bononiensis nunc et pro tempore existentibus in dominio temporali, ac provinciis eidem Karolo Emmanueli Regi subjectis jurisdictionem spiritualem in Terris, Locis, Castris, et Oppidis intra limites Diœcesum prædictarum existentibus habentibus, ut ipsi, et unusquisque eorum pro se ad omnimodam præsentium Nostrarum literarum, et in eis contentarum executionem proca- *Præsentis Constitutionis Episcopis in nova Sardiniæ Regis ditione existentibus executio committitur.*

dat, et faciat illas, et in eis contenta quæcumque semper, et ubique in ditionibus prædictis, pro ea parte suæ jurisdictionis spiritualis, eb omnibus, ad quos spectat, et quandocumque spectabit in futurum inibi compræhensis, juxta earumdem præsentium tenorem, et continentiam inviolabiliter observari.

Derogatio contrariorum. §. 7. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, quæ Nostris præsentibus literis adversantur, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Anno Piscatoris die tertia Septembris Millesimo Saptingentesimo Sexagesimo tertio, Pontificatus Nostri anno Sexto.

Dat. die 3 Sept. 1763 An. VI.

CCCLXXIII.

Capitulo, et Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Patavinæ significat quomodo gestandæ ab illis sint supra pectus appensæ Cruces, quorum honore paullo ante ditaverat.

Literæ, in forma Brevis, quibus talium Crucium gestandarum honore Capitulum hoc insignivit, relatæ a Nobis sunt hoc Tom. II. sub Num. CCCXLII. pag. 346.

Dilectis Filiis Capitulo, et Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Patavinæ

Clemens PP. XIII.

Dilecti filii salutem, et Apostolicam benedictionem

§. 1. De gestandis supra pectus Crucibus, quas ante bos aliquot menses ad vos missimus, tria comperimus asse vobis ambigua, de quibus ad tollendam omnem dubitationem existimatis Apostolico Nostro opus essa judicio. Quæritis igitur, liceat na Crucem illam gestare supra Casulam Sacerdoti Missam sive privatam, sive solemnem celebranti, aut sopra Dalmaticam ministranti in Missa solemni, aut denique Canonicis supra Cappam magnam, cum ab illis eam vestem adhiberi oportet, an vero in his tribus casibus supra Rocchettum Crux eadem fit gestanda. Ad hanc triplicem quæstionem negative quoad omnia respondendum esse censemus. Crucem vero supra Rocchettum, Alba, cæterisque Sacris vestibus, aut Cappa magna tectam gestari oportet. Et quoniam ex hac dubitatione vestra scribendi ad vos orta est occasio, quæ superioribus litaris Nostris vos admonuimus, eadem ducimus iteranda; Nos eam Crucem vobis gestandam eo consilio dedisso, ut ad devotionem erga Deiparam, et ad B. Gregorii Barbadici imitationem quisque vestrum excitemini, utque sit insigne Ecclesiastici hominis, mores suos ad ejus virtutes in omnibus vitæ suæ actionibus conformantis. Itaque magnopere cupimus, eamdem Crucem ornamentum esse modestiæ vestræ, illiusque custodem severitatis, quam semper in usu vestrum, quæ clericali statui conveniunt, et in omni cultu, cætarisque rebus, quibus actio vitæ continetur, Patavinæ Ecclesiæ Canonici, magna cum laude retinuerunt. Id vero non eo scribimus, quasi in hac re monitione ulla Nostra vos egere arbitremur, sed ut eadem iterum inculcando, non modo qui nunc estis, sed iis etiam, qui in posterum vobis successerint, palam fiat magis, quod sit in hac re, fueritque Nostrum consilium. Vobisque omnibus eximiæ erga vos benevolentiæ Nostræ pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die III. Septembris MDCCLXIII, Pontificatus nostri anno Sexto.

CCCLXXIV.

Dat. die 10. Sept. 1763. Anno VI.

Taurinensi Episcopo respondet super confirmatione sententiæ illius Curiæ latæ in causa criminali Salutiana, gratiasque illi refert pro gratulatione ob Pragmaticas sanctiones ab Hispaniarum Rege abolitas.

Dilecto Filio nostro Joanni Baptistæ Tituli S. Chrysogoni Præsbytero S.R.E. Cardinali Revero Archiepiscopo Taurinensi

Clemens PP. XIII.

Dilecte fili salutem, et Apostolicam benedictionem

§. 1. Singulare tuum erga Nos obsequium, præcipuamque Nostri observantiam in tuis literis datis die XXIV. Augusti, magna animi Nostri voluptate, recognovimus. Gratias enim Nobis agere voluisti, quod per venerabilem Fratrem Josephum Augustinum Archiepiscopum Calaritanum, qui sint erga te animi Nostri sensus, quæ Nostra de virtutibus tuis existimatio tibi declaraverimus. Enim vero sic te præclarasque tuas dotes amamus, sic mente defixas gerimus, ut nullam unquam prætermissuri simus occasionem tui salutandi, tibique iteratis significationibus persuadendi de Nostra tui perpetua memoria, et de summa, qua te complectimur, benevolentia. Quod Curiæ tuæ in criminali illa Salutiana causa sententiam confirmaverimus, gratum id tibi fuisse mirifice gaudemus. Perjucunda etiam Nobis fuit de Pragmaticis Hispanis abolitis tua gratulatio; inde enim de Nostris, et Sedis Apostolicæ rebus quam sis sollicitus facile perspeximus. Gratulandum Deo, qui non sprevit orationem Nostram, nec amovit misericordiam suam a Nobis; qui ideo videtur per sesquiannum acerrima cura Nos exercitos voluisse, ut hæc tanta ad Nos perveniret lætitia, et eas Pragmaticas permisisse constitui, ut iis summotis, Catholici Regis pietas exploratior esset omnibus, et illustrior. Tibi denique, Dilecte Fili Noster, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die X. Septembris MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

CCCLXXV.

Dat. die 12. Sept. 1763 Anno VI.

Indultum promovendi ad Sacros etiam Ordines Clericos adscriptos alicui Ecclesiæ Torcellanæ Diœcesis, jam alias a quampluribus Pontificibus, concessum, et confirmatum, hic renovatur, licet nullo Ecclesiastici beneficii titulo sint provisi.

Venerabili Fratri Episcopo Torcellano

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem et Apostolicam benedictionem

Ob penuriam beneficiorum, et multitudinem pauperum Clericorum Ordinandorum jam alias pro Civitate Venetiarum indulserat Xistus V. ut hi ad Sacros Ordines promoveri possent licet de nullo Ecclesiastico beneficio provisi, dummodo alicujus Ecclesiæ servitio sint addicti, a qua alantur.

§. 1. Alias pro parte tunc existentis Episcopi Torcellani fel. rec. Clementi Papæ XI. Prædecessori Nostro exposito, quod dudum rec: me: Xistus Papa V. pariter prædecessor Noster cum ei relatum fuisset in Civitate Venetiarum nobilium, et populi frequentia celeberrima per pauca esse beneficia, sub quorum titulo multi pauperes Clerici patrimonii sufficientis titulo carentes juxta constitutionem suam potuissent promoveri, singularum Ecclesiarum particulariter id exponentium necessitatibus, utilitatibusque providere desiderans, tunc quoque existenti Patriarchæ Venetiarum, licentiam, et facultatem concesserat, ut omnes, et singulos dictæ Civitatis clericos, qui vita, moribus, ætate, natalium legitimitate, et aliis qualitatibus a jure requisitis per ipsum idonei reperti fuissent, etiam si titulo beneficii Ecclesiastici, vel pensionis annuæ non essent provisi, aut patrimonialia, aliaque bona non possedissent, dummodo alicui Ecclesiæ dictæ Civitatis, de consensu Ecclesiæ hujusmodi Rectoris adscripti fuissent pro celebratione Missarum, et divinorum officiorum, ex quorum servitio, et eleemosynis a piis Christifidelibus elargiendis, aliquid ad substentationem victus capere possent, et ab eadem Ecclesia, cui adscripti fuissent nullo unquam tempore amoveri, vel ipsi ab eadem recedere possent, ac deberent, nisi illis de competente beneficio, aut pensione super fructibus Ecclesiasticis assignanda provisum fuisset, vel ita eorum exigentibus demeritis ab ipsa Ecclesia amovendi essent, ad quatuor minores, nec non sacros etiam Presbyteratus ordines, debitis temporibus, servatisque Concilii Tridentini decretis, promovere libere, et licite valeret, et alias prout in ipsius

Xysti prædecessoris desuper, in simili forma Brevis die xxx. Decembris MDXC expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro plene et sufficienter expressum, et insertum haberi volumus, prout uberius asserebat contineri.

Eadem incommoda existebant in Dioecesi Torcellensi ubi pauca sunt Ecclesiastica beneficia, et quamplures Ordinandi pauperes Clerici ne Ecclesiæ servitium deficiat.

§. 2. Et in eadem expositione subjuncto, quod tam in Cathedrali, quam in aliis sæcularibus, et Collegiatis Ecclesiis oppidi Murani Torcellanæ Diœcesis, in quo ipse residere solebat, divinus cultus, ob penuriam ministrorum qui ad titulum beneficiorum propter illorum parvitatem promoveri nequibant, maximum detrimentum patiebatur, ita ut Pontificalia, aliasque sacras functiones, ea, qua decebat, magnificentia exercere minime valeret, imo occasione funerum, et anniversariorum, Sacerdotes, et ministri hujusmodi, ex vicinis Civitatibus, non sine populi admiratione, convocandi essent, in prædictis vero Ecclesiis centum Cappellaniæ quotidianæ, seu mansionariæ, quarum annui reditus ad centum, et amplius ducatos monetæ illarum partium pro qualibet ascendebant, ac plures eleemosynæ, aliique proventus in Parochialibus Collegiatis Ecclesiis pro congrua substentatione Clericorum illis inservientium, quæ certæ, et exigibiles erant, quippe quæ ex bonis a pia Fidelium dispositione relictis proveniebant, reperiebantur, ac ulterius nonnullæ aliæ fundationes in Ecclesiis Monialium, quæ ad eorumdem Clericorum substentationem, valde conferebant, existebant.

Iisdem propterea ex causis, quibus indultum Ordinandi absque titulo beneficii erat concessum pro Civitate Venetiarum, extensum deinde fuit ad Dioecesim Torcellensem, et de decennio in decennium confirmatum.

§. 3. Ideoque indultum, quo dicta Civitas Venetiarum fruebatur, sibi ab eodem Clemente prædecessore concedi plurimum desiderabat; idem Clemens prædecessor, eidem tunc existenti Episcopo Torcellano, petitum indultum ad formam literarum prædicti Xysti prædecessoris, pro prædicta Civitate Venetiarum æditarum, ad decennium tunc proximum tantum, auctoritate Apostolica concessit, et subinde vigentibus iisdem causis, indultum hujusmodi ad alios decem annos concessit, seu prorogavit; et deinde cum decem anni ultimo loco concessi, seu prorogati jam expiraverint, prædictæ vero causæ adhuc perdurarent rec. me. Benedictus Papa XIII itidem prædecessor Noster, indultum hujusmodi ad aliud decennium tunc proximum de novo concessit; subinde fel. itidem rec. Clemens Papa XII prædecessor quoque Noster, cum decem anni a dicto Benedicto prorogati expirassent, seu expiratura essent, indultum prædictum ad decem de novo annos concessit, seu prorogavit; demum rec. etiam mem. Benedictus Papa XIV cum accepisset, decennium ab ipso Clemente XII prorogatum expirasse, causæque hujusmodi etiam tunc perdurarent, indultum prædictum ad alios decem annos, servata tamen earumdem primodictarum literarum forma, et dispositione concessit, ac renovavit, et alias prout in dictis Clementis XI primis quidem xxiv Junii MDCCVII, et xviii Junii MDCCXVIII, ac Benedicti XIII xxvii Februarii MDCCXXVIII, novissimis autem Clementis XII xiii Maii MDCCXXXVIII, et Benedicti XIV prædecessorum xxx Augusti MDCCXLVIII diebus respective expeditis literis uberius dicitur contineri.

Expirato postremo decennio, Pontifex idem indultum ad aliud decennium confirmat.

§. 4. Cum autem, sicut Nobis nuper exponi fecisti, decem anni a memorato Benedicto Papa XIV prædecessore concessi, de præsenti jam expiraverint, prædictæ vero causæ etiam nunc perdurent; cupiasque proinde opportune in præmissis provideri, et ut infra indulgeri. Nos te amplioris favore gratiæ prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, Fraternitati tuæ, prædictum indultum ad aliud decennium, servata tamen tam earumdem Xysti, quam Clementis prædecessoris literarum prædictarum forma, et dispositione, dicta auctoritate, tenore præsentium itidem concedimus, et respective renovamus. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ in prædictorum Xysti, et Clementis prædecessorum literis concessa sunt, non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xii Septembris MDCCLXIII, Pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 3 Sept. 1763 Ann. VI.

CCCLXXVI.

Confraternitas, sub invocatione Cordis Jesu, erecta in Ecclesia Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia in Civitate Limana, confirmatur, et quatenus opus sit de novo erigitur cum facultate condendi statuta, recipiendi legata, et cum elargitione indulgentiarum.

Clemens Papa XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

Preces porrectæ pro confirmatione hujusce erectæ Confraternitatis.

§. 1. Pastoris æterni, qui pro Gregis salute in Ara Crucis immolari voluit, vices, quamquam immeriti, gerentes in terris, pia Christifidelium salutem concernentia, ad exauditionis gratiam libenter admittimus, ut per operum piorum exercitium, ad æternæ beatitudinis gaudia pervenire mereantur. Cum itaque, sicut accepimus in Ecclesia sub titulo Jesu Civitatis Limanæ, dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, una pia, et devota utriusque sexus Christifidelium Confraternitas sub invocatione Cordis Jesu canonice erecta, et instituta fuerit, cujus Confratres, et Sorores nonnulla pietatis, et charitatis opera explere, et exercere soleant, et pergant; ea vero quæ a Sede Apostolica approbantur, et confirmantur, firmiora sint, et exactius ab omnibus observentur. Ideo pro parte dilectorum etiam filiorum Officialium, et Confratrum Confraternitatis prædictæ, Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus erectioni, et institutioni prædictis, Apostolicæ confirmationis robur adjicere, et ut Confratres et Consorores in hujusmodi piis, et salutaribus operibus ferventiores, et alacriores, ad Divini nominis laudem, et gloriam, hæresumque extirpationem, et Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltationem de cætero persistant, indulgentias, et gratias Spirituales quibus aliæ Confraternitates in Ecclesiis Fratrum ejusdem Ordinis sub quocumque titulo, et invocatione, quavis auctoritate erectæ, sive aggregatæ, et unitæ gaudent, communicari, aliisque in præmissis opportune providere summopere cupiunt.

Pontifex porrectas preces excepit, erectamque Confraternitatem confirmat, et approbat.

§. 2. Nos igitur, qui devotionis, et piorum operum ad Divini cultus incrementum, nec non animarum salutem, sinceris desideramus affectibus, eosdem Officiales, et Confratres specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ei eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, erectionem, institutionemque dictæ Confraternitatis, sub invocatione Cordis Jesu, in dicta Ecclesia eorumdem Fratrum Minorum Sancti Francisci Civitatis Limanæ, quatenus canonice, sicut præmittitur, factæ fuerint, Apostolica auctoritate, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus.

Imo quo validius subsistat, eamdem de novo erigit, cum facultate condendi, et reformandi Statuta, ab Ordinario tamen approbanda.

§. 3. Et nihilominus in præfata Ecclesia unam utriusque sexus Christifidelium Confraternitatem, quæ non sit pro hominibus unius specialis artis, sub invocatione Cordis Jesu, cujus Confratres processionaliter incedere, divinaque Officia decantare, se se congregare, et cætera, quæ per Confratres aliarum Confraternitatum fieri solent, facere libere, et licite valeant, sine alicujus præjudicio, et dummodo Ordinarii loci ad id accedat assensus, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, perpetuo erigimus, et instituimus, nec non Confratribus dictæ Confraternitatis pro tempore, et nunc existentibus, ut quæcumque capitula, statuta, decreta, et ordinationes pro salubri eorum, et dictæ Confraternitatis gubernio, et directione necessaria, et opportuna, licita tamen, et honesta, ac Sacris Canonibus, et Concilii Tridentini decretis non contraria, per Ordinarium loci tamen examinanda, et approbanda, facere, condere, et edere, illaque pro tempore, prout eis videbitur, et expediens fuerit, prævia tamen examinatione, et approbatione hujusmodi mutare, alterare, corrigere, et in melius reformare.

Itemque facultatem illi facit recipiendi legata, cæterasque Christifidelium largitiones, illasque per suos Officiales administrandi juxta tamen Tridentini Decretum.

§. 4. Ac insuper omnia, et singula legata, relicta, res, et bona quomodolibet qualificata, mobilia, et immobilia per quoscumque Christifideles dictæ Confraternitati, per viam testamenti, donationis, aut alias quomodolibet data, donata, et relicta, recipere, illius Officiales, et Deputatos regere, gubernare, et administrare, ac in ipsus Confraternitatis, ac piorum operum usus convertere, ita ut de receptis,

et administratis per eos, Ordinario loci hujusmodi, juxta decretum dicti Concilii Tridentini rationem reddere teneantur.

Confratribus concedit omnes Indulgentias, et gratias, quibus gaudent Sodalitates omnes erectae in Ecclesiis Fratrum hujus Ordinis.

§. 5. Ac praedictae Confraternitatis Confratribus, et Consororibus nunc praescriptis, et pro tempore quandocumque describendis, ut omnibus, et singulis Indulgentiis, et gratiis spiritualibus, quibus aliae Confraternitates, seu Confratres, et Consorores in Ecclesiis eorumdem Fratrum Minorum, sub quocumque titulo, causa, et ratione erectae, et institutae, sive per aggregationem, unionem, et communicationem gaudent, et gaudere possunt, et poterunt in futurum, pari modo, et absque ulla prorsus differentia uti, frui, et gaudere libere, et licite possint, et valeant, auctoritate, et tenore praesentis concedimus, et indulgemus.

Clausulae subiata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes, easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decima tertia Septembris Millesimo Septingentesimo Sexagesimo. Tertio, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

CCCLXXVII.

Dat. die 27 Septembris 1763 Anno VI.

De Ecclesiae Gallicanae malis conquerenti Episcopo Lodeviensi, significat, Apostolicam Sedem omni cura studuisse ad mala ipsa removenda, et fortitudine pari paratam esse in Religionis defensione.

Literas Narbonensi Episcopo directas super observantia Encyclichae Benedicti XIV, de qua in praesenti sermo est, retulimus hujus Continuat. Tom. I. sub Num. CXXVI. pag. 301. Itemque alias 9. Junii 1762. hic pariter memoratas, habes hoc Tom. II. sub. Num. CCLXXXII. pag. 247.

Venerabili Fratri Joanni Felici Henrico Episcopo Lodeviensi.

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem.

Suum dolorem exprimit pro malis quibus Gallicana Ecclesia grassatur, maloque ipsa non sine moerore dinumerat.

§. 1. Ingravescere in die Gallicanae Ecclesiae mala attulerunt ad Nos literae tuae datae die xv. Mensis Junii proxime elapsi, quae idcirco Nostrum non modo renovarunt dolorem ex misero istius Ecclesiae statu susceptum; sed etiam vehementius refricaverunt. Miserandam sane Nobis offers in isto Regno Catholicae Religionis faciem, ut nihil quidquam boni jam sit sperendum ex iis consiliis, quae usque ad hunc diem sequuti sumus, et nisi Deus aegrotos animos, efficacia remedia recusantes, verae curationis cupidos faciat, verendum est, ne ingravescente in dies malo, Dei cultum funditus isthic convulsum, omnemque pietatem profligatam, ac perditam, aliquando simus deploraturi. Quod non ex tuis modo, sed aliorum etiam complurium Gallicanorum Episcoporum literis intelleximus, cum verbum Dei e multo tempore Baii, Jansenii, et Quenellii erroribus isthic adulteratum boni omnes graviter quererentur, nunc eorum voces per pacis constituendae causam compressae: profanorum hominum manus in Arcam Domini injectae: pro lubitu laicorum, administrata Sacramenta: objectum canibus Sanctum: omnis Religionis cultus seculari subditus potestati; sacrarum rerum Antistites partim in exilium pulsi, partim pignoribus capti, omnique minarum genere perterrefacti a suo quisque Grege pascendo pene amoti:

inferiores ministri, qui ad has Ecclesiæ injuras, vel hiscere sint ausi, in carcerem detrusi, aut solum vertere coacti; universæ denique Gallicanæ Ecclesiæ injecti compedes, durissimumque jugum impositum servitutis.

Tantorum malorum causa a nova quadam indulgta Philosophia repetenda est.

§. 2. Has vero tantas, tamque graves Ecclesiæ clades agnoscimus eorum rudimenta fuisse malorum, quæ scribit Fraternitas tua in vos irruisse. Novam quamdam Philosophiam sese extulisse ais, quæ nostra mysteria funditus evertit, Sacrarum scripturarum elevat fidem, hominem ad brutorum animantium deprimit conditionem; inter iniquum, et æquum per eam ademtum omne discrimen, recta morum norma sublata; cupiditates omnes non modo probantur, sed tamquam humanæ felicitatis vel ministræ, vel effetrices collaudantur, vitiisque omnibus, quod consequi oportet, fræna detracta: a suo, unde orti sunt principio, et ab eo fine, quo suum exitum referre debent, homines abducuntur, quæ in hac rerum universitate summæ potentiæ, sapientiæque luculentissima apparent indicia, ab iis considerandis avertuntur, et quæ inde argumenta summi Dei, qui omnia genuit, et regit, pia trahit admiratio, superstitiosorum hominum habentur deliramenta; hinc omnis Deo cultus eripitur; Jesu Christi, ejusque Apostolorum divinæ missioni illuditur; miraculorum veritati, quæ missionem illam confirmant, irridetur; universæ denique Christianæ Religioni, per hujusmodi flagitiosissimam philosophandi rationem, horrificum bellum indictum.

Religione subversa ab impiis novatoribus, temporalis cujuscumque potestatis ruina sequi ex necessitate debet.

§. 3. Qua Religione, si fieri posset, sublata, ad evertendum regale solium, nefarii homines, quo potissimum spectant, aggressi, singularem quemdam, et a præjudiciis vacuum erga patriam prætexentes amorem, ab hominum societate legitimam omnem removerit subjectionem, nec plus esse Regem docent, quam ejus potestatis ministrum, quam a populo acceperit, eumque Regale solium, sibi firmum fore eatenus posse coosidere, illique tamdiu popolum debere obedientiam, quoad illius pacti servetur fides, quod comminiscuntur vicissim inter se Regem et populum pepigisse.

Tanta spiritualium, et temporalium rerum jacturæ, potissimam originem ducit a Janseniani sectatoribus.

§. 4. Quæ teterrimarum opinionum monstra quærit Fraternitas tua unde tandem prodierint; nec absurde existimas, ea tunc e latebris suis eripuisse, cum Janseniani præfracta fronte, nulloquo divini, humanique juris respectu, Ecclesiæ auctoritatem, Regiamque potestatem palam contemnere, ac pro nihilo habere sunt ausi. Quam hæresim qui sequuntur, eorum imaginem, satis antea Nobis notam, in epistola tua vidimus expresse depictam: subdola eorum ingenia; Regiæ potestati infensissimum animum, et Ecclesiæ divinam auctoritatem acerbissimum odium; falsum zelum et hypocrisim, temeritatem, simulationem, arrogantiam; qui eo venerunt audaciæ, ut teterrimum hujus hæresis monstrum, quo tanta in Ecclesiam invecta est clades, et vastitas, dictare audeant, dictitare audeant merum esse phantasma, atque ita Romanis Pontificibus gloriosissimis prædecessoribus Nostris, et universæ Ecclesiæ summam faciunt injuriam, quasi imaginarios errores, anathematis gladio percusserint. Hi profecto despectui habita Apostolica Sede, contemptis primariis Pastoribus, et universæ Ecclesiæ jugo excusso, eam viam patefecerunt, in quam complures ingressi, contractis omnibus auctoritatis divinæ repagulis, hac illac temere exultantes, ingenioque tantum suo indulgentes, ex uno in alium usque deteriorem prolabuntur errorem, et divinæ lucis exportes, quæ non alibi, quam in Ecclesia Dei collucet, absurdissimas quasque, et a communi sensu abhorrentes amplexi sententias, Deum denique ejusque cultum funditus sustulerunt.

In tanta Religionis clade, Apostolicum implorant auxilium Gallicanum Episcopi, propriam promittentes fidelitatem.

§. 5. In qua Religionis clade, sacrarumque rerum vastitate, Fraternitas tua Nostram opem implorat, Nostrumque esse ais, Apostolicam vocem tandem emittere, utque ad hæc mala, si fieri potest, sananda alacriores accedamus, tuam, Venerabilis Frater, tuorumque fere omnium Collegarum summam promittis arga Nos, et Apostolicam Sedem nunquam defuturam fidelitatem, et in arripiendis, exequendisque, quæ daturi simus consiliis, alacritatem, fortitudinem, atque constantiam: quamcumque enim viam ingrediamur ad amovendam ab Ecclesia Dei tantam injuriarum molem, scribis, Nostra pressuros vos esse vestigia; nec fas esse, ais, Nobis, vobisque cessare diutius; verendumque ne cunctantes sua cujusque nostrum conscientia negligentiæ Nos insimulet, et ignaviæ.

Gallicanorum Antistitum zelum Pontifex commendat, et maximam collocat spem in Gallicæ Nationis pietate contra exiguum impiorum numerum.

§. 6. Flagrantissimum hunc zelum tuum, Venerabilis Frater, vehementer amamus, et in angoribus, quos e tantis Ecclesiæ malis te suscipere ostendunt literæ tuæ, acerrimas curas Nostras, et sollicitudines recognoscimus. Idem enim qui Fraternitatem suam continuus Nos urit dolor, cum in felle

amaritudinis, et in obligatione Iniquitatis videmus esse tam multos in eo Regno, in quo vera pietas, et Religionis studium, et in Apostolicam Sedem præcipua devotio haud ita pridem ubique maxime floruit. De quo Regno assidue cogitantibus, illud Nobis in mentem venit Prophetæ: *indicam afflictionem super locum istum, ita ut omnis, qui audierit illam, tinniat aures ejus.* In qua cogitatione, atque adeo gravissimo metu, ne suas suæque Ecclesiæ injurias aliquando Deus publico expiare velit exitio, plane Nostra viscera contremiscunt; quamquam ea spe recreamur, futurum ut Deus, qui vel propter decem justos Abrahamo professus est omnes dimissurum incolumes, Regnum istud ab omni calamitate prohibeat, cum præsertim Nationis vestræ pars longe maxima, avitæ Religionis tenax, et in vera permanens pietate, Catholicæ Ecclesiæ firmissime adhæreat.

Gallicanorum Episcoporum consilia exquirit Pontifex, et quæ interim egerit ad grassantia mala evellenda indicat, licet nullæ exinde utilitates prodierint.

§. 7. Sed omissis querelis, videant Venerabiles Fratres Gallicani Episcopi, ad hanc propulsandam ab Ecclesia calamitatem, quid afferre possimus auxilii. Si quæ in hac re tu, et Collegæ tui consilia habeatis, quibus Nostra adjuvari queat deliberatio, Nobis indicare ne gravemini; id enim suscipimus alacriter, quod efficacissimum existimabimus, et aptissimum. Propter Sion non tacebimus, nec quiescemus unquam propter Hjerusalem. Pastoralis Nostræ sollicitudinis,ab ipsis Pontificatus Nostri primordiis, non obscura dedimus argumenta. Encyclicam felicis recordationis prædecessoris Nostri Benedicti XIV Nostris ad Venerabilem Fratrem Carolum Archiepiscopum Narbonensem, Parisiis complurium Gallicanorum Episcoporum conventui Præsidem die XVII Martii anno MDCCLX datis literis confirmavimus. Decisio illa, quam enixe flagitastis ab Apostolica Sede, quam cupide expectastis, quam omni animi submissione recepistis, exequutioni ut manderetur, vehementer optavimus; quam tamen dolemus apud vos adhuc omni prope vi carere, nec minus sæpe quam antea hominibus auctoritatis Ecclesiæ contemptoribus, et Constitutioni: *Unigenitus*: notoriæ refrantibus, Sacramenta sacrilege administrari ingemiscimus. Utinam illuc tantummodo atroces ejusmodi profanationes referre possemus, quod Sacris Ministris Magistratus seculares omnem ademerint libertatem. Sed dissimulare minime possumus, politicas artes adhibitas, et innumeras excogitatas esse cavillationes ad obscurandam ejus decisionis lucem, ejusque robur omne tollendum infringendumque. Mesanguianum Cathechismum Baij, Jansenii, et Quinelli scatentem erroribus, summa si a quibus minime oportebat, propugnatum, nihil illis deterriti angoribus, quibus Nos implicandos esse prospiciebamus, Apostolico mucrone confodimus.

§. 8. De injuriis Ecclesiæ illatis a sæcularibus Gallicani Regni Curiis, quæ Institutum Societatis Jesu temere sunt ausæ velut impium proscribere, judicium tulimus, quod prudentia quadam nondum prolatum in vulgus, nil reliquum est, quum ut ex hac sacra B. Petri Cathedra promulgemus. Literas dedimus die IX Junii anni MDCCLXII ad Gallicanos Episcopos, qui Parisios convenerat de tot tantisque vestrarum Ecclesiarum ærumnis deplorantes; in quibus præsertim querebamur de pellendis toto Regno Clericis Regularibus Societatis Jesu agitari consilia, quæ literæ sane nimis incommode accidit ut non redderentur; itaut iisdem, quasi aliunde, quam a Nobis venerint, non veluti fictis, et apocryphis fides, et anctoritas derogetur. Scripsimus semel, iterum, ac tertio ad Christianissimum Regem, ut Majorum suorum clarissimorum Regum exemplo,Religionem e suo Regno jam jam prope abeuntem,retinendam curaret, nec ab impiis hominibus, qui ad eam excidendam conjurarunt, labefactari diutius pateretur. Memoratos Clericos Regulares Societatis Jesu, quos sanctificandis fidelibus,et Catholicæ Fidei defendendæ in suis quisque Diœcesibus vos Episcopi adhibebatis, Regiæ illius pietati commendabamus; qui respondit laboranti Ecclesiæ se venturum auxilio; et ad postulationes Nostras ostendit, se propensissimum animum gerere: sed egregiam ejus voluntatem, de qua nunquam dubitamus, neque adhuc fas esse ducimus dubitare, sic permittente propter peccata Nostra irato Deo, elusam esse doluimus. Scriptum quoddam proseripsimus, quo opiniones dudum ad Sedem Apostolicam insultandam prolatæ, ut dogmata ad fidem pertinentia fidelibus proponuntur; quo nihil absurdius; nemo enim non videt inde fieri, ut Gallicana a Catholica Ecclesia segregata esse videatur. Leviori quidem manu, studio pacis, scriptum illud tetigimus; sed tamen, ut æquum erat, condemnavimus: quamquam Nostra hæc mitior agendi ratio, ita isthic accepta est, ut scriptum illud ab homine conditum, qui maculam ex ea, quam reliquit Se-

Commemorat, quæ Apostolica Sedes egit ad impediendas injurias a Laicis Curiis factas contra Institutum Societatis Jesu.

cta, contractam, videtur nondum bene cluisse, defensores nonnullos ex Fratribus isthic habeat, et patronos.

Episcopum hunc hortatur ut in suo zelo persistat, et concreditarum ovium custodia invigilet dum diligentissimi adjutores fuerunt ubique dispersi.

§. 9. Hæc, quæ gessimus, idcirco Fraternitati tuæ recensuimus, ut intelligas, minime Nobis strenuum animum deesse, gratia Dei adjutrice et comite, ad ea capessenda consilia, quæ Nobis et Fraternitatibus vestris efficacissima videbuntur. Reliquum est, ut te, Venerabilis Frater, alioquin ardentem, et erectum ad defendendos Gregi tuo ingruentes morbos, nunc maxime adhortemur, cum quos ovibus vestris pascendis custodiendisque strenuos habebatis, et sedulos adjutores, iidem, bonis omnibus tantam Ecclesiæ deplorantibus cladem, a vestro latere sunt avulsi. Nec dubitamus, quin a M joribus tuis, derivatum in venas cum sanguine, Religionis Catholicæ studium, nunc maxime præstes, cum talibus viris ad eam tuendam est opus, quales ea tulit familia, unde te ortum esse, argumento etiam esse debet tua isthæc in vera pietate, Deique honore, et gloria defendendis alacritas, atque constantia. Denique Fraternitati tuæ intimo Nostri cordis affectu Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XVII. Septembris MDCCLXIII. Pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 13. Oct. 1763. Anno VI.

CCCLXXVIII.

Confirmatio decreti a Magno Magistro, et Consilio pleno Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani editi, super stabilimento methodi, et regulæ servandæ in smutitionibus Comendæ Romanæ nuncupatæ, a Cardinali Portocarrero fundatæ.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Exponitur institutio Comendæ Romanæ facta a Cardinali Portocarrero, et leges servandæ in casu vacationis dictæ Comendæ.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Magnus Magister, et Consilium Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, quod bo: me: Joachimus Ferdinandus, dum vixit, Episcopus Sabinensis S. R. E. Cardinalis Portocarrero nuncupatus, ut specimen sui affectus, quem erga dictum Hospitale, in quo alias, prævia super defectu ætatis ad id requisitæ, quam tunc nondum attingerat, dispensatione, inter Fratres milites de Justitia canonice receptus fuerat, et sua obsequia juxta præscriptum per illius statuta, seu stabilimenta, et Ordinationes Capitulares, auctoritate Apostolica confirmatas, præstiterat, in quocumque statu gerere perrexerat, relinqueret, in suo sub quo ab humanis decessit, vigore indulti sibi a fel: rec: Benedicto Papa XIV. prædecessore Nostro con essi condito Testamento, suum hæredem universalem, declaravit, et instituit commune ærarium ipsius Hospitalis, onere tantum ipsi ærario injuncto, quædam legata ab ipso Joachimo Ferdinando Episcopo, et Cardinali Testatore volita, ac expressa adimplendi, et satisfaciendi, nec non unam Præceptoriam, seu Commendam Romanam nuncupandam, seu Urbis, primum ab altero ex Fratribus militibus expresse Professo dicti Hospitalis ab eodem Joachimo Ferdinando Episcopo Cardinali Testatore nominato, et electo, sua vita naturali durante fruenda, et deinde smutienda, post obitum dicti Fratris militis nominati, primum in Lingua Castellæ, postmodum in omnibus aliis Linguis memorati Hospitalis, juxta earum ordinem fundationis, et erectionis, hac conditione expressa, quod si Magnus Magister pro tempore existens ejusdem Hospitalis, tempore vacationis dictæ Præceptoriæ, seu Commendæ, ut præfertur, erigendæ, Præceptoriam, seu Commendam ex præminentia, et gratia sua Magistrali in ea Lingua, ad quam turnus nominandi spectaret, nondum contulisset, eo casu, eamdem Præceptoriam, seu Commendam Romanam, seu de Urbe, postquam erecta fuisset, alicui ex Fratribus militibus habili, et capaci, debitisque requisitis prædito, et dictæ Linguæ promerito pro sua præeminentia, et gratia magistrali conferre valeret; ac insuper voluit, et expresse declaravit dictus Joachimus Ferdinandus Episcopus Cardinalis, et Testator, quod dicta Præceptoria, seu Commenda Romana, seu de Urbe, postquam erecta fuisset, ob quemcumque casum, etiam fortuitum vacavisset, seu vacare posset in Alma Urbe, seu in Romana Curia, per obitum cujuscumque possessoris, seu Præceptoris, aut Commendatarii vacare contigisset, nunquam illa comprehensa existeret in legibus, seu in reservationibus, et affectionibus Apostolicis, vacationis apud Sedem Apostolicam, et apud eamdem Curiam, et ad hunc effectum, in dicto Testamento Nobis supplicavit, quatenus Indultum, ac declarationem prædictam de beni-

gnitate Nostra Apostolica concedere dignaremur, et alias prout in dicto Testamento plenius dicitur contineri.

Sacer Militaris Ordo Melitensis Commendam ut supra institutam erexit et fundavit, atque Apostolicam dispensationem obtinuit in casu vacationis in Urbe.

§. 2. Postmodum tunc existentes Procuratores Ærarii prædicti, ad erectionem, fundationemque sic volitæ Præceptoriæ, seu Commendæ, devenerunt, ac Nobis supplicari fecerunt non solum pro confirmatione erectionis, et fundationis illius, verum etiam pro exemptione, ut eveniente illius vacatione in Romana Curia per obitum cujuscumque Præceptoris, seu Commendatarii, ejusmodi Præceptoriæ, seu Commendæ sic vacantis illius collatio semper ad easdem Linguas, juxta earum turnum spectaret, et illius vacatio apud eamdem Sedem nunquam compræhensa existeret, et intelligeretur in reservationibus, et affectionibus Apostolicis, eaque de causa, Nos per quasdam Nostras in simili forma Brevis expeditas Literas, præmissa omnia confirmavimus, et approbavimus, dictamque Præceptoriam, seu Commendam a quibusvis reservationibus, et affectionibus Apostolicis, etiamsi illa per obitum cujuscumque personæ in Curia prædicta, et apud Sedem prædictam vacasset, eximimus perpetuo, et liberavimus, et alias prout in dictis Nostris Literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expressum, et insertum haberi volumus, prout lusius continentur.

Ad evitandas quascumque controversias in casu vacationis, prævia relatione Commissariorum quatuor Linguarum, Magnus Magister Ordinis, et Consilium, normas a Commissariis prædictis propositas confirmarant.

§. 3. Nuper vero cum mature perpensum sit, quod fundatio, et erectio sæpedictæ Commendæ, seu Præceptoriæ nonnullis explicationibus indigebat, ad effectum evitandi multa dubia, fastidiosasasque lites, quæ tractu temporis, habita ratione ad eamdem Præceptoriam, seu Commendam, oriri possunt, prævia tamen intelligentia, et approbatione dicti Magni Magistri, in eodem Consilio pleno, dictæ explicationes, instante Lingua Castellæ, et Portugalliæ, prævia relatione quatuor Commissariorum, qui Procuratores omnium Linguarum dicti Hospitalis in præmissis interesse habentium prius audiro curarunt, peractæ, et admissæ fuerunt, dictusque Magnus Magiter, et Consilium illas approbarunt, et confirmarunt, tenor autem præmissorum omnium est, qui sequitur, videlicet.

Tenor Decreti Magni Magistri, et Consilii Ordinis.

Frater Emmanuel Pinto Dei gratia Sacræ Domus Hospitalis Sancti » Joannis Hierosolymitani, et militaris Ordinis Sancti Sepulcri Domini » Magister humilis, Pauperumque Jesu Christi Custos, Universis, et singulis præsentes Nostras Literas visuris, lecturis, et audituris salutem: » Notum facimus, et in verbo veritatis attestamur, qualiter infrascriptum » decretum extractum fuit ex Libro » Conciliorum in Cancellaria Nostra » conservato, in quo similia notari, et » registrari solent, quod quidem in hanc » publicam formam extrahi, et redigi » jussimus, ut ubique tam in judicio, quam extra, eidem plena, et » indubia fides adhibeatur, cujus tenor est, qui sequitur, videlicet. Die » xxxi. Mensis Augusti 1763. Eminentissimus, et Reverendissimus Dominus Magnus Magister, et Venerabile Concilium unanimiter inherentes » infrascriptæ relationi, et voto Reverendissimorum Commissariorum die » xxiii. elapsi Junii deputatorum pro » stabilienda methodo, et regula servanda in smutitionibus Commendæ » Romanæ, hujusmodi relationem, et » votum cum declarationibus ibidem » contentis confirmaverunt, atque approbaverunt, et ita exequi mandaverunt.

Emo Sig. e Sag. Consesso

Tenor relationis, et voti Commissariorum in supraexpresso decreto approbati

» Onorati della commissione di » esaminare e riferire all'Eminenza Vostra, ed a questo Sag. Consesso, con » il nostro sentimento, il contenuto » nel memoriale della Veneranda Lingua di Castiglia, o Portogallo, con il » quale domanda la spiegazione di alcuni dubj, che nascer potrebbero nelle smutizioni della Commenda di Roma, fondata dalla fel: mo: dell' Emo » Cardinal Portocarrero, ad oggetto di » prevenire, mediante la spiegazione dei » medesimi, emanata dalla Suprema » autorità dell' Eminenza Vostra, e di » questo Sagro Consiglio in forma di » legge invariabile, qualunque sorte » di differenze, e litigi fra le Vener: » Lingue, alle quali deve, secondo l'ordine prescritto, nella fondazione appartenere il godimento di detta Commenda: ci siam radunati in Cancellaria, e dopo di avere comunicato » il ricorso sudetto a tutte le Venerabili Lingue, come si è compiaciuta di prescriverci, rilevammo dalle » loro deliberazioni, con reciproca soddisfazione, il comune concorso a sì » salutevole intento, e dai suggerimenti somministratici dalle medesime, » combinati con il tenore della fondazione, parimenti da noi esaminato » con attenzione, per rilevare per quan-

» to ci fù possibile le vera intenzione del fondatore, ci lusinghiamo, che mediante la dichiarazione, che quì abbiamo l'onore di proporre, si darà non solo il necessario scioglimento ai dubj esposti, ma anche ad altri, che le Venerabili Lingue ci hanno fatto accorgere meritare eguale provvidenzà, per ovviare per quanto si puole ogni motivo di futura discordia.

» In primo luogo dunque siamo di sentimento, che mentre dura il Mortorio, e Vacante di quella Vacanza, che ha dato luogo alla smutizione della Commenda sudetta, non s'intenda consumato il diritto di quella Lingua, che l' hà smutita: di modo che, se il provisto di essa passa all'altra Commenda, muore, la lascia, o la perde in qualsisia maniera, prima di essere entrato in rendita, si deve di nuovo smutire nella medesima Lingua: Come ancora, se conferita da Vostra Eminenza per grazia Magistrale in quella Lingua, alla quale per suo turno toccasse detta Commenda, ed il provisto morisse, durante il Mortorio, e Vacante, dovrà similmente non intendersi consumato il diritto di quella Lingue; onde si smutira nella medesima, se pure l'Eminenza Vostra non si trovasse di nuovo in grazia; E ciò per essere più verosimile secondo la mente del fondatore, che non basti la sola smutizione, o provista semplice, mà che ogni Lingua goda a suo giro l'effettivo vantaggio della rendita.

» Stabilito per base questo principio, deve risultare conseguentemente, che ogni qualvolta per la vacanza di detta Commenda, vi sarà luogo a nuovo Mortorio, e Vacante, debba intendersi consumato il diritto di quella Lingua, e la smutizione si farà nella Lingua immediata: ed il medesimo succederà, se il titolare la lascia, dopo il godimento di cinque anni per migliorare in altra Commenda.

» Se nella Lingua, alla quale spetterà la smutizione non si troverà nessun Cavaliere capace per conseguirla, dovrà rimanere sospesa durante il Mortorio, e Vacante, partecipandosi alle immediata Veneranda Lingua il motivo di tale sospensione, e se durante tal tempo non si renderà nessuno capace, perderà quella Lingua, per quel turno la sua nomina, senza poterla riacquistare se non al nuovo giro, e la smutiziona passerà alla Veneranda Lingua immediata: ma se durante tal tempo si rendesse alcuno capace, il quale faccia istanza per la smutizione, si dovrà intimare la Lingue immediata, affinchè produca in Cancellaria contro quello, che fa istanza per la smutizione, le eccezioni, che talvolta stimerà d' aver contro la di lui capacità nel termine di giorni 15, ad effetto di essere giudicate da Vostra Emza, e da questo giudizio per sapere, se debba seguire la smutizione nella prima Lingua per la dichiarata capacità dell' anziano che ne ha fatto l' istanza, o se deve passare alla Lingua immediata per la di lui dichiarata incapacità: ma comecchè per causa di tale giudizio potrà facilmente darsi il caso, che la smutizione in una, o nell'altra Lingua non possa seguire, se non dopo spirato il Mortorio, e Vacante, si dovrà sempre intendere il provisto entrato in rendita dal primo Maggio immediato al medesimo Mortorio, e Vacante.

» Similmente giudichiamo necessario per troncare molti capi di differenze, il dichiarare, che detta Commenda, comecchè comune a tutte le Venerande Lingue, debba sempre intendersi vacate in Convento.

» Per lo stesso motivo devono esser proibite ogni specie di permute con detta Commenda, quali non potrebbero seguire senza grave pregiudizio delle altre Lingue, salve però sempre le premiuenze, e diritti dell' Emza Vostre.

» Questo è quanto crediamo di dovere umiliare a Vostra Emza, ed a questo sagro Consiglio, stimando, che mediante tale dichiarezione si abbia da conseguire il pacifico intento da tutte le Lingue egualmente desiderato; e nel mentre sottomettiamo il tutto al più illuminato, e sublime giudizio dell'Emza Vostra, e di questo sagro Consiglio, le facciamo profondissimo inchino.

» Di Vostra Emza

Umi Devmi Obgmi Ser. e Relig. Ubid.

Il Fr. Procuretore Consigliere D. Miguel Doze = Fr. J. B. di Scawenburg Consigliere Procuratore d'Alemagna.

H. Balivo di Torino Canaviglia = Le Bailly de Saint Simon

» Et quia se habet veritas; ideo in hujus rei testimonium Bulla Nostra Magistralis in cera, præsentibus est impressa; Datum Melitæ in Conven-

» tu Nostro, die, mense, et anno su-
» pradictis » Registrato in Cancellaria

Loco † Signi

Baiulus Aquilæ Fr. Franciscus Guedes Vicecancellarius

Supplicante Magno Magistro, et Consilio Ordinis pro supra relati decreti confirmatione, Pontifex illud approbat, et observari mandat.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, exponentes prædicti præmissa omnia, quo firmius subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent. Nos piis eorumdem exponentium, votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere cupientes, eosdemque exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis, censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus Nobis eorum nomine humiliter porrectis inclinati, præinsertum decretum, a dictis exponentibus pro stabilienda methodo, et regula servanda in smutitionibus Præceptoriæ, seu Commendæ Romanæ a dicto Joachimo Ferdinando Episcopo Cardinali, et Testatore fundata editum, ac declarationibus in eo contentis, et expressis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 5. Decernentes, easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, cæterosque ejusdem Sedis Officiales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Hospitalis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis, ac Ordinationibus Capitularibus; privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum in Arce Gandulphi sub Annulo Piscatoris die decima tertia Octobris millesimo septingesimo sexagesimo tertio, Pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXIX.

Dat. die 22 Oct. 1763. An. VI.

Sanctæ Sedis reprobationem exprimit Archiepiscopo Genuensi pro arbitraria expulsione Religiosorum Ordinis Servorum Beatæ Mariæ, jussu Senatus Genuensis, ab Universa Reipublicæ ditione, prælaudatumque Archiepiscopum hortatur, ut pro viribus obsistat, tantæ Religioni illatæ injuriæ.

Venerabili Fratri Josepho Archiepiscopo Genuensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

Dolet quod Senatus Genuensis, aliteroquin veteris pietatis, arbitrario expulserit ex omni Reipublicæ ditione Religiosos viros Ordinis Servorum Beatæ Mariæ.

§. 1. Quæ adversus Ecclesiam, et Apostolicam Sedem Senatus Genuensis modo commisit, tristis hac paulo ante pertulerat fama, quam Fraternitatis tuæ literæ Nobis redderentur. Ita ne vero homines veteris pietatis esse oblitos, quam majores eorum tantopere coluerunt? Adeone descivisse ab ea devotione, quam Ecclesiæ, et Romano Pontifici semper exhibuerunt, ut jam videatur nullus iis esse jocus ludusque jucundior, quam Sanctæ Matris divinam potestatem opprimere, et Apostolicæ Sedi acriores usque afferre ægritudines? Modo enim quid designarunt? Religiosos Viros Ordinis Servorum Beatæ Mariæ ex omni Reipublicæ Genuensis ditione per vim expulerunt; cujus violentiæ quem non pu-

deat, et maxime pigeat, eum oportet esse legum, humanique omnis juris prorsus expertem.

Summa redolet injustitia cum poena plecti, qui culpa vacat.

§. 2. Constat enim inter omnes Nationes, quæ paullulum habeant humanitatis, nullum esse pœnæ locum, unde absit culpa; nec fas esse ab iis, qui peccato careant, peccati pœnas sumere. Qua vero in re peccavit Generalis Ordinis Servorum Beatæ Mariæ? Aut quid tam male de Republica meruit, ut illius factum tanta acerbitate voluerit Senatus ulcisci? Religiosum hominem suæ subditum jurisdictioni, facultatibus privatum, quas in bonum sui Ordinis dirigens illi antea concesserat, e Corsica in continentem revocarat. Religiosus ille majore vi, quam cui posset obsistere, in Insula detentus, Superiori suo illius reditum imperanti et flagitanti parere non potuit. Quisquam ne hujus rei culpam in Generali existimet residere? Atque illum si quidpiam peccasse censeamus, ea ne etiam in omnes Religiosos, qui isthinc pulsi fuere, transferenda est culpa?

Pontifex nil omissurum spopondet, quod ad utilitatem vergat populorum spiritualibus adjumentis a Laica potestate destitutorum.

§. 3. Nos vero quo tendat Senatus Genuensis consilium, et nunc quid præcipue moliatur, satis assequimur; qui obliquas etiam persequitur vias, ut Insulani illi spirituali omni auxilio destituantur; atque omnia, tum quæ ad Religionem, tum quæ ad regularem pertinent disciplinam, perturbentur et misceantur. Verum de spirituali earum animarum bono, æque ac de cætero Christi grege, Nobis divinitus commisso solliciti, nihil reliqui Nobis faciemus ad earum custodiam et curam; omnesque Religiosorum hominum Ordines, quos in excolendo Dominico agro Romani Pontifices prædecessores Nostri pararunt sibi adjutores, ad earum salutem Nobiscum sedulo procurandam, semper adhibebimus. Et Nostri quidem muneris esset, potestate clavium adhibita, quam a Christo Domino accepimus, devios, et præcipites filios ad saniora revocare consilia, sed ne nunc quidem volumus a certa quadam moderationis lege discedere, quam in omnibus actionibus Nobis ipsi præscripsimus; animumque induximus patienter expectare, dum Pater misericordiarum Deus, obductam eorum animis caliginem, divina luce sua discutiat, ut veram viam respiciant, qua ad sinum Patrisfamilias ipsi tandem redeant sponte sua, et cum eo quiete pacateque vivant, mutua charitate, qua probi, et obsequentes Ecclesiæ filii ab improbis, et suæ matris parum amantibus internoscuntur.

Potiusquam clavium ote potestate contra devios filios, Pontifex implorat ut Deus ab inobedientium oculis caliginem amoveat.

§. 4. Atque idipsum est, quamobrem nondum constituimus, ut superiores Ordinum, qui ad occupandas Domos, et Ecclesias Servorum Beatæ Mariæ sunt acciti, Religiosos quisque revocent suos, et ad proprios Conventus jubeant reverti; cum præsertim Fraternitas tua, cæterique Genuensis ditionis Episcopi, tam pravo Senatus consilio, statim non restiteritis, quominus Religiosis expulsis quisquam sufficeretur; quod tamen iisdem superioribus aliquando mandabimus, si Dei honor, et gloria, Ecclesiæque decus postulare id videatur.

Genuensem Archiepiscopum aliosque per Reipublicæ ditionem Episcopos hortatur, ut jus, et decus Sanctuarii vindicent.

§. 5. Qua quidem in re Fraternitatem tuam, cæterosque Venerabiles Fratres, quibus in ista ditione, sua cuique commissa est portio Dominici Gregis, confidimus, Episcopali munitos robore atque constantia, daturos Nobiscum operam, ut jus Sanctuarii, at decus ab ejusmodi injuriis vindicetur. Nos enim, quos Deus Ecclesiæ suæ custodes posuit, et Pastores, si inani metu perterrefactos ita deficiat animus, ut in conspectu Principum, et coram Potestatibus sæculi eo uti sermone, qui exire debet ex ore Sacerdotum, et zeli veritatisque vocem nequeamus emittere, num quisquam alius existet, qui pro Nobis dicat, et causam suscipiat pro domo Domini? Id enim vero Nostrum est munus præcipuum, cui exequendo te, Venerabilis Frater, promptum, ut opinamur, et paratum adhuc eo acrioribus cohortationis Nostræ stimulis excitandum existimamus, quo a Sacris Pastoribus, turbulentissimi hujus temporis iniquitas, majorem efflagitat vigilantiam, stremitatem, atque constantiam. Omnium vero curarum, et sollicitudinum, quibus in hac causa te objectum esse perspicimus, maximam partem ipsi Nos suscipiemus. Nostræ promissionis pignus, Apostolicam interea benedictionem Fraternitati tuæ, intimo Nostri cordis affectu, peramanter impertimur. Datum in Arce Castri Gandulphi Albanensis Diœcesis, sub Annulo Piscatoris die xxii. Octobris MDCCLXIII. Pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 26. Octobris 1765. Ann. VI.

CCCLXXX.

De arbitraria prætensa suppressione Canonicorum Regularium S. Ruffi, deque causa cur Ecclesiarum auctoritatem invadere pertentent Laicæ potestates, agit cum Episcopo Tricastrinensi.

Vide Num. CCCLXXVI superius relatum, et adnotationem ibi appositam.

Venerabili Fratri Petro Francisco Xaverio Episcopo Tricastrinensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem.

Se nil acturum promittit Pontifex in hac prætensa suppressione, absque Episcoporum Provinciæ consilio.

§. 1. Cum Apostolici Nostri muneris ratio Nos jubeat, incolumitatem tueri Ordinum Regularium, quos in excolendo Dominico agro Romani Pontifices, Nostri adjutores sibi constituerunt, bono esse animo debet Fraternitas tua de Ordine Canonicorum Regularium S. Ruffi, cujus extinguendi jamdiu, initum esse consilium, ex complurium istius Provinciæ Episcoporum querelis accepimus. Nihil enim in eo negotio temere agemus, sed exquiremus ea de re quid iisdem Episcopis videatur; atque omnia ad canonicas regulas examinabimus. Res enim est, ut recte mones Venerabilis Frater, imitatione exempli periculosa, et quæ auctoritatem habere potest tollendi alios Regulares Ordines, eorumque bona ad seculares usus traducendi. Sed magna in spe sumus, carissimum in Christo Filium Nostrum Ludovicum Galliarum Regem Christianissimum non repudiaturum preces, quas Gallicanus Clerus, in Comitiis superiore anno habitis, illi adhibuit, ne Ordinem illum velit extinctum.

Ex imminuta tantum in Gallia Apostolicæ Sedis auctoritate repetenda esse a Laicis Potestatibus illata vulnera Ecclesiasticis juribus.

§. 2. Quod scribis, Ecclesiasticam potestatem a Laicis Magistratibus his novissimis temporibus plura vulnera accepisse, Gallicana Ecclesia frustra reclamante, si Fraternitas tua fontem exquirat, unde tantus prodierit Ecclesiæ contemptus, perspiciet profecto non aliunde ortum, quam ex imminuta in vestra Gallia Apostolicæ hujus Sedis divina auctoritate, quam ut vos, vel ab injuriis propugnare, vel auxilio vestro desertam volueritis, ita Laicos, aut Ecclesiæ devotos, aut ejus potestatis contemtores experiemini. Cæterum zelum tuum, Venerabilis Frater, magnopere probamus, quod tantum negocium ad hanc Sacram B. Petri Sedem denunciatum volueris; nec dubitamus, quin Fraternitas tua, si opus fuerit, ad tuendas res, et jura Ecclesiarum, Nobis, et Apostolica Sede ducibus, et auctoribus, fortem constantemque animum sit præstitura. Tibique eximiæ erga te benevolentiæ Nostræ pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum in Arce Castri Gandulphi Albanensis Diœcesis sub Annulo Piscatoris die XXVI Octobris MDCCLXIII. Pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 26. Oct. 1765. Anno VI.

CCCLXXXI.

Sorbonicæ Societati gratias reddit pro binis voluminibus dono missis, alterum contra Berruyerum, alterum contra librum inscriptum = *Emilius* = et prælaudatæ Societatis zelum erga Religionem Catholicam comendat.

Apostolicam Constitutionem, qua damnatur opus a Berruyero compositum sub titulo = Historie du Peuple de Dieu = *retulimus hujus continuationis Tom. I. num XXIII pag. 61.*

Dilecti Filii Societatis Sorbonicæ Theologis, et Magistris

Clemens PP. XIII.

Dilecti Filii salutem, et Apostolicam benedictionem

Dolet quod turbidissimis temporibus Sorbonica censura contra Berruyerum in lucem prodeat, dum ejus opus a Pontificia Sede proscriptum, jam fere fuerit oblivioni datum.

§. 1. Bina jampridem cum literis vestris volumina accepimus, quorum alterum vestram censuram continet libri, qui inscribitur Emilius, alterum sententias vestras complectitur, quibus Berruyeri doctrinam confixistis. Nos, et Benedictus XIV. prædecessor Noster Berruyerana scripta jamdudum condemnavimus; et ad Nostram censuram, qua id satis assequuti sumus, ut de Fidelium manibus jam ejus libri defluxerint, nihil amplius addendum existimamus, ne auctorem nunc a nemine defensum, immo desertum ab omnibus, et oblivioni datum, novo judicio Nostro, ad famæ celebritatem quodammodo revocare videatur. Cæterum censura vestra voluissemus in alia tempora, quam quæ modo sunt, incidisset. Cum enim sapientia vestra ea sit omnium existimatio, nihil vos sine ju-

dicio, et certo quodam consilio moliri, ægre tulimus, suam quemque causam comminisci, quamobrem hanc censuram hoc potissimum tempore volueritis editam. Nos quidem Religionis zelo, quo flagrantem animum geritis, vestram in hac re tribuimus agendi rationem, eodemque referendam esse magnopere velimus omnes existiment.

Sorbonicam Societatem commendat pro censura contra librum de educatione, et pro devotione erga Apostolicam Sedem.

§. 2. Quod attinet ad censuram in Emilum, sive librum de educatione, vestrum defendendæ Christianæ Religionis studium vehementer laudamus. De vestro erga Nos obsequio, et hanc Sacram B.Petri Sedem pietate, ac præcipua devotione, satis antea dedistis præclara documenta, et luculentiora adhuc vos daturos modo confidimus, eum vestris in Apostolicam Sedem officiis occasionem præbent gravissimæ injuriæ, quæ nunc maxime in eam, ab hominibus Pontificiæ auctoritati Nostræ infensissimis, congeruntur. Denique a Deo Patre luminum precantes, ut ingenia vestra, Religioni, et divino cultui consecrata, semper divina luce sua collustret, universæ Societati vestræ, vobisque singulis, Dilecti Filii, paternæ, qua vos præcipuo animi Nostri sensu complectimur, charitatis pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum in Arce Castri Gandulphi Albanensis Diœcesis sub Annulo Piscatoris die XXVI Octobris MDCCLXIII Pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXXII

Dat. die 9. Nov. 1763 Anno VI.

Labentis Catholicæ Religionis in Gallicis Regnis, de quo doletur Rivensis Episcopus, causam Pontifex repetit ex parum repressa Jansenistarum doctrina, et ex neglecta observantia Constitutionis *Unigenitus*.

Hortatio hujus Pontificis ad Gallicanum Clerum, super observantia Encyclicæ Benedicti XIV, quoad administrationem Sacramentorum, habetur in hujus continuationis Tom. I. numer. CXXVI. pag. 301.

Venerabili Fratri Joanni Mariæ Episcopo Rivensi

Clemens PP. XIII

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

Quæ sint Gallicanæ Ecclesiæ infortunia ex Rivensis Episcopi Epistola, Pontifex resumit.

§. 1. Sacras res in vestra Gallia pene in extremum venisse discrimen afferunt literæ tuæ, tantamque perniciem his paucis annis ex eorum profectam esse scribis perversitate, ex effrænata dominandi libidine, quos æquum erat Religionem defendere, piosque viros suo tueri patrocinio. Superioribus Laicorum Curiis nihil jam esse sanctum, sive in rebus, sive in personis vehementer conquereris: silentium Pastoribus impositum; eorum scripta, quæ pro tuenda Religione custodiendoque commisso sibi Grege in vulgus ediderint, probrosis flammis in conspectu populi manu carnificis dari: convulsam radicitus Ecclesiæ potestatem: Augustissimum Jesu Christi Corpus pro laicæ potestatis libidine, notorie refragantibus Apostolico Clementis XI prædecessoris Nostri dogmatico decreto, sacrilege ministrari; ejusque Sacramenti per summum nefas pollui sanctitatem: in exilium pulsos sacros Ministros, qui se tanto scelere noluerint astringi: Clericos Regulares Societatis Jesu, Evangelicæ doctrinæ præcones, et Catholicæ veritatis propugnatores egregios, ex improviso, indicta causa, inimicorum scelere et invidia, de suo statu violenter dejectos, bonis omnibus eversos, hac illas dissipatos, et quos pietate, et doctrina conspicuos, zeloque domus Dei flagrantes, dudum populi mirabantur, eos ludibrio habitos, et tamquam purgamenta hujus mundi, a potestatibus sæculi ejectos, redactosque ad eas an-

gustias, ut fame, siti, algore sint plerique eorum interituri. In qua Religionis, clade, sacrarumque rerum vastitate, non absurde aut temere metuit Fraternitas tua, ne omnis Catholica Religio in Gallia funditus pereat.

Ab Jansenistarum haud satis repressa haeresi tot malorum causa repetenda, ad quam removendam Benedictus XIV. Encyclycam transmisit, ab hoc etiam Pontifice confirmatam.

§. 2. Tantorum malorum causam, et originem fuisse non ignoras, Venerabilis Frater, Jansenianæ hæresis morbum; quem Romani Pontifices prædecessores Nostri prospicientes si inveterasceret, avasurum in maximam pestem, quam maturrime ad eum sanandum admoverunt manus; eaque remedia subinde adhibuerunt, quibus modo vis morbi remittere visa est, modo etiam existimatum est, omnino esse malum extinctum. Verum hæc pestis interdum ita recruduit, ut qui eam animo concepissent, medicamenta, quibus sanari possent, sint aspernati; non nunquam etiam furore quodam correpti in Medicum ipsum, licet leniter molliterque ulcus tractantem, incurrerint. Hujus lenitatis, charitatisque prædecessorum Nostrorum, itidemque Jansenianorum furoris pluribus aliis omissis exemplis, nosti, Venerabilis Frater, Benedicti XIV. decessoris Nostri quæ fuerit cura, ut a domo Dei malitia omni depulsa, fides caste, et integre sine cujusquam boni, beneque sentientis viri querela custodiretur. Hujus Encyclicam, tanti Pontificis sapientia dignam, flagitantibus Gallicanis Episcopis editam, ipsi etiam confirmavimus. Sed non solum plaga lota oleo, circumligata, et curata medicamine non est sanata, sed Janseniani adversus illam Encyclicam adeo atroces coorti sunt, ut numquam furiosius in Ecclesiam, et Apostolicam Sedem debacchati esse videantur. Laicam potestatem excitarunt adversus Ecclesiam, et publicæ pacis custodiendæ prætextu, res eo deducta est, ut cum bonorum gravissima offensione, et maximo gemitu, protrita, proculcataque divina Ecclesiæ potestate, Laicorum arbitrio notorie adversantibus Constitutioni: *Unigenitus*: Sanctissima Eucharistia sacrilege præbeatur:

Ex neglecta Constitutione *Unigenitus*, Divina ira commota, et perversorum hominum injuriæ adauctæ, ad quas reprimendas unio Gallicani Cleri cum Apostolica Sede tantummodo conferre potest.

§. 3. Qua præcipue contumelia Deum ira commotum, suspicamur cætera mala permisisse, quibus Ecclesia vestra in tantam rerum perturbationem incidit, et confusionem. Sed quæ ineunda Nobis ratio sit, ut Gallicana Ecclesia e tantis emergat malis, non facile potest constitui. Et plures quidem zelo æque, et sapientia prædit Venerabiles Fratres Episcopi nunc paullisper cessandum existimant, dum hi motus, quibus vestra jactatur universa Respublica componantur. Tunc enim optimi Regis vestri religione, et auctoritate adjutis, licitum Nobis erit inflictis Ecclesiæ vulneribus efficacia remedia adhibere. Ceterum quod Nobis consilium das, Venerabilis Frater, etsi multo antea cœpimus, eo tamen uti nondum est hujus temporis. Sermo opportunus est optimus, ait Salomon. Interea videant Venerabiles Fratres Episcopi, ne eorum concordia, qua inter se, et cum hac Sancta Sede arctissime conjunctos esse cognoscimus, quæque Ecclesiæ hostibus esse terribilis, ut Castrorum acies ordinata, eorum fraudibus, et dolis, dissentione aliqua injecta, dissolvatur, cum maximo Ecclesiæ, atque adeo universæ vestræ Reipublicæ detrimento; tibique omni cordis Nostri affectu, Venerabil Frater, eximiæ erga te charitatis Nostræ pignus, Apostolicam benedictionem peramantur impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die IX. Novembris MDCCLXIII, Pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXXIII.

Dat. die 9. Nov. 1763. Anno VI.

Romanam Sedem numquam a præcedentium Pontificum sententia deflexisse quoad Jansenistrum doctrinam, significat Bajonensi Episcopo, eumque hortatur ut una cum cæteris Gallicanis Episcopis unionem servet cum Apostolorum Cathedra, ab eaque constantem expectent auxilium.

Venerabili Fratri Guillelmo Episcopo Bajonensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

Cum Bajonensi Episcopo condoletur pro grassantibus in Gallicis Regnis contra Religionem persequutionibus.

§. 1. Literas tuas accepimus gravissimarum plenas querelarum, quibus acrior facta est suscepta multo antea ex Ecclesiæ Gallicanæ malis animi Nostri ægritudo. Scribit enim Fraternitas tua, perniciosam luem, quæ isthic a multo tempore tantam Dominici Gregis partem corripuit, gliscere in dies magis: Catholicam sacrorum dogmatum veritatem oppressam; proculcatam Ecclesiæ auctoritatem, potestatemque divinam, violatam pollutamque Sacramentorum

sanctitatem: Pastores, qui laicorum violentiæ sint ausi resistere, repressos atque coercitos: vobis denique nihil esse reliquum spei, quam in hac Sacra B. Petri Sede, ubi semper auxilia, et suppetiæ fuerunt vestris majoribus, et in vestra fere omnium Gallicanorum Antistitum consensione, et constantia in defendendis Apostolicæ Sedis decretis, propugnandisque juribus divinæ illius potestatis, quam a Christo Domino accepit Ecclesia.

Monet Gallicanos Episcopos contra perversorum insidias, quibus insinuare pertentent, non id roboris esse Romanæ Sedi ad eorum machinationes convellendas.

§. 2. Sed ab inimicis Ecclesiasticæ utilitatis, et pacis scribis, de industria rumores dissipari, quibus bonorum fortiumque virorum animi relanguescant: non satis firmam inter vos esse concordiam, vestram Ecclesiam in schismatis esse fermento; et de diuturno silentio Nostro gratulabundos dictitare, non id nunc temporis esse robur in Apostolica Sede, quo in ea possitis jure confidere. Non sumus nescii, jam dudum a novatoribus inter Nos, et vos hanc nebulam offusam esse, et caliginem; eorumque fraudibus et dolis, multos, hominibus harum rerum parum intelligentibus, objectos esse præstigios. Dum enim huic malo, metuentes ne acriori curatione fieret asperius, adhibenda esse censuimus leniora remedia, patientiam Nostram, non modo in argumentum vertunt infirmitatis atque mollitiæ, sed etiam jactare audent in vulgus, Nos a prædecessorum Nostrorum decretis, quibus Baii, Jansenii, et Quenelli causa est jugulata, vel sensim dissimulando recessisse, vel saltem ea decreta comperisse Nos tandem, quam Ecclesiæ fuerint inutilia. Sed non longe abesse speramus illud tempus, cum qui talia, tamque indigna de Nobis temere cogitant, falsos se fuisse, praveque de Apostolica Sede judicasse intelligent, si ei robur illud unquam defuisse existimarint, quod Christi Domini promissione nunquam emarcuit. Quamquam sibi ipsi dissimulare non possunt, luculentissima Nos dedisse argumenta, quid de eorum secta sentiamus; cum ejus audaciam prope in conspectu nostro Nobis illudentem proscripto libro, quem longe lateque per Italiam disseminaverat, Apostolica fortitudine fregimus. Falso igitur sibi assentari cognoscant necesse est, si aliter de hac re, quam prædecessores Nostri senserint, Nos existimare arbitrentur.

Constantem esse Apostolicæ Sedis sententiam de expurganda Ecclesia Dei ab perversorum erroribus, ad quod consequendum Gallicani Cleri unio, et Francorum Regis pietas conferre quamplurimum possunt.

§. 3. Nos eorum quos memoravimus, novatorum jampridem ab Apostolica Sede condemnatis erroribus, semper duximus Ecclesiam Dei purgare oportere, et ad hanc eluendam labem, et maculam, omnis Apostolicæ curæ sedulam operam, Dei gratia adjutrice, semper adhibebimus. De Gallicanorum Episcoporum unum et idem pie præclareque sentientium concordia, sic semper existimavimus, illam eo fore firmiorem quo hujus S. Sedis auctoritatem flagrantiore studio defenderint. Cæterum minime animis despondendum; fidendumque Dei misericordia, qui adjutor in opportunitatibus, cum minime suspicamur, aliquid lucis ostendet, et carissimo in Christo filio Nostro Galliarum Regi Christianissimo occasionem offeret, Ecclesiæ, Regia ope sua, adjuvandæ. Non enim tanta præditus religione Princeps optimus prætermittet universæ Christianæ Reipublice declarare, Jansenianæ hæresis extinguendæ sibi non animum sed tempora defuisse. Vos vero, qui vigilatis in Episcopali custodia, Deum enixis precibus in spiritu humilitatis orate, ut pios interea eripiat de tentatione, vobisque mittat auxilium de sancto, quo ministretis fidei vestræ virtutem, et a circumeuntibus lupis, Gregem vobis commissum in hoc tempore malo conservetis incolumem. Nos vigilantiæ vestræ, fortitudini, atque constantiæ non committemus, ut Apostolica Nostra officia vobis defuisse videantur. Tibique, Venerabilis Frater, quem in visceribus gerimus charitatis, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die IX. Novembris MDCCLXIII. Pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXXIV.

Dat. die 9 Nov 1763. Anno VI.

De eodem argumento agit cum Episcopo Biterrensi, eique Jansenianæ hæresis studia designat, alienandi scilicet Episcoporum animos a Romana Sede, ut deinde Episcopalis auctoritas, eo facilius evertatur.

Venerabili Fratri Josepho Brunoni
Episcopo Biterrensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,
et Apostolicam benedictionem

Quæ sint in Gallia Religioni adversantia mala exprimit.

§. 1. Gravissimas ærumnas quibus in vestra Gallia præmitur jamdudum Ecclesia, et quæ impendere viden-

quantoque graviora immineant.

tur atrociora mala, non solum tuæ, sed complurium etiam aliorum Venerabilium Fratrum Gallicanorum Episcoporum ad Nos literæ pertulerunt. Verbum Dei adulteratum, funditus eversam Ecclesiæ disciplinam: seculares Magistratus in augustissima quæque Religionis Nostræ sacra irrupisse: pro eorum lubitu administrari Sacramenta: eos potestatem fere omnem discernendi quos a Sanctissima Eucharistia prohiberi oporteat, ereptam Episcopis sibi arroganter tribuere: inde fieri (quod horrendum dictu est) ut sanctum canibus detur: proculcatam denique sanctitatem Ecclesiæ, ejusque imminutam sublimem potestatem, majestatemque divinam, seu potius Christi Sponsæ per summam injuriam compedes injectos, durissimumque jugum impositum servitutis. Ex his malis, quæ Fraternitas tua, aliique Venerabiles Fratres, vestris literis ad Nos, et hanc Sanctam Sedem delata voluistis quæ graviora in dies, nisi Deus Nos respiciat, sint eventura cogitantes, effudimus animam Nostram in conspectu Domini, eumque in amaritudine cordis Nostri sic deplorabundi appellavimus: *Domine Deus virtutum quousque irasceris super orationem servi tui? quousque cibabis Nos pane lacrymarum, et potum dabis Nobis lacrymis in mensura?*

Quæ sane tribulationes a Deo permittuntur, non ut constantia in Fide decutiatur, sed ut illa eo magis probetur.

§. 2. Verum etsi, Venerabilis Frater addidit Dominus dolorem dolori Nostro, et laboravimus in gemitu, et requiem adhuc non invenimus, tamen minime animo despondendum, ut nunc maxime oremus in spiritu, et in ipso vigilemus, certam habentes fiduciam non passurum misericordiarum Deum, tentari Nos supra id, quod possumus. Nunc enim ille est, qui Nos tentat, ut palam fiat, utrum diligamus eum, an non in toto corde, et in tota anima Nostra, sicut tentavit Abraham, et cæteros servos suos, ut faceret cum tentatione proventum. Itaque Fraternitatem tuam, cæterosque Venerabiles Fratres Gallicanos Episcopos, Magni Leonis prædecessoris Nostri verbis adhortamur = *Tribulationem, quam dilectioni nostræ spiritus diabolicæ tentationis ingessit, ab eo fiducialiter credite sublevandam propter quem talia sustinetis, atque ipsius auxilio Vos consolandos præsumite, cujus dilectioni quæ tolleratis, impenditis, qui licet temporaliter fieri, quæ sunt adversa permittit, constantiam tamen fidei non vult decuti sed probari* = Ac temporibus etiam vestris, rerumque articulis conveuit quod idem SSmus Pontifex de sui temporis Principe sibi pollicebatur = *Aderit suis inspirationibus divina protectio, eamque Principi vestro Christianissimo Regi tribuet facultatem ut nullo modo fieri sinat, quod humanæ saluti sentit adversum.*

Intima itaque conjunctione curandum ut Jansenianæ sectæ eludantur conatus, quibus student Episcopos ab Romana Sede alienare.

§. 3. Neque tamen segni quadam divini auxilii fiducia torpere debemus; et his malis si efficacia remedia, culpa temporum adhibere non possumus, illuc tamen omnia Nostra, vestraque studia conferamus oportet, ut Jansenianorum hæresis, quæ dudum pene videbatur extincta, quo atrocior nec opinato novissime quasi revixit, et Ecclesiam formidolosior coorta est, eo conjunctionis Nostræ vincula diligentius caveamus ne relaxentur. Illius enim sectæ auctores, ac subinde duorum fere seculorum spatio, qui principem in ea tenuere locum, id maxime studuerunt, ut Episcoporum animos voluntatesque ab hac Sacra B. Petri Sede primum abalienarent, quo facilius sibi esset eamdem Sedem, si fieri posset, evertere, ejusque auctoritate sublata, deinde Episcopos aggredi, ac demum omnem eorum delere potestatem, atque ita dolorem suum ulcisci, quod gloriosissimi prædecessores Nostri perniciosam Baii, Jansenii, et Quenelli doctrinam constitutionibus suis proscripserint, et Apostolicis decretis Gallicanorum Episcoporum religiosissimus cœtus obtemperaverit. Nefarii hujus consilii id luculentissimum præter alia multa suppetit argumentum, quod Ecclesiæ potestatis et auctoritatis Apostolicæ defensores acerrimi, quique erant de illo corpore, quod contra Ecclesiæ hostes his ducentis annis perpetuum bellum gerit, repente subdolæ illius sectæ opera, et fallaciis, apud vos bonorum omnium cum gemitu sunt extincti. Concussa, eversaque est in istis regionibus Arx Sion, unde mille clypei pendebant, omnis armatura fortium, luxitque antemurale, et murus ille pariter dissipatus est.

Insuperque incumbendum Encyclicæ Benedicti XIV. observantiæ super Constitutione *Unigenitus* sacrilege conculcata.

§. 4. Sed ut ad Fraternitatis tuæ literas revertamur, acriter animum Nostrum pungit, de Enciclyca Benedicti XIV. prædecessoris Nostri tua illa commemoratio. Ei enim si Vobis libere parere licuisset, minus Dei provocaretur iracundia, quam ex his malis, quæ tam brevi tempore in Gallicanam irruerunt Ecclesiam, excandescere prope oculis cernimus, cum notorie refragantibus Constitutioni *Unigenitus*, sacrilege ministrantur Sacra Mysteria. Hac tanta contumelia tamque nefaria, te, tuosque Collegas oramus, et obsecramus, SSmum Christi Domini Corpus, quoad licuerit, prohibite, ut saltem vestra sui

honoris cura, et solicitudine mitigatus Deus, iram aliqua ex parte molliat, e tam gravibus, atrocibusque injuriis susceptam. De præclara Gallicanorum Episcoporum erga hanc Sanctam Sedem devotione, summoque obsequio, de quo in extrema epistolæ tuæ parte, satis illustre Nobis perhibes testimonium, reliquum est, ut Bmi Pauli verbis Vos alloquamur = *ideo consolati sumus Fratres in vobis in omni necessitate, et tribulatione Nostra, per fidem vestram, quoniam nunc vivimus, si vos statis in Domino. Quam enim gratiarum actionem possumus Deo retribuere pro vobis* in omni *gaudio*, *quo gaudemus propter vos ante Deum Nostrum*, nocte et *die abundantius orantes. Vos autem Deus multiplicet*, *et abundare faciat charitatem vestram in invicem*, *et in omnes*, *quemadmodum et Nos in vobis ad confirmanda corda vestra sine querela* in *Sanctitate ante Deum*. Denique tibi, Venerabilis Frater, quem propter egregium zelum tuum in visceribus gerimus charitatis, eximiæ erga te benevolentiæ Nostræ pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo piscatoris die IX Novembris MDCCLXIII Pontificatus Nostri Anno sexto.

Dat. die 12 Nov. 1763 Anno VI.

CCCLXXXV

Matrimonium Petri Leopoldi Archiducis Austriæ cum Maria Ludovica Hispaniarum Infante comendat, dispensatumque ab eo esse quodcumque canonicum impedimentum significat Mariæ Tharesiæ ejus Matri.

Carissimæ in Christo Filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ Reginæ Apostolicæ, nec non Bohemiæ Reginæ Illustri, in Romanorum Imperatricem electæ.

Clemens PP. XIII.

Carissima in Christo Filia Nostra salutem, et Apostolicam benedictionem.

§. 1. Et consilium Regiæ Majestatis tuæ vehementer probamus, quæ de fulcienda quamplurimis liberis Cæsarea Familia tua cogitas, et pietatem magnopere laudamus, cum ut omnium rerum tuarum, sic ejus connubii, quo dilectissimus in Christo filius Noster Petrus Leopoldus natura filius tuus, cum dilectissima itidem filia Nostra Maria Ludovica Regia Hispaniarum Infante jungitur, a Deo voluisti auspicari primordia. Atque pro summo Majestatis tuæ in hanc Sacram B. Petri obsequio, et devotione petis, ut Nostras ad Deum preces interponamus, ut vestrum de ineundo eo Conjugio consilium felix faustumque sit: Nostras enim precationes efficaciores existimas, quod a Summo Sacrarum rerum Antistite proficiscantur, qui Apostolicam Bmi Petri Sedem tenet, in quam tuæ Majestatis est, semperque fuit, flagrantissimum studium, et summa devotio. Nos quidem omni contentione Deum orabimus, ut cœlestis gratiæ suæ copiam super istas nuptias effundat, easque omni temporali spiritualique prosperitate fortunatas velit; atque illum Nos exoraturos confidimus propter istam tuam in Bmum Petrum, ejusque Successores sinceram, et devotissimam voluntatem. Ut autem ab hoc Conjugio omne amoveatur impedimentum, Dispensationem, quam Regia Majestas tua, et carissimus in Christo Filius Noster Franciscus in Romanorum Imperatorem electus Vir tuus a Nobis postulastis, acceptis vestris literis, nulla interposita mora, per alias literas Nostras libentissime concessimus. Tibique, Carissima in Christo filia Nostra, regiisque liberis tuis, paterno Nostre charitatis affectu, Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XII Novembris MDCCLXIII. Pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXXVI.

Dat. die 12 Nov. 1763. Ann. VI.

De eodem argumento scribit Francisco in Romanorum Imperatorem electo.

Carissimo in Christo Filio Nostro Francisco Lotharingiæ, et Barri Duci, nec non Etruriæ sibi subjectæ Magno Duci, in Romanorum Imperatorem electo.

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

§. 1. Majestati tuæ plane assentimur, quæ ad Christianæ Reipublicæ

pacem, populorumque securitatem constituendam Regiæ Familiæ suæ, sobolem existimat propagari oportere. Itaque lubentissimo animo per alias literas Nostras, dispensationem concessimus, qua amotum volumus, quod erat impedimento, quominus dilectissimus in Christo filius Noster Petrus Leopoldus, tuus natura filius, cum dilectissima itidem filia Nostra Maria Ludovica Regia Hispaniarum Infante, Matrimonio jungeretur. Dum enixe precamur, ut Regiam Majestatem tuam ex hoc Conjugio pluribus nepotibus augeat, quod non modo ad universæ Christianæ Reipublicæ utilitatem, sed etiam hujus S. Sedis incolumitatem pertinere arbitramur. Neque enim dubitamus quin illud futurum sit, ut quæ laus in Regia Majestatis tuæ Familia semper floruit summi in Catholicam Religionem studii, et egregiæ erga Sacram B. Petri Sedem voluntatis, et devotionis, eam quotquot fuerint ejus stirpis, cupidissima persequantur. Omnium autem bonorum, quorum in eo Connubio, spem collocasti, auspicem Apostolicam benedictionem Majestati tuæ, Regiisque tuis liberis amantissima impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XII Novembris MDCCLXIII Pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 16 Nov. 1763. Anno VI.

CCCLXXXVII

Quantum periculi Catholicæ Religioni præbeant Matrimonia inter Catholicos, et Hæreticos, Argentoratensi Episcopo describit, eumque hortatur, ut pro viribus suis impediat ne in Alsatiæ Provincia expleantur.

Dilecto Filio Nostro Ludovico Costantino S. R. E. Præsbytero Cardinali de Rohan Episcopo Argentoratensi.

Clemens PP. XIII.

Dilecte Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

Semper Catholica Ecclesia abhorruit a Matrimoniis inter Catholicos, et Hæreticos.

§. 1. Quantopere a connubiis inter Catholicos, et Hæreticos abhorreat Catholica Ecclesia, et de æterna filiorum suorum salute vehementer sollicita, ut semper eos absterruerit, ne cum Hæreticis Matrimonii vinculum iungant, dilecte fili Noster, profecto non ignoras. Nunc autem id agi comperimus, ut in posterum in Alsatia licitum sit talia conjugia contrahere, quæ videtur in rem fore Catholicæ Religionis, si ea tantummodo conditione permittantur, ut suscepta inde soboles in Apostolica Romana fide educetur: hac ratione non longe abesse ajunt, cum Deo gratulabimur, populum istius regionis universum ad veram religionem esse traductum.

Mater siquidem Acatholica, semper soboli suæ propriæ Religionis errores insinuare curabit.

§. 2. Nobis vero longe aliter videtur et ex hujusmodi conjugiis existimamus, Catholicæ Ecclesiæ magnam cladem allatum iri. Si enim Mater, penes quam est prima sobolis educatio, a nostris sacris aliena sit, quid de liberorum religione non est timendum? Illa enim pro materno amore de æterna eorum salute sollicite cogitans, nullam prætermittet occasionem, qua illos imbibat suæ sectæ doctrina, quam unice veram putat. Ac si Virum, vel in vigiliis jejunantem, et carnibus abstinentem, vel pœnitentiæ Sacramento, animæ suæ sordes eluentem, vel ad Sacram Eucharistiæ Mensam accedentem quasi inania sectantem, ut sæpissime fiet, irrideat, id etiam certe fieri oportet, paullatim ut in animos puerorum illabatur sacratissimarum rerum contemtus. Quæ vero a tenera ætate arripuerint, ea ex illorum animis difficillimum est evellere.

Majora autem damna soboli obventura sunt ex Paterna auctoritate, si is alicui sectæ addictus sit.

§. 3. Et contra si Mater quidem Catholicam Religionem colat, Pater vero alicui Hæreticæ sectæ addictus, in puerorum conspectu dicta Uxoris, et facta, quæ ad Religionem pertinent, jocułariter illudat, an non pueriles animus liberorum, penes quos plurimum valet Patris auctoritas, de veritate Religionis, quam sequitur Mater, nonnihil dubitaverit? Quid si seria oboriatur inter Virum, et Uxorem de Religione disputatio? An non liberi, quorum mens, alternantibus in parentum disputatione momentis, hac illac impellitur, sensim in Religionis prolabentur indifferentiam, qua nihil exitialius, nihil Religioni inimicius; cum omnem Religionem veram, falsamve funditus tollat. Illud etiam perspicuum est, Lutheranæ hæresi per hæc conjugia patentiorem aperiri campum, quo latius sese possit diffundere. Etenim puellæ Lutherano imbutæ errore, quibus nunc, nonnisi certis quibusdam in locis, cum Viris suis licet constituere domicilium, si Catholicis nupserint Viris, illos sequantur necesse est, ubicumque iis libitum fuerit habitare. Præterea et nova nupta, plures e sua secta admittet in

Viri familiam; nec prohiberi poterunt ab ejus domo, falsæ sæctæ Ministri, qui salutandi gratia eam conveniant. Hi nimirum suo non deerunt ministerio, quo oves suas in errore confirment, artemque suggerent Matri, qua in animis liberorum bonæ doctrinæ germina ab ipso tempore, quo incipiant erumpere, exarescant.

Adeoque omnia Catholicorum sollicitudo semper adhibita, ad hæc impedienda Matrimonia, evanescet, quoties in posterum licitum foret ad illorum celebrationem procedere.

§. 4. Frustra igitur fuerit Catholicorum usque adhuc adhibitum studium, quo ex iis regionibus, quas tenent, damnati ab Ecclesia erroribus eliminarentur, cum impune licuerit in posterum, in medio eorumdem Catholicorum, eamdem veneficam doctrinam profiteri. Huc accedit, quod si alteruter Conjugum, qui Catholicus sit, vita functus, liberos in prima ætate reliquerit, alteri Conjugi Hæretico, liberum erit venenatis sectæ suæ sensibus, filios suos inficere. Vides igitur, dilecte fili Noster, quid de prole ex his conjugiis suscepta polliceri sibi possit Catholica Religio, et num vehementer timendum sit, ne cum per hæc connubia propagare intendunt Catholicam Fidem, latius propogetur hæresis; et quod omnium deterrimum, majores in dies vires capiat Religionis cujuscumque indifferentia, qua plerumque ad impietatem aditus aperitur.

Argentoratensem hortatur Episcopum, ut ex adductis rationibus, hujusmodi Matrimoniis obstat.

§. 5. Hæc vero paullo fusius uberiusque persequuti sumus, sed ut ex barum prolixitate literarum, sollicitudinem Nostram intelligas, qui de re gravissima, et maxima, scribendi vix finem facimus. Sed ut sapientiæ prudentiæque tuæ has rationes, quas supra tetigimus, quamobrem non sint permittenda hæc conjugia, obscuras non fuisse arbitramur; sic religioni tuæ, et zelo Domus Dei, quo flagrantem animum geris, plurimum consisi, dilectionem tuam obsecramus, et in Domino obtestamur, ut quantum auctoritate valeas, id efficias, ut his conjugiis nullus in Alsatia fiat in posterum locus; in qua Provincia, Ecclesiæ leges suum robur recuperarunt ex edicto, quod anno MDCLXXXIII. cum tanta sui nominis laude edidit gloriosissimæ memoriæ Ludovicus XIV. Quod si consequare, non hæc ultima laus erit tuarum pro Religione rerum præclare gestarum, consilio, et opera tua Catholicæ Ecclesiæ fidem, e tam gravi periculo ereptam suam incolumitatem retinuisse. Tibique præcipuò quodam charitatis sensu, dilecte fili Noster, quem unice amamus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris die xvi. Novembris MDCCLXIII. Pontificatus nostri anno sexto.

CCCLXXXVIII.

Dat. die 19 Nov. 1763 Anno VI.

De Ecclesiæ Gallicanæ malis conqueritur cum Episcopo Mirapicensi, cumque hortatur ad unionem cum cæteris Galliarum Præsulibus, et conjunctim cum Apostolica Sede.

Venerabili Fratri Joanni Baptistæ Episcopo Mirapicensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

Hujus Episcopi egregiam voluntatem in Catholicam Ecclesiam, et conjunctionem cum cæteris Galliarum Antistitibus laudat.

§. 1. Etsi literæ tuæ brevissima commemoratione malorum, quæ quasi rupto muro, et aperta janua in Gallicanam irruerunt Ecclesiam, Nostrum renovarunt dolorem, quem ante hos paucos annos susceptum, multo majorem experimur in dies, quo graviores isthinc de deterrimo apud vos sacrarum rerum statu nuntii ad Nos subinde afferuntur; tamen ea ratione rursus pergratæ Nobis fuerunt, quod egregiæ tuæ voluntatis in Catholicam Ecclesiam, et arctissimæ conjunctionis tuæ cum cæteris Fratribus Episcopis bene sentientibus, testimonium ferant sane præclarum. Earum brevitatem probavimus; neque enim opus erat te tantum natu, Venerabilis Frater, singula mala recensentem scribendo defatigari, et non levi incommodo tuo supervacuum laborem suscipere, cum a pluribus Coepiscopis Nostris prolixas de vestris cladibus acceperimus litteras plenas querelarum, quæ Nobis interdum lacrymas excusserunt. Equidem vestram dolemus vicem, et iniquissimæ conditionis, in qua versamini, Nos maxime miseret; neque adhuc videmus, quam potissimum rationem nunc temporis ineamus propulsandi tantam ab Ecclesia vestra calamitatem. Interea acerrime urimur, quod Janseniana hæresis eo sit progressa, ut sibi assentetur, se nunc maxime omnia cogitata sua posse perficere. Laicos Magistratus in vos, vestramque divinam potestatem excitavit; ori vestro fecit ut illi opposuerint manus, ne ad aures populorum, ad

quos seducendos tantopere incumbit, vestræ voces perveniant. Sanctum interea canibus datur pro eorumdem Magistratuum arbitrio, et libidine: quam quidem horrendam in augustissimum Jesu Christi Corpus injuriam, jure suspicamur, tantam malorum super Gallicanum Regnum traxisse molem.

In qua intima unione ut perseveret obsecrat, ad impedienda Jansenistarum molimina in semine dissidiorum reposita.

§. 2. Id vero Janseniani nunc potissimum student, ut inter Gallicanos Episcopos semina dissidiorum serant, et ab hac Sacra B. Petri Sede eorum abstrahant animos. Summa igitur cautio vobis esse debet ne spiritui dissensionis, quem modo exsufflat Satanas, ullus ad vos pateat appulsus; neve hostium dolo, et fallaciis, ab hac Apostolica Sede, ejusque rectissimis sensibus abalienemini. Si quid enim lucis tempora aliquando ostendere videbuntur, tunc consensionis vestræ, et cum hac Apostolica Sede conjunctionis profecto non pœnitebit: neque enim committemus Apostolica Nostra officia desiderari, quæ hoc erunt efficaciora, quo ea vehementius vestrum omnium consensus adjuverit. Cæterum futurum speramus, ut infirma quæque vestra Deus tandem sarciat, et consoletur omnes Ecclesiæ vestræ ruinas, et faciat ejus desertum quasi delicias, et solitudinem ejus, quasi hortum Domini. Interea state in uno spiritu unanimes collaborantes fidei Evangelii, et in nullo terreamini ab adversariis. Longævam tibi senectutem optamus, prosperrimamque valetudinem, et Fraternitati tuæ intimo cordis Nostri affectu, eximiæ erga te benevolentiæ Nostræ pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die XIX. Novembris MDCCLXIII. Pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXXIX.

Dat. die 19 Nov 1763. Anno VI.

De eodem argumento Epistolam mittit Episcopo Uceticnsi

Venerabili Fratri Bonaventuræ Episcopo Uceticnsi.

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem.

Hujus Episcopi Literas accepisse profitetur, quibus miserandum Gallicæ Ecclesiæ statum describitur.

§. 1. Miserandam Ecclesiæ Gallicanæ faciem ante oculos Nostros posuerunt literæ Fraternitatis tuæ, quibus non modo omnium sacrarum rerum perturbationem, sed causas etiam, unde orta est tanta pernicies, subtiliter, et accurate satis persequutus es. Itane vero tam brevi tempore Ecclesia vestra in tantum est adducta discrimen? Et quæ dudum maxime florebat doctrinæ integritate, sanctissimisque institutis, et moribus, nunc postquam impiorum hominum in omnem Religionem evertendam incumbens erupit e latebris, ubi diu delituit, acerrima conjuratio, in tantam eadem Ecclesia est prolapsa calamitatem, ut apud vos jam sint pene omnia profligata, et perdita? irrisa Ecclesiæ auctoritas; primarii Pastores misere divexati; laicorum manus in Arcam Domini injectæ; omni statu dejecti, qui ascenderant ex adverso, et opposuerant murum, ut starent in die prælii pro Domô Domini: onerati injuriis; sibilis excepti, et eo redacti miseriarum, ut fame, siti, et algore necesse sit denique intereant: hominibus, de quorum doctrina et moribus quisque prudens jure dubitaverit, juventutis tradita disciplina, ut ne spes quidem reliqua sit Ecclesiæ, si quid paullulum lucis tempora ostenderint, se fideles Ministros imposterum habituram: omnis Religionis cultus, laicorum subditus potestati: Sanctum eorum arbitrio, et libidine canibus datum; ideoque Princeps Regum terræ Christus Jesus Dominus gloriæ a Deo Patre constitutus, ad dexteram suam super omnem Principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem, et omne nomen, quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro (horrendum dictu) suis ludibrio sit inimicis.

Quæ cuncta aspera mala a Janseniana hæresi repetenda sunt.

§. 2. Interea Janseniana hæresis gandio triumphat, quod laicos Magistratus adversus Apostolicam Sedem, at-

que adeo in universam Ecclesiam incenderit; atque ita per eos suum dolorem ulciscitur ex Apostolicis conceptum Constitutionibus, quæ pertinacissimæ sectæ subinde fregernnt audaciam. Cui comparabo Te (lacrimantes cum Gallicana Ecclesia iisdem verbis utimur, quæ gemebundus dicebat Propheta de Jerusalem) vel cui exequabo Te, et consolabor Te virgo Filia Sion? Magna est enim velut mare contritio Tua. Quis medebitur tui? Suffoditur, quæ est totius spiritualis ædificii divina Ecclesiæ auctoritas, et potestas, ut jam pene esset Ecclesia vestra acervus lapidum in ruina, si despersi etiam fuissent lapides Sanctuarii. Sed id Deus prohibeat, faciatque, ut Vos Episcopi, qui estis arctissime invicem, et eum Apostolica Sede conjuncti, hostium eludatis insidias. Hi enim in occulto sedent, occasionem omnem aucupantes, qua inter vos inducere possint discordias, quarum tandem exitus sit, ab hac Bmi Petri Sacra, et Apostolica Sede secessio. In eam enim illorum est inveteratum infinitumque odium, et implacabile, quam suis semper conatibus senserunt adversam; cujus eversionem, vel ipso non Gallicanæ modo, sed universæ Ecclesiæ interitu mercarentur.

Gallicarum Episcopos præcavet ad schisma inter se se vitandum, eosque ad unionem mutuam invitat, conjunctionemque cum Apostolica Sede.

§. 3. Quamobrem Fraternitatem tuam, cæterosque Collegas Venerabiles Fratres, per Jesu Christi viscera hortamur, et obtestamur; cavete ne sit schisma in vestro corpore, sed id ipsum pro invicem sollicita sint membra, et cum Bmo Petro, Nobisque, qui immerentes ejus gerimus vices, firmiter ut Ecclesiæ Capiti adhærete, quo possimus in hoc tempore malo omnia tela nequissimi ignea extinguere. Neque enim Deus, qui se maxime in tribulationibus gloriatur esse adjutorem, in perpetuum obliviscetur Nostri, nec derelinquet Nos in longitudine dierum. Confortamini igitur; et estote robusti in Domino, qui aderit Nobis, cum minime suspicamur, Nosque de hac tentatione eripiet. Tibi vero, Venerabilis Frater, cujus flagrantissimum zelum, summumque in Ecclesiam Sanctam amorem, enixe Deum precamur, ut divina charitate sua in dies exaugeat, Apostolicam benedictionem singularis, et eximiæ erga Fraternitatem tuam benevolentiæ Nostræ pignus, peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die XIX. Novembris MDCCLXIII. Pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXC.

Dat. die 7. Decembris 1763. Anno VI.

De iisdem Gallicanæ Ecclesiæ calamitatibus, agit eum Episcopo Montispesulano, ejusque provocat zelum, atque constantiam in protuenda Catholica Religione.

Venerabili Fratri Francisco Episcopo Montispesulani

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

Se accepisse ait Montispesulani Episcopi literas, aliorumque per Galliam Antistitum de infelici Religionis conditione agentes.

§. 1. Cum ex pluribus Gallicanorum Episcoporum literis acrior, quam unquam antea Nostro versaretur in animo cogitatio de vestrarum Ecclesiarum calamitatibus, et ærumnis, Fraternitatis etiam tuæ literas sane tristes accepimus, quæ Nostrum, e tanta sacrarum rerum clade susceptum dolorem, non modo renovaverunt, sed etiam retractando auxerunt. Quid enim abest a rerum vestrarum statu, quin sit deterrimus? Profligata Ecclesiæ spiritualis auctoritas: in ea nihil fere sanctum, aut inviolatum nihil, sive rerum, sive personarum; ipsum Jesu Christi Corpus, quod trementi manu scribimus, secularium Magistratuum arbitrio, et libidini deditum. Atrocia hæc quidem et miseranda; sed tamen aliquid superest, cui, secundum Deum possimus jure confidere, vester nimirum fere omnium Gallicanorum Episcoporum consensus, vestrarum cum hac Sacra Beati Petri Sede conjunctio, vestra demum alacritas, qua scribis omnes ita esse incensos, ut pro tuenda Religione profiteamini, neque fortunarum vestrarum amissionem, neque ipsam mortem recusaturos.

In tanta Religionarum rerum vastatione, constantem animum opponendum esse suadet, et de Montispesulani Episcopi constantia gratulatur.

§. 2. Hanc animi constantiam, cum a Nobis requirit Deus, certam etiam Nobis spem facit victoriæ. *Usque ad mortem*, *inquit*, *certa pro justitia*, *et Deus expugnabit pro te inimicos tuos*. At in omni certamine timor quidam semper oboritur. Hunc primum depulsum oportet, qui velit bene rem gerere. Idque fixum in animo habendum, nihil periculosius, quam nimius ipsorum periculorum metus: *qui enim timent pruinam*, ut ait Scriptura, *irruet super eos nix*. Est igitur aliquid omnino faciendum, ut a quotidiana fere injuria, Sanctissimum et Augustissimum Christi Corpus vindicetur. Quid faciam? inquiens. Quidvis facias, prout tibi

Deus in mentem injecerit facere, id ut ne fiat, neve Christus pro temporalibus fortunis nostris retinendis, conservandisque inimicis suis tradatur propemodum dedititius. Non humano quodam, et usitato modo, quod non ignorat Fraternitas tua, jacta sunt Catholicæ fidei fundamenta, et longe lateque per universum terrarum orbem propagata Christiana Religio. Singulari itidem modo interdum Nobis est defendenda. Et omnes quidem cupimus pacem, sed omnes opus est Nobis vires exerere, ut eam vel ab incitus inimicis extorqueamus. Multi quidem exantlandi labores, plurima etiam, eaque gravissima subeunda pericula; sed nihil recusandum pro illius honore, qui ut Nos eriperet e potestate tenebrarum, se ipse pro peccatis nostris hostiam offerre, et crudelissimum teterrimumque Crucis supplicium subire non recusavit. Peculiaris etiam a Nobis postulat ratio, ut ejus honorem, vel quovis abjecto periculo tueamur, cum peculiari itidem ejus benignitate facti sumus Ministri, et dispensatores Mysteriorum Dei. Non sumus nescii, Venerabilis Frater, huc cogitationes omnes pro tuo in Christum amore semper fuisse conversas, et omni te usum esse ratione, qua SSmam Eucharistiam ab indigna profanatione subduceres.

Quantum damni attulerit Religioni in Gallia, expulsio Clericorum Secularium Societatis Jesu, ad quam impediendam omne studium sed, inutiliter, convertit Apostolica Sedes.

§. 3. Quod ad cæteras querelas tuas attinet, pulsos isthinc Clericos Regulares Societatis Jesu, traditamque juventutis disciplinam hominibus, quorum doctrina, moresque vel non satis explorati, vel suspicionem aliquam habent, in periculum venisse jam adolescentes, qui literis sese dare velint, ne eorum animi venenatis sensibus inficiantur: obtumescere missiones: ad pœnitentiæ Tribunal, et ad Sacram Mensam raros apparere fideles; mala hæc, et alia plurima prospiciebamus, cum ad Venerabiles fratres quosdam Gallicanos Episcopos Parisiis congregatos ante hos novemdecim menses ea etiam de re scribebamus.

Tot calamitatum originem Pontifex repetit ex neglecta observantia Encyclicha Benedicti XIV. super Bulla *Unigenitus*.

§. 4. Sed hæc et alia ejusmodi, atque etiam graviora mala, uno verbo calamitates omnes arbitramur ideo in Galliarum Regnum immissise Deum iratum, quod Unigeniti Filii sui Corpus indignis tradatur hominibus, Apostolicis decretis notoriæ pertinaciterque refragantibus, turbarique pacem in dies magis, quod quidam sibi sint assentati, si nulla ratio Encyclichæ prædecessoris Nostri Benedicti XIV. nullus SSmæ Eucharistiæ habeatur respectus, pacem revocari posse, et istos apud vos turbarum motus conquiescere.

Montispesulanum cæterosque Gallorum Antistites hortatur, ut sient omnes uno Religionis spiritu unanimes, et cum Apostolica Sede conjuncti.

§. 5. Reliquum est, Venerabilis Frater, ut te, tuosque Collegas, satis jam per se ardentes, et erectos in Domino adhortemur ad strenue præliandum prælia Domini, custodiendosque a luporum circumeuntium incursibus commissos fidei vestræ greges. Sed stetis oportet omnes in uno spiritu unanimes, et summo animorum consensu vehementer consociati cum hac Bmi Petri Sacra et Apostolica Sede. Videtis enim seditiosorum hominum curas omnes in eo versari, ut ab ea prope inscii, et nec opinantes abstrahamini, nec absurde putant, si inde Vos avelli contingat, se facile posse inter vos discordias injicere, et interea dum dissentionibus inter eos excitatis a communi Ecclesiæ defensione tantisper averteremini, in hæreditatem Christi securas invadere, quod Deus prohibeat, et vero prohibebit *Non erit hæres filius ancillæ cum servo meo Isaac.* Quamobrem summopere providendum, ne vestra cum Romana Cathedra labefactetur conjunctio, quod eo sæpius vobis inculcandum existimamus, quo periculosioribus temporibus utimur, cum opiniones de Romani Pontificis auctoritate, quas homines Apostolicæ Sedis parum amantes extulerunt, et quæ Venerabilium Fratrum prædecessorum vestrorum opera, et scriptis, silentio traditæ, jam pene exolescent, ... non nemo ausus est inter fidei dogmata numerare, et Gallicanam Ecclesiam, quasi eas opiniones existimet esse de fide, ab universa, quæ longe aliter sentit, Ecclesia segregare. Est inter vos Episcopali dignitate vir, et summa senectute venerabilis, qui districtum in Apostolicam Sedem gladium strenue retudit. Mirum in extrema ætate versantem, tantas edidisse vires, sed unum illum fuisse, qui in hanc gravissimam causam descenderit, mirum magis! sed quod unus fuerit, eo major illi debetur laus, et gratia. Denique in tanta rerum perturbatione orandum assidue, Venerabilis Frater, in spiritu, et in ipso vigilandum in omni instantia, et obsecratione. Deoque fidendum, qui non delectatur in perditionibus nostris, sed post tempestatem tranquillum facit, et post lacrymationem, et fletum, exultationem infundit; et Fraternitati tuæ, quam ob eximium Dei zelum, et in Sanctam Ecclesiam amorem, præcipua charitate complectimur, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Ma-

rium Majorem sub annulo Piscatoris die VII. Decembris MDCCLXIII. Pontificatus Nostri anno sexto,

Dat. die 7. Decembris 1763. Anno VI.

CCCXCI.

Idem argumentum complectuntur hæ Literæ ad Episcopum Vivariensem missæ, quoad infelicem Religionis statum in Gallia, easdemque hortationes facit Pontifex super constantia in Fide, et conjunctione cum Apostolica Sede.

Venerabili Fratri Josepho Episcopo Vivariensi.

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

Quantum doloris attulerint Pontificis animo Gallicanorum Antistitum querelæ de turbata Religionis conditione per universam Galliam, exprimit Pontifex idem.

§. 1. Literas Fraternitatis tuæ ante hos tres menses accepimus, earumdem plenas querelarum, quas de Gallicanæ Ecclesiæ calamitatibus complures istius Regni Episcopi ad Nos antea detulerant, aliique subinde etiam nunc per suas literas deferre non desinunt. Harum literarum haud ita parvus aliarum super alias cumulus Nobis est propemodum in loco assiduæ, et quotidianæ querimoniæ vestræ, qua dies noctesque conficimur; eoque vehementius angimur, et cruciamur, quod dolori vestro nunc temporis præterquam lacrymas præbere nihil possumus. Societatem Jesu ictu oculi, nulla causa indicta, vel ipsius ejus inimicis, qui eam acerrime oppugnabant, nec opinantibus, extinctam apud Vos gravissime omnes quiritamini. Rem profecto novam, incredibilem, inauditam, in qua illud Prophetæ Nobis usuvenit dicere *Adspicite in Gentibus et videte: admiramini, et obstupescite: quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo credet, cum narrabitur.* Convulsa profecto est pietate, et doctrina præstantium Virorum societas, cum minime oportebat. Nunquam enim impiorum talis adeo atrociter petita est Christiana Religio, nunquam Janseniana hæresis audacius debacchata est in Ecclesiam Catholicam.

Cujus doloris causa adaucta fuit expulsione Clericorum Secularium Societatis Jesu, quorum labores tantum utilitatis erant pro Religionis bono.

§. 2. Quamobrem summotis, qui alacritate summa, et fortitudine cum ejusmodi hostibus depugnabant, quid sacris Pastoribus non pertimescendum? Teque adeo præter cæteros, Venerabilis Frater, in communi luctu, æquum est iniquissimam horum temporum vicem deflere, quod Episcopalis sollicitudo tua in iis versatur locis, unde illius Societatis laboribus, ac præsertim B. Francisci de Regis, Calviniana hæresis prope omnino fuit eliminata. Juventuti porro doles clausos esse puros fontes imposterum, unde literas, et bonos mores, et religionis amorem hauriebat, traditamque ejus disciplinam hominibus, quorum cum inexplorati sint doctrina, et mores, nemo prudens Paterfamilias liberos suos illis commiserit erudiendos. Hæc probe perspiciebant sapientes ii Magistratus, qui in superioribus Regni Curiis vehementer cum alterius factionis hominibus pro conservando tanto Ecclesiæ bono pugnaverunt, inter quos in Aquisextiensi Curia Frater germanus tuus, communi bonorum omnium judicio, magnam retulit laudem.

Ad quam impediendam expulsionem quantum, sed inutiliter adlaboraverit Pontifex, commemorat.

§. 3. Hæc vero omnia, quæ deploratis mala, multo antea ipsi prospeximus; e quibus ut Ecclesiam eriperemus, Christianissimi Regis imploravimus opem, eique gravissimas dedimus literas, et ad complures Venerabiles Fratres Gallicanos Antistites, qui Lutetiam Parisiorum ante hos menses viginti de temporalibus Ecclesiarum rebus tractaturi convenerant, copiose itidem scripsimus; rati, Religionem optimi Principis ai Societati, tantopere in Ecclesia Dei frugiferæ, venturam esse auxilio, et piissimorum Antistitum preces ad Regiam opem solicitandam maximo futuras esse momento. Sed neque Regis egregia voluntas, nec summum Regiæ piissimæque familiæ studium, nec præclarum religiosissimorum Antistitum de Societate Jesu judicium, nec complurium Magistratuum pietate, et sapientia præstantium conatus, quidquam profuere, sic Deo volente, qui magnus consilio, et incomprehensibilis cogitatu, cujus oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam, ut reddat unicuique secundum vias suas, et secundum fructum adinventionum suarum, tentare voluit servos suos, et impiorum, et male de Catholica Fide sentientium hominum objicere sibilis, ut Ecclesiæ Dei puriore humilitatis spiritu inserviant. Cæterum Nostra est omnis in uno Deo fiducia, qui vulnerat, et medetur, percutit, et manus ejus sanabunt; qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum, quod cœperunt.

In tanto Religionis ærumna, curandum præ primis est præcisa observantia Constitutionis *Unigenitus* S. M. Clementis XI.

§. 4. Verum etsi humanæ vires his malis efficacia remedia afferra non posse videantur: atque iis sanandis sibi forte servavit Deus singulari quadam ratione suum adhibere auxilium, ne quis forte dicat = *De manu mea factum est hoc Vobis* = sed omnes uno ore confiteantur, et dicant: *hæc mutatio dexteræ Excelsi*, non tamen sic Dei ope fidendum, ut Nostra in Religionem studia relanguescere videantur. Omni igitur conatu counitì debetis, ut notorie refragantes Dogmaticæ prædecessoris Nostri Clementis XI. Constitutioni: *Unigenitus*: a Sacra Eucharistia prohibeantur. Sic enim a Christi Domini augustissimo Corpore quotidiana fere depelletur injuria, iratusque adhuc Deus, cum ejus honorem vindicaveritis, fiet placabilior: tum Encyclichæ prædecessoris Nostri Benedicti XIV, quam ipsi confirmavimus, suus restituetur honor, et Ecclesiæ divina eminebit auctoritas, et potestas, quam si patiamur omnino perfringi, actum est de Evangelica doctrina, et de Christiana Religione universa. Hæc autem eo validius defendenda est Nobis auctoritas, quod ex ejus contemtu tanta Catholicæ Ecclesiæ mala evenerunt. Si enim fontem illum pestiferum exquiramus, unde impietatis erupit tam fœda proluvies, eamque diligenter semitam, adverso itinere persequamur, qua transeundo semper increscens, nunc superfusa Ecclesiæ campos pene complevit, comperies ortam ex effrenata opinandi libidine, qua homines = *in suo sensu, et in suo verbo permittentes dominari superbiam, unde sumsit semper initium omnis perditio* = paullatim divinæ auctoritatis jugum excusserunt, et ab Apostolica Sede, atque adeo a Catholica Ecclesia omnino defecerunt.

Janseniana sectæ doctrinæ obsistendum, a qua præcipua mala in Religionem erupperunt sub efficie pietatis abtutu.

§. 5. Ad hanc viam, quæ ad interitum ducit, Janseniana hæresis aditum his novissimis temporibus patefecit; et dum ejus sectatores sibi soli videntur ita sapere, et cum illis quasi sapientia sit moritura, satagentes Ecclesiæ renovare ædificium vehementer illud labefactarunt. Id si negaverint = *Lupis de pariete clamabit, et lignum, quod inter juncturas ædificiorum est*, Quamobrem, Venerabilis Frater, te tuosque Collegas omnes obtestamur in Domino, et obsecramus: in id potissimum incumbite, ut Ecclesiæ, atque adeo B̄m̄i Petri Cathedræ, in qua est = *integra, et vera Christianæ Religionis, et perfecta soliditas, et extra maculam semper est Catholica servata Religio* = divinam sublimemque potestatem auctoritatemque tueamini.

Ad quod consequendum intima confert Antistitum unio inter se, eorumque cum Apostolica Sede consociatio.

§. 6. Id vero haud aliter consequemini, quam si invicem consociati, et cum Apostolica Sede arctissimo vinculo conjuncti, firmissimum opponamus murum, et stemus in die prælii pro Domo Domini. Videtis non nemo quid novissime designavit. Conjunctionem vestram cum hac Sacra B. Petri Sede visus est voluisse dirimere, parum animadvertens, pravam ab hominibus huic S. Sedi infensis, quibus ille nimium tribuit, hausisse doctrinam; dum enim opinionis ejusdem Apostolicæ Sedis auctoritati parum faventes in Fidei Dogmatibus ponit, se et Gallicanam Ecclesiam, quam falso existimat in hac sententia sibi esse consortem, ab universa Ecclesia, quæ longe aliter sentit, inscius imprudensque sejunget. Denique harum summa Nostrarum litterarum huc redit = Soliciti omnes servare unitatem Spiritus, Nobis, et Apostolicæ Sedi quam firmissime adhæreatis oportet. Hanc condemnati erunt, qui blasphemaverint, benedicti qui ædificaverint. Ipsa autem lætabitur in filiis suis, quoniam omnes benedicentur, et congregabuntur ad Dominum: Beati omnes, qui diligunt eam, et qui gaudent super ejus pace. Denique tibi, Venerabilis Frater, singularis, qua te zelo Dei tantopere flagrantem complectimur, charitatis Nostræ pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo piscatoris die VII. Novembris MDCCLXIII Pontificatus Nostri Anno sexto.

CCCXCII.

Dat. die 14 Decembris 1763 Ann. VI.

De ingravescentibus quotidie in Gallia malis in Ecclesiæ perniciem agit cum Conseranensi Episcopo, quem commendat pro ejus intima unione cum Apostolica Sede.

Venerabili Fratri Josepho Episcopo Conseranensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

Enumerantur mala quibus semper magis

§. 1. Miseram, et ærumnosam Gallicanæ Ecclesiæ condictionem nar-

im dies premitur Gallica Ecclesia.

rant literæ tuæ, quibus legendis prope Nobis sunt lacrymæ abortæ. Divina Ecclesiæ jura omnia sublata: Pastorales Episcoporum literæ ad populos sibi commissos igni traditæ Carnificis manu: contemtos passim Sacerdotes, atque ipsum adeo Christum Jesum, cujus ille divina vox est: qui Vos spernit me spernit: Sacræ Inquisitionis decreta rejecta cum dedecore et probro; lætabundam sese jactare impietatem, et de eversa prope Religione, quasi triumphos agere: gregibus vestris circumeuntes lupos evide inhiare: cum periculosissimis potentiis Vobis confligendum, nec nisi in hujus Apostolicæ Sedis auxilio spem ullam reliquam esse: hæc afferunt literæ Fraternitatis tuæ sane misera, et luctuosa; quibus illud atrocissimum addere potuisses, augustissimum Christi Corpus laicæ potestatis arbitrio notorie refragentibus Constitutioni *Unigenitus*: sacrilege præberi, atqua ita Dei Filium, Dominum gloriæ, indignissime stipatum Satellitibus duci ad ludibrium, et contumeliam: quæ res tantam habet atrocitatem, ut ei nulla quævis æquiparari possit indignitas.

Commonet hunc cæterosque Gallicanos Episcopos ne in impiorum laqueos incidant, quibus conantur, eos ab intima cum Apostolica Sede conjunctione distrahere.

§. 2. Feda alia multa, et miseranda Nobis narrant aliorum etiam complurium Gallicanorum Episcoporum literæ, ex quibus demum apparet, deteriore statu ut sitis, unum tantummodo inferiorem gradum esse relictum. Atque illuc vos dejicere meditantur, qui infenso huic S. Sedi animo et inimico Gallicanos Episcopos a Romana Bñi Petri Cathedra abstrahere sunt ausi. Quid enim aliud moliuntur, cum tamquam Fidei dogmate, populo proponunt opiniones Pontificiæ auctoritati adversas, quibus qui assentiti esse videbantur, suum deprecati sunt factum, veniamque ab hac Apostolica Sede petierunt; quas religione summa præditus Rex piissimus, et immortalis memoriæ Ludovicus XIV. sancte promisit, nullum in Regno suo deinceps locum habituras, quas denique cæteræ per totum orbem Ecclesiæ minime sequuntur. An non videntur Gallicanam Ecclesiam, cui pravos ejusmodi sensus suos falso affingunt, a cæteris totius Orbis terrarum Ecclesiis, et ab hac Sacra B. Petri Sede voluisse revellere? Sed resistendum audacibus inimicorum conatibus, junctoque agmine S. Sedi firmiter hærcatis oportet, quo possimus Ecclesiam Dei ab eo, quod minitantur, schismate prohibere.

Conservantem laudat Episcopum pro

§. 3. Hac vero, Venerabilis Frater, cohortatione te non egere agnoscimus, qui aperte scribis, Deum Vicario in terris suo nunquem desse, et si Nos sileremus putare te idem prope futurum, ac si Deus ipse quiesceret, et sileret. Deo igitur gratulamur, Fraternitatem tuam cum plerisque Collegis tam bene animatam esse in Apostolicam Sedem. Non sumus nescii, quod scribis, esse aliquot inter vos, sed tamen paucissimos, qui tempori ut serviant, aut alia deteriore, ut ais, causa tum sermone, tum etiam scriptis scandalum Fidelibus offerunt. Id quidem Nobis vehementer dolet, sed illud gravissimum, quod etiam Beatus Job præcipue deplorabat: *Necessarii mei recesserunt a me*. Sed si quærunt quæ sua sunt, non quæ Christi, de hominibus placere malunt quam Deo, si nihil commoventur Ecclesiæ querelis, quæ gemebunda clamet, *Filios enutrivi, et exaltavi, ipsi autem spreverunt me*, Nos interea misericordissimum Deum enixe precamur, ut auferat ab eis spiritum hujus mundi, eorum in animis Spiritum, qui ex Deo est, divino gratiæ suæ lumine exuscitet, eosque retrahat ab involutis semitis gressuum eorum, ne in vacuum ambulent. Tibi denique Venerabilis Frater, rectis sensibus eunti, Omnipotens Deus perficiat gressus tuos in viis suis, ut nunquam vestigia tua moveantur; et Fraternitati tuæ, quam præcipua charitate complectimur, singularis Nostræ erga te benevolentiæ pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIV. Decembris MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

sincera cordis sui affectione, qua semper Apostolicam Sedem est prosequutus.

CCCXCIII.

Dat. die 17. Dec. 1763. Anno VI.

Sardiniæ Regi, ejusque Natis, et Successoribus facultatem indulget, ut Missam in Navigiis Liburnicis celebrari facere possint, et valeant.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Exponuntur causæ hujus indulti concedendi.

§. 1. Nuper pro perte carissimi in Christo filii Nostri Karoli Emmanuelis Sardiniæ Regis Illustris Nobis expositum fuit, quod ipse Karolus Emmanuel considerans tam Officiales, quam Milites, Nautas, et Turmam Catholicam, aliosque Vectores, qui super Classi

Navigiorum Liburnicorum vulgo nuncupatorum Fregate, ac Triremium suarum reperiuntur, tempore expeditionis contra communes Christiani nominis hostes, et pro tuendis ditionibus eidem Karolo Emanueli Regi subjectis; longo tempore, et multoties in solemnioribus anni festis diebus, prout etiam quando in oris maritimis Catholicorum Principum, et in illorum Portibus existunt, tum propter anni tempestates sibi adversas, quæ minime permittunt tentorium in terra figere, et obtentere, sub quo Missæ sacrificium celebrari possit, tum propter distantiam terræ firmæ, Sacrosanctum Missæ Sacrificium audire non posse, ut hisce incommodis, et inconvenientibus (ne pietas, et devotio in Officialibus, Militibus, Nautis, Turma, et Vectoribus pro tempore existentibus minuatur) occurri possit, idem Missæ Sacrificium, in Navigiis Liburnicis, et Triremibus prædictis celebrari facere posse plurimum desiderat. Nobis propterea dictus Karolus Emmanuel Rex humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitata Apostolica dignaremur.

Sardiniæ Regis religiosæ postulationi Pontifex annuit, designatis opportunis cautelis.

§. 2. Nos piis ejusdem Karoli Emmanuelis Regis postulatis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem Karolo Emmanueli Regi, ejusque Natis, et Successoribus, petitam facultatem celebrari faciendi Sacrosanctum Missæ Sacrificium hujusmodi, in dictis Navigiis Liburnicis, et Triremibus suis tempore Navigationis, tum tempore, quo Navigia Liburnica, et Triremes hujusmodi anchoratæ sunt in quibusvis oris maritimis, et litoribus, ac Portubus habitatis, et non habitatis, et dummodo celebratio prædicta eo tempore, quo mare tranquillum, et Coelum serenum reperiatur, et cum assistentia alterius Presbyteri, seu Diaconi fiat, ita ut periculum offusionis sanguinis in dicta celebratione minime adsit, auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die decima septima Decembris millesimo, septingentesimo sexagesimo tertio, Pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXCIV.

Dat. die 31. Dec. 1763. Anno VI.

Novas Duci, et Venetæ Reipublicæ querelas dirigit, quod nondum expulerint ab Ecclesia S. Georgei Schismaticum Episcopum, iterumque hortatur, ut Catholicæ Religioni consulant, neque sinant, Apostolicam Sedem ad suam interponendam auctoritatem compelli.

De hac eadem materia adsunt Epistolæ 27. Febr. 1762. et 23 Januarii hujus anni relatæ hoc Tom. II. Num. CCLXVII. pag. 224 et CCCXXXV. pag. 334.

Dilectis Filiis Nobilibus Viris Duci, et Reipublicæ Venetiarum.

Clemens PP. XIII.

Dilecti filii Nobiles Viri salutem, et Apostolicam benedictionem

Præcedentes literas Venetæ Reipublicæ hac super re perscriptas, commemorat.

§. 1. Sæpe antea per literas apud vestras Nobilitates, de Græcorum schismaticorum isthic commorantium conquesti sumus audacia, qui in Ecclesiam S. Georgii invadere sunt ausi, eamque schismatis fœditate polluere. Cumque id responsum semper a vobis tulerimus, quod quidem Nobis de spectata jam satis omnium vestrum in Catholicam Ecclesiam voluntate persuaderet, nihil tamen de efficaci aliqua ratione afferret, qua corumdem Græcorum, qui sunt apud vos catholica fides et unitas conservari possit incolumis, adhuc ad vos scribere constituimus, nec unquam clamando finem faciemus, fidemque vestram usque adeo implorabimus, donec aspersam illi Ecclesiæ tam turpem maculam eluatis. Urget divini honoris tuendi, fideique et unitatis Catholicæ conservandæ officium, a quo in animæ Nostræ perniciem recedere plane non possumus. Tempus teri videmus non sine magno animi Nostri dolore, et ab eo, qui est Judex vivorum, et mortuorum vehementer Nobis metuimus, quod hac patimur cunctatione, tam turpe dedecus in Ecclesia Dei, tantamque indignitatem cum maxima fidelium offensione propemodum inveterascere.

Valde confidit Pontifex in religione, sapientia, atque prudentia Venetorum Magistratuum.

§. Quamquam dum in hac acerba, quæ Nos maxime territat, cura, et cogitatione versamur, multum animi Nostri ægritudinem spes illa demulcet, quam in vestra, ad quidvis Deo, ejusque honori, et gloriæ præstandum pa-

Iii

ratissima voluntate, tum etiam in illa sapientia et æquitate posuimus, cujus præcipuam laudem mirifica sane omnium consiliorum vestrorum prudentia vobis peperistis. Quid enim a vobis petimus amplius, quam quod ab ipsis majoribus vestris, Orthodoxæ fidei inter Græcos conservandæ, Græcique ritus Catholici in Ecclesia S. Georgii unice exercendi maxime cupidis, sapientissimo consilio decretum fuit? Voluerunt enim, Ecclesiam illam omnino esse in præcipua Sedis Apostolicæ potestate, et ab ea suspensas habere rationes suas, unde orginem duceret, quam conditionem probe nostis, Dilecti Filii Nobiles Viri, Græcis extruendæ illius Ecclesiæ cupidis a Senatu vestro disertis fuisse verbis impositam.

Ecclesia Sancti Georgei ex Pontificum voluntate pro Græcis Catholicis ædificata, sub immediata Apostolicæ Sedis potestate collocata fuit.

§. 3. Et Prædecessor quidem Noster felicis recordationis Leo X, qui videret Græcos rem divino cultui augendo, et Religioni amplificandæ utilem postulare, iis non modo potestatem dedit illius Ecclesiæ ædificandæ, sed ipsam Ecclesiam, et Presbyterum, qui sacramenta Græcis administraret sibi seposuit, voluitque, ut in postremum essent sub immediato Sedis Apostolicæ patrocinio. Græcos deinde, quod Apostolico favore se præbuissent indignos, fel. rec. prædecessor Noster Clemens VII. eo beneficio privavit, quos rursus præd. itidem Noster Paulus III. in suam gratiam receptos in pristinum statum restituit. Ex quo perspicuum est, Ecclesiam S. Georgii, quæ Venetiis est, Græcosque isthic commorantes in Apostolicæ Sedis peculiari semper fuisse clientela, et Pontificia gratia, et favore floruisse. Quænam autem, aut unde tam nova, tamque inopinata rerum animorumque hæc immutatio? Ut non modo a Romani Pontificis potestate, sed a cujuscumque Catholici Episcopi jurisdictione eam Ecclesiam quisquam isthic moliatur subducere, et a Catholica communione sejunctam, sacramentisque a schismatico homine administrandis fœdissima violatione profanam velit?

Iterum sacrilegam Schismatici viri electionem condemnant in Antistitem Ecclesiæ S. Georgei deputati.

§. 4. Atque ipsum id est, quod schismaticorum turbam quamdam Græcorum moliri perspicuum est, qui vestro patrocinio, et auctoritate temere abusi, sacrilegum illum Sacerdotem nomine Facea, ad Præsbyteratus Ordinem promotus, in schismate, et schismaticis, Episcopalem consecrationem consequutum, sibi constituerunt Episcopum; quem propterea certo scimus Apostolici Ministerii Divina carere missione; quem omnis legitimæ auctoritatis expertem, quem ab Ecclesia extorrem, quem denique a Sedis Apostolicæ, quæ petra est, et Christianæ unitatis fundamentum, certo novimus, omni esse communione sejunctum. An non igitur cjusmodi hominem commissum sibi Gregem existimabimus pro-diturum? An non illum ad pestiferæ doctrinæ pascua adducet, venenatisque animi sui sensibus imbibet? An non quam longissime oves arcebit ab ovile Christi, quod est Ecclesia cum Capite suo conjuncta? Quid tali homine exitialius, qui summum animabus sibi concreditis perniciem afferat? Neque enim dubitari potest, qui extra Ecclesiam sit, ei spem salutis omnem esse ademptam.

Quantum damni sit Catholicæ Religioni, si schismaticus Antistites ulterius in Ecclesiæ administratione toleratur.

§. 5. Itaque homini aperte schismatico, et ab Ecclesia Catholica segregato, in inclyta vestra, carissimaque Patria Nostra, si spirituali Græcorum tradita sit gubernatio, quantam inde censetis ad animas Jesu Christi sanguine redemtas perventuram esse perniciem? Prophanum enim Altare erigitur, Dominico Gregi Pastor, immo verius præficitur Lupus, cum quo quisquis communicet, et ab eo divinorum fiat particeps Mysteriorum, a vera Jesu Christi Ecclesia desciscit, unitatemque abrumpit Catholicæ communionis. Quinam vero bonorum omnium, et quotquot cupidi sunt Veneti honoris, et dignitatis, futurus est dolor, cum schisma in media Civitate exultans videbunt, et gestiens de Ecclesia Catholica quodammodo triumphare?

Vetera decreta Venetæ Reipublicæ commemorant, quibus consultum fuerat guberna. Ecclesiæ Sancti Georgei.

§. 6. Procul igitur, sine cunctatione ulla, hominem isthinc abigite, qui signum extulit divisionis; Majorumque vestrorum decreta in memoriam vestram revocate, quorum Decemvirales leges, tum veteres, tum novissimæ jubent, in Ecclesia S. Georgii soli Catholicæ Religioni dari locum: amovendum quidquid Religionis, et Fidei integritatem, castitatemque maculare possit, atque pollnere: prædecessorum Nostrorum, quæ de illius Ecclesiæ fundatione prodierunt Constitutiones, sancte servandas: Ecclesiæ Cappellanos non aliunde sumendos quam ex Catholica Ecclesia, et Catholicæ communionis participes: eosdemque non prius ad Sacrum Ministerium adhibendos, quam in manibus Nostri, et Sedis Apostolicæ apud Vestram Nobilitates Nuncii, aut Venetiarum Patriarchæ Catholicam fidem profiteantur: pellendos denique omnes, in quibus aliqua suspicio schismatis resideret. Has, dilecti Filii No-

biles Viri, anno MDCCXX leges tulistis, quibus ea, quæ per duo sæcula sæpe Majores vestri constituerunt, sapienti religiosoque consilio confirmastis. Cum igitur propter vestram in veteribus retinendis conservandisque institutis, et legibus gravitatem atque constantiam, Republica sitis usis usque ad hanc diem optima, et florentissima; qua ratione, ubi de Religione agitur, cui veluti præcipuo fundamento ipsam existimatis positam esse stabilitamque Rempublicam, ab antiquis Majorum vestrorum scitis, decretisque vobis fas esse existimabitis declinare? Sed ut per venas vestras, quem a Majoribus duxistis, idem sanguis diffunditur, sic illorum spiritus, eosdemque sensus omnes putamos vos in animo gerere, nec futurum suspicamur, ut ab ea via, qua illi ad tantam gloriam, et amplitudinem pervenerunt, ullo unquam tempore vos reflexisse videamini. Contra sperare Nos jubet, pietatis, et Religionis, quo alti, educatique estis; vos ut in cæteris, ita in hac re vestrorum Majorum pressuros esse vestigia.

Suum exprimit dolorem, quoties ad tot mala removenda, Apostolicæ Sedis auctoritatem interponere cogeretur.

§. 7. Cæterum quis esset animi Nostri dolor, si res eo deduceretur, ut Apostolici Nostri muneris cogeremur exequi officium, cujus partes sunt pestifera pascua gregi defendera, et bene valentes oves, et incorruptas a morbidis segregare, ut quæ extra caulam Domini, et quæ contra sint intra Ecclesiæ septa, quivis quam facillime possit dignoscere? Quod Pastoris præcipuum muous ne deseramus, assidue Nos terrat durissimum futuri sæculi judicium, cum Nostræ gubernationis summo Judici rationes sumus reddituri, eodemque oportere vos esse in metu, dilecti Filii Nobiles Viri, de omnium vestrum æterna salute solliciti paterno, animo vos admonemus; reddenda enim iisdem vobis est ratio ejus potestatis, quam a Deo ad administrandam Rempublicam accepistis. Cogitate quæ tum esset animorum vestrorum anxietas, si vos Deus argueret, in ea positos potestate ad temporalia magis vos habuisse respectum, quam ejus honori et gloriæ inservisse. Igitur in hac re quo demum vestrorum consiliorum redeat summa, a Nobilitatibus vestris petimus plane, et aperte fieri certiores, ut possimus inde Nostra itidem consilia capere, quæ nisi alterius ordinis rationibus deflectantur, ne dubitetis eo semper fore conversa, ut firmiora, et illustriora extent in dies summæ erga vos, inclytamque vestram Rempublicam Apostolicæ benevolentiæ, et charitatis Nostræ argumenta, cujus interea pignus, paterno Nostri cordis affectu, vobis dilecti Filii Nobiles Viri, Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXXI. Decembris MDCCLXIII Pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXCV.

Dat. die 14. Jan. 1764. Ann. VI.

S. R. I. Principibus, ad eligendum Romanorum Regem congregatis, commendat Josephum Austriæ Archiducem, cujus virtutes, et merita designat.

Venerabilibus Fratribus, ac dilectis Filiis Nobilibus Viris S. R. I. Principibus Electoribus, Francofurti ad eligendum Romanorum Regem congregatis.

Clemens PP. XIII.

Venerabiles Fratres, et dilecti filii Nobiles Viri salutem,
et Apostolicam benedictionem.

Suam Principibus Electoribus desiderium exprimit pro electione Josephi Austriæ Archiducis in Romanorum Regem.

§. 1. Ubi primum accepimus a vobis cogitari de Romanorum Rege eligendo, quo tamquam novo subsidio prætulciatur Imperium, et confirmetur, incredibili voluptate perfusi sumus; et in eam spem venimus, futurum ut novo hoc præsidio addito, validiores capiat vires ipsa etiam Ecclesia, et Catholica res universa. Hanc vero spem Nostram plane exploratam habebimus, si Regia illa dignitas, dilectissimo in Christo Filio Nostro Josepho Austriæ Archiduci tribuetur, qui magna indole præditus et excelsa, multis adhuc, et luculentis ostendit indiciis ab utraque clarissimorum Parentum toto terrarum Orbe inclyta stirpe, Regios sibi esse ingeneratos mores, eorumque sanctissima disciplina, suo inditum esse animo, summum in Religionem studium, egregiamque illam pietatem, quæ propria semper fuit Lotharingii, et Austriaci sanguinis. Quamobrem egregii Principis, cujus ex virtutibus magna Nobis et præclara merito pollicemur, electionem hanc, summa vestrum consensione fieri, magnopere cupimus; nec quidquam Nobis est longius, quam ut Germaniam universam de tanto bono sibi lætabundam gratulari videamus.

Eisdem Principibus Electoribus in unum congregatis Religionis negocia comendat, illiusque tutelam.

§. 2. Vos interea, Venerabiles Fratres, ac dilecti Filii Nobiles Viri, obtestamur in Domino, et obsecramus, ut quoniam isthuc convenistis, omnibus studiis ad Christianæ Religionis tutelam cogitationes omnes, quod pietas vestra postulat, conferatis, eaque capiatis consilia, quæ omnibus palam faciant, vos fidei incolumitati, Ecclesiæque sanctissimis juribus voluisse consultum. Hunc vero quæ pertinent, ne longiores simus, Venerabilis Frater Nicolaus Archiepiscopus Trajanopolitanus, quem ad vestra Comitia, Nostrum, et Apostolicæ Sedis mittimus Nuncium, vobiscum communicabit; cujus verbis eamdem a vobis fidem petimus adhiberi, quam Nobis ipsis adhiberetis. Vestræ autem non modo humanitatis, sed etiam in hanc Sacram B. Petri Sedem devotionis erit, virum generis nobilitate, doctrinæ prestantia, morumque gravitate spectatissimum, Nostroque nomine gerentem publicum hujus Sanctæ Sedis negotium, iis prosequi honoribus, et officiis, quæ vestram arguant Religionem, et quam Ecclesiæ universæ Capiti semper exhibuistis dignam Catholico nomine reverentiam; vobisque, Venerabiles Fratres, ac dilecti Filii Nobiles Viri, præcipuæ Nostræ erga vos charitatis pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XIV. Januarii MDCCLXIV. Pontificatus nostri anno sexto.

Dat. die 14 Jan. 1764. An. VI.

CCCXCVI.

Indulget quod in futura Romanorum Regis electione, etsi Electores Acatholici convenerint, attamen ea firma, et valida habeatur, sanatque quoscumque defectus, etiamsi Franciscus, in Romanorum Imperatorem electus, nondum fuerit coronatus.

Venerabili Fratri Emerico Josepho Archiepiscopo Moguntino S. R. I. Principi Electori

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

Cum ob præclara in Christianam Rempublicam, et Catholicam Religionem merita carissimi in Christo Filii Nostri Francisci Lotharingiæ, et Barri Ducis, nec non Etruriæ sibi subjectæ Magni Ducis in Romanorum Imperatorem electi, magnamque indolem prerspectamque dilectissimi in Christo itidem Filii Nostri Archiducis Austriæ Josephi ejusdem Francisci primogeniti virtutem, qua ætatem antevertit, de ipso Josepho in Francofurtensi Principum Electorum conventu, in Romanorum quoque Regem concordibus eorum suffragiis renunciando, ut geminato in Cæsarea Domo munimento, publica fulciatur felicitas agi posse judicaverimus; omnibusque temporum, et personarum ponderatis rationibus, et momentis, probemus hanc fieri electionem: cumque electio ipsa legitime prorsus et sine defectibus peragi non possit, Electorum Principum Catholicorum religioni, pietati, et zelo plurimum tribuentes, utque omnis occasio quarumcumque difficultatum, ac perturbationum, quæ inde forsan oriri possent, de medio auferatur, huic rei benigne consulere decrevimus. Quamvis igitur inter Electores intervenirent Acatholici, legitimo jure minime suffulti, vel ipsorum administri, tamen electionis vim, firmitatem, et robur fore volumus, ac si ab omnibus Electoribus, et ipsis quidem Catholicis, recte atque ordine facta fuisset, pariterque huic novi Romanorum Regis electioni minime hac vice obstare decrevimus, quod memoratus Franciscus in Imperatorem electus, nondum fuerit coronatus: hos enim defectus omni efficaciori, et validiori ratione, et auctoritate plane supplemus. Plura de hoc a Venerabili Fratre Nicolao Archiepiscopo Trajanopolitano, Nostro extra ordinem Nuncio, cognoscet Fraternitas tua, cui interim Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIV. Januarii MDCCLXIV. Pontificatus nostri anno sexto.

Dat. die 29. Jan. 1764. Anno VI.

CCCXCVII.

Conventus Divi Francisci Civitatis Assisii ab jurisdictione Provincialis Provinciæ Umbriæ eximitur, et sub immediata Generalis subjectione ponitur ad instar Conventus SS. XII. Apostolorum de Urbe.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Exordium

§. 1. Suprema Apostolicæ charitatis, providentiæque Nostræ erga omnes Christifideles, atque eos potissimum, qui e fluctibus sæculi erepti, da tranquillum Religionis portum confugerunt, adhibenda Nobis cura maximopere postulat, atque exigit, ut omnem Pontificiæ benignitatis, auctoritatisque operam, consiliumque in hoc studiosissime collocemus, ut dissidiis, dissentionibusque procul amotis, atque eliminatis, ubi opus esse constiterit, omnia, inter viros præsertim Religiosos, in pace fiant, et omnia ad Divinum cultum adaugendum, Regularem disciplinam confirmandam, procurandamque æternam animarum salutem componantur, constabilianturque.

Ad evitanda dissidia inter filios Conventus Assisiensis, et Ministros Provinciales, usque ab Anno 1741 a Diffinitorio Generali Ordinis demandata fuit immediata subjectio dicti Conventus Ministro Generali.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit Venerabilis Frater Joannes Baptista Colombini Archiepiscopus Beneventanus Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum, quod sacer Conventus sub invocatione ejusdem Sancti Francisci Civitatis Nostræ Assisiensis dicti Ordinis, licet ab antiquo, et immemorabili tempore, usque ad præsentem diem, peculiari devotione ab universo Ordine prædicto, et ab illius Superioribus, at Alumnis, quippe quod in illi adnexa Patriarchali Ecclesia corpus ejusdem Sancti Francisci, ut pie creditur requiescit, semper habitus, retentusque fit, nihilominus magnas perturbationes pertulerit, ac gravibus molestiis assiduo subjectus remaneat, attentis civilibus dissentionibus, partiumque studiis inter Fratres, seu filios memorati Conventus ex una, et Superiores Provinciales Provinciæ Umbriæ dicti Ordinis, intra cujus limites dictus Conventus reperitur, ex altera partibus, vigentibus, absque eo, quod ad illas sadandas, componendas, et pænitus evellendas satis fuerint, sive prærogativæ, gratiæ, privilegia, et indulta eidem Conventui, et Ecclesiæ prædictæ ab Apostolica hac Sancta Sede concessa, et impertita, sive decretum per modum ultimi judicii, aut definitivæ Sententiæ a Generali memorati Ordinis Diffinitorio in Alma Urbe Nostra Anno MDCCXXXXI. in unum congregato latum, et publicatum, quo omnimoda auctoritas, jurisdictio, et Superioritas supra Conventum hujusmodi in omnibus, Ministro ipsius Ordinis Generali pro tempore existenti privative ad quoscumque Superiores Provinciales commissa, demandata, et adjudicata remansit.

Qua tamen immediata subjectione non obstante, plura aderant adhuc dissentionis causæ.

§. 3. Ipse vero Joannes Baptista Archiepiscopus, et Minister Generalis veretur, ne repetitæ controversiæ, et dissentiones hujusmodi, quæ præter, et ultra charitatis defectus, religiosam quietem, et regularem observantiam perturbare solent, atque non minimam confusionem præsertim iis Professoribus servitio dictæ Ecclesiæ addictis afferre dignoscuntur, tractu temporis magna dissidia, et damna excitare valeant; cum autem sicut ipse Joannes Baptista Archiepiscopus, et Minister Generalis existimat esse, et existere causas, quæ ejusdem Conventus quietem turbare pergunt.

Et prima quidem dissidiorum causa habebatur ex incorporatione Conventus Assisiensis Provinciæ Umbriæ.

§. 4. Prima est incorporatio hujusmodi Conventus Regulari Provinciæ Umbriæ, cujus propterea filii habentur Fratres dicti Conventus, qui in eadem vocis activæ, et passivæ jure in quibusvis Capitulis, sive Congregationibus intermediis fruuntur, eaque de causa accidit, ut Ministri Provinciales Provinciæ prædictæ pro tempore existentes jus, auctoritatemque contendunt in eo exercere saltem in aliqua parte faciendi visitationem tam in Novitios, quam in Novitiatus locum, eo quod satis rationi consentaneum ipsis videatur in Conventu, qui eidem Provinciæ aggregatus est, et intra illius limites existit, Provinciales Ministros saltem aliqua Jurisdictione gaudere, id vero illius Fratres seu filii concedendum esse minime sentiunt, neque opinantur, et arbitrantur aliquem in eorum, Conventusque prædicti Superiorem agnoscere deberes quam Ministrum Generalem pro tempore existentem, postquam dictum Definitorium Generale id ipsum sanxit, decrevitque.

Itemque dissidia augebantur ex filiatione qua gaudent Fratres Conventus Assisiensis.

§. 5. Altara vero causa magis immediata, unde prima originem ducit, est jus filiationis hujusmodi Conventui, quo gaudent illius Fratres, aut nomine dicti Conventus ad habitum per Fratres ipsius Ordinis gestari solitum admissi, aut Conventui prædicto aggregati; vigore autem dictæ filiationis Fra-

tres sæpedicti Conventus etiam filii hujusmodi Provinciæ existunt, et pro illis habentur, et omnibus privilegiis, et prærogativis, quibus cæteri Provinciæ prædictæ filii fruuntur, et reliquis aliorum illius Conventuum filiis communes sunt, præsertim voce activa, et passiva gaudentibus, potiuntur itidem, et gaudent. Ex hujusmodi filiationis consuetudine aliud inconveniens ortum habet, illudque est, nempe cum filii Conventui prædicto aggregati, aliquando non satis bene morati, aut minus apti ad servitium exhibendum, sive Conventui, sive illius Patriarchali Ecclesiæ hujusmodi succedant, tamen magno cum aliorum onere tollerari debent ex una, ex altera vero partibus Ministro pro tempore existenti Generali ipsius Ordinis via non raro præcluditur aliorum pietati, qui Sacri hujus Conventus servitio destinari postulant, satisfaciendi, aut idoneos, et probatæ vitæ viros aliunde accersendi, quibus summopere opus esset pro debita assistentia ejusmodi Ecclesiæ, tanta piorum hominum, et advenarum multitudine frequentatæ.

Ad quas dissidiorum causas eliminandas, Minister Generalis plurimum conferre putat, si ea amplectantur media adhibita, Apostolica auctoritate, pro Conventu SS. XII. Apostolorum de Urbe.

§. 6. Censet vero ipse Joannes Baptista Archiepiscopus, et Minister Generalis, quod hujusmodi causæ, et rationes facile auferri possent, quoties ad eumdem Conventum Assisiensem ipsa regiminis forma extendatur, quæ ad decorem, pacemque confovendam, et servandam pro Conventu Sanctorum Duodecim Apostolorum Almæ Urbis Nostræ sæpedicti Ordinis, per illius Constitutiones, auctoritate Apostolica confirmatas, præscripta est, quam quidem formam non solum peculiaris quinque ex venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Congregatio a Nobis deputata per Sententiam confirmavit, in causa vertente inter tunc existentem Ministrum Provincialem Provinciæ Romanæ ex una, et Fratres secundodicti Conventus Sanctorum Apostolorum ex altera partibus sub dubio inter cætera = nempe = An Conventus Sanctorum Duodecim Apostolorum de Urbe sit immediate subjectus Ministro Generali, et omnino exemptus a jurisdictione Ministri Provincialis Provinciæ Romanæ; et præsertim a Visitatione, absente Ministro Generali, in casu ec. = Verum etiam Nos Conventum hujusmodi intuitu rescripti dictæ particularis Cardinalium Congregationis per quasdam Nostras in simili forma Brevis die xv. Septembris MDCCLIX. expeditas literas, a quacumque pro tempore existentis Ministri Provincialis dictæ Provinciæ Romanæ jurisdictione, et auctoritate eximimus, et liberavimus, et alias prout in dictis Nostris literis uberius dicitur contineri.

Describitur methodus constituta pro Conventu SS. XII. Apostolorum de Urbe super filiatione illorum qui prælaudato Conventui addicti sunt.

§. 7. Per Constitutiones vero præfatas cautum, præscriptumque reperitur, ut in secundodicto Conventu Sanctorum Duodecim Apostolorum, relicta illius filiationum consuetudine, quarum vigore Professores dicti Ordinis Conventibus addicti reperiuntur, et existunt filii, in quorum filios cooptantur, non ex Romana solum, sed ex omnibus indiscriminatim sæpedicti Ordinis Provinciis, conveniens dicti Ordinis Professorum in Sacro Presbyteratus Ordine constitutorum, et in Sacra Theologia magistrorum, doctrina, et pietate præditorum, numerus a Ministro tunc existente Generali vocetur (Patres Capitulum Conventuale dicti Conventus Sanctorum duodecim Apostolorum de Urbe constituentes, Patres de Domo, seu vulgo *di Casa* nuncupantur, ad denarium numerum redacti sunt vigore binarum literarum in pari forma Brevis a rec. me. Clemente Papa X. Prædecessore Nostro x. Junii MDCLXX. et vii. Martii MDCLXXIV. respective diebus, et annis expeditarum, qui Patres, si contingat aliquem ex illis ab hac luce migrare, aut locum sibi assignatum per liberam dimissionem cedere, seu renunciare, seu quocumque alio modo vacare, per secreta suffragia per eos præstanda, alterum ex quacumque ipsius Ordinis Provinciis præscriptis qualitatibus præditum, eligant, qui in locum, ut præfertur, per obitum, aut renunciationem, aut ex quacumque causa vacantem succedat, qui deinde a tunc existente Ministro Generali vocatus, et in illo collocatus remanet, nisi alia legitima sibi suadente ratione id exequi minime sibi visum fuerit) quorum sit, statui Conventus prædicti œconomico invigilare, atque Ecclesiæ una cum aliis dicti Ordinis Professoribus, qui ab eodem Generali Ministro ibidem de familia assignati, ac collocati, sacris Ecclesiasticis functionibus persolvendis, cæterisque Regularis observantiæ Officiis adimplendis incumbunt, inservire, quodque nullo modo sive dictus Conventus, sive illius Fratres in eo pro tempore existentes, sive fratres de domo nuncupati, sive de Familia assignati, Ministro Provinciali dictæ Provinciæ Romanæ subjecti sint, neque fratres ejusdem Conventus negotiis memoratæ Provinciæ, illiusque Capitulis, et Congregationibus sese ingerant, nisi aliquis ex illis aggregatus existat, alicui Conventui ipsius

Provinciæ in filium, sad omnes prædicti Ministrum Generalem pro eorum immediate superiorem habeant, et recognoscant;

Hinc per-utile fore proponitur, si subjectione Ministro Provinciali Provinciæ Umbriæ remota, et filiatione suppressa, Ministro Generali Conventus Assisiensis subjiciatur.

§. 8. Si similis forma gubernii pro dicto Conventu Assisiensi statueretur, et Coonventus hujusmodi a subjectione, et jurisdictione dicti Ministri Provincialis Umbriæ eximeretur, et Ministro Generali Ordinis subiiceretur, dictus Joannes Baptista Archiepiscopus, et Minister Generalis sibi suadet, quod in posterum omnes perturbationes, et dissentiones dirimerentur, et componerentur, idque in commodum, utilitatemque memorati Conventus cadere, in. quo semper congruens Professòrum probitate, prudentia, idoneitate, et morum honestate, ac Religionis zelo præditorum numerus magno cum illius decore, et Ecclesiæ servitio assignaretur. Quoniam vero complures sint fratres in sæpedicto Conventu, qui nullum habent alium filiationis titulum (sine quo nemo ad hibitum, et Professionem admitti potest) nisi in dicto Conventu; ipse Joannes Baptista Archiepiscopus, at Minister Generalis, ne novæ perturbationes in dicto Conventu Assisiensi excitentur, et diu vigeant, ad illas præcidandas, et omnino eliminandas proprium, et consentaneum esse ducit, satisque Conventus hujusmodi indigentiæ consultum foret, si idam Conventus a memorata Provincia Umbriæ disjungatur (prout alius Conventus Sanctorum Apostolorum de Urbe prædicta a Provincia Romana separatus fuit) atque (servata filiatione ad favorem illius Professorum, qui illa de præsenti gaudent) statuatur, ne deinceps aliqua filiatio in eo fieri possit, sed deficientibus tractu temporis filiis ipsiusmet Conventus de præsenti existentibus, vocentur ex omnibus non solum ex Italia, verum etiam ex exteris Provinciis Ordinis prædicti, usque ad numerum decem, sacræ Theologiæ Magistri, at Diffinitores perpetui, quatuor ontem in sacro Presbyteratus Ordine constituti, non tamen graduati sint, qui omnes Capitulum Conventuale constituant, eisque œconomicæ dicti Conventus administrationis onus incumbat, omnes vero in posterum ex omnibus supradictis provinciis, ut præfertur, vocandi, et in prædicto Conventu collocandi, suam in unaquaque provincia, et unaquaque illarum, Conventuum filiationem servent, absque eo, quod habeantur, seu censaantur filii memoratæ Provinciæ Umbriæ, omnesque prædicti voce activa, et passiva in ea minime gaudeant, nisi forte filios ipsius Provinciæ, aut ex-Generalis dicti Ordinis, qui absoluto munere Ministri Generalis in ipso Conventu pro sua devotione remanere intendit, extiterit.

Itemque suppressio studiorum Theologiæ Scholasticæ, et Dogmaticæ, atque suffectio studii Theologiæ Moralis.

§. 9. Ac insuper sicuti in dicto Assisiensi Conventu, Theologiæ Scholasticæ, et Dogmaticæ studium, seu, ut dicitur, Collegium Studii (quod partem Regularis illius Familiæ constituit) de præsenti reperitur, etiam amoveatur, ac in illius locum studium Theologiæ moralis sufficiatur, non solum quio priores facultates graviorem præ aliis studiis curam requirunt, Juvenes studentes, studiorum nempe, et diurnæ novem circiter horarum inter diu, et noctu sacrorum officiorum persolutionis onus ferre nequeunt, absque notabili suæ valetudinis detrimento, quemadmodum longo experimento compertum est, verum etiam quia uno saltam ex singulis Provinciis vocato ex fratribus studentibus, qui arduis facultatibus capessendis, haud idonei sunt (quorum animus inutiliter solet esse distractus) merito sperari potest, tum ab exacta Regulari observantia, quæ in hujusmodi Conventu viget, tum a complurium Professorum ibidem commorantium probitatis exemplo, et vivendi ratione, quæ statui regulari consentanea est, sensim addiscere, atque eo pacto, cum ad proprias Provincias sese restituerint, cæteris etiam in ædificationem esse possunt.

Tandem deputatio annualis unius Alumni ex qualibet Italica Provincia, et in Conventu Assisiensi Novitiatus annum expleat.

§. 10. Et ad hunc quoque effectum dictus Joannes Baptista Archiepiscopus, at Minister Generalis omnibus Provinciarum Italicarum Ministris Provincialibus in animum adducere intendit, ut singulis annis in dicto Conventu Assisii, pro Novitiato etiam destinato, unum Adolescentem, ad habitum dicti Ordinis in statu Clericorum admissum, mittant, ut ibidem Novitiatus annum expleat, idque deinde in omnes Provincias magnam cederet utilitatem, et Conventui, attentis assiduis Ecclesiasticis functionibus prædictis, quæ in Potriarchali Ecclesia peraguntur per-utile erit. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Pontifex Ministri Generalis votis annuens, Assisiensem Conventum ab omnimoda subjectione Ministri Provincialis Umbriæ eximit.

§. 11 Nos igitur ipsum Joannem Baptistam Archiepiscopum, et Ministrum Generalem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte

incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, sæpedictum Conventum Sancti Francisci Ordinis Fratrum Minorum ejusdem Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum Civitatis Assisii, nec non illius fratres nunc, et pro tempore existentes, nec non bona mobilia, et immobilia, res, et jura quæcumque adnexa, et connexa a quacumque jurisdictione, subjectione, auctoritate, visitatione, et correctione tam moderni, quam pro tempore existentis Ministri Provincialis Provinciæ Umbriæ præfatæ dicti Ordinis, sive per dictas Constitutiones Ordinis, sive peculiares ejusdem Provinciæ, sive per quodcumque aliud privilegium illi concessum tradita, commissa, et demandata, præmissis quibusvis non obstantibus, quibus per præsentes derogamus, auctoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuo eximimus, et liberamus.

Assisiensis Conventus sub immediata subjectione, regimine, et gubernio Ministri Generalis ponitur.

§. 12. Dictumque Conventum Assisiensem, illiusque fratres, bona, jura, adnexa, et connexa per Nos per præsentes ab omnimoda jurisdictione, subjectione, auctoritate, visitatione, et correctione, sicut præmittitur, exempta, et liberata, omnimodæ, et immediatæ jurisdictioni, subjectioni, auctoritati, visitationi, et correctioni, sive moderni, sive pro tempore existenti Ministro Generali ipsius Ordinis, auctoritate, et tenore præsentis semper, et perpetuo itidem subjicimus, et supponimus, dictisque Ministris in omnibus, et per omnia in præmissis subjectum, et suppositum semper, et perpetuo esse, et fore decernimus, et declaramus; ita ut tam modernus, quam pro tempore existentes Ministri Provinciales Provinciæ Umbriæ prædictæ, a publicatione præsentium Nostrarum literarum, in dicto Conventu Sancti Francisci Civitatis Assisii, ac in illius Custodia, fratres, et bona quæcumque nullus actus visitationis, jurisdictionis, auctoritatis, et correctionis exercere, neque illum, et illos visitare, minusque libros, et computa expensarum, ac introiti, seu fructuum, redditnum, et proventuum recognoscere, neque quidquid aliud ad munus Ministri Provincialis quocumque modo, jure, et pacto, sive per generales dicti Ordinis, sive peculiares ipsius Provinciæ Constitutiones præscriptum spectans explere queant.

Ministro Generali committitur etiam œconomicum regimen, atque administratio redditnum prælaudati Conventus.

§. 13. Præterea attentis omnimoda, et immediata dicti Conventus Assisiensis jurisdictione, subjectione, auctoritate, visitatione, et correctione, Ministro Generali prædicto pro tempore existenti per præsentes demandata, illius etiam œconomicum regimen, curam, et administrationem bonorum, jurium, fructuum, redditnum, et proventuum ad formam per Constitutiones dicti Ordinis, et juxta dispositionem dictarum, literarum dicti Clementis prædecessoris pro eodem Conventu Sanctorum duodecim Apostolorum de Urbe prædicta præscriptam, illius Religiosis, seu Patribus nunc, et pro tempore existentibus, auctoritate, et tenore præsentis itidem perpetuo committimus, et mandamus.

Præfinitur Numerus quatuordecim Religiosorum de Domo nuncupandorum, qui a quacumque Ordinis Provincia, sive Italica, sive Ultramontana sumi in futurum poterunt a Ministro Generali.

§. 14. Patres autem dicti Conventus Assisii etiam Patres hujusmodi Conventus, sicut illi Conventus Sanctorum Apostolorum Patres de Domo nuncupentur, deinceps voceotur, qui decem semper in Sacra Theologia Magistri, et Diffinitores perpetui (compræhenso in dicto denario numero ex-Generali, si absoluto munere in dicto Conventu remanere desideraverit) quatuor vero in Sacro Presbyteratus Ordine constituti, nullo Magisterii gradu fruentes sint, qui Capitulum Conventuale constituant, et in eo vocem habeant, dictusque quatuordecim Vocalium numerus nunquam excedatur; pro constituendo vero dictorum decem, et quatuor filiorum, seu Patrum Conventus hujusmodi numero, compræhensis tamen in eo numero illis, qui tanquam filii dicti Conventus habitum per Fratres dicti Ordinis gestari solitum susceperunt, de præsenti existunt, quatenus vero de præsenti tot non reperiantur illius filii, qui præfixum Vocalium numerum minime constituant, cæteri ad perficiendum dictum præscriptum numerum, non solum ex Italicis, sed etiam ex exteris, sive transmontanis ipsius Ordinis Provinciis, suprædictis requisitis præditi, tam de præsenti, quam in posterum vocentur, sive a moderno, sive a pro tempore existente Ministro Generali prædicto, omnes vero proprias uniuscujusque tum Conventus, tum Provinciarum filiationes servent, absque eo, quod alio vocis jure in eamdemProvinciamUmbriæ gaudere possint, nisi ex-Generalis, sive dictæ Provinciæ, et illius Conventus filius extiterit, et si filius ejusdem Conventus Assisiensis de præsenti fuerit, et vocem habuerit, illam in quibusvis Capitulis Provincialibus, et Congregationibus intermediis Provinciæ Umbriæ prædictæ, sicuti filii aliorum

Conventus Provinciæ hujusmodi eadem voce gaudeat, habere possit.

Inhibetur ne deinceps aliquis ad filiationem Conventus Assisiensis specialiter admittatur.

§. 15. Deinceps vero, si quis habitum per Fratres dicti Ordinis gestari solitum suscipere desideraverit, nec Minister Provincialis pro tempore existens, neque Patres ipsius Conventus Assisii ullo unquam tempore in filium dicti Conventus admittat, eveniente in posterum alterius ex filiis Conventus Assisii hujusmodi vacatione, inter illius filium alii sive ex dicta Umbriæ, seu alienis Conventibus, et Provinciis filiis adscribatur, Patres vero hujusmodi Conventus nunquam in Provincia Umbriæ hujusmodi, nisi illius filius sit, vocis, sive suffragii prærogativa gaudeat, seu gaudere possit.

Suppresso Collegio Theologiæ Scholasticæ, et Dogmaticæ, Collegium Theologiæ Moralis subrogatur.

§. 16. Insuper studium, seu Collegium Theologiæ Scholasticæ, et Dogmaticæ, quod in dicto Conventu Assisii de præsenti existit, auctoritate, et tenore prædictis a dicto Conventu amovemus, et disjungimus, et liberam eidem Ministro Generali, seu pro tempore existenti facultatem, et auctoritatem alio in Conventu dictæ, seu alterius Provinciæ sibi beneviso, ac commodiori loco posito illud statuendi, præscribendi, et transferendi concedimus, et relinquimus, et in locum studii, seu Collegii Theologiæ Scholasticæ, et Dogmaticæ, quod in dicto Conventu existebat, et babebatur, unum Collegium Theologiæ Moralis substituimus, subrogamus, et præscribimus.

Mandatur singulis Ministris Provincialibus Italiæ ut unum ex qualibet Provincia Alumnum ad Assisiensem Conventum mittant ut inibi Novitiatus annum expleat.

§. 17. Denium omnibus, et singulis Provinciarum Italicarum Ministris Provincialibus nunc, et pro tempore existentibus, ut ipsi singulis annis unum adolescentem, qui habitum per Fratres dicti Ordinis gestari solitum in statu Clericali suscipere intendat, ad dictum Conventum Assisiensem mittere curent, ut ibidem Novitiatus annum peragat, illoque peracto professionem Regularem per eosdem emitti consuetam, servatis alias servandis, emittat, qui per professionem in eo emissam nunquam in illius filius admissus, et receptus intelligatur, sed filiatione in Conventu, et Provincia, in quo, et qua admissus, et receptus fuerit, gaudeat, auctoritate, et tenore prædictis injungimus, præcipimus et mandamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 18. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter, et inconcusse observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 19. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis, et Provinciæ Umbriæ hujusmodi, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decima nona Januarii millesimo septingentesimo sexagesimo quarto, Pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 27 Jan. 1764. Anno VI.

CCCXCVIII.

Reprobat Augustani Episcopi consilium, qui ad plectendos Laicos Augustanos Magistratus, Ecclesiæ resistentes, universos Patriciorum filios ab Canonicatibus Collegiatæ S. Mauritii consequendis exclusos fore proposuerat, et mitius agendum suadet ne innocentes reorum pœna plectantur.

Venerabili Fratri Josepho Episcopo Augustano

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

Secularem istius Civitatis Augustanæ Magistratum obfirmato adhuc obstinatoque animo in eo persistere, ut satisfacere nolit Ecclesiæ, ac pro nihilo habeat censuras, quibus adstringitur, magna animi Nostri molestia ex literis tuis accepimus. Quam vero Fraternitas tua excogitavit rationem, qua hominum tam pertinaces animi perfringantur, probare non possumus. Neque enim æquum est, ob delicta patrum ab eorum filiis pœnas expetere; ac si Patriciis omnibus ad Canonicatus Collegiatæ S. Mauritii aditus occludatur, veremur, ne gravis isthic oriatur aliqua perturbatio. Et parentum quidem puniri aliquando culpam in filiis non esset novum in Ecclesia; sed adhuc experiundum existimamus quid assequi possimus cohortando, monendo, atque etiam graviora minitando. Cæterum aliis quam Patriciis Canonicatus tribuere perinde est, tamquam universum Patriciorum Ordinem commovere, in quo multi esse possunt, qui nulli culpæ affines se pro aliena culpa inique plecti jure quererentur. Præstat igitur, si qui sint ex Patriciis, ad quos ea culpa non pertineat, eos tantum ad Canonicatus admitti, ut qui auctoritatem dignitatemque Ecclesiæ etiam nunc tatopere contemnunt, filios quidem suos tacite excludi sentiant, sed intelligant omnem sibi præcisam esse causam querelæ. Tibi denique, Venerabilis Frater, Apostolicam benedictionem eximiæ erga te benevolentiæ Nostræ pignus peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXVII Januarii MDCCLXIV Pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 4 Febr. 1764 Anno VI.

CCCXCIX.

Declarat Lucensis Reipublicæ Magistratibus, eam ex indulto Benedicti XIV. privilegio tantum, donatam fuisse præsentandi tres habiles viros ad vacantem Archiepiscopatum, numquam autem verum, et reale juspatronatum.

Dilectis Filiis Nobilibus Viris Antianis, et Vexillifero Republicæ Lucensis

Clemens PP. XIII.

Dilecti filii salutem, et Apostolicam benedictionem

Laudat Lucensium Magistratuum docilitatem, quod controversiam patronatus Archiepiscopatus Lucensis Judicio Sanctæ Sedis remiserint.

§. 1. Etsi quæ per occasionem vacantis Archiepiscopalis Ecclesiæ vestræ orta est controversia, non mediocrem Nobis molestiam exhibuit; ea tamen consolatione utebamur, quam certa Nobis spes afferebat, futurum ut in animis vestris plus aliquando ponderis habitura esset præclara Reipublicæ vestræ in hanc Sacram B. Petri Sedem voluntas, et perpetua devotio, quam quorumdam prava consilia, qui suam Pontificii juris peritiam venditantes, sententiis suis opinionem vestram aluerunt, in ea controversia nihil vos nisi æquum bonumque defendere. Hi nimirum homines, ut secularem potestatem sibi per assentationem demereantur, ab justo, et pio desciscere etiam non verentur officio, cujus vinculis ex ipso genere vitæ, quam profitentur, præcipua quadam ratione Ecclesiæ, et Apostolicæ Sedi oportet esse devinctos. Verum Deo gratulamur, maluisse vos pietati vestræ, quam ejusmodi hominum assentationibus dociles auras præbere; et statuisse tandem, arbitrio Nostro controversia omni permissa, in eo, quo Rempublicam vestram Romani Pontifices complexi sunt, paterno perpetuoque amore conquiescere.

Declaratur, Rempublicam Lucensem ex indulto Benedicti XIV. jure præsentandi tres ad vacantem Archiepiscopatum pollere, minime vero jurepatronatu, quod a præsentatione valde distat.

§. 2. Itaque si quanta sit animi Nostri moderatio, quantus justi amor, quanta diligentia, ut suum cuique jus tribuamus, consideraveritis, facile vobis, dilecti Filii Nobiles Viri, persuasum erit, nunquam Nos fuisse istius Ecclesiæ, quod tuebamini juspatronatus impugnaturos, si indulto, quod a fel. rec. Prædecessore Nostro Benedicto XIV impetrastis, Jurispatronatus concessionem contineri cognovissemus. Ea fuit igitur et est Nostra opinio, privilegium trium proponendorum, ex quibus unus a Nobis

Nostrisque Successoribus eligatur, a vera Jurispatronatus natura longissime abesse; ac propterea privilegium illud et Juspatronatus diversissimos parere effectus, juxta juris communis regulas, et hujus S. Sedis perpetuum usum, et constantissimam consuetudinem. Quamobrem, qui memoratum indultum vobis præstare velimus incolume, ex tribus, quos Nobis proposuistis, quamprimum illum eligemus, qui utilissimus isti Ecclesiæ, Patriæque vestræ splendori Nobis videbitur aptissimus, eodemque tempore jure Nostro utemur reservandi super fructibus istius Mensæ Archiepiscopalis moderatam pensionem, illa æquitate adhibita, ut novo Antistiti suppetat, quo sibi queat, et dignitatis suæ cultui, et pauperibus providere. Deinque omni asseveratione vobis affirmamus, dilecti Filii Nobiles Viri, ad præcipuam benevolentiam, qua semper Rempublicam vestram sumus complexi, magnum ex hoc vestro, quod modo erga Nos ostendistis, devotissimo obsequio, Apostolicæ charitatis Nostræ cumulum accesisse, cujus pignus esse volumus Apostolicam benedictionem, quam universæ Reipublicæ vobisque singulis, prosperrima quæque precantes, paterno Nostri cordis affectu Nobilitatibus vestris peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die IV. Februarii MDCCLXIV. Pontificatus nostri anno sexto.

CD.

Dat. die 10 Februarii 176 Anno VI.

Episcopo Majoricensi facultates impertitur permittendi in sua Diœcesi artium exercitationes, et opera servilia, audita tamen Missa in festis diebus, aliquibus tamen solemnioribus exceptis.

De hac ipsa festorum dierum imminutione pro aliis Diœcesibus, consule superius Constitutiones relatas sub Num. CCCLXIX, et CCCLXX. pag. 396, et 398 hujus Tom. II, atque adnotationes ibidem appositas.

Venerabili Fratri Episcopo Majoricensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

Sancta Sedes facile dispensationem elargita est in iis, quæ neque præceptis Evangelicis adversantur, neque Patrum decretis.

§. 1. Cum sicut quædam sunt, ut inquit Sanctus Leo Magnus prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multi sint, quæ, aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in his, quæ vel dubia fuerint, aut obscura, id noverimus sequeodum, quod præceptis Evangelicis contrarium, nec decretis Sanctorum Patrum inveniatur adversum: Ea propter Apostolica hæc Sancta Sedes pro paterna erga Christifideles benignitate, quoad integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere, quæ cæteroquin, ad majus Divini cultus incrementum præscripta, aut per frigiescentem in nonnullorum cordibus charitatem, ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessariarum inopiam non sine conscientiæ angore contemnuntur.

Causa implorata imminutionis festorum dierum ex populi necessitate.

§. 2. Quoniam autem sicut pro parte tua Nobis expositum fuit, eidem Fraternitati tuæ innotuit, quod in tua Diœcesi Majoricensi adeo excreverunt calamitates, et angustiæ, propter præsentium temporum infortunia, ut miseri illius habitatores, incolæque, præsertim ii, qui in sudore vultus sui panem comedunt, per sæpissime cogantur (quamvis animo invito) dies festos negligere, operibusque meccanicis se se addicere pro pane lucrando, et id eo facilius contigit ob excretum dierum festorum numerum: ac propterea Nobis humiliter supplicatum fuit,

ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Pontifex dispensationem imploratam indulget, designatis specialibus diebus in quibus integra præcepti observantia servanda est.

§. 3. Nos itaque, qui Christifidelibus quantum cum Domino possumus salutaria remedium potius ad æternam salutem comparandam, et humanam vitam honeste substinendam adhibere, quam per severiorem Ecclesiæ disciplinæ rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos incolas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, Fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus Christifidelibus in prædicta tua Majoricensi Diœcesi existentibus, ut deinceps, exceptis omnibus diebus Dominicis, nec non Natalis Domini Nostri Jesu Christi, et sequenti Sancti Stephani, Circumcisionis, Epiphaniæ, Paschatis Resurrectionis, et sequenti, Pentecostes, et sequenti, ac Corporis Christi, et Ascensionis, Sancti Joannis Baptistæ, ac Sanctorum Petri, et Pauli, et Jacobi Majoris Apostolorum, et commemorationis omnium Sanctorum, præterea quinque dicatis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ, scilicet Purificationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, nec non Sancti Patroni, aut Tutelaris cujuslibet loci pro hominibus ejusdem loci dumtaxat festivis diebus, in quibus integra maneat præcepti obligatio; in reliquis vero festis, sive per hanc Sanctam Sedem præceptis, sive per Synodales ejusdem Diœcesis Constitutiones, sive quacumque alia de causa voti, per majores suos facti, quod quoad hanc etiam, auctoritate Nostra Apostolica per te commutari volumus, præceptis, præscriptisque (audita tantum Missa) laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus sine ullo prorsus conscientiæ scrupulo vacare possint, auctoritate Nostra Apostolica concedas, ac indulgeas, permittas, ac statuas, præcipias, ac mandes.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non Diœcesis prædictæ, illiusque locorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis, Superioribus, et personis sub quibusque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris die decima Februarii millesimo septingentesimo sexagesimo quarto, Pontificatus Nostri anno sexto.

CDI.

Dat. die 15. Febr 1764. Anno VI.

Parisiensem Archiepiscopum e sua Diœcesi pulsum Religionis causa a Laicis Magistratibus consolatur, ad constantiam hortatur, et Sanctæ Sedis auxilium promittit.

Venerabili Fratri Chirtophoro Archiepiscopo Parisiensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

Causas persequutionis Archiepiscopi dinumerat, ejusque laudatur constantiam.

§. 1. Non putamus, Fraternitati tuæ improvisum inopinumque evenisse, quod tibi nuper accidit, ut edita novissima Pastorali tua instructione, qua divinam Ecclesiæ potestatem tanta tui cum laude bonorumque approbatione, defendendam suscepisti, acrior adversus te procella coorta sit, et acerbior. Sed neque proposita pericula, neque labores, quos tibi subeundos esse prospiciebas, neque ægritudines animi, et angores quibus implicarere, ab Episcopali munere obeundo deflectere poterunt constantiam tuam, et Sacerdotalem fortitudinem, quam ipsi veteres illi, qui eadem Religionis causa sese ad omnes dimicationes objiciebant,

si reviviscerent, mirarentur. Quod igitur graves injurias occeperis, et ab Ecclesiæ sponsæ tuæ complexu fueris avulsus, si tui consolandi curam susciperemus, non satis quod tibi ipse proposueris, assequuti esse videremur. Illud enim semper, et nunc maxime in animo tuo altissime fuit defixum, non mediocri Catholicæ Religioni futurum honori, et gloriæ, si quis de Episcopali Ordine contumeliam pateretur pro nomine Jesu, cui nunc præsertim tantopere illuditur, ut ejus Augustissimum Corpus stipantibus satellitibus ducatur ad homines Ecclesiæ auctoritati, et decretis, vel in ipso mortis limine infensos sacrilege, et indignissime objiciendum. Deo potius gratulari debemus, quod tantam tibi, Venerabilis Frater, tribuerit animi alacritatem, ut pro integritate fidei, pro Ecclesiæ incolumitate, et salute, pro dignitate, et auctoritate, hujus Apostolicæ Sedis, pro Religione denique universa caput fortunasque tuas omnes non dubitaveris devovere. *Magna profecto gratia*, ut Beatissimi Apostoli Petri verbis utamur, *si propter Dei conscientiam sustines tristitias patiens injuste*.

Consolatur Archiepiscopum ex Francorum Regis pietate, qui emollire quodammodo studuit ejusdem ab Archiepiscopali Sede expulsionem.

§. 2. Itaque Nos ipsi apud Universam gloriamur Ecclesiam de te, de fide tua, et de tua patientia in omnibus persecutionibus, et tribulationibus tuis, quæ tibi leviores ut fierent, et a gravioribus injuriis eriperere, carissimus in Christo Filius Noster Ludovicus Galliarum Rex Christianissimus, pro suo erga te amore, tuarumque virtutum admiratione commotus, quanti te faciat, volens ostendere, quem malles capiendam tibi permisit non exilii, sed ab ingruente tempestate profugii, portusque locum. Pro cujus optimi Principis erga te voluntate, Nos a Deo impensissimis precibus illi precamur, ut ejus Regnum detroctis aliquando compedibus Ecclesiæ a multo tempore injectis, coercitisque hostibus Catholicæ veritatis, tranquillum pacatumque validioribus in dies floreat opibus, et potentia.

Apostolicæ Sedis auxilium promittit.

§. 3. Te vero, Venerabilis Frater, quem a Deo propositum intuemur veluti exemplum veteris disciplinæ, et Episcopalis constantiæ, quemadmodum in visceribus charitatis perpetuo gerimus, sic omni ope, et auxilio adjuvare adsidue conabimur, ut ex hac flamma eripiare, qua tecum prope universa conflagrare videtur Ecclesia. Interea tristitia Nobis magna est, et cordi Nostro continuus dolor, quod te divini honoris, et gloriæ animarumque zelo flagrantem intelligimus, oportere Ecclesiæ tuæ confici desiderio. Hoc enim tempore gregi tuo prohiberis adesse, cum tot tantisque circumsessus periculis nunc maximè et vigilantem, et impigrum, et sui amantem, parem tibi denique Pastorem efflagitat = *Justus es Domine, et rectum judicium tuum* = Sustineamus ejus misericordiam, Venerabilis Frater, in cujus firma fiducia, Fraternitati tuæ, intimo Nostri cordis affectu, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die xv. Februari MDCCLXIV. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

CDII.

Dat. die 18 Febr. 1764. Anno VI.

Facultates tribuuntur Nuncio Coloniensi, suisque successoribus, visitandi Carceres Regularium in Nunciatura existentes, noxia proscribendi, salubriumque edificationem demandandi, aliasque capiendi provisiones pro moderata Religiosorum coercitione.

Venerabili Fratri Cæsari Alberico Archiepiscopo Nicensi ad Tractum Rheni, et partes inferiores Germaniæ moderno, nec non pro tempore existentibus Nostris, et Apostolicæ Sedis Nuntiis.

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem.

Proemium.

§. 1. Commissi Nobis divinitus Sacrosancti Apostolatus Officii ratio postulat, ut paternam Christifidelium, qui e fluctibus sæculi in Religiosæ vitæ portum confugerunt, curam gerentes, illis interdum providere studeamus, sicut rerum, locorum, temporum, et personarum qualitatibus mature consideratis, expedire in Domino arbitramur.

Exponitur nimia duritiea Regularium Ordinum in Germania, quoad coercitionem Professorum, qui fortasse in aliquos errores, et crimina etiam inciderint.

§. 2. Cum sicut, magno cum animi Nostri mœrore, accepimus, mos quidem, seu potius abusus in istis partibus inoleverit, quem Superiores Provinciales, seu Locales Domorum Regularium, quorumcumque Ordinum Regularium, illuc existentium semper prosequuti sunt, et prosequi pergunt, quod si contingat aliquem ex eorum respectiveOrdinum professoribus suæ curæ commissum, sive infernalis hostis astutia de-

ceptum, Regulari professionis suæ veste, seu habitu abjecto, seu dimisso, et proprio Monasterio, seu Regulari domo aufugere vulgo ut dicitur a Religione apostatare, etiamsi postea poenitentia ductus ad claustra, et propriam Regularem Domum redeat; sive etiam alia minus gravia crimina petrare, ab illo nimia severitate pœnas sumere intendunt, nam illos in carceres subterraneos, profundos, aquosos, ac luce, et aere carantes injiciunt, ac pene, et aqua substentant, et omni Christiana pietate, et charitate posthabita, neminem ad miserum illum ire permittunt, qui ipsum solari possit, ac spirituali saltem consolatione reficere; ita ut omni humano solatio, et spirituali auxilio destitutus, cum interdum neque Sacerdotem habere ei concedatur, cui peccata sua confiteri queat, prout publica voce, et fama fert, id alias accidisse, miserrimus ille inter animi, et corporis angustias, diem claudit extremum, et licet Superiores Generales illis præcipiant, quod se abstineant ab hujusmodi severitate, tantum abest, ut eorum jussibus obtemperent, qui respondent, hanc in illis partibus existere, et vigere consuetudinem.

Indulget Nuncio in Germaniam facultatem visitandi carceres Regulares, nocuosque demoliri faciendi, atque novos construendi saluberiores, indicto Regularium Ordinum Superioribus, moderatæ reorum coercitionis præcepto.

§. 3. Nos cupientes abusus quoscumque in præmissis irreptos de medio tollere, ac animabus quorumcumque Christifidelium, prætiosissimo Domini Nostri Jesu Christi Sanguine redemtis, quantum cum Domino possumus consulere, ac de tua fide, prudentia, doctrina, pietate, charitate, et Catholicæ Religionis zelo plurimum in Domino confisi, teque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, tibi quorumcumque Monasteriorum, Conventuum, et quarumcumque Domorum Regularium quorumvis Ordinum, et Congregationum Regularium Mendicantium, et non Medicantium, etiam exemptorum, et quibusvis privilegiis, et indultis suffultorum, intra limites Nunciaturæ tibi commissæ, et demandatæ existentium, carceres, aliosque locos, in quibus sive Apostatæ, sive alii Regulares, et Professores Ordinum, et Congregationum hujusmodi, propter patrata per illos crimina, et delicta, a quocumque proprio Regulari Superiore includuntur, visitandi, et recognoscendi, et si reperias eos tales, sicut præmittitur esse, illos demoliri, destrui, everti, obstrui, et claudi faciendi, novos carceres in locis magis aptis, et commodis construi faciendi, abusus hujusmodi omnino tollendi, Superiores prædictos, ut se erga delinquentes præfatos, juxta Christianam pietatem, et charitatem, ac Sancti Evangelii præcepta, benigne, ac misericorditer gerant, monendi, et quidquid in præmissis statueris, et ordinaveris, exequi, et observari faciendi, et mandandi.

Pœnæ quibus subjici debeant Pontificii Nuncii præceptis inobedientes.

§. 4. Inobedientes vero, tuisque monitis, et mandatis parere recusantes per privationis eorum respective Officiorum, ac inhabilitatis ad illa, et alia in posterum obtinenda, ac privationis perpetuæ vocis activæ, et passivæ, ac suspensionis a Divinis ipso facto absque alia declaratione incurrendas pœnas, ac demum per censuras Ecclesiasticas, aliaque jura, et facti remedia, compescendi, et puniendi, aliaque omnia, et singula in præmissis, ac circa ea necessaria, et opportuna faciendi, dicendi, mandandi, et impertiendi facultatem, tuisque successoribus in hujusmodi Apostolici Nuncii munere, Apostolica auctoritate, tenore præsentium tribuimus, damus, concedimus, et impertimur; ac insuper tibi, tuisque successoribus prædictis necessariam, et opportunam potestatem in tui, eorumque loco aliam Ecclesiasticam personam cum simili, seu a te, vel ab ipsis limitanda facultate, subrogandi, auctoritate, et tenore præsentis elargimur.

Præcipitur Regularibus cujuscumque gradus, Pontificiæ hujus voluntatis observantia.

§. 5. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis Nostræ, aliisque arbitrio Nostro imponendis pœnis, omnibus, et singulis Superioribus, Fratribus, et personis prædictis, nunc, et pro tempore existentibus, ut te reverenter in præmissis recipiant, et recognoscant, ac tibi, tuisque successoribus prædictis, ac personæ a te, seu ab illis deputandæ hujusmodi in omnibus ad visitationem prædictam spectantibus omnino pareant, et obsequantur, tuaque, et illius monita, et mandata humiliter suscipiant, et efficaciter adimplere procurent, alioquin sententia, sive pœna quam rite tuleris in rebelles, ratam habebimus, et usque ad condignam satisfactionem plenissime observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Dele-

gatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 7. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non Monasteriorum, Conventuum, ac Domorum Regularium, Ordinum, Congregationumque, et illorum, et illarum Provinciarum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis, Superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVIII. Februarii MDCCLXIIII, Pontificatus Nostri anno sexto.

CDIII.

Dat. die 18 Februarii 1764. Ann. VI.

Tridentinatem Ecclesiam ab jurisdictione Archiepiscopali Goritianæ Sedis, cui subjecta fuit a Benedicto XIV. in Aquilejensis Patriarchatus extinctione, eximere recusat, ne videatur hodie dextruere quæ heri constituta fuere.

Litteræ Apostolicæ, quibus Benedictus XIV Aquilejensem Patriarchatum suppressit, et Goritiensem erexit Archiepiscopatum, relatæ sunt in Benedictino Bullario.

Venerabili Fratri Christophoro Episcopo Tridentino

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

Quanta sit habenda ratio eorum, quæ prædecessores Nostri statuerunt, præsertim cum illa non ita pridem constituta sunt, facile intelligit pro sua prudentia Fraternitas tua, ne parvo admodum temporis intervallo, concessa a Summis Pontificibus privilegia, et indulta fixa, et refixa videantur. Quamobrem Clerus, Populusque tuus patienter ferat oportet, Tridentinam Ecclesiam Goritianæ Sedi esse subjectam: eo prætera æquiore id animo patietur, si consideret quidquid egit extinguendo Aquilejensi Patriarchatu fel: rec: prædecessor Noster Benedictus XIV. ad publicum Ecclesiæ bonum spectare, privatasque rationes communi posthabendas utilitati. Porro si Fraternitas tua (quod sapientis est) induxerit animum, ut hoc quidquid est tui privatim incommodi, molliter feras, nihil erit profecto, quod apud Clerum, et Populum quidquam offendas. Quis enim sanæ mentis propter ea, quæ per alios olim transacta sunt, jure tibi succenseat? Satis fuerit quod epistolam ea de re ad Nos dederis plenam querelarum, conatumque esse Clero, et Populo tuo quoquo modo satisfacere. Aliud in præsentia levamen tibi nullum afferre possumus. Commodiores sese offerent occasiones, quibus Nobis liceat Apostolicam Nostram erga te præstare voluntatem; et Fraternitati tuæ, eximiæ erga te benevolentiæ Nostræ pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem

sub Annulo Piscatoris die XVIII. Februarii MDCCLXIV. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Dat. die 14 Martii 1764. An. VI.

CDIV.

Declarantur facultates competentes Cappellano Majori Exercituum Regis Catholici, et quomodo iis uti debeat.

Literæ in forma Brevis diei 10 Martii 1762, quibus Indiarum Patriarchæ, qui Cappellanus Major, seu Vicarius Realium Exercituum esse debebat, quamplures facultates Ecclesiasticæ tribuebantur, adinventæ minime fuere in Secreteria Brevium, ex præteritis fortasse vicissitudinibus vel deperditæ, vel commixtæ, quas tamen si deinceps invenire datum erit, eas in supplemento ad finem hujus Pontificatus, inseremus

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Exponuntur causæ hujus Brevis.

§. 1. Apostolicæ benignitatis, justitiæque ratio exigit, ut ad lites amputandas, ea, quæ alias ab Apostolica hac Sancta Sede quomodolibet provide concessa, atque ordinata noscuntur, si quid deinceps super ipsis dubitationis emerserit, apertis, dilucidisque verbis explicentur, novaque confirmatione, et concessione roborentur. Sane pro parte carissimi in Christo filii Nostri Karoli Hispaniarum Regis Catholici Nobis nuper expositum fuit, quod cum alias Nos, ad supplicationem ipsius Karoli Regis per quasdam Nostras in simili forma Brevis die x. Martii Anni MDCCLXII. expeditas literas, dilecto filio Nostro Bonaventuræ S.R.E. Presbytero Cardinali de Cordova Spinula de la Cerda a Sancto Karolo nuncupato, ex concessione, et dispensatione Apostolica moderno, nec non pro tempore existenti Patriarchæ Indiarum, qui nunc, et deinceps Cappellanus Major, sive Vicarius Exercituum ejusdem Karoli Regis esse debet, inter cætera indulta, et privilegia eidem Bonaventuræ Cardinali Patriarchæ Cappellano Majori, seu Vicario hujusmodi attributa, nonnullas facultates Ecclesiasticas, et spirituales, quibus erga Milites, Militares, aliasque personas ad militiam, et Exercitus prædictos spectantes uti valeret, concesserimus, et alias prout in dictis Nostris literis uberius continetur.

Subortis dubiis circa Cappellani Majoris facultates, Hispaniarum Rex, difficultates peculiari Consilio examinandas submisit.

§. 2. Et cum subinde circa hujusmodi facultates Ecclesiasticas præfato Bonaventuræ Cardinali Patriarchæ Cappellano Majori, seu Vicario Exercituum concessas, inter ipsum, et Venerabiles Fratres Archiepiscopos, Episcopos, seu dilectos filios alios Locorum Ordinarios in Hispaniarum Regnis existentes nonnullæ ortæ sint controversiæ, et excitata dubia super dictarum literarum Nostrarum interpretationa, atque intelligentia, ipse Karolus Rex pro sua, singulari pietate, constantique erga Apostolicam hanc Sanctam Sedem zelo pro perenni Sacerdotii, Regnique concordia, et recta rationum tum spiritualium, tum temporalium administrationa fideliter, prudenterque accuranda, super dictis exortis dubiis sententiam quorumdam suorum Ministrorum, tam Ecclesiasticorum, quam Sæcularium rerum Ecclesiasticarum peritissimorum, exquirere non prætermisit, ac proprium, et consentaneum esse duxit.

Qui fuerit sensus Catholici Regis in interpretandis difficultatibus quoad facultates Cappellani Majoris.

§. 3. Quo autem facilius in re delibaranda procedere possent, eis Regios prudentis animi sui sensus, qui hujusmodi sunt censuit aperire, nempe ut omnes illi, qui Regio militari stipendio fruuntur, sub hoc nomine, et sub Vexillis Regiis vel terra, vel mari militant, subjecti Cappellani Majoris, seu Vicarii Exercituum jurisdictioni intelligantur (exceptis tamen præsidiariis, seu Legionibus fixis, aut stabilibus Arcis, seu Civitatis Septensis, Oppidi Orani, et cujusvis alterius loci, ubi Milites præsidiarij certi, fixi, stabilesque existunt, et remanent, invalidis etiam, qui uti inhabiles a militari servitio exclusi sunt, Militibus etiam Provincialibus, cum in speditionem non mittuntur, nec Exercitum constituunt; iisque etiam, qui dumtaxat rei maritimæ adscripti, et in albo relati sunt, cum intra Naves vulgo *a bordo* non existunt) omnes vero alii, comprehensis etiam iis, qui dicuntur *de Plana Major* supradictæ jurisdictioni Cappellani majoris, seu Vicarii Exercituum debeant recenseri, itemque tam belli, quam pacis tempore hanc jurisdictionem, et Apostolicas facultates locum haberi, et privative ipsi Cappellano Majori, seu Vicario Exercituum competere jus subdelegandi Ordinarios locorum, vel alias quascumque Ecclesiasticas personas sibi benevisas.

Discrepante Consilio a Regia interpretatione, dubia submissa fuere

§. 4. Cum autem Ministri præfati re ipsa diligentiori studio, ac indagine perpensa, singulae eorum consultationes,

Sanctae Sedis examini, et deliberationi.

et vota in scriptis detulerint, et ipse Karolus Rex eorum sententias adeo oppositas, et inter se discordes cognoverit, ut graviores inde difficultates, dubia, et controversias, quam necessaria, et opportuna remedia emersissent, ad sedandas ancipites animi sui curas ex eisdem consultationibus, et votis excerpta voluit præcipua quædam dubia, quæ auctoritati Nostræ proponere facere curavit, decidenda = videlicet =

Recensentur singula dubia.

Cujus jurisdictionis esse debent Legiones Præsidiariæ, quæ præter illas fixas sunt in Septensis, et Orani propugnaculis, ac alio quocumque in loco, ubi temporarias habebunt stationes =

An Prætoriani Milites vulgo *Guardia de Corps* nuncupati, cum Regias dumtaxat agunt excubias, illique pariter de collectione invalidorum, cum occupantur ad custodiendum aliquem Pagum, vel Civitatem, utpote scilicet Matritensem, et Gadicensem etc. subjecti esse debeant jurisdictioni Ordinarii, vel Cappellani Majoris, aut Vicarii Exercituum

Cujus Jurisdictionis esse debent omnes *de la Plana Major* nuncupati, qui in Arcibus, et Civitatibus cum suis dependentibus commorantur, ac Officiales eisdem Arcibus, et Civitatibus aggregati. = Gubernatores pariter Militares cum eorum familiis, cæterique omnes, qui licet nullo gaudeant militiæ titulo, pertinent tamen quodammodo ad Exercitus Regios, cum ad notabile, et diuturnum tempus stationes ducere tenentur statutis in locis, ad quos destinantur =

An subesse debeant jurisdictioni Cappellani Majoris, seu Vicarii Exercituum familiæ Militarium quæ vagis belli operibus addicuntur, cum in expeditionibus eorum patres, viros, aut dominos non comitantes in propriis subsident domiciliis, Cupedinarij simul, et Carpentarij, ac Sarcinarum ductores, seu muliones, itemque famuli, qui Militaribus dominis tempore pacis inserviunt, ubi Legiones commorantur, et in earumdem Legionum profectione, vel sedem non mutant, vel cum illis commutare non tenentur = quod si contingat decidendum, subesse debere jurisdictioni Vicarii Exercituum omnes illos, qui aliqua ratione pertinent ad Regios Exercitus, cum per eorum destinationem vel occupantur, vel commorari tenentur ad notabile tempus in locis constitutis, necessarium quoque videtur, ut decernatur =

An eo ipso tempore, posita eorum subjectione jurisdictioni prædicti Vicarii Exercituum, possit idem Vicarius erga ipsos omnibus uti facultatibus quæ in prædictis literis continentur, et præsertim an liceat illis indulgere dispensationem comedendi carnes, et lacticinia diebus ab Ecclesia interdictis.

In relatorum dubiorum sequelam, Catholicus Rex S. Sedis interpretationem postulat.

§. 5. Cupiens itaque ipse Karolus Rex pro insigni sua Religione, et eximia pietate, ut in re tanti momenti, quæ Sacramentorum administrationem respicit simul, et spirituale solatium Militum, atque a militia dependentium, omnes in posterum e medio tollantur quæcumque controversiæ, quæstiones, et dubia, ac penitus extinguantur, ac subditorum suorum conscientiæ, tranquillitati, et quieti prospicere, et consulere. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut certam, ac definitivam Nostram earumdem Nostrarum literarum interpretationem edicere, ac eidem Bonaventuræ Cardinali Patriarchæ Capellano Majori, seu Vicario Exercituum hujusmodi, facultates in memoratis Nostris literis concessas confirmare, ampliores que si opus fuerit, indulgere, ac impertiri de benignitate Apostolica dignaremur.

Pontifex submissa eidem dubia declarat, et facultates Cappellani Majoris designat.

§. 6. Nos igitur Religiosis, piisque ejusdem Karoli Regis votis amanti, libentique animo obsecundare cupientes, ac repositis prædictorum dicti Karoli Regis Ministrorum consultationibus, præfatisque excerptis dubiis, et ipsius Karoli Regis super eadem re sensus animi tanquam menti, et voluntati Nostræ magis conformes, plurimum commendantes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem Bonaventuræ Cardinali Patriarchæ, moderno, ac pro tempore existenti Cappellano Majori, seu Vicario Exercituum hujusmodi, ut per se, vel alium, vel alias personas in dignitate Ecclesiastica constitutas, sive alios respective Sacerdotes per se ipsum Cappellanum Majorem, seu Vicarium Exercituum hujusmodi, ut præfertur, approbatos, quatenus ab eorum respective Ordinariis approbati sint, et ab eodem Cappellano Majori, seu Vicario Exercituum subdelegandos omnes, et singulæ facultates in memoratis Nostris literis concessæ, contentæ, et expressæ exerceantur, et exerceri possint erga quoscumque, qui aut pacis, aut belli tempore sub ejusdem Karoli Regis vexillis, terra, marique militant, vivuntque stipendio, et ære militari, omnesque, qui ob aliquam legitimam causam eos sequuntur (exceptis tum militiis in aliquo Oppido, vel Civitate firme, stabiliterque degentibus, tum in-

validis, tum iis, qui in album ad artem nauticam relati sunt, cum extra Naves degunt, tum demum Provinciarum, Locorumque Militibus, cum Exercitum non formant, ac eorum quisque in illis versatur, suamque habitat domum (auctoritate Apostolica, tenore præsentium, servata tamen in reliquis dictarum Nostrarum Literarum forma, et dispositione, concedimus, et indulgemus, ac quatenus opus sit prædictas facultates jam alias, ut præfertur, concessas, ad effectum prædictum extendimus, ampliamus et declaramus atque ita proposita dubia, et quæstiones definimus.

Clausula sublata, decretum irritans, et derogatio contrariorum.

§. 7. Decernentes, easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dicto moderno, et pro tempore existenti Cappellano Majori, seu Vicario Exercituum hujusmodi in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab iis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in futurum inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ in dictis literis voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die decima quarta Martii MDCCLXIV Pontificatus Nostri Anno Sexto.

CDV.

Dat. die 14 Martii 1764. An. VI.

Herbipolensem commonet Episcopum, ut in sua Diœcesi caveat a libro nomine Justinii Febronii in lucem ædito, quo Romanæ Cathedræ auctoritas pestifere minatur.

Venerabili Fratri Adamo Friderico Episcopo Herbipolensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

Evulgatum in Germania opus nomine Justini Febronii contra Pontificiam auctoritatem denunciat, et ut ab contentis in eo caveatur, insinuat.

§. 1. Quantæ tibi sit curæ incolumitas hujus Apostolicæ Sedis ejusque divina auctoritas, et potestas, sæpe antea animadvertimus, ac propterea summum tuum in Romanam Cathedram studium, et præclaram devotionem a fraternitate tua requirimus magna fiducia: nec dubitamus, quin egregiam in Nos voluntatem tuam nunc maxime sis alacriter præstiturus. Prodiit nuper apud Germanos de potestate Pontificis liber, cujus titulus = *Justini Febronii I. C. de statu Ecclesiæ, et legitima potestate Romani Pontificis* = Eo quidem nomine, libri hujus Auctor, nomen celavit suum, sed infensum, et male cogitantem animum apertissime prodidit. Eo enim opere scriptor, sive Hæreticus, qualem ex ipso libro possumus suspicari, sive Catholicus qualis videri vult, Summum Pontificem ab eo potestatis, et dignitatis fastigio, in quo a Christo ipso, tamquam legitimus Petri successor locatus est, deijcere ac deturbare conatur. Malum autem animum suum callidus fraudum artifex, ut incautos simplicium hominum animos blandius decipiat, velo quodam, ac tegumento pietatis obducit, perinde quasi opus hoc suum de minuenda, sive obterenda potius Summi Pontificis auctoritate eo consilio scripserit, ut Heterodoxi, qui ejus amplitudini tantopere sunt infensi, placati tandem rursus cum Romana Ecclesia, a qua sese ea maxime de causa disjunxere, conjungantur, atque unum corpus efficiant.

Hortatur ne sinat in sua Diœcesi irrepere opus pestiferum in Animarum perniciem.

§. 2. Præclarum sane fœdus, quo non utique convertuntur Hæretici, sed Catholici pervertuntur. Itaque, Venerabilis Frater, plane vides, quam diligenter, quam sedulo cavendum sit, ne tam pestilens liber isthuc in animarum perniciem irrepat. Et quoniam nunc temporis irreligiosorum hominum

animos veluti pestilenti quodam sidere afflavit, scriptitandi adversus Romani Pontificis potestatem, immane studium, et cupiditas prava, tuum erit, Venerabilis Frater, vigilare, ne ejusmodi libri, qui fortasse in officina Satanæ modo cuduntur, prodeant in lucem, aut si prodierint, illico opprimantur. Novimus qui sis, quantoque animi ardore pro Sancta Romana Sede soleas, et paratus sis dimicare. Scimus te, ad ædificandam ac tuendam Ecclesiam tibi concreditam, in Episcopali veluti custodia te summa excubare vigilantia. Quocirca satis habemus de periculo monuisse. Ipse enim per te diligentissime providebis, ne qua ex parte per diruptam sepem dolosa Vulpes sese ad demoliendam vineam istam insinuet. Hæc de te Venerabilis Frater ita Nobis pollicemur, ut satis securi possemus quiescere, si multos tui similes, tamque egregie animatos erga Sanctam hanc Sedem Apostolicam, haberemus. Quocirca Nos quoque, erga Fraternitatem tuam, perinde ac obsequio isto tuo dignum est, affecti, ac propensi, Nostram tibi benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XIV. Martii MDCCLXIV Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Dat. die 14. Martii 1764 Anno VI.

CDVI.

De eodem argumento agit cum Moguntino Archiepiscopo et S. R. I. Principe Electore

Venerabili Fratri Emerico Josepho Archiepiscopo Moguntino S.R.I. Principi Electori

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

Malis artibus hujus pestiferi Libri auctor, Catholicam Ecclesiam se defendere, conatur insinuare.

§. 1. Prodiit haud ita pridem veneficus liber de statu Ecclesiæ, et de legitima Romani Pontificis potestate, cujus auctor sub falso nomine Justini Febronii latera voluit in occulto, omnis enim, qui male agit, odit lucem. Et hominem quidem qui sit Catholici nominis, aut saltem a Catholica Religione non alienum esse videri velit, puduisse oportuit sese prodere in lucem, eum Romanam Cathedram, cui tamquam fundamento nititur Catholica Ecclesia, funditus conatur evertere. Omnia ille ex Hæreticorum, et huic Sanctæ Sedi infensissimorum hominum libris conquisita, et deprompta in unum congessit; quædam etiam absurdissima de suo voluit adjicere, ne cuiquam immicorum ejusdem Apostolicæ Sedis secundus esse videretur. Nos hunc librum quo fidelibus, et præsertim hominibus harum rerum parum intelligentibus, maxima offertur offensio, nuper proscripsimus, tuamque vigilantiam Venerabilis Frater, modo requirimus, ut non solum caveas, ne per manus Fidelium circumferatur, sed ne in ullo quidem angulo, si fieri potest, totius tuæ Diœcesis illi sit locus. Nihil autem Nobis non pollicemur de tua custodiendi Gregis tibi commissi solicitudine, ejusque prohibendi a venenatis pascuis sedulitate, et cura; novimus enim quam zelo Dei, et in ejus Ecclesiam amore flagrantem animum geras. Ac Fraternitati tuæ pro certo habemus perspectissimum esse, suffosso eversoque fundamento, quæ est Cathedra Petri, omnem Ecclesiam dirui oportere; quam propterea nunquam patietur pietas tua exitiali, et pestifero libro labefactari.

Quantum interest librum hunc jam a S. Sede proscriptum, a quacunque Diœcesi eliminare.

§. 2 Hac igitur peste Diœcesim tuam, si forte isthuc irrepserit, omni cura perpurgabis, et diligentia. Id a te postulat pro salute sua, et incolumitate Catholica Religio, id te ipsa dignitas etiam tua, majorem in modum efflagitat. Neque enim ignoras, quo miseriarum semper deciderint illæ Ecclesiæ, quarum Episcopi sibi sunt assentati, depressa Romani Pontificis auctoritate, plus sibi accessurum esse potentiæ, et dignitatis, novarumque rerum cupidos Episcopatum denique servituti, et compedibus objecisse. Tua igitur in Ecclesiam pietate, egregiaque devotione in Apostolicam Sedem confisi, semen adeo pestiferum inimica manu in vineam Domini jactum, dum speramus tua diligentia extinctum iri, Apostolicam benedictionem Fraternitati tuæ, omni Nostris cordis affectu peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIV. Martii MDCCLXIV. Pontificatus Nostri anno Sexto.

Dat. die 21 Martii 1764 Ann. VI

CDVII.

Quod Pientinus Episcopus e sua Diœcesi a laica potestate, militibus stipantibus, pulsus sit dolet cum Mareschallo Botta Adorno, et reparationem illatæ Ecclesiæ injuriæ dandam esse requirit ad scandalum sarciendum.

Dilecto Filio Nobili Viro Mareschallo Botta Adorno

Clemens PP. XIII.

Dilecte fili Nobilis Vir salutem, et Apostolicam benedictionem

Suum exprimit horrorem pro commissa violentia a Laicis Magistratibus in personam Episcopi Pientini

§. 1. Quem dudum gravissimum de Episcopo Pientino Nuncium accepimus, vehementer Nostrum commovit animum, seu potius magno Nos horrore perfudit. Quantus enim in illo facto eminet, et apparet Ecclesiæ, ejusque Ministrorum contemptus! Quam grave scandalum oblatum Fidelibus! hominem Episcopali præditum dignitate, a ministris laicis, militari manu stipatis, ex improviso occupatum, denuntiatoque secularis potestatis nomine, exilio, ab Ecclesiæ suæ complexu circa meridiem festinanter avulsum, Populo comploratione, et lacrymis pastorem suum deducente, tota ista ditione exturbari, et ad Ecclesiasticæ Nostræ ditionis fines abductum denique dimitti, ea est vis et atrocitas, cujus neque in Etruria, ubi ad hanc usque Nostram ætatem Episcopali dignitati summus honor semper est habitus, neque usquamalibi fortasse ullum extat exemplum, si levissimæ hinc causæ, quibus laica potestas re in ullum Episcopum præbuit adeo acerbam, hinc ejusmodi facti injuria ponderentur.

Requirit, ut Pientinus Episcopus illico ad suam Sedem revocetur, ne Apostolica Sedes cogatur Clavium potestate illatam Ecclesiasticæ libertati injuriam vindicare.

§. 2. Quamobrem carissimi in Christo Filii Nostri Francisci in Romanorum Imperatorem electi pietate, et in Ecclesiam religiosissima reverentia confisi, non dubitamus, quin optimus Princeps facinus sit improbaturus tam inauditum, tam novum, teque ipsum, dilecte Fili nobilis Vir, qui tuus est erga Religionem præcipuus amor, facile Nobis persuademus, tacite in intimo animi tui recessu reprehendere. Nos igitur, qui in Episcopi persona, summam hujus Apostolicæ Sedis, et totius Ecclesiæ dignitatem auctoritatemque gravissime læsam agnoscimus, dum ipse Episcopus (non enim impediemus) jure suo ordinario, tantam injuriam sibi et Episcopali dignitati inustam, vindicabit, Apostolicam interea Nostram auctoritatem, supremamque clavium potestatem a Jesu Christo Nobis traditam adhibebimus, nisi incunctanter proscissa Episcopalis dignitas pari compensatione sarciatur. Id igitur petimus, et tuæ pietatis fiducia freti, a Nobilitate tua flagitamus, et expectamus, ut divinæ gratiæ numine, quo pii religiosique viri, tuique similes tangi solent impulsu, eam ineas rationem, qua oblatum universæ Ecclesiæ gravissimum scandalum amoveatur, et Pientinus Episcopus iis reverentiæ significationibus, quæ Sacræ personæ, quam gerit, et Episcopalis caracteris dignitati debentur, ad suam sedem honorifice revocetur. Id a præclaris tuis de religione, et de Ecclesiæ divina sublimique dignitate sensibus Nobis, Dilecte Fili Nobilis Vir, pollicemur, tuæque interea Nobilitati benevolentissimi erga te animi Nostri pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXI. Martii MDCCLXIV. Pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 27. Martii 1764 Anno VI

CDVIII.

Ad consulendam calamitatibus, et angustiis, quibus Civitas, et Diœcesis Ispalensis præmitur, Festorum dierum elargitur imminutionem, opportunasque servandas regulas statuit.

De festorum dierum imminutione in Majoricensi Diœcesi vide Constit. relatam supra num. CD. pag. 443 et adnotationem ibi appositam.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

Quæ immutabilia sunt in Ecclesiastica disciplina, ea Sancta Sedes dispensare non recusat pro temporum necessitatibus.

§. 1. Cum sicut quædam sunt, ut inquit Sanctus Leo Magnus prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quæ aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in his, quæ vel dubia fuerint, aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec præceptis Evangelicis contrarium, nec decretis Sanctorum Patrum inveniatur

adversum: Ea propter Apostolica hæc Sancta Sedes pro paterna erga universos Christifideles benignitate, quoad integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in his auctoritatem interponere, quæ cæteroquin ad majus Divini cultus incrementum præscripta, aut per frigiescentem in nonnullorum cordibus charitatem, ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessariarum inopiam non sine conscientiæ angore contemnuntur.

Preces porrectæ ab Ispalensi Episcopo pro festorum dierum reductione ad reparandas calamitates, et angustias, quibus Dioecesani illi gravantur.

§. 2. Quoniam autem, sicut pro parte tua Nobis expositum fuit, eidem Fraternitati tuæ innotuit, quod in Civitate, ac Diœcesi Ispalensi adeo excreverunt calamitates, et angustiæ propter præsentium temporum infortunia, ut miseri illius habitatores, incolæque, sed præsertim ii, qui in sudore vultus sui panem comedunt, persæpissime cogantur (quamvis animo invito) dies festos negligere, operibusque mecanicis se se addicere pro pane lucrando, et id eo faciliùs contigit ob excretum dierum festorum numarum; ac propterea Nobis humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Petitæ reductioni assentitur Pontifex, specialibus designatis diebus in quibus præceptum integre servandum est.

§. 3. Nos itaque, qui Christifidelibus, quantum cum Domino possumus, salutare remedium potius ad æternam salutem comparandam, et humanam vitam honeste substinendam adhibere, quam per severiorem Ecclesiæ disciplinæ rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos Incolas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus Nobis tuo nomine humiliter porrectis inclinati, Fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, eorumque Civitatis, et Diœcesis Ispalensis, ut deinceps, exceptis omnibus diebus Dominicis, nec non Natalis Domini Nostri Jesu Christi, et sequenti Sancti Stephani, Circumcisionis, Epiphaniæ, Paschatis Resurrectionis, et sequenti, Pentecostes, et sequenti, et Corporis Christi, ac Ascentionis, Sancti Joannis Baptistæ, et Sanctorum Petri, et Pauli, ac Jacobi Apostolorum, at commemorationis omnium Sanctorum, præterea quinque dicatis Beatæ Mariæ Virgini Mariæ Immaculatæ, scilicet, Purificationis, Assumptionis, Nativitatis, Annunciationis, et Conceptionis, nec non Sancti Patroni, aut Tutelaris cujuslibet loci dumtaxat festivis diebus, in quibus integra maneat præcepti obligatio, in reliquis vero, sive per hanc Sanctam Sedem præceptis, sive per Synodales earumdem Civitatis, et Diœcesis Constitutiones, sive quacumque alia de causa voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem etiam auctoritate Nostra Apostolica per te commutari volumus, præceptis, præscriptisque (audita tamen Missa) laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus, sine ullo conscientiæ scrupulo vacare possint, auctoritate Nostra Apostolica, concedas, et indulgeas, permittas, ac statuas, præcipias, et mandes.

Derogatio contrariorum

§. Non obstantibus Apostolicis, et in Universalibus, Provincialibusque, ac Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et ordinationibus, nec non Civitatis, et Diœcesis prædictarum, illorumque locorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis Superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et ex presse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo piscatoris die XXVII Martii MDCCLXIV Pontificatus Nostri Anno sexto.

Dat. die 30 Martii 1764 Ann. VI

CDIX.

Suum gaudium exprimit Capitulo Cathedralis Leodiensis pro compositis contentionibus obortis, illudque ad concordiam, pacemque servandam hortatur.

Dilectis Filiis Decano, et Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Leodiensis.

Clemens PP. XIII.

Dilecti filii salutem, et Apostolicam benedictionem

§. 1. Qui in causa Leodiensi multa cum moderationis simul, et diligentiæ laude Romæ versatus est, vestramque sine cujusquam querela bene prudenterque rem gessit, nunc confecto negotio redit ad vos præstanti virtute, et judicio Vir Collega vester dilectus Filius Franciscus Lambertus Bero de Stokhem. Illum non semel in colloquium admisimus: perplacuerunt Nobis ejus sermones, ex quibus ejus pietatem, prudentiamque recognovimus. Tum vero libentissime illum audivimus, cum omnium vestrum obsequentissimam erga Nos voluntatem, et in hanc Sacram B. Petri Sedem exponebat devotissimum studium. Sine Nostris ad vos literis dimissum noluimus: quæcumque enim Nobis sese offerat scribendi ad vos occasio, ea cupide libentique animo utimur, qui nobilissimam Ecclesiam vestram mirifice amamus; et quamquam nihil amplius ad vos scribere habemus, nec quidquam præterea est, quod ad Ecclesiæ vestræ dignitatem, et amplitudinem, vestramque inter vos concordiam tranquillitatemque præstare possimus; tamen qui Noster erga vos paternus est amor, Nobis temperare ipsi non possumus, quominus vobis per has literas Nostrum ex constituta inter vos pace, gaudium significemus. Reliquum est, ut eam omni studio retineatis, et si quid cohortatione Nostra opus est, ut eam servetis perpetuam, quantum possumus, rogamus. Paratiores isthæc concordia vestra vos faciet ad ea sarcienda incommoda, quæ superioribus temporibus accepit Ecclesia vestra, cui neque melius servire potestis, neque laudabilius, quam si ad Fidelium ædificationem in Domo Dei cum consensu ambuletis. Vobisque, paternæ benevolentiæ Nostræ pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub anhulo Piscatoris die xxx Martii MDCCLXIV. Pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 4 April. 1764. Ann. VI.

CDX.

Gratianopolitanum Episcopum commendat pro ejus libris favore Gesuitarum conscriptis, qui magne semper utilitate erunt, licet Societas Jesu in Gallia sit omnino extincta.

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

Quantum praesit cunctis Christifidelibus, palam facere utilitatem, atque præstantiam Instituti Societatis Jesu.

§. 1. Etsi societatem Jesu in Galliarum Regno boni omnes jam deplorant extinctam, ac propterea quæ in ejus defensionem, tuque, pluresque alii Coepiscopi tui scripsistis, videri possunt frustra eam causam adjuvesse, non tamen desinunt esse utilia. Permagni enim interest, omnibus Christifidelibus ex omni Natione, quæ sub Cœlo est, palam fieri, Institutum ab homine conditum, cui Sanctorum cultum et honor tribuitur; a Viris, quos Ecclesia in Sanctorum numerum retulit, collaudatum, cujus ex disciplina novem itidem Sancti viri prodierunt, quod Apostolica Sedes approbavit, et sæpius confirmavit; Ecclesia Catholica in Tridentina Synodo commendavit, ac per annos amplius ducentos suo fovit in sinu, ab iis quibus nulla potestas est de talibus rebus judicandi, contra jus et fas per summam in Ecclesiam Sponsam Christi injuriam et contumeliam appellatum irreligiosum, et impium, ac Societatem, quæ idem profitebatur Institutum, factione, et potentia denique fuisse in Gallia deletam. Et semper quidem necessarium est, quantum potest, amoveri cujusquemodi scandalum, sed nunc maxime amolienda ea est, quæ nunc Catholicis oblata fuit offensio, et ad eam rem scripta tua, Venerabilis Frater, quæ ad Nos misisti, opportune a te in lucem edita esse arbitramur.

Æditi operis laudes exprimit, quo Jansenisnorum profligantur calumniæ.

§. 2. Quantum properanti oculo (neque enim Nobis satis est otii) tua illa volumina percurrere illae potuimus, omnia illius causæ capita te complexum esse perspeximus, et Adversariorum futiles calumnias magna refutasse gravitate rationum, et copia. Tibi igi-

tur Venerabilis Frater, singulares agimus gratias non tam Nostro, quibus ea volumina dono missa voluisti, sed universæ etiam Ecclesiæ nomine, cui tam utilem dedisti operam tamque præclaram. Jansenianam sectam, cujus conjuratione, et artibus factum est, ut Societas Jesu apud vos ad nihilum sit redacta, pudere oportet, si tamen ullus hæresi potest esse pudor, tam turpes fraudes, tam impudenter adhibuisse ad suum dolorem ulciscendum, quem a Fidei Catholicæ propugnatoribus e Societate Jesu nullo non tempore acceperunt.

Gallicanorum Episcoporum vigilantiam excitat, quia Ecclesiæ defensorum imminutus est numerus.

§. 3. Sed quoniam, sic permittente peccatis nostris irato Deo, carendum vobis est uberrimis illis fructibus, quos ex eadem Societate, vos Episcopi capiebatis, et defensorum Catholicæ Fidei imminutus est numerus; idcirco vos omnes hortamur in Domino, et obtestamur, ut multo vigilantius stetis in Episcopali custodia: nihil enim a perfidissima secta, cui nunc omnia incidunt secundissima, non pertimescendum. Magna etiam inter vos omnes, et cum hac Sacra B. Petri Sede opus est consensione, ut ab irruentium hostium impetu Sanctam tueri possimus Ecclesiam. Atque illud quæsumus videas, Venerabilis Frater, et omnes Coepiscopi tui, ne Corpus Christi tradatur hominibus, qui imprudenter Apostolicæ Constitutioni: *Unigenitus*: resistunt, et relrangatur. Ex hujusmodi enim sacrilega profanatione, tanta isthæc mala tam exiguo tempore existimamus in Gallicanam Ecclesiam irruisse. Nos de singulari zelo tuo Nobis pollicemur, te bene sentientem, operam etiam tuam adhibiturum, ut alii quoque tecum bene itidem sentiant: dolendum enim esset, Ecclesiam fructibus illis privari, quos ex tam rectis sensibus tuis, tamque præclaris illum capere oportet. Deum denique precantes, ut impleari Spiritu Sancto, qui Episcopalem tuam constantiam corroboret, Apostolicam benedictionem singularis et eximiæ erga te benevolentiæ Nostræ pignus, intimo nostri cordis affectu Fraternitati tuæ peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IV. Aprilis MDCCLXIV. Pontificatus nostri anno sexto.

CDXI.

Dat. die 11. April. 1764 Anno VI.

Prætiosæ Coronæ dono mittendæ Utriusque Siciliæ Regi, applicat indulgentias quæ Magnis Principibus concedi solent.

Carissimo in Christo Filio Nostro Ferdinando Utriusque Siciliæ Regi illustri

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem

Exponitur causa hujus Brevis

§. 1. Dilectus Filius Eques Mathæus de Basquiat de Lahuze cujus, dum apud Nos, et hanc Sanctam, et Apostolicam Sedem Christianissimi Regis negotia gereret, egregias virtutes, et præsertim singularem gerendarum rerum prudentiam cum summa æquitate, et fide conjunctam perspeximus, nuper Nobis exhibuit undecim globulorum seriem, ex Jaspide lapide, aureo filio connexorum, unde pendet Numisma ex eodem lapide hinc Jesu Christi Crucifixi, hinc SS̄mi Salvatoris Imaginem mirifica referens cælatura; postulavitque, ut Orationem Dominicam, et Salutationem Angelicam, juxta precandi formulas ab Ecclesia approbatas devote recitanti, easque precationes ad ejus Coronæ globulos recensenti, Indulgentias aliquot largiremur. Id illi perlibenter annuebamus; sed ubi ab eo accepimus, se Regiæ Majestati tuæ, pro summo, quo te colit obsequio, eam Coronam dono missurum, Nos eas Indulgentias, quæ Magnis Principibus tribui solent, tibi, carissime in Christo Fili Noster, eamdem Coronam adhibenti, ut æquum erat, concessimus, tuamque devotionem his spiritualibus favoribus, et gratiis existimavimus adjuvandum.

Enumerantur indulgentiæ, et gratiæ spirituales, quæ Utriusque Siciliæ Regi elargiuntur.

§. 2. Regiæ itaque Majestati tuæ concedimus, ut quamdiu Coronam hujusmodi, si commode fieri poterit, tecum habueris, sin minus in Oratorio vel Cappella sive alia Domo tuæ habitationis, ab omnibus domesticis usibus libera decenter collocatam visitaveris, quotiescumque Divinum Officium Ordinarium, vel Beatæ Mariæ Virginis, aut Defunctorum, vel septem Psalmos Pænitentiales, aut Graduales, vel Coronam Domini, aut ipsius Beatæ Mariæ Virginis, seu tertiam partem Rosarii recitaveris, aut pauporibus Christi sub-

veneris, et vere pœnitens, et confessus Sacerdoti ab Ordinario approbato, in aliquo ex Dominicis, et festis diebus de præcepto, Sacram Communionem sumpseris, piasque ad Deum preces funderis pro hæresum, et schismatum extirpatione, pro Catholicæ Fidei propagatione, Christiorum Principum concordia, aliisque Sanctæ Matris Ecclesiæ necessitatibus, semel in hebdomada Plenariam omnium peccatorum tuorum Indulgentiam consequaris. Quoties vero feria sexta cujuslibet hebdomadæ Passionis Dominicæ jejunaveris, et ipsa die, vel Dominica immediate sequenti confessus, ac Sacra Communione refectus, ut supra, oraveris, toties Plenariam Indulgentiam consequaris. Item quoties cum dolore de peccatis, et proposito emendationis conscientiam tuam examinaveris, toties consequaris Indulgentiam centum annorum. Quod si per integrum mensem ut minimum, semel in die id egeris, eoque mense absoluto, peracta Confessione, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumseris, Plenariam similiter Indulgentiam consequaris. Quoties autem dixeris ter Pater Noster, et ter Ave Maria in honorem SSmæ Trinitatis, aut quinquies in honorem quinque Plagarum Domini nostri Jesu Christi, cum proposito te ab aliquo peccato emendandi, vel Missæ etiam privatæ diebus ferialibus interfueris, aut aliquod præstiteris ex operibus supra in primo capite præscriptis, toties consequaris Indulgentiam decem annorum, et totidem quadragenarum. In mortis quoque articulo, si vere pœnitens, ac, si potueris, ut supra, Confessus, Sacraque Communione refectus, alioquin saltem contritus, Nomen Jesu, ore, si potueris, sin minus corde devote invocaveris, Plenariam pariter Indulgentiam consequaris. Denique ut omnes Indulgentias supradictas, Fidelibus defunctis per modum suffragii applicare possis, concedimus. Deum precamur, carissime in Christo Fili Noster, ut regias virtutes, quas e præclara Institutione, et Sanctissima disciplina in ista prima ætate quotidie imbibis, in dies tibi magis adaugeat, quo Populos a Deo tibi commissos, ubi adoleveris, eum pietatis, et justitiæ laude gubernes. Regiæque Majestati tuæ omni paterni Nostri cordis affectu, Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xi. Aprilis MDCCLXIV. Pontificatus nostri anno sexto.

CDXII.

Dat. die 11 Aprilis 1764 An. VI.

Ut Pientinus Episcopus a Laicis Magistratibus violenter pulsus e sua Diœcesi, ad suam Sedem illico restituatur, ab Imperatoris electi Francisci pietate, et religione petit, ad sarciendum scandalum illatum in Ecclesiasticæ libertatis contemptum.

De hac ipsa violenta expulsione agunt Literæ quas supra retulimus Num. CDVIII. pag. 452.

Carissimo in Christo Filio nostro Francisco Lotharingiæ, et Barri duci, nec non Etruriæ sibi subjectæ Magno Duci, in Romanorum Imperatorem electo.

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo fili Noster, salutem et Apostolicam benedictionem

Violentam Episcopi expulsionem commemorat, cum bonorum omnium scandalo secutam.

§. 1. De Episcopo Pientino non modo Ecclesia, et Diœcesi sua, sed tota etiam Etruria, quæ tuæ subjecta est Majestati, intra paucas horas acerbe sane duriterque exturbato ubi gravissimum Nuncium accepimus, vehementer doluimus in ea re tam nullum ad Sacrosancta Ecclesiæ jura habitum esse respectum, maximumque scandalum oblatum Fidelibus, quorum etiam qui eidem Ecclesiæ sunt devotissimi, editis in Ecclesiasticas personas, ac præsertim Episcopali præditas dignitate, tanti contemptus exemplis, paulatim sensum omnem obsequii, et reverentiæ in Ecclesiam, ejusque Sacros Ministros possunt amittere.

Agit de præcedentibus literis hac super re Mareschallo Botta Adorno perscriptis, illiusque acceptas refert responsiones.

§. 2. Quapropter ad dilectum Filium Mareschallum Botta Adorno literas dedimus, et apud eum conquesti sumus, tam grave, tanta cum offensione populi fidelis, Episcopali fuisse dignitati vulnus inflictum: cui medendo dum Pientinus Episcopus Canonica remedia adhibebit, professi sumus, nullum a Nobis illi futurum impedimentum, quominus Ordinario suo jure utatur; et Nos ipsos auctoritatis Nostræ defendendæ causa, potestate Clavium adhibita, quam a Christo Domino accepimus, Ecclesiæ libertatem, et dignitatem pro Apostolico Nostro munere asserturos. Ille autem literis ad Nos datis die XXVII. Martii proxime elapsi respondit, Cæsareo Majestatis tuæ nomine pulsum esse ab Ecclesia,

et Diœcesi sua Pientinum Episcopum, et solum vertere coactum: cæterum se nihil in hac re nisi ex imperio tuo fecisse, seque sibi placere, quod in exequendis mandatis, quantum licuit, Episcopali dignitati consuluerit. Nos quidem longissime ab eo absumus, ut credamus ejus jussu tam duriter, et acerbe tractatum esse Episcopum; et in Milites potius existimamus tantæ asperitatis culpam reijciendam; quorum quæ fuerit immanitas, vel inde conjici potest, quod cum quæreretur Episcopus in sua persona Christum Dominum affici injuria, per nefariam blasphemiam, et horribilem respondere sunt ausi, se quidem in Christum credere, sed cum ille mortuus sit, se tibi viventi parere Imperatori. Sed Christus exurgens a mortuis jam non moritur, et Princeps Regum terræ super omnem Principatum, et potestatem, et virtutem, et omne nomen quod nominatur, non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro vivit Deo in æternum sedens ad dexteram Patris judex vivorum, et mortuorum. Nihil igitur mirum, Milites in Episcopum fuisse tam asperos, qui in Christum Dominum fuerunt tantopere injurii.

Imperatoris pietatem, et Religionem provocat ad vituperandum hoc scandalum illico removendum.

§. 3. Tuum igitur est, carissime in Christo Fili Noster, qui Sanctæ Ecclesiæ Advocati munus geris, ejusque libertatis esse debes vindex, et custos, hæc undecumque provenerint, et quomodocumque gesta sint, Cæsarea auctoritate tua, et imperio emendare; et quidquid ea res pepererit scandali, resarcienda injuria in persona Episcopi Ecclesiæ illata, quamprimum extinguere; eodemque Episcopo Sedi suæ honorifice restituto, omnibus palam facere, Majestatem tuam nihil, quod in Ecclesiæ injuriam vergeret, in ea re voluisse. Hoc a tua postulat Majestate, et Imperialis dignitas tua, et quod Ecclesiæ defendendæ amplissimum geris munus, et ipsa tua ex longissima serie piissimorum Majorum tuorum ducta Religio, majorem in modum efflagitat. Id ut facias, carissime in Christo Fili Noster, te in Domino hortamur et obtestamur. Sic enim major inde Ecclesiæ orietur ædificatio, quam quæ ex eo facto orta illi fuerit offensio; et inter egregias, tuasque proprias laudes, illa demum, ad quam supra cæteras maximi Imperatores summopere aspirarunt, quaque ipse tantopere in ore omnium viges, piissimi Principis laus augebitur; tibique, carissime in Christo Fili Noster, et Augustæ Domui tuæ universæ, Nostri paterni cordis affectu, Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXI. Aprilis MDCCLXIV. Pontificatus nostri anno sexto.

CDXIII.

Dat. die 4. Maii 1764. Anno VI.

Cardinalibus in Consistorio coadunatis significat electionem Josephi Austriæ Archiducis in Regem Romanorum, nec non hac ipsa die literas in forma Brevis expedivisse, ut exemplo prædecessorum suorum, Sanctæ Sedis jura sarcta, tecta serventur.

Ad hanc ipsam Regis Romanorum electionem se referunt literæ, quos superius dedimus Num. CCCXCVI, et CCCXCVII. pag. 336, et seq.

Venerabiles Fratres

Electionem Regis Romanorum enunciat, literasque hac super re acceptas tam a prælaudato Rege electo, quam ab Imperatore patre electo ejus Patre.

§. 1. De electione Regis Romanorum cupide Nuncium expectabamus, cum ex literis, quas a carissimo in Christo Filio nostro Francisco Latharingiæ et Barri Duce, nec non Magno Etruriæ sibi subjectæ Duce, in Romanorum Imperatorem electo reddidit Nobis Dilectus Filius Nobilis Vir Joannes Nepomucenus Antonius S. R. I. Princeps a Schwarzemberg ab eodem Francisco ad Nos ablegatus, intelleximus in solemni Conventu Francofurti novissime habito, summa Electorum omnium consensione, in Regem Romanorum electum esse carissimum in Christo filium Nostrum Josephum Regium Hungariæ, et Bohemiæ Principem hæreditarium, Austriæ Archiducem, memorati Francisci Primogenitum, qui de Regia illa sublimique dignitate sibi delata, suis pariter literis ab eodem Joanne Nepomuceno Antonio ad Nos perlatis voluit Nos facere certiores. Quibus utriusque Principis literis acceptis, nihil sane Nobis longius fuit, quam ut lætissimum nuncium cum Fraternitatibus vestris communicaremus, et voluptatem, quam ex eo vos capere oportet, ex hoc loco nunciaremus. Gratum autem vobis fore existimamus id ipsum ex iisdem literis memoratorum Principum intelligere, quas Nostrarum Brevium, quæ ad Principes scribuntur Epistolarum Secretarius modo recitabit. (*Eæ sunt tenoris sequentis videlicet*).

Tenor literarum Francisci

» Beatissimo in Christo Patri Do-

Imperatoris electi.

» mino Clementi XIII, Divina providentia Sanctæ Romanæ Universalis » Ecclesiæ Summo Pontifici, Domino » Reverendissimo = Beatissime in Christo Pater Domine Reverendissime = » Post officiosissimam comendationem » filialis observantiæ continuum incrementum. Existimantes his arduis temporibus, et Religionis Nostræ Catholicæ, et Sacri Romani Imperii plurimum interesse, Romanum Imperiale solium, pluribus munimentis » insistere, cum coogregatis, in Nostra, et Sacri Romani Imperii Urbe » Francofurti ad Mænum, Principibus » Electoribus, absentiumque Legatis agi » curavimus, ut futurum post fata Nostra in ejusdem Imperii administratione Successorem Nostrum in præsentiarum decernerent, eamque, afflante Divini Numinis aura, conspirationem invenimus, ut præfixæ electioni externa die, perdilectus filius » Noster Primogenitus Regius Hungariæ, et Bohemiæ Princeps Hæreditarius, Archidux Austriæ, unanimibus Electorum suffragiis, Rex Romanorum renunciatus, et solemni ritu, » publicoque omnium Ordinum applausu proclamatus fuerit: cujus successus significationem, cum a Sanctitate Vestra, ad quam omnia, quæ » Nobis, Domique Nostræ prospera eveniant, quam maxime pertinere ducimus, pro sua erga Nos propensa » voluntate, et Religionis Catholicæ zelo, magno solatio, lætissimoque animi sensu, exceptum iri certo Nobis » persuadeamus, par omnino, et filiali Nostræ erga Sanctam Sedem observantiæ congruum esse judicavimus, ut Sanctitatem Vestram ea de » re, literis hisce, per Camerarium » Nostrum actualem Illustrem Joannem » Nepomucenum Antonium Sacri Romani Imperii Principem a Schwarzemberg Consanguineum Nostrum carissimum exibeodis, sine mora, certiorem faceremus, spe indubia freti, cum in tractando hoc negotio » Dei gloria, bonique publici causa, » Nobis potissimum proposita fuerit, » istans filii Nostri dignitatem, in Christiani Orbis utilitatem, et ornamentum cessuram, prædictumque Filium Nostrum, in imitandis Majorum suorum vestigiis, adjutricem » Dai gratiam nomqnam non experturum esse, quem in finem, paternæ, » præfatam Regiam Romanorum Majestatem, Benedictioni Sanctitatis Vestræ reverenter comendantes, atque » ad ea, quæ suprafatus Camerarius Noster prolixius edixeret, Nos referentes, eamdem quam diutissime valere, omnique desiderata prosperitate » frui animitus exoptamus. Datum Heinsenstamij die 28 Martii Anno Millesimo septingentesimo, sexagesimo quarto, Regni Nostri Decimo nono = Sanctitatis Vestræ Ossequantissimus Filius = Franciscus =

Tenor literarum Josephi Romanorum Regis electi.

» Beatissimo in Christo Patri Domino Clementi Decimo tertio, Divina Providentia Sanctæ Romanæ, ac » Universalis Ecclesiæ Summo Pontifici Domino Reverendissimo = Beatissime in Christo Pater Domine Reverendissime. = Post officiosissimam comendationem filialis observantiæ continuum incrementum. Non videremur Nobis, et paternam, et Majorum Nostrorum virtutem satis imitari, nisi parem erga Sanctam Sedem, foveremus observantiam, et » omnes eam palam faciendi occasiones amplecteremur. Quare cum Summo Regnorum Moderatori Deo visum » fuerit, congregatis, in hac Imperiali Urbe Francofurti ad Mænum, Sacri Romani Imperi Electoribus, absentiumque Legatis, eam mentem » inspirare, ut stabiliendæ interiori Imperii securitati, tranquillitatiqua, Nos » vigesima saptima elapsi Mensis in » Romanorum Regem, et futurum, » post fata Augustissimi Genitoris Nostri (de quibus tamen vel cogitans » animus horret, quæque in ultimam » ejus, et vita Nostra provectiorem senectutem, a Divino Numine, removeri cupimus) Imperatorem elegerint, » et externa die cooronarint, nil prius, » et antiquius habemus, quam ut Divinam venerantes providentiam, ejus » auxilium, et robur imploremus, et » simul Sanctitati Vestræ successum » hunc propriis hisce literis significemus: præsertim cum jam ante Nobis exploratum sit, quantopere Sanctitas Vestra, eumdem pro Catholicæ » Religionis incremento exoptarit, et » nunc de ejus desiderato Nuncio gavisum sit. Erit jam Sanctitatis Vestræ, Divinam clementiam sollicitare, » ut Nos spiritu principali, et sapientia, ad implendum aliquando rite » hoc sublime munus instituat: Nostrum vero omni conatu eniti, ut paterna, et avita propemodam vestigia, actiones Nostræ, Sanctitatis Vestræ, et omnium bonorum expectationi respondeant, et tam Nostrum » tuendæ veræ Fidei studium, quam

» observantia erga Sanctam Sedem singularis, nulla non occasione eniteant: » quod uti Nobis per totam vitam Nostram, volante Deo, sedulo propositum erit, ita, ut id facilius præstare possimus, Nos Sanctitatis Vestræ paternæ Benedictioni comendantes, eidem vitam longævam, et felix regimen, in Nostrum, et Ecclesiæ solatium, filiali affectu vovemus. Datum Francofurti ad Mænum die 4. Aprilis Anno millesimo septingentesimo, sexagesimo quarto, Regni Nostri primo = Sanctitatis Vestræ = Obsequens Filius = Josephus =

De hac sequuta electione gratulatur Pontifex gratiarumque actionem Deo reddituram pronunciat Collegio Cardinalium.

§. 2. Qui sint utriusque Principis pietatis et religionis sensus, quod Catholicæ Fidei studium, quæ in hanc Sacram B. Petri sedem religiosa devotio audistis, Venerabiles Fratres. Benedictus Deus, et Pater Domini nostri Jesu Christi qui tantam eorumdem Principum pietatem, tam prospero gravissimi hujus negotii exitu voluit remunerari. Gratulemur Deo, qui divino consilio suo rem ita disposuit, ut excelsa Regis Romanorum dignitas illi tribueretur, quem clarissimis toto orbe terrarum piissimisque parentibus genitum, et procreatum, luculentissima quæ dedit usque adhuc magnæ indolis, et excelsi animi indicia sperare Nos jubent, ut paternarum, maternarumque virtutum, sic aliquando maximarum opum hæredem, Dei gratia adjutrice, firmissimum Ecclesiæ Catholicæ, et Christianæ Reipublicæ futurum columen, et præsidium. Sed hoc gratiarum Deo gerendarum pium debitumque officium pro tam felici hujus electionis eventu, crastina die solemni ritu in Pontificio nostro Sacello cum Fraternitatibus Vestris more Majorum præstabimus, Patremque misericordiarum enixe precabimur, ut præclaras spes Nostras, quas merito de electo Romanorum Rege concepimus, Divino suo numine ratas faciat.

Agit de contemporaneis literis in forma Brevis expeditis super Regis Romanorum electione ed Sanctæ Sedis jura sarta tecta servanda.

§. 3. Cæterum in reliquis, quæ ad dictam electionem pertinent, cuncta, quæ juxta consuetum prædecessorum Nostrorum Institutum erunt servanda, servabimus; declarantes interim; nihil hinc Nos velle detractum de Apostolicæ Sedis juribus, nec remissum quidquam de iis officiis, quæ erga eamdem erunt deinceps ab Electo præstanda. Sed his rebus omnibus per quasdam nostras hac ipsa die in forma Brevis expeditas literas, Romanorum Pontificum pariter prædecessorum Nostrorum vestigiis inhærentes plenissime voluimus esse consultum.

CDXIV.

Dat. die 4. Maii 1764. An. VI.

Declaratio, quod non censeatur approbata electio Regis Romanorum futuri Imperatoris, nisi prius a noviter electo assueta imploretur a Sancta Sede confirmatio, eaque elargiatur per solitas Literas Consistoriales subscribendas a Pontifice, et a S. R. E. Cardinalibus.

De hac ipsa electione Regis Romanorum vide Alloquutionem in Consistorio præcedentem, in qua de præsentibus Literis sermo est, at Adnotationem ibi appositam.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Memorat Consistorium hac de re habendum, et gratiarum actionem Omnipotenti dirigendam pro sequuta Regis Romanorum electione.

§. 1. Acceptis nuper a dilectissimo in Christo filio Nostro Josepho Archiduce Austriæ literis, quibus Nobis significat se in Conventu ad Mænum habito in Regem Romanorum futurum Imperatorem die XXVII. Mensis Martii proximi preteriti electum fuisse, quemadmodum Consistorium Nostrum Secretum hodierna die habendum indiximus, ut Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus eam electionem communicemus, et Sabatho proxime sequenti, ut in Pontificia Nostra Cappella, benedicente Domino, Sacrosanctum Missæ Sacrificium in Nostra, et eorumdem Cardinalium præsentia pro gratiis Omnipotenti Deo de ejusmodi electione agandis de more celebretur, ita aliæ etiam functiones præmissorum occasione per Romanos Pontifices prædecessores Nostros, seu eorum jussu, vel alias quovis modo peragi consuetæ similiter a Nobis, seu jussu Nostro, vel alias quovis modo peragendæ erunt, seu forsan etiam aliquæ jam peractæ fuerunt.

Protestatur Pontifex novam electionem haud approbatam censeri debere, nisi prius de ea re assuetæ Literæ Consistoriales requisitæ, et concessæ de more fuerint.

§. 2. Præterea supradictis ejusdem Josephi Electi literis ad Nos datis, ac in posterum dandis respondere intendimus, etiam illum Regem Romanorum in Imperatoram Electum appellando. Veruntamen ne in prædictis, et quibusvis aliis actibus, et functionibus tam Nostris, quam quorumcumque Nostrorum, et Sedis Apostolicæ Officialium, ac Ministrorum, etiam speciali nota dignorum, etiam Nuntiorum Apostolicorum, ac quorumcumque S.R.E. Cardinalium etiam de Latere Legatorum tam publicis, quam privatis quan-

documque, ubicumque, et quomodocumque faciendis, seu etiam forsan factis, ac inde sequutis, et sequuturis quibuscumque possit unquam pretendi, Nos electionem prædictam approbasse, et confirmasse etiamsi talis prætensio minime subsistat, cum Apostolica confirmatio hujusmodi tam de jure, quam de more nonnisi prius coram Nobis exhibitis Electionis, et aliorum ad id requisitorum Instrumentis, et prævia matura causæ cognitione in Nostro Consistorio secreto, et sub Bulla Consistoriali concedi, et expediri consueverit.

Qua de re declarat, nullum nocumentum Apostolicæ Sedis juribus illatum censeri debere per quemcumque actum vel publicum, vel privatum.

§. 3. Nihilominus omnem in præmissis ambigendi materiam præcidere, mentemque, et intentionem Nostram palam facere volentes, omniumque, et singulorum præmissorum, ac quorumcumque aliorum actuum, et functionum hactenus, et deinceps quandocumque, ubicumque, et quomodocumque a Nobis, et aliis quibuscumque cujuscumque qualitatis, dignitatis etiam Ecclesiasticæ, status, gradus, et conditionis, etiam individua expressione dignæ extiterint, et pro tempore existant etiam de mandato Nostro, et alias quovis modo tam cum eodem Josepho Electo, quam cum ipsius Josephi Electi Oratore, et Oratoribus, ac Ministris etiam in Romana Curia factorum, et faciendorum, et inde sequutorum, et sequendorum, aliorumque hic forsan exprimendorum, et inserendorum, etiam particulari mentione dignorum teuores, circumstantias, et quaslibet singularitates etiam majores, et variores præsentibus pro plene expressis, et insertis habentes, motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine præsentium serie attestamur, declaramus, et decernimus, Nostræ mentis, intentionis, et voluntatis incommutabilis semper fuisse, et esse, ac deinceps fore, per omnes, et singulos actus functiones, receptiones, recognitiones, et tractatus quoscumque, verbo, scriptis, etiam per literas Apostolicas sub Plumbo, ac in forma Brevis sub Annulo Piscatoris, et missivas, ac facto a Nobis, et respective a Dilecto filio Nostro Aloysio Maria Sanctorum Viti, et Modesti Diacono ejusdem S. R. E. Cardinali Torrigiani nuncupato Secretario Nostro Status, et a quovis alio ipsius S. R. E. Cardinali etiam de Latere Legato, et similiter a Nuntiis Apostolicis etiam apud eumdem Josephum Electum nunc, et pro tempore nomine Nostro, et ejusdem Sedis residentibus, et a quibuscumque aliis Nostris, et Sedis prædictæ Officialibus, et Ministris ubicumque residentibus, etiam individua mentione dignis, etiam de mandato Nostro quandocumque, ubicumque, et quomodocumque factos, et factas, et pro tempore faciendos, et faciendas, ac inde sequuta, et sequutura quæcumque, etiam pluribus vicibus iteratos, et iterata, ac effectum sortitos, sortitas, et sortita, quotcumque, et qualiacumque sint, et pro tempore fuerint, etiam cum Oratore, et Oratoribus nunc, et in posterum etiam apud Nos, Sanctamque Sedem prædictam, nomine ejusdem Josephi, etiam uti Romanorum Imperatoris Electi pro tempore residenti, et residentibus, ac cum quibuscumque aliis ipsius Josephi Electi Officialibus, Ministris, Procuratoribus, et Plenipotentiariis, quavis occasione, et causa etiam ratione fœderis universalis, ac defensionis, et propagationis fidei Catholicæ, et quavis alia etiam particulari expressione digna hactenus, et pro tempore facta, tractata, et gesta, faciendaque, tractanda, et gerenda, nec non per quascumque denominationes, inscriptiones, appellationes, nuncupationes, et narrativas in favorem prædicti Josephi in Regem Romanorum futurum Imperatorem Electi, per quoscumque etiam nomine Nostro, et Apostolicæ Sedis, ac etiam per Nos quomodolibet factas, et pro tempore faciendas, illum etiam Regem Romanorum et Imperatorem Electum appellando, ac etiam per quamcumque Oratoris, et Oratorum, sive Ablegati, et Ablegatorum ad Nos, et Sedem Apostolicam ab eodem Josepho Electo destinati, et destinatorum, missique, et mittendorum receptionem, et admissionem ad audientiam Nostram, et ad osculum pedum Nostrorum, cum quibuscumque apparatibus, cæremoniis, circumstantiis, prærogativis, antelationibus, etiam publicis, etiam extraordinariis, et insolitis quomodolibet expresse, vel tacite hactenus concessis, et datis, concededisque, et in posterum dandis, etiam tamquam Oratori, et Oratoribus, sive Ablegato, et Ablegatis Romani Imperatoris Electi, non intellexisse, nec voluisse in posterum intelligere, nec velle prædictam ejus electionem approbare, nec confirmare, quin imo Nostræ mentis, et voluntatis fuisse, et deinceps fore, ut juxta consuetum, confirmatio Apostolica hujusmodi per præfatum Josephum Electum petatur, et per Literas Apostolicas Consistoriales a Nobis et a S. R. E. Cardi-

nalibus subscriptas expediri impetretur, et interim nedum omnem approbationem, et confirmationem, sed etiam cujuscumque approbationis, et confirmationis expressæ, et tacitæ, concessionem, et quemcumque ejus effectum suspendimus, suspensamque, et suspensum fuisse, et esse, ac deinceps fore declaramus, ac pro suspensis haberi volumus, et decernimus.

Clausulæ præservativæ.

§. 4. Præsentesque Literas de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis Nostræ, vel alio quocumque defectu, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse quomodolibet habentes, et habere prætendentes cujuscumque status, gradus, qualitatis, dignitatis, et conditionis existant, et existerint ad id vocati, citati, et auditi non fuerint, notari, impugnari, infringi, seu redargui nullatenus posse, neque sub quibuscumque revocationibus, suspensionibus, moderationibus, derogationibus, et quibuscumque aliis contrariis dispositionibus generalibus, etiam motu, scientia, deliberatione, et potestatis plenitudine paribus, etiam Consistorialiter, et alias quomodolibet, etiam per Nos, et Romanos Pontifices Successores Nostros faciendis comprehendi. Sicque, et non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac etiam S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, et Nuntios, quavis auctoritate, et potestate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, similiter decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, et Ordinationibus quibuscumque tam Apostolicis, quam Imperialibus, ac Cancellariæ Apostolicæ Regulis, etiam individuam derogationem requirentibus. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et expressa, ac individua, et de verbo ad verbum inserta mentio habenda foret, tenores hujusmodi etiam majores, et veriores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes ad effectum omnium, et singulorum præmissorum specialiter, et expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die quarta Maii Millesimo Septingentesimo sexagesimo quarto, Pontificatus Nostri anno sexto.

CDXV.

Dat. die 20. Maii 1764. Anno VI.

Literæ Processus in die Cænæ Domini publicatæ.

Eædem Literæ a prædecessoribus Pontificibus publicatæ, etiam ab Pontifice hoc, alias hac ipsa die superioribus annis evulgatæ fuere, et signanter die 12 Aprilis 1759, easque retulimus Tom. I. hujus continuationis sub num. LII pag. 116. ubi consulendæ sunt, cum adnotatione a Nobis apposita.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei ad futuram rei memoriam

§. 1. Pastoralis Romani Pontificis vigilantia, et sollicitudo (*omittitur tenor harum Literarum jam relatus loco citato in superiori adnotatione, quum omnino similis præsentibus sit*).

CDXVI.

Dat. die 26. Maii 1764. Anno VI.

Prorogationem indulti perceptionis Decimarum ab Ecclesiasticis, denegat Bavariæ Duci, ne illi jam satis recenti bello, et aliorum vectigalium solutione defaticati, in deterioribus etiam collocarentur angustiis.

Dilectissimo in Christo Filio Nostro Maximiliano Josepho Bavariæ Duci S.R.I. Principi Electori.

Clemens PP. XIII.

Dilectissime in Christo fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

Præcedentes concessiones hac super ipsa decimarum perceptione commemorat.

§. 1. Quæ sit erga Nobilitatem tuam Nostra voluntas, qui Episcoporum, et Ecclesiasticorum Ditionis tuæ itidem in te amor perspexisse te arbitramur, cum proximo Germanico bello etiam restincto, dum laici tibi subditi a tributorum asperitate respirant, dimidium decimarum per triennium ab iisdem Ecclesiasticis exigendi faculta-

tem, æquo animo ferentibus Episcopis, tibi concessimus. Satis ex hoc Nostro Indulto non dubitamus ad te proventurum auxilii, cum eo tantam conficies pecuniam, quantam ex Indulto piæ memoriæ prædecessoris Nostri Alexandri VIII collectam esse comperimus. Cæterum, Ecclesiasticos fessos jam ferendo oneri, non solum ordinaria vectigalia, sed etiam per quinquennium solvendi integras Decimas ex Indulto fel. rec. decessoris Nostri Benedicti XIV æquum erat una cum laicis bono pacis denique frui. Nunc si novo onere solvendi per quinquennium non jam dimidias, sed integras decimas prægraventur, vide, Dilectissime in Christo Fili Noster, Ecclesiæ Ministri, quorum jam nunc deterior est, quam quæ sit laicorum conditio, nova hac tributi accessione quonam tandem redigerentur.

Causas denegatæ prorogationis exprimit, summumque Pontificium desiderium gratificandi Principem Electorem dum alia opportuna se se præbeat occasio.

§. 2. Id profecto illis præter alios esset præcipuum, et eximium, quod plane non ferendis premerentur angustiis; cum contra omnium deceat eos uti fortuna, quos pro singulari tua et inclitæ Bavariæ Domus propria in Ecclesiam pietate semper omnium habuisti carissimos. Profecto Nos piget te recentem ex studiosissimo officio, quod per tuos Oratores in Francofurtensi Conventu, ut ad Nos scripsit Venerabilis Frater Archiepiscopus Trajanopolitanus maxima tui cum laude, et bonorum omnium approbatione, Apostolicæ Sedi præstitisti, rem a Nobis postulasse, in qua non nisi ex dimidia parte possumus voluntati tuæ, morem gerere. Interea commodiorem occasionem cupide expectamus, qua summam Nostram erga te voluntatem pro tuis, clarissimæque familiæ tuæ in Apostolicam Sedem immortalibus meritis, sine cujusquam querela Nobis liceat explicare. Tunc enim palam fiet præclaro tuo erga supremam Catholicæ Religionis Cathedram studio pares Nos grati devinctique animi sensus gerere: nec quidquam tam esse in optatis Nostris, quam majorem in modum tuis commodis inservire. Tibique, dilectissime in Christo Fili Noster, intimo Nostri paterni cordis affectu Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVI. Maii MDCCLXIV. Pontificatus Nostri anno sexto.

CDXVII.

Dat. die 4 Junii 1764 anno VI.

Lausannensi Episcopo facultates impertitur permittendi in sua Diœcesi artium exercitationes, et opera servilia, audita tamen Missa, in Festis diebus, aliquibus tamen solemnioribus, exceptis.

Quoad similes derogationes vide superius sub num. CDXIII. pag. 455.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Præstat ea in Ecclesiastica disciplina temperare, quæ hanc exhibeant necessitatem pro ætatum, et temporum conditione.

§. 1. Cum sicut quædam sunt, ut inquit Sanctus Leo Magnus prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quæ aut consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in his, quæ vel dubia fuerint, aut obscura id noverimus sequendum, quod nec præceptis Evangelicis contrarium, nec Decretis Sanctorum Patrum inveniatur adversum. Ea propter Apostolica hæc Sancta Sedes pro paterna erga universos Christifideles benignitate, quoad integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis interponere auctoritatem, quæ cæteroquin ad majus Divini Cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem, ad otium luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessariarum inopiam non, sine conscientiæ angore contemnuntur.

Preces porrectæ pro festorum dierum imminutione in Diœcesi Lausannensi.

§. 2. Quoniam autem sicut pro parte tua Nobis expositum fuit, eidem Fraternitati tuæ innotuit, quod in tua Lausannensi Diœcesi adeo excreverunt calamitates, et angustiæ propter præsentium temporum infortunia, ut miseri illius habitatores, incolæque, ac præsertim ii, qui in sudore vultus sui panem comedunt, persæpissime cogantur (quamvis animo invito) dies festos negligere, operibusque mecanicis se se addicere pro pane lucrando, et id eo facilius contigit, ob excretum dierum festorum numerum. Ac propterea Nobis humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Precibus porrectis annuit Pontifex, designatis solem-

§. 3. Nos itaque, qui Christifidelibus, quantum cum Domino possumus salutare remedium potius ad æternam

nioribus diebus, in quibus integra permanere debet præcepti observantia.

salutem comparandam, et humanam vitam honeste substinendam adhibere, quam per severiorem Ecclesiæ disciplinæ rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos Incolas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, Fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus Christifidelibus in prædicta Lausannensi Diœcesi existentibus, ut deinceps omnibus diebus Dominicis, nec non Natalis Domini Nostri Jesu Christi, et sequenti Sancti Stephani, Circumcisionis, Epiphaniæ, Paschatis Resurrectionis, et sequenti, Pentecostes, et sequenti, ac Corporis Christi, et Ascensionis, Sancti Joannis Baptistæ, et Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, et Commemorationis omnium Sanctorum, præterea quinque dicatis Beatæ Mariæ Virgini Immaculatæ, scilicet Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, nec non Sancti Patroni, aut Tutelaris cujuslibet Loci pro hominibus ejusdem Loci dumtaxat, festivis diebus, in quibus integra maneat præcepti obligatio; in reliquis vero festis sive per hanc Sanctam Sedem præceptis, sive per Synodales ejusdem Diœcesis Constitutiones, sive quacumque alia de causa etiam ex causa voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem quoque auctoritate Nostra Apostolica per te commutari, volumus, præceptis, præscriptisque (audita Missa) laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus sine ullo prorsus conscientiæ scrupulo vacare possint, auctoritate Nostra Apostolica concedas, et indulgeas, permittas, et statuas, præcipias, et mandes.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus Conciliis, editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non Diœcesis prædictæ, illiusque Locorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IV Junii MDCCLXIV, Pontificatus Nostri anno sexto.

Ad exitum perducto Anno VI., cunctisque materiis relatis, quæ Ecclesiasticam Pontificis potestatem hoc eodem Anno respiciunt, ea recensenda esse ducimus, quæ temporale dominium spectant, sicuti superiori quovis Anno egimus.

Dat. die 30. Augusti 1763. Anno VI.

CDXVIII.

Plenipotentia Cardinali Torregiani ad subscribendas, et signandas, conventiones confectas cum Rege Christianissimo, circa milites a suis signis discedetes, et in Civitate Avenionensi confugentes.

Dilecto Filio Nostro Aloysio, seu Ludovico Mariæ S. R. E. Diacono Cardinali Torrigiani nuncupato

Clemens PP. XIII.

Dilecte Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

Enumerantur precedentes plenipotentiæ pro conventionibus hisce conciliandis.

§. 1. Cum per Venerabilem fratrem Petrum Archiepiscopum Collossensem apud carissimum in Christo filium Nostrum Ludovicum Francorum Regem Christianissimum, Nostrum, et Sedis Apostolicæ Nuncium, a Nobis Nostrum, et Sedis prædictæ Plenipotentiarium per alias Nostras in simili forma Brevis die xvi. Aprilis proxime præteriti expeditas literas deputatum, ac dilectum filium Nobilem Virum Stephanum Franciscum de Choiseul de Stanuill Parem Franciæ, ac Ministrum, et Secretarium Status ejusdem Ludovici Regis, ejusque Ministrum Plenipotentiarium, quem ipse Ludovicus Rex sufficienti ad hoc mandato muniverat, nonnullas novas providentias, et mandata pro suis copiis militaribus, præter ea, quæ alias inter dictam Sedem, et ipsum Ludovicum Regem inita fuerant quoad illius milites a signis suorum exercituum discedentes, ac in Civitate Avenionensi, et in Comitatu Nostro Venayssino perfugio utentes, aliaque in præmissis, ac insimul de iis, qui inter militares Copias ipsius Ludovici Regis se se conscribere, et militare, accepta pecunia promittunt, et spopondent, inita, et prescripta fuerint.

Novæ tribuuntur plenipotentiæ pro subscribendis jam conciliatis conventionibus, illarum observantiam promittendo.

§. 2. Hinc est, quod Nos, motu proprio, ac certa scientia, et matura deliberatione, Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ut debita conclusione definita remaneant, te, de cujus fide, prudentia, integritate, ac in rebus agendis dexteritate plurimum in Domino confidimus, in Nostrum et dictæ Sedis Plenipotentiarium tenore præsentium nominamus, constituimus, et deputamus, tibique, ut Nostro, præfatæque Sedis nomine novas providentias, conventiones, et pacta hujusmodi subscribere, tuoque signo munire libere, et licite possis et valeas, plenam, et amplam facultatem harum serie concedimus, et impertimur. Decernentes validum, et efficax fore quidquid earumdem præsentium vigore subscripseris, et signaveris id omne, quantum in Nobis acceptum, et gratum, firmumque, ac ratum habere, nec non observare, complere, et exequi in verbo Romani Pontificis promittentes. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die trigesima Augusti millesimo septingentesimo sexagesimo tertio, Pontificatus Nostri anno sexto.

CDXIX.

Alloquutio habita in Consistorio diei ix. Aprilis MDCCLXIV. qua attenta Annonæ caritate proponitur quingentorum scutorum millium extractio ex deposito S. M. Sixti V. in Arce S. Angeli, nec non Decretum Consistoriale super eadem extractione, et regulæ pro extractæ pecuniæ reintegratione.

Quoad repositionem scutorum decies centena millium in Arce S. Angeli, et vincula in actu hujus repositionis adposita habemus Constitutionem Sixti V diei xxi. *Aprilis MDLXXXVI. itemque de aliorum scutorum decies centena millium repositione in eadem Arce S. Angeli sub iisdem vinculis habemus Constitutionem ejusdem Pontificis diei* vi. *Novembris MDLXXXVII. pariter de tertiis decies centenis millibus scutis in eodem loco repositis adest Constitutio tertia die* xxvii. *Aprilis MDLXXXVIII, quæ omnes impressæ leguntur in Bullario Mainardii.*

Venerabiles Fratres

§. 1. Quanto in mœrore, et sollicitudine versemur ob rei frumentariæ

Exponitur infelix Urbis, et Apostolicæ de-

tionis statuta sub Annonæ caritatem

inopiam, qua Deus Urbem hanc, atque universam Sedis Apostolicæ ditionem, sic peccatis nostris exposcentibus, affligere non desinit, non est cur vobis, Venerabiles fratres, qui omnia probe nostis, ac una Nobiscum impensissime doletis, pluribus explicemus. Quod primum erat Apostolici Nostri muneris debitum, atque Officium, ut misericordiam, ac benignitatem Omnipotentis Dei, qui dat escam omnibus invocantibus eum in veritate, precibus, supplicationibusque imploraremus, id Nos ipsi adimplere curavimus; et deduxerunt lacrymas oculi Nostri, quoniam contritione magna, et plaga pessima contrita est Civitas Sancta, et Cives ejus attenuati sunt fame, et Nobiscum vos, atque omnes Civium Ordines, superioribus diebus, singulari Nostra consolatione, et totius Urbis exemplo, ad gloriosum, et numquam destituturum Beatorum Apostolorum Urbis Nostræ patronum sepulchrum supplicabundo ritu accessistis, ut tantorum Apostolorum meritis confisi, ab omnipotenti manu Dei, a qua omnia replentur ubertate, in tantis calamitatibus opportunam opem, et auxilium deprecaremur.

Proponit extractionem pecuniarum ex Arce S. Angeli ad succurrendum Annonæ indigentiis, sub reintegrationis futuræ lege.

§. 2. Sed neque humana etiam consilia prætermisimus, ut Urbi finitimisque regionibus, atque etiam aliis Civitatibus, et locis Ditionis Nostræ, frumenti inopia laborantibus consuleretur. Nostis, Venerabiles Fratres, quas multis ex vobis auctoribus, rationes inire necesse fuerit, qua cura, quo labore undique in Nostris conquisita frumenta, et quo studio, et impensa Mercatoribus, aliisque viris negocium mandatum fuerit, ut ab exteris compararent. Illud nunc restat statuendum, unde necessarii sumptus Nobis suppeditentur. Ærarii Pontificii vires jampridem attritæ sunt, et impossibile omnino est, novam aliquam nunc excogitare rationem, ad tantam pecuniarum vim colligendam, quantam universalis Annonæ caritas exigit, et quantam in promptu habere necesse est, ut celeri subsidio, præsenti necessitati succurramus. Decrevimus itaque summam quingentorum millium scutorum vulgaris monetæ ex Ærario sanctiori Arcis Nostræ Sancti Angeli depromere; neque enim ambigi posse credimus, in eo Nos versari gravissimo casu Annonæ caritatis, quo fel. rec. Sixtus Papa V prædecessor Noster, ex eodem sanctiori Ærario pecuniam ejusmodi ab ipso congestam desumi posse permisit, in suis desuper editis Constitutionibus, quas tamen, tum in ipsa extrahenda pecunia, tum in reportanda, tum quoad æteras leges circa eam adjunctas, accurate, ac diligenter observare omnino intendimus; non minus illius jurisjurandi, quo sæpius hac in re Deo Optimo Maximo, atque huic Sanctæ Sedi fidem Nostram obstrinximus, religione compulsi, quam Apostolici muneris Nostri adducti ratione, qua ea omnia, quæ a prædecessoribus Nostris, sancte, et utiliter constituta esse noscuntur, inviolate custodire admonemur. Porro cum ante aliquot dies de toto hoc negotio præmoniti, jussu Nostro fueritis, illud vos, pro spectata prudentia vestra, mature ac sedulo expendisse non dubitamus.

Quid vobis videtur?

(Emissis ab unoquoque ex Rmis Cardinalibus proprii animi sensibus, sequens edidit Decretum).

Refertur tenor Pontificii decreti super proposita pecuniarum extractione, erogatione, et futura reintegratione.

§. 3. Auctoritate, Omnipotentis Dei, Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, ac Nostra, attento Fraternitatum vestrarum unanimi voto, consilio, et assensu, ac quatenus opus sit, decreto etiam propria vestrorum omnium manu subscripto, firmato, ac roborato, volumus, decernimus, et mandamus, ut ex pecuniis in sanctiori Ærario Arcis Nostræ Pontificiæ S. Angeli, per fel. record. Sixtum Papa V. prædecessorem Nostrum reconditis, et collocatis, depromantur, et extrahantur quingenta millia scutorum monetæ Romanæ, successive tamen, ac pluribus vicibus, ut præsenti gravissimæ Annonæ cariti, quæ popoli interitum allatura videtur, celeri subsidio succurratur. Quod si ex prædicta summa portio aliqua, in frumenti emptione consumpta non fuerit, volumus, ut in idem Nostrum Ærarium restituatur, et reponatur, ibique iisdem ut prius vinculis, subjecta remaneat, in omnibus, et per omnia juxta tenorem Constitutionum per eumdem Sixtum prædecessorem Nostrum desuper editarum, atque ita ab omnibus ad quos spectat, omnino fieri, et exequi, præcipimus, et mandamus. Eam vero summam, quæ in necessitates hujusmodi erogata fuerit, cum impensarum faciendarum ratio cessaverit, omnino in Ærarium unde depromta fuit, in eodem pecuniæ valore restitui, et reponi, opportuno tempore volumus, intendimus, atque ita, Deo dante curabimus, juxta formam, et dispositionem earumdem Constitutionum,

Cæterum de ejusmodi Nostro Decreto, et aliis præmissis omnibus, ultra Venerabilem Fratrem Nostrum Henricum Episcopum Tusculanum S.R.E. Cardinalem Ducem Eboracensem ejusdem S.R.E. Vice-Cancellarium, etiam dilectum Filium Nostrum Carolum dictæ S.R.E. Presbyterum Cardinalem Rezzonicum Sacri Collegii Camerarium in solidum rogari volumus, et mandamus.

In Nomine Pa✠tris, et Fi✠lii, et Spiritus✠Sancti. Amen.

Ego Clemens Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Nos infrascripti S. R. E. Cardinales, parendo mandatis SSmi Domini Nostri, ac etiam ex munere Officii Nostri, de præfatis omnibus rogati, in eorum fidem, præsentes etiam Nostra propria manu subscripsimus in eodem Consistorio, eadem die 9 Aprilis 1764.

Ego Henricus Episcopus Tusculanus Cardinalis Vice-Cancellarius.

Ego Carolus Tituli S. Clementis Presbyter Cardinalis Rezzonico S. Collegii Camerarius.

Votum emissum ab Cardinalibus in Consistorio coadunatis in sequelam supra relati Pontificis decreti.

§. 4. Nos infrascripti S. R. E. Cardinales, in Consistorio secreto congregati in num. XXVII super proposita consultatione, et juxta formam notarum Constitutionum fel. rec. Sisti Papæ V. an locus sit præsenti extractioni quingentorum millium scutorum monetæ Romanæ ex pecuniis per eumdem Sixtum V. in Ærario sanctiori Arcis Sancti Angeli dudum expositis, attenta gravissima Annonæ caritate, quæ populo, nisi celeri subsidio succurratur, interitum allatura videtur; sumus in voto, consensum præstamus, et quatenus opus sit, decernimus, quod liceat in casu præsenti, et in causam prænarratam extrahere ex supradicto sanctiori Ærario summam quingentorum millium scutorum Monetæ Romanæ, successive tamen, et pluribus vicibus, arbitrio Sanctitatis Suæ præfiniendis, reponendam tamen, et reportandam pro ea parte, quæ in præfatum usum impensa non fuerit, et pro reliqua opportuno tempore, cum sumptuum faciendorum ratio cessaverit, in pecunia ejusdem valoris, ut exacte adimpleatur forma in dictis Constitutionibus Sixti V. præscripta, quarum dispositionem similiter, in reliquis omnibus, servandam esse intendimus, et declaramus. Ac ad hunc effectum Nos omnes unanimiter ita sentientes, et quatenus opus sit, decernentes, consensum, et decretum Nostrum, manuum Nostrarum subscriptione in eodem Consistorio secreto firmavimus, et roboravimus. Hac die IX. Aprilis MDCCLXIV.

Ego Carolus Albertus Episcopus Ostiensis, et Veliternensis Cardinalis Guidobonus Cavalchini Sacri Collegii Decanus.

Ego Henricus Episcopus Tusculanus Cardinalis Dux Eboracensis.

Ego Fabritius Episcopus Albanensis Cardinalis Serbellonus.

Ego Joannes Franciscus Episcopus Prænestinus Cardinalis Stoppanus.

Ego Joseph Tituli S. Pancratii Presbyter Cardinalis Feroni.

Ego Cosmas Tituli S. Ceciliæ Presbyter Cardinalis Imperialis.

Ego D. Antonius Andreas Tituli S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis Galli Major Pœnitentiarius.

Ego Carolus Tituli S. Clementis Presbyter Cardinalis Rezzonico S.R.E., et Sacri Collegii Camerarius.

Ego Ferdinandus Maria Tituli Sancti Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis de Rubeis.

Ego Joseph Maria Tituli S. Alexii Presbyter Cardinalis Castelli.

Ego Cajetanus Tituli S. Augustini Presbyter Cardinalis Elephantutius.

Ego Petrus Hieronymus Tituli SSmæ Trinitatis in Monte Pincio Presbyter Cardinalis Guglielmi.

Ego Petrus Paulus Tituli S. Stephani in Monte Celio Presbyter Cardinalis de Comitibus.

Ego Nicolaus Tituli SS. Nerei, et Achillei Presbyter Cardinalis Antonellus.

Ego Fr. Laurentius Tituli SS. XII. Apostolorum Presbyter Cardinalis Ganganellius.

Ego Marcus Antonius Tituli S. Mariæ de Pace Presbyter Cardinalis Columna SSmi D. N. Vicarius.

Ego Alexander S. Mariæ In Via lata Diaconus Cardinalis Albanus Prior Diaconorum.

Ego Nereus S. Eustachii Diaconus Cardinalis Corsinus.

Ego Prosper S. Agathæ in Suburra Diaconus Cardinalis Columna de Sciarra.

Ego Dominicus S. Mariæ ad Martyres Diaconus Cardinalis Ursinus.

Ego Flavius S. Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis Chisius.

Ego Aloysius Maria SS. Viti, et Modesti Diaconus Cardinalis Torregianus.

Ego Joannes Constantius S. Cæsarei

Diaconus Cardinalis Caracciolo.
Ego Nicolaus S. Georgei in Velabro Diaconus Cardinalis Perelli.
Ego Andreas S. Angeli in Foro Piscium Diaconus Cardinalis Corsinus.
Ego Cornelius SS. Cosmæ et Damiani Diaconus Cardinalis Caprara.
Ego Andreas S. Mariæ in Aquiro Diaconus Cardinalis Nigronus.

FINIS TOMI SECUNDI

INDEX MATERIARUM
QUAE
IN HOC SECUNDO VOLUMINE
CONTINENTUR

A

ABBATISSA

ALTERNATIVA IN COLLATIONE BENEFICIORUM

APPARITORES

APPELLATIO

ARCHICONFRATERNITAS S. CATHARINÆ SENENSIS DE URBE

ARCHIEPISCOPUS CALARITANUS

ARCHIEPISCOPUS COLONIENSIS

ARCHIEPISCOPUS PRAGENSIS

ARCHIEPISCOPUS TAURINENSIS

ARCHIEPISCOPUS TOLETANUS

ARCHIEPISCOPUS TREVIRENSIS

BENEDICTIO PAPALIS

BENEFICIA ECCLESIASTICA QUOAD COLLATIONES

Vide. *Regnum Poloniæ. Romanus Pontifex.*

BIBLIOTHECA CIVITATIS VALENTIÆ

CLERUS

COLLEGIUM NOTARIORUM S. ROTÆ.

COLLEGIUM SALVIATI ORPHANORUM URBIS

COLLEGIUM UMBRUM, ET NICETÆ LASSI

COMUNITAS ALATRII

CONGREGATIONES CARDINALIUM

CONFESSARIUS FAMILIÆ PONTIFICIÆ

CONFRATERNITAS BONI CONSILII

CONFRRTERNITAS CORDIS JESU IN CIVITATE LIMANA

CONSERVATORIUM VULGO DELLE ZITELLE SPERSE IN CIVITATE VITERBII

DIOECESIS SULCITANA, SIVE ECCLESIENSIS

DISCIPLINA.

DOMUS CORRECTIONIS, ET POENITENTIÆ IN CIVITATE CORNETI

DOMUS LAURETANA

DOMUS PAUPERUM MENDICANTIUM IN CIVITATE REGII

DUX BADENSIS

DUX BAVARIÆ

E

EPISCOPUS IN GENERE

EPISCOPUS VIVARIENSIS

EQUITES DE CALATRAVA

EQUITES HJEROSOLYMITANI

 Rrr 2

F

FESTIVITATES IN GENERE

FRATRES ORDINIS SERVORUM BEATÆ MARIÆ VIRGINIS

G

GRÆCO-MELCHITÆ

H

HOSPITALE ARIMINENSE

HOSPITALE S. ERMENEGILDI CIVITATIS ISPALENSIS

HOSPITALE FAVENTINUM

HOSPITALE S. MARIÆ TERRÆ PLEBIS DIOECESIS BONONIENSIS

J

JEJUNIUM

IMMUNITAS

INDULGENTIÆ

JUDICES CONSERVATORES

L

LOCA SANCTA PALESTINÆ

MAGISTRÆ PIE

MINORES S. FRANCISCI DISCALCEATI

MINORES S. FRANCISCI DE OBSERVANTIA REFORMATI

MINORES OBSERVANTES

MINORES TERTII ORDINIS S.FRANCISCI DE POENITENTIA

MINORES TERTII ORDINIS S. FRANCISCI REGULARIS OBSERVANTIÆ

MONACHI BENEDECTINI CONGREGATIONIS BAVARIÆ

MONACHI BENEDECTINI CASSINENSES

MONACHI BENEDICTINI CONGREGATIONIS CÆLESTINORUM

MONACHI BENEDICTINI CONGREGATIONIS MONTIS OLIVETI

MONACHI BENEDECTINI CONGREGATIONIS MONTIS VIRGINIS

MONACHI
ORDINIS S. BERNARDI CONGREGATIONIS FULIENSIS

NUNCIUS COLONIENSIS

P

PALLIUM

PATRIARCHA ANTIOCHENUS GRÆCO-MELCHITA

REVERENDA CAMERA APOSTOLICA

REX FRANCORUM

REX SARDINIÆ

REX ROMANORUM

REX UTRIUSQUE SICILIÆ

ROMANA ECCLESIA

ROMANUS PONTIFEX

ROTA ROMANA

S

SACRA SCRIPTURA

SOCIETAS JESUS

Vide. *Rex Poloniæ. Episcopus Gratianopolitanus.*

SOCIETAS SORBONICA

T

TAXA VIARUM

U

UNIVERSITAS LANIONUM NUNCUPATA DE VACCINARI DE URBE

UNIVERSITAS STUDIORUM, IN CIVITATE CALIARIS

V

VICARIUS APOSTOLICUS TONKINI

VICARIUS CAPITULARIS

Vide. *Sardiniæ Regnum.*

FINIS INDICIS MATERIARUM

INDEX TITULORUM

QUI IN HOC

INDICE ALPHABETICO

CONTINENTUR

G

H

I

L

M

N

P

R

IMPRIMATUR

Fr. Dominicus Buttaoni Ordinis Prædicatorum S. P. A. Magister.

IMPRIMATUR

Antonius Piatti Archiep. Trapezuntinus Vicesgerens.